This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

BIB. COLL. PICTAV. S. J.
HO 122/118
Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY
HO 122/108
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AD
BULLARIUM
FRANCISCANUM
SUPPLEMENTUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD BULLARIUM FRANCISCANUM

A P. FR. JOANNE HYACINTHO SBARALEA

Ord. Min. Conv. Sacr. Theologiæ Magiſtro in lucem editum,

SUPPLEMENTUM

STUDIO, ET LABORE

FR. FLAMINII ANNIBALI DE LATERA

ORDINIS MINORUM

SACRÆ THEOLOGIÆ LECTORIS JUBILATI

Et Obſervantis Romanæ Provinciæ Alumni diſpoſitum,

PRÆVIIS ANIMADVERSIONIBUS

IN NOTAS EJUSDEM SBARALEÆ ILLUSTRATUM,

OPPORTUNISQUE ADNOTATIONIBUS REFERTUM.



ROMÆ MDCCLXXX.

TYPIS ARCHANGELI CASALETTI IN ÆDIBUS DE MAXIMIS.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO DOMINO

PIO PAPÆ VI.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. PASCHALIS A VARISIO
TOTIUS ORDINIS MINORUM MINISTER GENERALIS

FELICITATEM.

AUſpicatiſſimus mihi, & anxio ſatis animo peroptatus dies illuxit, qui hoc Opus pro maximo quidem, ac graviſſimo Minoritici Ordinis negotio jampridem conficiendum, ſed (neſcio quo malo inſortunio) ad hæc uſque tempora intentatum publici juris facit, Tuumque erga illud, BEA-

TISSIME PATER, præſtantiſſimum patrocinium fauſto omine haud dubitanter pollicetur. Verebar, ut ingenue fatear, temporum viciſſitudinem expertus, meaque plurimum jam producta ætate gravatus, verebar admodum, ne, quod in votis erat, integra, & incorrupta evulgandi, pro Franciſcanis huc uſque emanata a Romanis Pontificibus Decreta, vel tempus deficeret, vel opportunitas abriperetur. Aſt ubi primum Optatiſſimum de Tua ad Summi Pontificatus dignitatem electione auditum eſt nuntium; ita meus in ſpem erectus eſt animus, & in priſtina deliberatione obfirmatus, ut illico eorumdem Apoſtolicorum Diplomatum diligentem fieri conquiſitionem curaverim, eaque in unum congeſta volumen Auguſtiſſimo Nomini Tuo inſcribere conſtituerim; confidens, BEATISSIME PATER, quod Tibi probata Prædeceſſorum Tuorum pro Minoritis genuina Oracula, ſarta tectaque ſint cuſtodienda.

Nec aliæ ſane deſiderabantur rationes, quæ me ad hoc capiendum conſilium vehementiſſime invitarent. Invitabant ipſa, quibus opus concluditur, accepta a Prædeceſſoribus Tuis Diplomata, ac Tua hæreditario quodam jure dicenda, meritoque Tibi tribuenda. Invitabant humillimum obſequium, ſervitus addictiſſima, & peculiaris erga Romanam Sedem devotio Seraphici Ordinis, qui pro ſuæ profeſſionis præſcripto ſe ſuaque omnia ex ejuſdem Sedis arbitrio pendere, Tuique Juris eſſe firmiter, ac lætanter profitetur. Invitabant Tui Ipſius in me humaniſſima propenſio, & benevolentia, benigniſſima voluntas, atque facilitas, quibus me excipere, me alloqui, mihique gratificari non dedignaris. Invitabant denique præ cœteris, imo & compellebant multiplicia, vereque ſingularia munificentiæ, & amoris, quibus pauperculum Minorum Inſtitutum complexus adhuc es univerſum. Atque utinam poſſem ea verbis aſſequi, quæ mente complector, ut hic maxima, quæ in nos contuliſti, ex æquo perſequerer beneficia, ea præſertim, quibus piorum noſtri Ordinis Profeſſorum, cum Chriſto jam in Cœlis regnantium, cultum promoviſti in terris, neque deſinis promovere. Namque (ut curſim

ſim ſaltem aliqua recenſeam) Tu religioſum probaſti cultum, quo Beatus Joannes Parmenſis, ſeptimus a Seraphico Patriarcha Miniſter Generalis, ab immemorabili tempore dignabatur; factaque ſolemniter facultate glorioſi ejus tranſitus diem cum Officio celebrandi, eximiam ipſius Sanctitatem ab atra nimium vindicaſti calumnia, qua tantus Vir impii cujuſdam libelli, *Evangelium Æternum* inſcripti, auctor traducebatur. Tu pariter Venerabilium Ordinis Noſtri Fratrum Petri a Balnearia, Laurentii a Lavello, & Petri-Dominici ab Urbeveteri Cauſas habuiſti acceptas, utque ſignarentur in Sacrorum Rituum Congregatione juſſiſti. Tu inſuper ea, qua donaris infallibilitate, decreviſti, ad Canonizationis effectum conſtare de Virtutibus in gradu heroico B.Benedicti a S.Philadelphio, necnon Venerabilium Servorum Dei, Bonaventuræ a Barcinone, Pacifici a Sancto Severino, Juliani a Sancto Auguſtino, Thomæ a Cora, & Joannis-Joſephi a Cruce, quos a Te quidem inter Beatos quamprimum fore adſcribendos, eo altius erectæ ſunt ſpes noſtræ, quo Tua in nos benignior eſt voluntas, ac ſingularior in Venerabiles ipſos pia devotionis ſignificatio. Neminem enim vero latent ſenſa animi tui piiſſima erga Venerabilem Thomam præſertim, pro cujus virtutibus decreturus cum eſſes, *id*, ipſo referente Decreto, *in exultatione ſpiritus præſtitiſti*, *mente revolvens*, *Te cum adhuc eſſes S.R.E. Cardinalis*, *& Sublacenſem Abbatiam*, *cujus tunc eras Commendatarius*, *quam modo etiam in Apoſtolatus apice conſtitutus paterna cura*, *& dilectione proſequeris*, *pro ſumma Tua religione*, *ac divini cultus ſtudio luſtrares*, *in ipſo Viſitationis actu maximos pietatis motus fuiſſe expertum*, *dum Cellulam*, *in qua Dei Servus rerum divinarum contemplationi vacabat*, *es ingreſſus*; *dum Tumulum*, *quo illius mortales exuviæ conquieſcunt*, *inſpexiſti*; *dum Religioſos Cœnobium Civitellæ*, *a Dei Famulo ad ſpiritus Recollectionem redactum*, *incolentes*, *eodem fervore*, *eademque animi contentione*, *quam Venerabilis Vir antea exemplo docuerat*, *ad perfectionis Evangelicæ cacumen conare pertingere*, *non ſine animi Tui voluptate*, *admirationeque advertiſti*. Neque hic ſilentio prætereundum duxerim, quod ex Venerabilis Joannis-

Joſe-

Digitized by Google

Joſephi Decreto perſpectum lætabundi habuimus ; *Intelligens* namque *Sanctitas Tua*, ut ejuſdem Decreti verbis utar, *gloriam Filiorum in decus, & honorem Parentum redundare, Sacro ſumma animi pietate, & religione peracto in Templo S. Mariæ de Aracæli* (quem honorem prorſus ſingularem ſingulis annis die Sancti Patris Noſtri Franciſci ſolemni pro Tua humanitate, & clementia conferre dignaris) *infallibili ſuæ vocis oraculo decrevit, conſtare de Virtutibus ejuſdem Venerabilis Servi Dei*, ac Decretum ipſum publici juris fieri, & in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit quarto Nonas Octobris, *ea ipſa nimirum die, quam*, ut ibidem legitur, *Univerſæ Franciſcanæ Familiæ Pater beatiſſima morte illuſtravit*.

Sed quorſum hunc amorem, benignitatem hanc, atque munificentiam, quæ ad Eccleſiam quoque pertingit Sanctæ Mariæ Angelorum, Seraphici Ordinis Caput, pro cujus reparatione pecuniæ ſummam liberaliter contuliſti ; Prædeceſſoris Tui, quem præcipue colis, cujuſque nomen ideo aſſumpſiſti, & virtutes exprimis, Sancti videlicet Pii Papæ V. exemplum imitatus, qui magnifici illius Templi fundator jure merito appellari debet ; quorſum, inquam, iſta percenſeo ? Ut nimirum optatius nihil contingere mihi poſſe fatear, quam occaſionem qualemcumque nanciſci, mei, Ordiniſque Minorum univerſi erga Te, BEATISSIME PATER, pro iis, quibus nos devinxiſti beneficiis, grati animi teſtimonium exhibendi, hac mihi nunc tandem in Operis iſtius evulgatione oblata, illud, omni ſecluſa aſſentationis ſuſpicione, fidentius exhibeam. Tua igitur venia Opus iſtud intra præfinitam Chronologiæ periodum, extra quam, ut copioſius fieret, vagari haud licuit, paucis abhinc menſibus abſolutum, nunc Tibi in grati animi, debitæque obſervantiæ ſpecimen, ea, qua par eſt, demiſſione offero, nuncupo, atque devoveo. Interim vero loci, meum ad diem hanc pluribus, juſtiſque de cauſis dilatum fuiſſe deſiderium, Tibi ſcilicet idem Opus, ſtatim ac expletum eſt, dicandi, quod nunc in gaudium mihi verſum eſſe intime ſentio, mihi ſummopere gratulandum.

Mihi

Mihi namque opportune conceditur, ut illud, poſt confirmatam ab ancipiti, tenacique nimium infirmitate valetudinem, cum nempe pretioſam Vitam Tuam, a qua noſtrum pendet, Eccleſiæque bonum univerſæ, a tali moleſtia liberam, ac in tuto poſitam lætabundi conſpicimus, Tibi ſiſtam, atque dedicem; ac ita dum ſibi de his totus gaudet Minorum Ordo, Tibi etiam per me gratuletur exultans, & in hujus Operis oblatione humillimum lætitiæ ſuæ proferat argumentum. Par ſiquidem, & æquum erat, ut in tanta Romani Populi pro Tua reparata ſanitate hilaritudinis effuſione ipſe quoque Seraphicus Ordo feſtiva promeret oblectationis ſigna, geſtiretque Tibi læti, & gratulantis animi ſui teſtimonia exhibere. Nobis quippe tot beneficiis affectis potiori jure de Tua lætandum erat incolumitate, ubi, Te pridie Kalendas Quintilis e Vaticano ad Quirinalem revertente, tot tantiſque inſolitæ effuſæque jucunditatis ſignificationibus Urbs tota exiliit, ac plenis perſonuit undique lætitiæ vocibus, hominum ſcilicet cujuſque ordinis ſibi Tuam gratulantium incolumitatem, de Auguſta Tua Præſentia plaudentium, & exultantium, ac Parentem, Præſidium, Spem, omnia denique in Te ſua habere repoſita profitentium.

Illud unice meum angit animum, quod & ſerum nimis, & nimis leve ſit hoc officium erga Te noſtrum. Sed quid? Tanta eſt præſtantia Tua, virtus tanta, ut & Te Chriſtiani Orbis felicitati a Deo peramanter datum, provide, fortunateque ſervatum ſera quoque poſteritas gratulatura ſit; & Tu Ipſe ſoleas (quod in Summo Eccleſiæ Hierarcha præſtantiſſimum prorſus eſt) promereri maxima quæque, nec minima dedignari. Vive igitur diu, BEATISSIME PATER univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, vive diu nobis: hæc mea, hæc totius Ordinis mei, hæc bonorum omnium vota ſunt. Ego vero, nunquam tantorum immemor beneficiorum, Deum Optimum Maximum aſſidue deprecabor, ut Te in Eccleſiæ decus, Subditorum Tuorum felicitatem, ac pauperculi Franciſcani Ordinis tutamen quamdiutiſſime Soſpitem, & Incolumem ſervet, perpetuoque conſilia tua fortunet univerſa. In-

Digitized by Google

terim te oro , obteſtorque , ut eo, quo ſemper conſueviſti favore, me, Ordinemque meum, ad oſculum Sacrorum Tuorum Pedum mecum humillime provolutum, tueri pergas, & Apoſtolica Benedictione augeas, atque confirmes.



PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

INter cæteros, qui in colligendis Romanorum Pontificum Diplomatibus, ad Seraphicum Ordinem pertinentibus, manum & induſtriam adhibuerunt, egregiam utique navavit operam, ac fere innumeros exhantlavit labores P. F. Joannes Hyacinthus Sbaralea Magiſter Conventualis. Cum namque ſibi in animo propoſuiſſet Vir clariſſimus Diplomata ipſa tribus Ordinibus, Minorum ſcilicet, Clariſſarum, & Pœnitentium, a Seraphico Patriarcha Franciſco inſtitutis, ab illorum exordio ad noſtra uſque tempora conceſſa, & hinc inde diſperſa, in unum coadunare Corpus, illis undique pro viribus conquiſitis, Opus a tertio Honorii III. anno feliciter exorſus, Bullarii Franciſcani titulo diſtinctum, notiſque refertum, & indicibus locupletatum, typis edi curavit. Tria priora volumina, ea complectentia, quæ ab eodem Honorio, ejuſque Succeſſoribus ad quartum uſque incluſive ejuſdem nominis Pontificem prædictis Ordinibus data fuere, ipſius Sbaraleæ nomine exornata, Romæ diſtinctis annis impreſſa, in lucem prodierunt. Sbaralea mox e vivis ſublato, juſſu & auſpiciis Reverendiſſimi Patris Dominici Andreæ Roſſi Minorum Conventualium Generalis, quartum prodiit volumen, referens ea, quæ Nicolai IV., Cœleſtini V., & Bonifacii VIII. ſunt, eruditiſſimis & iſtud adnotationibus, tabuliſque illuſtratum copioſiſſimis. Quatuor hiſce voluminibus hactenus continetur Bullarium Franciſcanum a Sbaralea conceptum, & inchoatum, quod procedens, uti diximus, a tertio Honorii III. anno, qui fuit 1219., & ad ultimum uſque pertingens Bonifacii VIII., nempe 1303., Diplomata exhibet a quindecim Romanis Pontificibus intra octoginta quatuor annorum ſpatium pro Minoritis emanata, demptis Cœleſtino IV, & Hadriano V., quos nullas pro iſtis edidiſſe Conſtitutiones, ipſemet Sbaralea ſuis locis adnotavit. At quoniam nec horum quindecim Epiſtolæ omnes ad Sbaraleæ manus devenire potuerunt, earum, quas apud Auctores indigitatas reperiit, obtinere tamen non valuit, indiculos ipſe confecit accuratiſſimos, & jam allatis cujuſque ipſorum Pontificum Conſtitutionibus fideliter ſubjecit. Hinc propterea factum eſt, ut, cum mihi eſſet in animo tanti Viri labori meum qualemcumque addere in ejuſdem Bullarii continuatione, quam ab Epiſtolis Benedicti XI., immediati Bonifacii VIII. Succeſſoris, exordiri propoſueram, ab anno ſcilicet, quo idem Bonifacius Eccleſiæ regimen cum vita dimiſit, & Benedictus aſſumpſit, Supplementum hocce prius concinnare debuerim, atque illum imitari, qui colligit racemos poſt Vindemiam. Cum namque Monumenta omnia coadunaverit diligentiſſimus Sbaralea, quæ vel penes Auctores jam typis edita legebantur; vel in Archivis celebrioribus aſſervabantur inedita, mihi ea tantum remanſerunt perquirenda, quæ vel notitiam, vel diligentiam ejus aufugerunt. Plurima ſunt quidem in prædictis indiculis ab ipſo recenſita Pontificum Decreta, quæ ad manus ejus non devenerunt, quæque ſi mihi datum eſſet adinvenire, hoc volumen copioſius redderent, & utilius; ſed quia fruſtra illa deſideravi, hiſce paucis, Sbaraleæ inauditis, ipſum complere cogor, quæ ex Vaticano ſecretiori Archivo, & ex aliis fontibus, opportune aſſignandis, haurire potui. Antequam vero ad hæc exſcribenda deveniam nonnullæ præmittendæ ſunt in Notas ejuſdem Sbaraleæ Animadverſiones, quibus dum ſtatus Minoritici Ordinis oſtenditur, &

Digitized by Google

ſcopus aperitur Papalium Conſtitutionum, ea ſimul corriguntur, in quæ Vir ceteroquin ſummus, nec unquam ſatis laudandus, in ipſis notis prolapſus eſt. Harum proinde Animadverſionum aliquæ ſtatum prædictum, & Summorum Pontificum mentem immediate declarantes, ad Bullarium Franciſcanum ſunt veluti Apparatus, in quo ſolida, & recta præjaciuntur fundamenta, plurima, quæ idem Sbaralea ſuis innixus ſparſim habet, indirecte, & conſectarie diruentia. Earum denique aliæ ejuſdem clariſſimi Viri lapſus aliquot peculiares immediate attingunt, rationibuſque, ab ipſis Pontificiis Conſtitutionibus, & probatis Auctoribus depromptis, pro ingenii mei tenuitate directe emendare nituntur, ut Hiſtoriæ veritas, quæ, maxime Regularium Ordinum, a Romanorum Pontificum Diplomatibus, ſuæ lucis radios mutuatur quamplurimos, in omnium oculis eluceſcat, atque a tenebris, quas ei nonnulli offundere ſatagunt, tueatur. Ita namque Pontificiæ Conſtitutiones facem præbent Regularis alicujus Ordinis Hiſtoriæ, & hæc lumen ſuum accipit ab illis, ut ex recta germanaque Litterarum Apoſtolicarum intelligentia vera patefiat Ordinis ejuſdem oeconomia, & ex hac in luce poſita tenor ipſe Epiſtolarum genuinus, & rectus deprehendatur. Hæc adeo certa ſunt, ut ſi ad ſenſum ab inſtituto ipſius Ordinis diſcordantem, vel huic oppoſitum earum tenorem quis audeat inflectere, ſtatim Hiſtoria ipſa de violenta falſaque interpretatione Lectores admoneat. Nequeunt enim Romanorum Pontificum Diplomata eum habere ſenſum, qui cum rerum ſerie aperte pugnet, quique legibus, & praxi illius ætatis, qua Diplomata ipſa edita conſpiciuntur, adverſetur; ſed neceſſario eum habere debent, qui cum ratione temporum, & cum ſiſtemate, vim eotunc habente, perfecte concordet. Ductus propterea veritatis amore, necnon conſilio adactus, & auctoritate Majorum, opus aggredior, quod licet nec perfecto elaboratum ingenio, nec induſtria perpolitum, nec numeris abſolutum, ejuſdem veritatis amatoribus nec ingratum, nec inutile futurum ſpero.



Digitized by Google

FR. PASCHALIS A VARISIO

LECTOR EMERITUS,

CATHOLICÆ MAJESTATIS IN REGALI MATRITENSI CONGREſSU

PRO IMMACULATA VIRGINIS CONCEPTIONE

THEOLOGUS,

AC TOTIUS ORDINIS S.P.N. FRANCISCI

Miniſter Generalis, Commiſſarius, Viſitator Apoſtolicus, & in Domino Servus.

CUM Opus, cui titulus: *Ad Bullarium Franciſcanum a F. Joanne Hyacintho Sbaralea Ord. Min. Conv. Sacræ Theologiæ Magiſtro in lucem editum Supplementum &c.* a R. P. Flaminio Annibali de Latera Noſtræ Obſervantis Provinciæ Romanæ Lectore Jubilato compoſitum, a duobus PP. Theologis de Ordine noſtro, quibus id commiſimus, reviſum, & approbatum fuerit, vigore præſentium facultatem eidem concedimus, quatenus, ſervatis ſervandis, illud typis mandare poſſit.

Datum Romæ apud Aram Cœli die 18. Auguſti 1779.

Fr. Paſchalis a Variſio Miniſter Generalis.

De mandato Rmi in Chriſto Patris
F. Clemens de Florentia Secr. Gen. Ord.

MAndatis Reverendiſſimi Patris Paſchalis a Variſio totius Ordinis Fratrum Minorum Miniſtri Generalis obſequentes, attente legimus Opus Admodum Reverendi Patris Fratris Flaminii Annibali de Latera Sacræ Theologiæ Lectoris Jubilati, cui titulus eſt: *Ad Bullarium Franciſcanum a F. Joanne Hyacintho Sbaralea Ord. Min. Conv. Sac. Theologiæ Magiſtro in lucem editum Supplementum &c.*, nihilque in eo adinvenimus a Fide, ac bonis moribus alienum; cum omnia, quæ Auctor complectitur ab Apoſtolicis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, a Sanctis Thoma Aquinate, Bonaventura, Antonino, aliiſque graviſſimis æque, ac orthodoxis Viris eruat; & omnes, quas deducit conſecutiones, ab his puriſſimis fontibus ſua veluti ſponte fluant. Quapropter ad res Franciſcanas illuſtrandas, vindicandas optimum Opus exiſtimamus, & publica luce dignum.

Dat. in Cœnobio Sanctæ Mariæ de Aracœli die 16. Auguſti 1779.

F. Deſiderius a Cæcilia Sac. Theolog. Lector Jubilatus, Ex miniſter, ac Supremæ, & Univerſalis Romanæ Inquiſitionis Qualificator.

F. Joannes Antonius Romanus Sacr. Theologiæ Lector Jubilatus, & Examinator Provincialis.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Marcucci Epiſcopus Montiſalti Viceſgerens.

APPROBATIONES.

REI Diplomaticæ, præſertim quæ ad inclytum Ordinem Minorum ſpectat, feliciter augendæ opportuniſſimum opus, cui titulus: *Ad Bullarium Franciſcanum a F. Joanne Hyacintho Sbaralea Ord. Min. Conv. Sac. Theologiæ Magiſtro in lucem editum Supplementum &c.* mandante Rmo P. Magiſtro S. P. Apoſtol. legi; & quum ſedulo omnia perpendiſſem, nihil profecto in iis inveni, quod Catholicæ Fidei, morumque regulis adverſetur. Author enim, cum Vincentio Lirinenſi in Commonitorio cap. XXXII. dicam, *nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit; non amputat neceſſaria, non adponit ſuperflua, non amittit ſua, non uſurpat aliena; ſed omni induſtria hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter, ſapienterque tractando, ſi qua illa ſunt antiquitus informata, & inchoata, accuſet, & poliat; ſi qua jam expreſſa, & enucleata, conſolidet, firmet: ſi qua jam confirmata, & definita, cuſtodiat.* Quapropter bono publico conſultum iri cenſeo, ſi publica luce donetur. Ex ædibus Sancti Calliſti die XX. Aprilis anno MDCCLXXX.

D. Petrus Aloyſius Galletti Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Epiſcopus Cyrenenſis.

SAnctorum copiis, ſcientiarumque ubertatibus merito præclarum FF. Minorum Ordinem, quamplurimis hinc honoribus, & privilegiis ab Apoſtolica Sede cumulatum, novo ſplendore collucere puto voluminis acceſſione, cui titulus: *Ad Bullarium Franciſcanum a Fr. Joanne Hyacintho Sbaralea, Ord. Min. Conv. Sac. Theol. Magiſtro in lucem editum, Supplementum &c.* In eo quippe omnia ad exactiſſimam Critices Vannum deducta, commendabili ſolertia diſcutiuntur, & exploſis, quæ adulterina videntur, quæ genuina, quæque apparent veritati conſona, veluti poſtliminio iterum reducuntur; quin adverſa aliorum judicia Auctor vereatur, qui, prout conjicio, illa ſemper S. Gregorii Nazianzeni verba Orat. 27. uſurpat: *Rei veritatem magis curo; imo ſolum curo; hoc enim vel me condemnaverit, vel abſolverit; hoc miſerum, vel beatum reddiderit. Quid autem aliis videatur, nihil ad nos, quemadmodum alienum ſomnum.* Ita judicarem, juſſu Rmi Patris *Pii Thomæ Schiara*, S. P. A. Magiſtri ipſo perlecto accurate, cogitatimque Opere, quod cum aliunde a cenſorio ſtigmate prorſus immune deprehenderim, cenſerem, quod e re diplomatica ad ſpectatiſſimum præfatum Ordinem pertinente ſit, ut prodeat in publicum, quo proficiat. Salvo &c.

Romæ, Ex Ædibus S. Laurentii in Lucina Kalend. Maij MDCCLXXX.

Joſeph Vaſco Ex-Generalis Cler. Reg. Minor. Aſſiſtens Gener., S. Indicis Congreg. Conſultor, & S. R. U. Inquiſit. Qualific.

IMPRIMATUR.

Fr. Bruno Thoma Ordinis Prædicatorum Reverendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Socius.

Digitized by Google

SERIES ANIMADVERSIONUM,

quæ in hoc Volumine continentur.

ANIMADVERSIO I.

S. Franciſcus in Regula mendicitatem præcepit, quam & ſui Ordinis conſtituit fundamentum, & characterem. pag. 1

ANIMADVERSIO II.

Paupertas a S. Franciſco in Regula præſcripta nedum proprietatem, ſeu dominium, ſed etiam uſum quemlibet interdicit bonorum immobilium. pag. 11

ANIMADVERSIO III.

Nullus Romanorum Pontificum, Martini V. Prædeceſſor, uſum poſſeſſionum, ſeu redditƲum Fratribus Minoribus conceſſit. pag. 23

ARTICULUS I.

Nec ab Innocentio, nec ab Alexandro, nec a Clemente IV. uſum poſſeſſionum, & redditƲum Fratribus Minoribus conceſſum fuiſſe, iidem Pontifices in reſpectivis Conſtitutionibus oſtendunt. ibid.

ARTICULUS II.

Fratres Minores ante Martinum V. nullum habuiſſe uſum redditƲum, ſeu poſſeſſionum, ex aliis Pontificibus Clementis IV. Succeſſoribus demonſtratur. p. 33

ARTICULUS III.

Eadem veritas ex Auctoribus, & Monumentis Ordinis oſtenditur. pag. 44

ANIMADVERSIO IV.

A Martino V. ad Leonem X. Minorum Communitas ex Obſervantibus, & Poſſidentibus Fratribus, ſub iiſdem Generali, & Provincialibus Miniſtris immediate degentibus, componebatur. pag. 55

ANIMADVERSIO V.

Regulæ S. Franciſci Profeſſores ante Concilium Conſtantienſe, & Eugenium IV. Fratres Minores ſimpliciter, abſque ullo adjecto, appellati fuerunt. pag. 72

ANIMADVERSIO VI.

Bullam Clementis IV., Obtentu Divini Nominis, *qua Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus indultum fuiſſe volunt, ut licite ſuccedere poſſent in bonis, in quibus ipſi ſucceſſiſſent in Sæculo exiſtentes, primis tantum, nullatenus*

nus vero ſecundis data fuit ; ideoque a Bullario Franciſcano eſt penitus expungenda. pag. 86

Articulus I.

Aſſertio noſtra ex ipſo titulo, & parte narrativa ejuſdem Bullæ comprobatur. ibid.

Articulus II.

Bullam, Obtentu Divini Nominis, *Franciſcanis datam non fuiſſe Pontifices, Juriſconſulti, ac ipſius Minoritici Ordinis Auctores evincunt.* pag. 94

Articulus III.

Bulla, Obtentu Divini Nominis, *non pro Fratribus Minoribus, ſed pro ſolis Prædicatoribus emanata, ex variis ejuſdem Exemplaribus comprobatur.* p. 104

ANIMADVERSIO VII.

In varias Sbaraleæ Notas. pag. 117

ANIMADVERSIO VIII.

B. Joannes Angelus a Cingulo, Clarenus dictus, ejuſque Aſſeclæ ab hæreſis nota vindicantur. pga. 138

APPENDIX.

Ad Animadverſionem Octavam. pag. 153

AR-

ARGUMENTA

Epiſtolarum, & Diplomatum Pontificum Romanorum ordine chronologico diſpoſita.

ARGUMENTA EPISTOLARUM

GREGORII IX.

I. *Commendat ſe Pontifex orationibus Fratrum in Conventu Portiunculæ commorantium.* Pag. 1
II. *Fratribus Minoribus facultatem impartitur habendi ſuis in locis Oratoria, ac in eis cum Altari Viatico Miſſas, & divina Officia celebrandi.* pag. 3
III. *Poſſeſſiones, & bona Monaſterii S. Angeli de Aſculo confirmat, bonaque ipſa, Monaſterium, & Moniales ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit.* pag. 4
IV. *Mandat Epiſcopo Aſculano, ut indebitis exactionibus Moniales S. Angeli ejuſdem Civitatis non moleſtet, ſed annuo cenſu dimidiæ libræ ceræ contentus ſit:* pag. 6

ARGUMENTA EPISTOLARUM

INNOCENTII IV.

I. *Clariſſis Monaſterii S. Angeli de Aſculo concedit, ut ſingulis diebus, ſextis feriis exceptis, vino, & pulmento uti poſſint, necnon ut ſupra ſtramineam culcitram dormire valeant; earumque Confeſſario impartitur facultatem eas ab omnibus regulæ tranſgreſſionibus abſolvendi:* pag. 7
II. *Quod Archiepiſcopus, & Capitulum Clariſſis ineptum locum habentibus ad commodiorem ſe transferre permittant.* pag. 9
III. *Moniales S. Coſmæ de Urbe relinquit in pacifica poſſeſſione Eccleſiæ S. Cornelii; præcipitque, ut Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, eamdem Eccleſiam ſibi collatam prætendenti, ſilentium imponatur.* pag. 10
IV. *Mandat, ut nonnullis Epiſcopis inhibeat, ne impediant Fratres Minores a celebratione in Altari Viatico, neve deinceps in eoſdem Fratres, eorumque hoſpites excommunicationis gladium interqueant, pœnaſque comminatur non obtemperantibus.* pag. 12
V. *Cardinali Oſtienſi omnium Clariſſarum curam, & regimen committit.* p. 13
VI. *Confirmat permutationem quorumdam bonorum Monaſterii Sancti Coſmæ de Urbe cum aliis Monaſterii Sanctæ Mariæ de Farneto.* pag. 14
VII. *Cardinali Oſtienſi omnium Clariſſarum curam iterum committit, & ſummopere commendat.* pag. 19
VIII. *Indulgentias elargitur porrigentibus manus adjutrices pro conſtructione Eccleſiæ, & Conventus Montis-Florentini, ac pro ſuſtentatione Fratrum ejuſdem loci.* pag. 20
IX. *Admonet Fratres, Prælatorum, aut Principum obſequiis in Hiſpania deputatos, ut memores propriæ profeſſionis, Miniſtris, aliiſque Superioribus Ordinis obediant.* pag. 21
X. *Præcipit Cardinali Oſtienſi, ne Sanctimoniales Clariſſas compellat ad novæ regulæ obſervantiam, ſed in antiquæ profeſſione manere volentibus hanc obſervare permittat.* pag. 22
XI. *Largitur Indulgentias miniſtrantibus ſubſidia pro Eccleſia, aliiſque ædificiis in*

Digitized by Google

in Monte Alvernæ perficiendis, necnon pro indigentiis Fratrum ejuſdem loci relevandis. pag. 24
XII. *Conventum, & locum Alvernæ ſub ſpeciali ſua, & Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit.* pag. 26
XIII. *Concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ in ſolemnitate Sancti Patris Franciſci.* pag. 27
XIV. *Rogat, ut, acceptis per Fratrem Laurentium Ordinis Minorum litteris Apoſtolicis, dictis ejuſdem Fratris Laurentii fidem adhibeat, eumdemque dirigat in agendis.* pag. 28
XV. *Proteſtatur Pontifex ſuum erga Romanos affectum, ſuamque pro eorum pace, & tranquillitate ſollicitudinem; ac mendacia eſſe inquit ab Eccleſiæ hoſtibus excogitata, quæ de ipſo in contrarium dicta fuerant.* pag. 29
XVI. *Indulget Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut de uſuris, aliiſque illicite acquiſitis, quorum reſtitutio quibus facienda ſit ignoratur, necnon de legatis indiſtinctis, & redemptione votorum uſque ad centum libras Proviſin. recipere poſſint.* pag. 33
XVII. *Mandat, ne Moniales Sancti Angeli de Aſculo in perſonis, vel in rebus moleſtari permittat.* pag. 34
XVIII. *Indulget Monialibus Sancti Angeli de Aſculo, ut ad receptionem alicujus in beneficiis Eccleſiaſticis nullo modo compelli poſſint, niſi expreſſa de ipſis in litteris Apoſtolicis mentio fiat.* pag. 35
XIX. *Indulgentias quadraginta dierum elargitur Benefactoribus Monialium Sancti Angeli de Aſculo, qui ad earum Monaſterium devotionis cauſa acceſſerint.* pag. 36
XX. *Præcipit, ut reluctantes Converſos ad præſtandam Abbatiſſæ, & Monialibus obedientiam, & ſervitutem compellat.* pag. 38
XXI. *Concedit Indulgentias ſubſidia miniſtrantibus pro ædificiis Eccleſiæ, & Conventus Tuſcanellæ perficiendis, ac pro Fratrum ejuſdem loci ſuſtentatione.* pag. 39
XXII. *Indulgentias elargitur porrigentibus manus adjutrices pro conſummatione fabricæ Eccleſiæ, & Conventus Ordinis noſtri prope Campaneanum.* p. 41
XXIII. *Hortatur, & injungit, ut a bello cum Bohemiæ Rege deſiſtat, Nuntio ad hoc miſſo Pœnitentiario ſuo Fratre Velaſco Ordinis Minorum.* pag. 42
XXIV. *Fratribus Minoribus de Camerino concedit, ut de male acquiſitis, cum ignoratur cui facienda ſit reſtitutio, de legatis indiſtinctis, & redemptione votorum, uſque ad ducentas libras Proviſin. recipere valeant.* pag. 43
XXV. *Decernit, ut ab hæreſi ad Eccleſiæ mandatum redeuntibus, eorumque fautoribus nonnulla injungantur ſub certa pœna pecuniaria.* pag. 44
XXVI. *Proviſio Eccleſiæ Cathedralis, facta per Cardinalem auctoritate Papæ in perſona Fratris Petri Ordinis Minorum, confirmatur.* pag. 46
XXVII. *Mandat, ut ordinatio Fratris Petri Ordinis Minorum, electi Sanctagathen, fiat a tribus, vel quatuor Eccleſiæ Beneventanæ Suffraganeis, vel ab aliis Epiſcopis in iſtorum abſentia.* pag. 47

ARGUMENTA EPISTOLARUM

ALEXANDRI IV.

I. *Quod Oblati, Monialium S. Angeli Aſculani ſervituti addicti, non teneantur ad bellum pergere, collectas, & vectigalia ſolvere.* pag. 49
II. *Variis privilegiis, & gratiis ditat Monaſterium S. Silveſtri de Pireto, ejuſque perſonas, & loca.* pag. 50
III. *Mandat, ut Fratres Prædicatores Pariſienſi Collegio, a quo ab Accademicis excluſi, ac ſeparati fuerant, reſtitui procurent.* pag. 52
IV. *Præcipit eiſdem Accademicis, ut infra quindecim dies a præſentium receptione*

Digitized by Google

ne admittant in ſuum conſortium Fratres Prædicatores, eoſdemque admonet Accademicos, Statuta, & omnia ab ipſis acta contra eoſdem Fratres, revocata eſſe, & annullata. pag. 54
V. *Eximit Moniales S. Silveſtri de Pireto a ſolvendis decimis de ipſarum poſſeſſionibus, & molendinis.* pag. 55
VI. *Quod Moniales S. Silveſtri de Pireto non teneantur præſtare procurationes, aut ſubſidia Legatis Apoſtolicis, aliiſque perſonis quibuſcumque.* pag. 58
VII. *Decernit, quod Moniales S. Angeli de Aſculo a nemine per litteras Apoſtolicas compelli poſſint ad Sororis alicujus receptionem, niſi de ipſis, & earum Ordine mentionem fecerint expreſſam.* pag. 59
VIII. *Indulget eiſdem Monialibus, ut per litteras Apoſtolicas a nemine conveniri poſſint, niſi de ipſarum Ordine plenam fecerint mentionem.* pag. 60
IX. *Monaſterium S. Silveſtri de Pireto cum omnibus ſuis bonis ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit, privilegiis ditat ampliſſimis, & gratias, ab Abbate Farfenſi eidem conceſſas, confirmat.* pag. 61
X. *Indulget Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut ad præſtandas procurationes, exactiones, vel quæcumque ſubſidia Legatis, aut Nuntiis Apoſtolicæ Sedis minime teneantur.* pag. 67
XI. *Concedit eiſdem Monialibus S. Angeli exemptionem a ſolvendis decimis, niſi ad alium Ordinem ſe transferant.* pag. 67
XII. *Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut publice denunciare faciat, quod omnes habentes impium libellum inſcriptum*, Evangelium Æternum, & Schedulas *huic additas, intra certum terminum & has, & illum a ſe abiiciant,* p. 69
XIII. *Iterum mandat eidem Epiſcopo, ut publice enunciare faciat*, Schedulas *additas infami Libello, cui titulus*, Evangelium Æternum, *una cum ipſo Libello damnatas eſſe, & idcirco ab omnibus reiiciendas.* pag. 71
XIV. *Confeſſario Monialium S. Angeli de Aſculo facultatem facit eaſdem abſolvendi ab excommunicatione, ſi quam per manuum injectionem in ſeipſas incurriſſent.* pag. 72
XV. *Commendat Abbatiſſam, & Monaſterium S. Angeli de Aſculo, præcipitque, ut Monialium cauſas gratis agat, & definiat.* pag. 73
XVI. *Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut, admonitione præmiſſa, ſententiam excommunicationis ferat in Magiſtros, & Scholares Pariſienſes, impedientes fideles, ne Fratribus Prædicatoribus eleemoſynas largiantur, & ne ab eis lectiones audiant, vel ſermones, neve ipſis confiteantur.* pag. 74
XVII. *Præcipit eidem Epiſcopo, ut nonnullos Clericos Pariſienſes, qui verbis, ſcriptis, & factis nomen, & perſonas offenderant Fratrum Prædicatorum, eiſdem ſatisfacere, et ab eorum moleſtatione deſiſtere faciat.* pag. 75
XVIII. *Rogat Galliarum Regem, ut Fratres Prædicatores a perverſorum conatibus defendat, et rogatus ab Epiſcopo Pariſienſi auxilium præſtet opportunum ad eorumdem perverſorum inſolentiam cohibendam.* pag. 77
XIX. *Concedit Fratribus Alvernæ, ut in quolibet Italiæ loco pro ſuis, Conventus, aut Eccleſiæ neceſſitatibus quæſtum exercere, et res aut mendicatas, aut quocumque titulo acquiſitas libere, et abſque ulla vectigalium ſolutione ad Conventum deferre valeant.* pag. 82
XX. *Ad preces Epiſcopi, et Capituli Pariſienſis mandat Abbati Foſſatenſi, ut ordinata pro utilitate, et libertate illius Eccleſiæ obſervari faciat.* p. 84
XXI. *Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut* Introductorium in Evangelium Æternum, *ejuſque additamenta, ſibi infra certum terminum ab omnibus exhiberi præcipiat, inhibeatque, ne quis deinceps vel ea de novo ſcribere, vel jam ſcripta apud ſe retinere audeat.* pag. 85
XXII. *Derogat conventionibus initis pro bono pacis a Fratribus Prædicatoribus cum Accademicis Pariſienſibus, præcipitque, ut ſuas præcedentes Conſtitutiones, vel in favorem eorumdem Fratrum, vel contra ipſos Accademicos ema-*

Digitized by Google

natas, ſub pœna excommunicationis exequi faciat. pag. 86

XXIII. *Fratres Prædicatores redarguit de pace inita, ipſo inconſulto, cum Accademicis Pariſienſibus, quam propterea reſcindit, irritamque declarat, ac preces eorumdem Fratrum pro Accademicorum abſolutione non admittit.* p. 92

XXIV. *Monaſterium S. Angeli de Aſculo una cum ſuis bonis ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit.* pag. 93

XXV. *Largitur Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ in feſtivitatibus Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ, ac per octo dies eaſdem feſtivitates ſubſequentes.* pag. 95

XXVI. *Præcipit, ut condemnationem Libelli,* De periculis noviſſimorum temporum, *a ſe factam, ſolemniter publicent, & publicari faciant.* pag. 97

XXVII. *Concedit Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut bona mobilia, & immobilia, feudalibus exceptis, quæ eis obvenirent in Sæculo exiſtentibus, etiam in ſtatu Religionis petere, recipere, ac retinere valeant.* pag. 101

XXVIII. *Indulgentias elargitur viſitantibus Eccleſiam S. Silveſtri de Pireto in præcipuis Domini Noſtri, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, aliorumque nonnullorum Sanctorum feſtivitatibus.* pag. 106

XXIX. *Ad inſtantiam Fratrum Prædicatorum mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut Magiſtros, & Scholares illius Civitatis juxta Eccleſiæ formam a cenſuris abſolvat.* pag. 109

XXX. *Clariſſis S. Spiritus, & S. Claræ de Aſculo indulget, ut de uſuris, aliiſque male acquiſitis, quorum cui reſtitutio facienda ſit ignoratur, necnon de redemptione votorum uſque ad ducentas uncias auri recipere poſſint.* pag. 110

XXXI. *Inculcat obſervantiam Conſtitutionum Innocentii IV. contra hæreticam pravitatem editarum.* pag. 111

XXXII. *Impartitur Indulgentiam centum dierum viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Capitolio in feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, & Sanctæ Helenæ Imperatricis.* pag. 112

XXXIII. *Liberat Fratres noſtros a quampluribus gravaminibus, quibus a nonnullis Prælatis, aliiſque perſonis afficiebantur.* pag. 114

XXXIV. *Reſpondet conſultationi Inquiſitorum Provinciæ Romanæ, non eſſe admittendam probationem eorum, qui teſtificari voluiſſent, infirmos, cum receperunt ab Hæreticis manuum impoſitionem, ſui compotes non fuiſſe.* pag. 116

XXXV. *Mandat, ut Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem in Patrimonio Sancti Petri, in exequendo Fidei negotio favorem præbeant, & auxilium opportunum.* pag. 117

XXXVI. *Præcipit ſimiliter, ut auxilio ſint, & adjutorio Minoritis, Inquiſitoribus in Umbria.* pag. 118

XXXVII. *Iterum inculcat obſervantiam Conſtitutionum ab Innocentio IV. editarum pro hæreſum extirpatione, & Fidei negotio promovendo.* pag. 119

XXXVIII. *Commendat Moniales, & Monaſterium Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe protectioni Guidonis Civis Romani.* pag. 120

XXXIX. *Regulam confirmat pro Monaſterio Humilitatis B. V. M. prope Pariſios a B. Iſabella fundato.* pag. 122

XL. *Confirmat Fratribus noſtris conceſſionem Aracœlitani Cœnobii, eiſdem factam ab Innocentio IV.* pag. 132

XLI. *Mandat Epiſcopo, ut omnino deſiſtat ab exigendis collectis, & gravaminibus imponendis ſuper bona nonnullarum Eccleſiarum, ad Monaſterium Sancti Coſmæ de Urbe pertinentium.* pag. 135

XLII. *Eidem Epiſcopo iterum jubet, ut nullo modo collectas, aut exactiones imponat ſuper bona Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, ſpectantium ad Monaſterium Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe.* pag. 136

XLIII. *Indulget Fratribus Alvernæ, ut in divinis Officiis veſtibus, & paramentis ſericis uti poſſint.* pag. 137

In-

Digitized by Google

XLIV. *Inquiſitoribus impartitur facultatem procedendi contra quoſcumque in cauſa Fidei, necnon ſibi Notarios eligendi.* pag. 138
XLV. *Exoratus a Rege mandat, quod inſtituatur Miniſter Provincialis in Regno Scotiæ.* pag. 140
XLVI. *Præcipit, ut ſerventur Conſtitutiones ab Innocentio IV. contra hæreticam pravitatem emanatas, utque ſecundum eaſdem adverſus Hæreticos procedatur.* pag. 141
XLVII. *Mandat, quod ſicut procedunt Inquiſitores in uno loco, ita & in quibuſdam aliis procedant.* pag. 149
XLVIII. *Præcipit, quod præficiatur Abbatiſſa in Arelatenſi Clariſſarum Monaſterio, in quo antea nulla fuerat propter novitatem.* pag. 150

ARGUMENTA EPISTOLARUM

URBANI IV.

I. *Fratres Ordinis Prædicatorum deputantur Inquiſitores in Provinciis Lombardiæ, & Marchiæ Januenſis.* pag. 152
II. *Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Romana Provincia, facultates ampliſſimas impartitur, & modum præſcribit in Officio procedendi.* pag. 156
III. *Mandat, ut Abbatem Monaſterii S. Matthiæ in poſſeſſionem ejuſdem inducant, & Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ hujus adminiſtrationem reſtituant.* pag. 161
IV. *Indulget Fratribus Conventus Sezaniæ, ut ad novum domicilium tranſeuntes iiſdem gaudeant Apoſtolicis privilegiis, quibus in veteri gaudebant.* p. 166
V. *Proceſſus, & ſententias latas per Henricum electum Archiepiſcopum Trevirenſem contra Abbatem S. Matthiæ mandat Pontifex non valere.* pag. 167
VI. *Litteræ Urbani IV., quibus VVilhelmus intruſus in Abbatiam S. Matthiæ fulciebatur falſæ declarantur.* pag. 169
VII. *Facultatem facit compellendi Fratres Minores, & Prædicatores ad perhibendum teſtimonium veritati in cauſa Epiſcopi Ruthen.* pag. 173
VIII. *Gratulatur Peruſinis, quod ad prædicationem Nuntii Apoſtolici ceſſaverint ab uſuris, & ab his deinceps promiſerint abſtineri.* pag. 174
IX. *Mandat Judicibus, & Tabellionibus Peruſinis, ne contractus efficiant ſuper uſuris, utque hujuſmodi vitium ab eorum Civitate eliminari procurent.* pag. 177

ARGUMENTA EPISTOLARUM

CLEMENTIS IV.

I. *Rogat Regem, ut Epiſcopum Zagabrienſem ob natalium ignobilitatem admittere non repugnet.* pag. 179
II. *Mandat, ne Fratres Prædicatores Fratres noſtros ad ſuum Ordinem admittant ſine licentia ſuorum Miniſtrorum.* pag. 183
III. *Pro Fratribus Minoribus, qui ſervantes Interdictum in Regno Daniæ incurrerant odium Populi.* pag. 184
IV. *Ad Fratres Prædicatores Regni Daniæ, qui violabant Interdictum, cui Dani ſuppoſiti erant.* pag. 187
V. *Mandat Clero, & Populo Othonienſi, ut recipiant Epiſcopum, qui accuſatus veniens ad Curiam, recedit licentiatus.* pag. 188
VI. *Præcipit, ut ad preces Inquiſitorum in Burgundia conſtituat quatuor Tabelliones, quibus formulam præſcribit juramenti præmittendi.* pag. 190

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTA EPISTOLARUM

GREGORII X.

I. *REvocatur ſuſpenſio ab officio, & beneficio, facta de Henrico electo Archiepiſcopo Trevirenſi.* pag. 193

II. *Mandat, ut non ſinat Moniales Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe contra privilegia Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus moleſtari, utque moleſtatores etiam per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcat.* pag. 203

III. *Eximit Clariſſas a ſolvendis decimis pro ſubſidio Terræ Sanctæ impoſitis.* p. 204

ARGUMENTA EPISTOLARUM

NICOLAI III.

I. *QUod Senatores Urbis exequantur, vel exequi faciant ſententias latas in Hæreticos.* pag. 206

II. *Minoritis de Romania impartitur facultatem abſolvendi Græcos Apoſtatas a cenſuris.* pag. 208

ARGUMENTA EPISTOLARUM

NICOLAI IV.

I. *HOrtatur Epiſcopum Orientalem, ut ſuſceptam Catholicam Fidem firmiter teneat, & in eadem alios inſtruat, & informet.* pag. 210

II. *Confirmat Fratribus noſtris poſſeſſionem Eccleſiæ, & Conventus Sanctæ Mariæ Majoris Civitatis Tiburtinæ.* pag. 211

III. *Armenos hortatur, ut Fidem Catholicam ſervent, & ad unionem accelerent cum Eccleſia Romana.* pag. 214

IV. *Eximit Clariſſas a ſolutione decimæ pro negotiis Aragoniæ, Valentiæ, & Siciliæ Regnorum impoſitæ.* pag. 215

V. *Mandat Priori Sanctæ Mariæ Tranſtyberim, ut occultos detentores bonorum Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe in Eccleſia publice moneat, ut bona ipſa infra certum terminum præfigendum revelent, aut reſtituant, ſecus poſt alium terminum excommunicationis ſententiam in ipſos proferat detentores.* pag. 216

VI. *Elargitur Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Fratrum Minorum Montis Jovis in nonnullis feſtivitatibus.* pag. 217

VII. *Indulgentias concedit accedentibus ad Eccleſiam S. Franciſci Tranſtyberim de Urbe in feſtivitatibus Annuntiationis B. Mariæ Virginis, ac Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ, & per octo ſubſequentes dies, necnon in Anniverſario dedicationis ejuſdem Eccleſiæ.* pag. 218

VIII. *Concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam noſtri Conventus de Forano in præcipuis feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, necnon Sanctorum Franciſci, & Antonii Confeſſorum, ac S. Claræ Virginis, ac per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes.* pag. 219

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTA EPISTOLARUM

PONTIFICUM INCERTORUM.

I. *PRæcipit Guardiano Fratrum Minorum , ut licentiam concedat Abbati cujuſdam Monaſterii debitis prægravati, vendendi , & alienandi de bonis ejuſdem Monaſterii , utque ipſe Guardianus pretium inde acceptum in ſolutionem debitorum convertat.* pag. 220

II. *Quod Epiſcopus Amerinus licentiam tribuat Clariſſis transferendi ſe de inepto ad aptum locum.* pag. 221

III. *Abſolvit Fratres Minores a juriſdictione Epiſcopi perſecutoris.* pag. 222

TABULA
ALPHABETICA
Diplomatum, & Epiſtolarum, quæ in hoc Supplemento leguntur.

A

AB univerſis, & ſingulis.	Alexandri IV.	Pag. 135
Ad aures noſtras.	Nicolai III.	pag. 208
Ad extirpanda.	Alexandri IV.	pag. 141
Affectus dilectionis.	Incerti Pontificis	pag. 222

B

BEnigni promptitudo.	Innocentii IV.	pag. 9

C

COeleſtia quærentibus.	Alexandri IV.	pag. 59
Cœleſtia quærentibus.	Alexandri IV.	pag. 60
Conquerentibus dilectis.	Innocentii IV.	pag. 38
Controverſiam dudum.	Alexandri IV.	pag. 52
Controverſiam dudum.	Alexandri IV.	pag. 54
Cum ad promerenda.	Alexandri IV.	pag. 95
Cum a Nobis petitur.	Gregorii IX.	pag. 4
Cum dilectis.	Innocentii IV.	pag. 13
Cum dilecto.	Innocentii IV.	pag. 19
Cum dilectum.	Innocentii IV.	pag. 28
Cum multiplicata ſit.	Gregorii X.	pag. 203
Cum olim.	Alexandri IV.	pag. 136
Cum ſicut credimus.	Alexandri IV.	pag. 73
Cum ſicut Venerabilis.	Alexandri IV.	pag. 84
Cunctis proceſſibus.	Alexandri IV.	pag. 86

D

DE chariſſimo.	Alexandri IV.	pag. 140
De quibusdam.	Alexandri IV.	pag. 74
Devotioni veſtræ.	Gregorii X.	pag. 204
Devotionis augmentum.	Nicolai IV.	pag. 215
Devotionis veſtræ.	Alexandri IV.	pag. 101
Dilecti filii Fratres Prædicatores.	Alexandri IV.	pag. 75
Dilecti filii Prior.	Alexandri IV.	pag. 77
Dilecti filii Prior.	Alexandri IV.	pag. 109
Dilecti filii Theodoricus.	Urbani IV.	pag. 169
Divinæ affluentiam.	Innocentii IV.	pag. 7
Dudum multiplices.	Innocentii IV.	pag. 46
Dudum &c.	Innocentii IV.	pag. 47

E

EFficax veſtræ devotionis.	Innocentii IV.	pag. 35
Etſi divina.	Nicolai III.	pag. 201
Exortis in agro.	Alexandri IV.	pag. 117
Exortis in agro.	Alexandri IV.	pag. 119

Digitized by Google

Exortis in agro.	Alexandri IV.	pag. 118
Exortis in agro.	Alexandri IV.	pag. 119
Ex parte chariſſimi.	Urbani IV.	pag. 166
Ex parte dilectarum.	Incerti Pont.	pag. 221
Ex parte dilectorum.	Clementis IV.	pag. 190
Ex parte dilectorum.	Incerti Pont.	pag. 220
Ex parte veſtra.	Innocentii IV.	pag. 14
Ex parte veſtra.	Alexandri IV.	pag. 116
F		
FElicis recordationis.	Gregorii X.	pag. 193
G		
GRatisſima Deo.	Alexandri IV.	pag. 50
I		
IIs, quæ auctoritate Apoſtolica	Alexandri IV.	pag. 132
In conſpectu Dei.	Innocentii IV.	pag. 21
In præclaræ dignitatis.	Gregorii IX.	pag. 1
Inquiſitionem faciendam.	Urbani IV.	pag. 167
Inter perſonas.	Innocentii IV.	pag. 22
Inundans malitia.	Innocentii IV.	pag. 34
L		
LIbellum quemdam.	Alexandri IV.	pag. 69
Libellum quemdam.	Alexandri IV.	pag. 71
Licet cuncta.	Innocentii IV.	pag. 26
Licet ex omnibus.	Urbani IV.	pag. 152
Licet ex omnibus.	Urbani IV.	pag. 156
Licet is, de cujus.	Innocentii IV.	pag. 27
Licet is, de cujus.	Alexandri IV.	pag. 112
Licet is, de cujus.	Nicolai IV.	pag. 217
Licet ſuper quodam.	Alexandri IV.	pag. 85
N		
NE aliquæ veſtrarum.	Alexandri IV.	pag. 72
Ne commiſſæ.	Alexandri IV.	pag. 138
Nimis iniqua.	Alexandri IV.	pag. 114
Non debent.	Innocentii IV.	pag. 12
Nos attendentes.	Gregorii IX.	pag. 3
Noſtro nil magis.	Alexandri IV.	pag. 140
Nuper ad Apoſtolatus.	Nicolai IV.	pag. 216
O		
OLim dum adhuc.	Alexandri IV.	pag. 137
Olim inquiſitionis.	Urbani IV.	pag. 173
Opus pietatis.	Alexandri IV.	pag. 120
P		
PAupertati veſtræ.	Alexandri IV.	pag. 58
Paupertati veſtræ.	Alexandri IV.	pag. 67
Piæ converſationis.	Innocentii IV.	pag. 33
Piæ recordationis.	Innocentii IV.	pag. 10

Pie-

Digitized by Google

Pietatis operæ.	Alexandri IV.	pag. 67
Plenus gratia.	Urbani IV.	pag. 174
Q		
Quam ſit Mundus.	Urbani IV.	pag. 161
Quæ de mandato.	Nicolai IV.	pag. 211
Qui diſponente.	Clementis IV.	pag. 188
Quoniam, ut ait Apoſtolus.	Innocentii IV.	pag. 20
Quoniam, ut ait Apoſtolus.	Innocentii IV.	pag. 24
Quoniam, ut ait Apoſtolus.	Innocentii IV.	pag. 36
Quoniam, ut ait Apoſtolus.	Innocentii IV.	pag. 39
Quoniam, ut ait Apoſtolus.	Innocentii IV.	pag. 41
Quo vos in Chriſto.	Clementis IV.	pag. 183
R		
Rationis oculis.	Alexandri IV.	pag. 150
Religioſam vitam.	Alexandri IV.	pag. 61
Religioſam vitam.	Alexandri IV.	pag. 93
Rex omnium providus.	Clementis IV.	pag. 179
Romani eſt ſummi Pontificis.	Alexandri IV.	pag. 82
Romanus Pontifex.	Alexandri IV.	pag. 97
S		
Sacram religionem.	Alexandri IV.	pag. 55
Sanctorum meritis.	Alexandri IV.	pag. 106
Si diligenter.	Innocentii IV.	pag. 42
Significarunt Nobis.	Nicolai IV.	pag. 216
Si Nobis præſumptio.	Clementis IV.	pag. 187
Sol ille verus.	Alexandri IV.	pag. 122
Summi Paſtoris.	Nicolai IV.	pag. 214
Super extirpatione.	Innocentii IV.	pag. 44
T		
Tetendiſſe nuper.	Innocentii IV.	pag. 29
Tibi ſalutis.	Gregorii IX.	pag. 6
V		
Vehementi admiratione.	Alexandri IV.	pag. 92
Veſtræ meritis.	Innocentii IV.	pag. 43
Veſtræ meritis.	Alexandri IV.	pag. 110
Viri virtutum.	Urbani IV.	pag. 177
Virtus obedientiæ.	Clementis IV.	pag. 184
Vitæ perennis.	Nicolai IV.	pag. 218
Vitæ perennis.	Nicolai IV.	pag. 219
Ut Oblati.	Alexandri IV.	pag. 49

Digitized by Google

ANIMADVERSIONES

IN NOTAS P. F. JOANNIS HYACINTHI SBARALEÆ AD BULLARIUM FRANCISCANUM

ANIMADVERSIO I.

S. Franciſcus in Regula mendicitatem præcepit, quam & ſui Ordinis conſtituit fundamentum, & Characterem.

I. CUM Religiones omnes in Eccleſia Dei inſtitutæ, ut ait S. Thomas, * communem habeant finem præcipuum, ſcilicet charitatem, in quam Sancti omnes intenderunt in proprii Ordinis inſtitutione, atque adeo, ſecundum eumdem Angelicum, ratione iſtius ſint una tantum Religio, & ab invicem non diſtinguantur, niſi ratione finis peculiaris, & eorum exercitiorum, quæ Sancti ipſi ad hunc apta exiſtimarunt, & ſibi, & ſuis tamquam media præfixerunt ad charitatis perfectionem aſſequendam; liquido apparet, exercitia iſthæc, & finem ſpecialem ab Inſtitutoribus intentum, cujuſque Religionis notam eſſe, & characterem. Hoc adeo perſpicuum eſt, & certum, ut probatione non indigeat, cum ſinguli Regulares Ordines, eorumque Alumni tales ſint, & ab aliis diſtinguantur per exercitia illarum rerum, quas reſpectivi Patres ad ſpecialem, atque hinc ad communem finem, prudenter ordinarunt, ac ipſis pro iſtius aſſecutione obſervandas tradiderunt. Ad perfectionem ſiquidem charitatis, veluti ad finem ſtatus Religionis ultimum aſpirantes, varias condiderunt regulas, eo perfectiores, addit idem Angelicus, quo magis proportionatæ ſunt fini ſpeciali & communi, cujus regulæ ipſæ media ſunt & inſtrumenta. Ex virtutibus namque eorum quilibet præ cæteris elegit, & adamavit illam, quæ magis ad finem conducere videbatur, ſcilicet vel abſtinentiam, vel hoſpitalitatem, vel ſilentium, aut aliam, hanc ſuis indefeſſo ardentiorique ſtudio excolendam propoſuit, & ipſam præcipue, tamquam ad proprii Ordinis characterem, plurima,

* 2.2.q.188.art. 1., & alibi.

quæ & obſervantiæ regulares dicuntur; ordinavit; unde ſcribit laudatus Angelicus: * *Status Religionis eſt quædam diſciplina, vel exercitium ad perfectionem perveniendi, ad quam quidem aliqui pervenire nituntur exercitiis diverſis.* Cum hæc ita ſint, neceſſario ſequitur, quod ſi à fine, & exercitiis ab Inſtitutore ſancitis unaquæque Religio talis eſt, & à cæteris diſtinguitur; quoties iſtarum aliqua huic fini renunciat, & exercitia deſerit in fundatione ſtatuta, una cum iſtis illud amittit, per quod talis erat, & ab aliis diſtinguebatur.

* 2. 2. q. 186. art. 2.

II. Seraphicus Patriarcha Franciſcus, communi ſibi propoſito perfectionis fine, ſpecialem quoque ſibi conſtituit, inferius aperiendum, & ad utrumque totis inhians præcordiis, perfectam rerum temporalium abdicationem, ſive paupertatem mendicam, & idcirco altiſſimam, nihil nec in ſpeciali, nec in communi habentem, tamquam medium aptiſſimum elegit. Licèt enim paupertatis votum una cum aliis duobus, obedientiæ nimirum, & caſtitatis, eſſentiale ſit cuilibet Religioni, quia hæc *tria vota eſſentialia*, ex eodem D. Thoma, * *pertinent ad exercitium Religionis, ſicut quædam principalia, ad quæ omnia alia reducuntur*; quia tamen *Communitas eſſentialium votorum compatitur diverſitatem Religionum, tum propter diverſas diſpoſitiones, tum etiam propter diverſos fines*; quia & *gradus habent*, ut addit S. Bonaventura in *Apologia Pauperum*, * & *majus & minus recipiunt*, paupertatem in gradu ſummo & perfectiſſimo S. Franciſcus amplecti voluit. In hanc mentis oculos attente defigens, atque divinitus perſpiciens, quod *omnia relinquere*, ut poſtea ſcripſerunt Alenſis, * & idem Seraphicus Doctor, * *tam in proprio, quam in communi, eſt Evangelicæ perfectionis, non ſolum ſufficientis, verum etiam abundantis, tamquam perfectionis Evangelicæ Conſilium principale, & principium fundamentale, & fundamentum ſublime*, ardentiſſimo captus eſt hujus abdicationis amore. Intelligens pariter, quod paupertas, ut ſcribit S. Antonius Patavinus, * *animam veſtit virtutibus, divitiæ vero temporales expoliant*; & quod *voluntaria paupertas*, ex præcitato Angelico Doctore, * *eſt efficax exercitium perveniendi ad perfectam charitatem, inquantum per renunciationem divitiarum tolluntur quædam charitatis impedimenta*, * divitiis valedicere ſtatuit, & paupertatem, ſibi jam deſponſatam, ſuis etiam proponere diligendam. *Dum enim die quodam*, de eo ſcribit S. Bonaventura, * *Miſſam de Apoſtolis devotus audiret, perlectum eſt Evangelium illud, in quo Chriſtus Diſcipulis ad prædicandum mittendis formam tribuit Evangelicam in vivendo, ne videlicet poſſideant aurum vel argentum, nec in Zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, nec virgam. Quod audiens, & intelligens, ac memoriæ commendans Apoſtolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfuſus lætitia, Hoc eſt, inquit, quod cupio, hoc, quod totis præcordiis concupiſco. Solvit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram reiicit, & pecuniam execratur, unaque contentus tunicula, rejecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſolicitudinem cordis apponens qualiter audita perficiat, & Apoſtolicæ rectitudinis regulæ per omnia ſe coaptet. Introjerunt proinde*, ſequitur poſt pauca ibidem Seraphicus Doctor, *Eccleſiam Sancti Nicolai, mane jam facto (ipſe ſcilicet, & Bernardus de Quintavalle, jam ad Ordinem à ſe receptus) & oratione præmiſſa, cultor Trinitatis Franciſcus ter Evangeliorum librum aperuit, trino expoſcens à Deo teſtimonio Sanctum Bernardi propoſitum confirmari. In prima libri aperitione illud occurrit*: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. *In ſecunda*: Nihil tuleritis in via. *In tertia vero*: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me. *Hæc eſt, ait Vir Sanctus, vita & regula noſtra, omniumque, qui noſtræ voluerint Societati conjungi.* Hanc ſuam voluntatem facto poſtmodum expreſſit, verbiſque confirmavit efficaciſſimis, quibus aperte innuit, Ordinem ſuum fundatum eſſe juxta formam, quam ab Evangelio intellexerat fuiſſe Apoſtolis à Chriſto præſcriptam. *Exemplo Apoſtolorum*, inquit idem Sanctus Bonaventura, * *ex verbis Evangelii in Eccleſia recitatis incitatus fuit B. Franciſcus ad aggrediendum hujuſmodi modum vivendi, ſicut*

* 2. 2. q. 188. art. 1.
* Reſp. 1. cap. 3.
* 4. par. Sum. quæſt. 30. art. 2.
* de paupert. Chriſti Art. 1.
* Ser. 2. in Dom. 5. poſt Trinit.
* 2. 2. quæſt. 186. art. 3.
* Ibi quæſt. penult. art. 7.
* In Legen. c. 3.
* De paupert. Chriſti art. 2.

ex

ex Legenda ſua cap. 1. clarius eluceſcit. Quia igitur ſuper illa verba Ordo hujuſmodi
fundatus eſt, non ſunt illa impertinentia, ſed per omnem modum pertinentia, tam-
quam hujuſmodi modi vivendi ſtabiliſſima fundamenta. In Regula namque * men- * Cap. 6.
dicam paupertatem præcipiens, ſic Alumnos ſuos, ejuſdem Regulæ profeſſores,
alloquitur: _Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam_
rem, ſed tamquam peregrini & advenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate
Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter. Nec oportet eos verecunda-
ri, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc Mundo. Hæc eſt illa celſitudo
altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos fratres meos hæredes, & reges Regni Cæ-
lorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimavit. Hæc ſit portio veſtra,
quæ perducit in terram viventium, cui dilectiſſimi fratres totaliter inhærentes, nihil
aliud pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in perpetuum ſub Cælo habere velitis.

III. Hoc præceptum, ad cujus obſervantiam, Honorii III. accedente au-
ctoritate, Seraphicum Patrem ſuos filios ſub gravi perſtrinxiſſe Pontifices alii
declararunt, Doctores tradiderunt, & univerſus Ordo, ut ait Clemens V. in
ſua Decretali _Exivi_, tenuit ſemper, & docuit, ſuæ Religionis characterem con-
ſtituit, & medium ſingulare, quo ſpecialem, & communem finem aſſeque-
retur, & idcirco aliis præceptis in eadem Regula contentis ejus cuſtodiam dili-
gentiſſime ſepſit, & firmiſſime communivit. Sunt autem hæc præcepta, quod
Fratres & Miniſtri ſoliciti non ſint de rebus temporalibus eorum, qui veniunt ad
Ordinem: * Quod _abſque neceſſitate non poſſint portare calceamenta_ *: Quod _fratres_ * Regulæ cap. 2.
omnes veſtimentis vilibus induantur *: Quod _non debeant equitare, niſi manifeſta_ * Cap. 2. * Ibi.
neceſſitate, vel infirmitate cogantur *: Quod _nullo modo denarios, vel pecuniam re-_ * Cap. 3.
cipiant *; quorum ſingula cum ſub eadem diſtrictione omnes pariter arctent * Cap. 4.
Minoriticæ Regulæ Profeſſores, ipſos etiam diſtinguunt ab aliorum Ordinum
Alumnis, quos propriæ Regulæ ſub gravi non adſtringunt, niſi ad votorum eſ-
ſentialium obſervantiam. Quoniam Chriſtus in Evangelio * beatitudines _a pauper-_ * Matth. cap. 5.
tate incipit, quia paupertas, ut notat ex D. Ambroſio Sanctus Bonaventura, * * In cap. 6. Lucæ.
eſt prima parens virtutum, Sanctus Franciſcus à paupertate incipere voluit, & ſu-
per hanc Vir ſapiens domum ſuam ædificare, ut parenti innixus reliquarum vir-
tutum, iſtas facilius colere, & adipiſci poſſet, ſicque liberius attingere charitatis
faſtigium. _Sicut fundamentum Civitatis Babylonis_, ſcribit idem Seraphicus Doctor, * * In cap. 7. Lucæ.
eſt avaritia, ſecundum illud 1. ad Timoth. 6. v. 10. Radix omnium malorum eſt cu-
piditas. _Et_: initium omnis peccati eſt ſuperbia, _ſecundum quod dicitur_ *: _Sic pau-_ * Eccleſiaſtici cap. 10. v. 15.
pertas ſpiritus, quæ includit oppoſitum utriuſque, ſcilicet paupertatem, & humilitatem,
eſt fundamentum perfectionis Evangelicæ, eſt & conſummatio ejuſdem. Duplex eſt
Civitas, ſcripſit etiam Alenſis, * _Dei ſcilicet, & Diaboli, quæ oppoſitiones habent_ * 4. part. quæſt. 30. art. 2.
& in ſeipſis, & in ſuis fundamentis. Sed fundamentum Civitatis Babylonis, ut dicit
Auguſtinus, eſt cupiditas: Ergo quantò quis recedit à cupiditate, tantò magis accedit
ad Civitatem Dei: Sed paupertas, in qua quis nihil habet, nec in communi, nec in
ſpeciali, & prorſus omnibus renuntiatis tam affectu, quam effectu, eſt quæ maxime
elongat ab avaritia: Ergo &c. Præterea divitiæ ſunt incendium cupiditatis, quia dif-
ficile eſt eas habere, & non amare. Sed quantò plus quis elongat ſe ab incendio pec-
cati, tantò perfectiùs agit: hoc autem fit renuntiatis omnibus in proprio, & com-
muni.

IV. Cælitus id intellexit, & perfectiſſime implevit Apoſtolicus Franciſcus,
ac propterea per divitiarum contemptum ab avaritiæ incendio, ſive à Babylonis
fundamento, longiſſimè receſſit, & altiſſimam paupertatem elegit veluti angu-
larem lapidem, ut ab hoc incipiens, ſuum ædificium ad ſummum uſque perfe-
ctionis culmen erigeret, & unà cum ſuis ad Civitatem Dei expeditius deveniret.
Etenim cum divitiæ ex ipſo Evangelio * ſpinæ ſint, quæ cæleſtium deſiderio- * Matth. 13. v. 7. & alibi.
rum ſemina præfocant, & ad meſſem creſcere non ſinunt, quia _divitiæ habitæ_,
inquit etiam S. Thomas, * _per ſe quidem natæ ſunt perfectionis charitatem impedi-_ * 2. 2. quæſt. 186. art. 3.
re, principaliter alliciendo animum, & diſtrahendo, & ideo difficile eſt charitatem
inter

* 2. 2. quæſt. penult. art. 7.

inter divitias conſervare; *neceſſe eſt enim*, ut alibi docet, * *hominem aliqualiter ſolicitari de acquirendis*, *& conſervandis exterioribus rebus*; idcirco Seraphicus Pater, ut perfecta gauderet ſpiritus libertate, nulliſque diſtractus terrenorum curis, bonum in agro ſuo ſeminaret ſemen, quod fructum centuplum afferret, divitias penitus abiecit, atque, ut cæleſtibus liberius vacaret, & charitatis perfectionem abſque impedimento ullo aſſequeretur, ex mendicatis eleemoſynis vitam ſervare decrevit.

* Art. 2.

Paupertas voluntaria, inquit ibidem laudatus Alenſis, * *exterminat cupiditatem*, *& ſpiritum ad contemplanda cæleſtia erigit*: *Nullus autem ſpiritus magis eſt ad cæleſtia contemplanda idoneus*, *quam ille*, *qui eſt omnino exoneratus à temporalibus*, *cujus theſaurus in Cælo eſt*. *Paupertas eſt adjutrix quædam in via*, *quæ ducit ad Cælum*: *unctio athletica*, *exercitatio quædam magna*, *& admirabilis*, *portus tranquillus*. Ex hiſce colligit S. Bonaventura, Divum Franciſcum in hac omnimoda temporalium abdicatione tutiorem elegiſſe viam;

* Expoſit. in Reg. FF. Min. cap. 1.

quia, inquit, * *in bonis communibus eſt periculum*, *ſicut in propriis*, *ut patet ex avaritiis*, *& aliis malis affluentiæ terrenæ frequenter annexis*, *tam Religioſorum*, *quam Sæcularium Clericorum*, *ille ſtatus eſt ſincerior*, *& à periculis divitiarum remotior*, *qui non habet affluentiam propriam*, *vel communem*, *mobilem*, *vel immobilem*, *ut non ſit ei ex divitiis materia ſuperbiendi*, *vel occaſio laſciviendi*, *vel avaritiæ incentivum*. *Creſcit enim amor nummi*, *quantum ipſa pecunia creſcit*. Quare S. Franciſcus, qui mendicitatem amplexus eſt, perfectiſſime egit, quia nedum cupiditatis vitium, ſed etiam iſtius occaſionem à ſe, & ab Ordine ſuo eliminando, id egit, quod ad perfectam avaritiæ amputationem agendum erat.

* Apol. Paup. reſp. 3. cap. 2.

Quoniam, inquit Seraphicus Doctor, * *cupiditatis vitium*, *& inordinatio radicatur in affectu mentis*, *occaſio verò & fomentum ſumitur à rebus extra poſſeſſis*, *ideo neceſſe eſt*, *quod perfecta radicis hujus avulſio utrumque reſpiciat*, *ut avaritiæ rubiginoſa affectio*, *& ſubſtantiæ terrenæ illecebroſa poſſeſſio tam ſpiritualiter*, *quam corporaliter abdicentur*. Ex hoc etiam probat S. Doctor, quod Minorum Ordo novus fuerit in Eccleſia, quia cum alii jam inſtituti bona poſſiderent in communi, in quorum poſſeſſione aliquod habebant avaritiæ incentivum, iſtæ in mendicitate fundatus, ab hoc prorſus alienus foret, & ideo aptus ad ea exercitia, ad quæ ſimul ſumpta illi ordinati non erant.

* 4. part. quæſt. 31. art. 2.

Meritò proinde ſcribit idem Alenſis, * Sanctum Franciſcum à Deo cum ſuis datum fuiſſe ad avaritiam, tum maxime graſſantem, extirpandam, inquit enim: *Secundum diſpoſitionem Divinæ Sapientiæ Deus univerſa diſpoſuit*, *& ordinavit temporibus ſuis*. *Unde ſicut in primo tempore Eccleſiæ introduxit viros potentes in miraculis & ſignis*, *ſicut fuerunt Apoſtoli*, *& eorum Diſcipuli*: *& in medio tempore viros intelligentes*, *in Scripturis*, *& rationibus nimis abundantes*: *ſic ultimo tempore introduxit voluntarie Mendicantes*, *& pauperes rebus mundanis*. *Et hoc quidem recte congruebat*, *ut per primos deſtrueretur idololatria*, *& idolorum potentia*: *per ſecundos Hæreticorum figmenta*: *per tertios avaritia*, *quæ in fine ſæculi maxime regnat*. Alenſi Magiſtro concinit diſcipulus, toties nempe laudatus S. Bonaventura, qui

* De Paupert. Chriſti art. 2. ad 20.
* Expoſit. in Reg. FF. Min. cap. 6.

hæc ipſa Magiſtri verba fere ad literam uſurpat, * atque addit: * *Sicut communitas rerum prius inſtituta eſt in charitatis incentivum*, *ſic carentia omnis juris proprii*, *vel communis Apoſtolis impoſita*, *iſtis noviſſimis temporibus renovata eſt ad avaritiam extirpandam*, *quæ pernicioſius hodie ſerpit in bonis Eccleſiæ*, *quorum abuſus eſt ſacrilegium*.

* Ibi cap. 4.

Volens igitur Dominus, dixerat prius, * *per ſervum ſuum Franciſcum avaritiæ radicem penitus excludere ab horto concluſo*, *& fonte ſignato*, *præcepit*, *ne recipiant fratres denarios*, *vel pecuniam*, *vel ullam poſſeſſionem terrenam in pecoribus*, *ſive generaliter in omnibus*, *quæ paupertatem altiſſimam labefaciunt*. Imo fateri cogimur, S. Franciſcum eo fine præſertim altiſſimam paupertatem adoptaſſe, & ſuis filiis in Regula obſervandam tradidiſſe, ut cupiditatis fomentum ab Ordine ſuo penitus arceret; ita ut affirmare debeamus, mendicitatem propoſuiſſe tamquam medium quidem ad finem præcipuum, & ad exercitia, quæ ad hunc ordinavit, aptiſſimum, ſed præcipue in avaritiæ deſtructionem, tamquam in ſpecialem finem intendiſſe, quemadmodum ſatis innuit idem Seraphicus Do-

Doctor

Digitized by Google

ctor in quæſtionibus circa Regulam S. Franciſci, * dicens: *Conditor Regulæ magis intendit fratribus præcludere viam avaritiæ in poſſeſſione pecuniæ, per quam omnis Religio ſuffocatur, quam obſtruere eis opportunitatem neceſſaria procurandi.* * Quæſt. 25.

V. Et quidem profeſſione mendicitatis avaritiam, malorum omnium radicem, S. Franciſcus abſcidit, cupiditatem, *charitatis venenum*, ut eam vocat S. Auguſtinus, * à ſuo Ordine penitus eliminavit, atque, hiſce ſublatis, ad charitatem ipſam viam ſuis aſſeclis tutam, & expeditam aperuit, perfectioremque ſtatum, utpote à periculis remotiorem, adoptavit. *Omnia relinquere*, inquit Alenſis, * *tam in proprio, quam in communi conſilium principale poteſt dici quoad hoc, quia viam præbet ad alia; nam abundans paupertas diſponit ad carnis mortificationem, & ad voluntatis propriæ renunciationem, cum nihil ſibi determinet, nec domum, nec locum, nec aliquam rem.* Sed altiſſimæ paupertatis effectus, quos omnes, tamquam ſpecialem ſui Ordinis finem, Sanctus Franciſcus reſpexit, adhuc fuſiùs recenſet Sanctus Bonaventura in iiſdem quæſtionibus circa Regulam FF. Minorum, * ubi quærens primò, *Cur tot exiſtentibus ſanctis, & approbatis Ordinibus, novam Regulam facere voluerit S. Franciſcus?* Reſpondet: *Ut in officio prædicationis & confeſſionis animarum lucra viriliter quæreret, & in altiſſimæ paupertatis mendicitate libertatem ſpiritus retinens, contemplationis ſupernæ apprehenderet puritatem.* Quærens autem ibidem, * *Cur Fratres Minores nihil habeant proprium, nec in ſpeciali, nec in communi?* Has affert rationes: *Primò, ut veſtigia Chriſti perfectius imitemur. Secundò, ut laqueos avaritiæ facilius declinemus. Tertiò, ut culpas ſuperfluitatis plenius expiemus. Quartò, ut altioris meriti gloriam conſequamur per varias virtutes paupertatis. Quintò, ut liberiores ſimus mente ad ſpiritualia ſtudia orationis, contemplationis, lectionis. Sextò, ut prædicationis ſtudio expeditius intendamus. Septimò, ut Verbum Dei minus trepidè omnibus proponamus. Octavo, ut magis confidere omnes in eum ſperantes doceamus. Nonò, ut occaſione petendæ eleemoſynæ ad aliorum ædificationem frequentiùs exeamus. Decimò, ut qui nobis ſubveniunt in temporalibus, fiducialiter ſpiritualia requirant. Undecimò, ut magis cauti ſimus ab omni ſcandalo, qui magis timeamus in temporalibus deperire. Duodecimò, ut tantò humiliores ſimus, quantò magis ſubſidio aliorum indigemus.*

* Lib. 83. quæſt.

* 4. part. quæſt. 30. art. 2.

* Quæſt. 1.

* Quæſt. 4.

VI. Cum namque omnia iſthæc præ oculis habuerit S. Franciſcus in ſuæ Religionis fundatione, medium aptiſſimum invenit in extrema paupertate, quæ dum ab avaritia, ut diximus, & ab omni ſolicitudine cor liberat, expeditum ſimul reddit ad ea facilius obeunda. Licet enim moderata rerum temporalium poſſeſſio *perfectionem Religionis*, ut docet S. Thomas, * *non impediat, ſi conſideretur paupertas per comparationem ad communem finem Religionum*; tamen, ut ipſe proſequitur, *tantò erit unaquæque Religio ſecundum paupertatem perfectior, quantò habet paupertatem magis proportionatam proprio fini*. Ad clariorem hujus veritatis intelligentiam tres diſtinguit Religionum gradus; *quæ ordinantur ad corporales actiones vitæ activæ*; *quæ ſunt ordinatæ ad contemplandum*; *& quæ ordinantur ad contemplata aliis tradenda*, ad vitæ ſcilicet activæ ſimul & contemplativæ exercitia, in quibus conſiſtit vita mixta, quam Religio S. Franciſci profitetur. Tribus hiſce Religionum gradibus triplicem competere gradum paupertatis tradit ſubinde Angelicus, atque ad rem noſtram concludit: *Illis autem, quæ ordinantur ad contemplata aliis tradenda, competit vitam habere maxime ab exterioribus ſolicitudinibus expeditam*, majorem ſcilicet competit habere paupertatem, quia ipſarum profeſſores à terrenis curis magis debent eſſe expediti, ut exercitia à propria Religione præſcripta majori ſolicitudine, & libertate exequi valeant. *Manifeſtum eſt autem*, inquit ibidem Angelicus, *quod majorem ſolicitudinem ſpiritualium requirit Religio, quæ eſt inſtituta ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum per doctrinam, & prædicationem, quam illa, quæ eſt inſtituta ad contemplandum tantum. Unde talem Religionem decet paupertas talis, quæ minimam ſolicitudinem ingerit.* Ex hac Doctrina conſequitur, S. Franciſcum, qui ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum, Religionem ſuam inſtituit, paupertatem

* 2. 2. quæſt. 188. art. 7.

Digitized by Google

tem ſelegiſſe huic fini maxime accomodatam. Si enim unaquæque Religio ſecundum paupertatem perfectior eſt, quanto habet paupertatem magis proportionatam proprio fini; & Religiones inſtitutas ad contemplata aliis tradenda decet paupertas, quæ minimam ſolicitudinem ingerit, quia ratione proprii finis competit illis vitam habere maximè ab exterioribus ſolicitudinibus expeditam, S.Franciſcus, qui ad hunc finem aſſequendum profeſſus eſt paupertatem extremam, quæ nullam ſolicitudinem ingerit, & ideo vitam inſtituit ab exterioribus ſolicitudinibus omnino liberam, paupertatem elegit omnium altiſſimam, & ſummè celebrandam. Si enim *paupertas alta*, inquit Alenſis toties laudatus, * *eſt laudabilis: Ergo*, concludit, *altiſſima, quæ eſt proprietatem non habere in communi, vel in ſpeciali, eſt laudabilior, ſive potius laudabiliſſima*. Imo cum hæc ipſa paupertas, utpote altiſſima, & extrema, ſit in ſe perfectior, perfectionem addit etiam Ordini, qui illam profitetur, juxta doctrinam S. Bonaventuræ dicentis *: *Quantum ad votum Religionis, illius eſt perfectio potior, in qua vovetur paupertas altior, obedientia univerſalior, forma caſtitatis honeſtior. Nam iſta tria, ſicut expreſſe patet, & gradus habent, & majus & minus recipiunt, & per hoc tanto in majoris perfectionis ſtatu conſtituuntur, quanto ſublimius voventur*. Id confirmat etiam præcitatus Angelicus *, qui referens tria præcipua charitatis impedimenta, quæ per remotionem divitiarum tolluntur, *quorum primum eſt*, inquit, *ſolicitudo, quam ſecum divitiæ afferunt*; atque docens, quod impedimentum iſtud *à divitiis ſeparari non poteſt totaliter, ſive ſint magnæ, ſive parvæ*; conſequenter innuit, Seraphicum Parentem, qui mendicitatem amplectendo, divitias tam magnas, quam parvas abdicavit, hujuſmodi impedimentum à ſe, & ab Ordine ſuo penitus abſtuliſſe; ac propterea Ordinem fundaſſe perfectiſſimum, utpote qui ad charitatem, & ad exercitia ab ipſo Inſtitutore præſcripta, iter liberrimum paret. Ex Evangelio namque, ut ab eodem Seraphico Doctore ſuperius audivimus, S. Franciſcus didicerat vitam à Chriſto Apoſtolis deſignatam, atque huic aptare ſe cupiens, & Redemptoris veſtigia perfectius imitari, a divitiarum contemptu ſibi incipiendum eſſe putavit, *quia*, ut ſcribit idem S. Bonaventura, * *earum amor retrahit ab amore Dei, & Patriæ cæleſtis, juxta illius veritatis teſtimonium*; Nemo poteſt Deo ſervire, & Mammonæ, *ideſt divitiis*. Sciebat quoque Patriarcha ſanctiſſimus, pro Chriſti, & Apoſtolorum imitatione perfecta, divitias contemnendas eſſe uſque ad tertium gradum, *qui eſt, nihil velle poſſidere in hoc Mundo, & in omnibus neceſſitatibus multiplicem pati penuriam propter Deum*, ut inquit Doctor Seraphicus, qui & addit *: *hoc eſt efficaciſſimum contra avaritiam remedium. Hoc remedium Chriſtus docuit vetus animarum Medicus, qui in omnibus illam viam tenuit. Hæc eſt, quam Apoſtolus notat 2. Corinth. cap. 8., altiſſima paupertas primorum Sanctorum in Eccleſia, qui omnia reliquerunt propter Deum. Huic multæ virtutes, & plurima dona gratiarum annexa ſunt*.

VII. Quod vero has omnes paupertatis excellentias, & utilitates, ab uno iſtius fonte profluentes, perſpectas habuerit S. Franciſcus, evidentiſſime apparet ex iis, quæ paſſim habet in Regula, & in Teſtamento, tum etiam ex eo, quod filios ſuos alliciens ad paupertatis amorem, hujus virtutis prærogativas frequenter in Collationibus eis aperiebat. *Fratribus in conclavi quærentibus*, refert idem S. Bonaventura, * *quæ virtus magis amicum redderet Chriſto, quaſi ſecretum ſui cordis aperiens, reſpondebat: Paupertatem, noveritis fratres, ſpecialem viam eſſe ſalutis, tamquam humilitatis fomentum, perfectioniſque radicem. Contemplatio non poteſt eſſe, niſi in ſumma ſimplicitate, & ſumma ſimplicitas non poteſt eſſe, niſi in maxima paupertate*. Hæc ajebat S. Pater ex D.Bonaventura, qui proſequitur *: *Et hoc eſt hujus Ordinis, cujus intentio eſt habere ſummam paupertatem. Theſaurus beatificæ paupertatis*, dicebat pariter S. Franciſcus, * *adeo excellens eſt, & divinus, quod nos indigni ſumus in vaſis noſtris viliſſimis illum poſſidere. Hæc enim eſt illa virtus, per quam omnes obices tolluntur è medio, dum per illam æterno Domino mens humana conglutinatur. Hæc eſt, quæ animam in terris poſitam facit cum Angelis in*

Cælo

* 4. part. q. 30. art. 2.

* Apol. paup. Reſp. 1. cap. 3.

* 2.2. quæſt. penult. art. 7.

* Lib. 2. de prof. Relig. cap. 44.

* ibi cap. 45.

* Legend. cap. 7.

* Serm. 20. in Hexameron.

* In Opuſc. S. Franc. Oracul. 4.

Digitized by Google

Cælo converſari. Hæc eſt, quæ dotem agilitatis ſuper Cælos volandi animabus ipſam amantibus, etiam in hac vita concedit, cum verè humilitatis, & charitatis arma cuſtodiat. Vera paupertas, addebat, * *radix eſt obedientiæ, mater renunciationis, mors propriæ complacentiæ, extirpatrix vanitatis, & cupiditatis*. Fratres autem adhortans ad eleemoſynam cum fiducia petendam, ſic eos alloquebatur *: *Chariſſimi fratres, & filioli mei, nolite verecundari ire pro eleemoſyna, quia Dominus ſe pro nobis fecit pauperem in hoc Mundo, cujus exemplo elegimus viam veriſſimæ paupertatis. Si enim pro ſuo amore viam paupertatis elegimus, non debemus confundi pro eleemoſynis ire. Hæc eſt enim hæreditas noſtra, quam acquiſivit, & reliquit nobis Dominus Jeſus Chriſtus, & omnibus, qui ſuo exemplo vivere volunt in ſanctiſſima paupertate*. Item commendans iiſdem fratribus Regulæ obſervantiam, ejus *profeſſionem*, inquiebat, * *eſſe librum vitæ, ſpem ſalutis, arrham gloriæ, medullam Evangelii, viam Crucis, ſtatum perfectionis, clavem Paradiſi, & pactum æterni fœderis*. Explicans verò viſionem ſtatuæ, ex metallis diverſis compactæ, & ſacco indutæ, quæ ſtatus ſui Ordinis varios præfigurabat, ſic ſtatuam ipſam ſibi locutam eſſe narrabat: * *Saccus hic vilis, quo induor, & de quo erubeſcere videor, eſt ſancta paupertas, quæ cum ſit totius Ordinis decus, cuſtodia, corona, & fundamentum &c. Evangelica hæc paupertas*, proſequebatur, eodem Seraphico Doctore fatente, * *noſtri Ordinis eſt fundamentum, cui ſubſtrato primarie, ſic omnis ſtructura Religionis innititur, ut ipſius firmitate firmetur, & everſione funditus eruatur*. Hæc & ſimilia in laudem altiſſimæ paupertatis, quam ſuam Reginam, & Sponſam appellabat, amator formæ illius Franciſcus paſſim proferebat, tum ipſam præcipiendo, ut in Regula, tum ipſam conſulendo, ut in Teſtamento, & in familiaribus colloquiis, ac præſertim cum morti proximus ad amorem, & obſervantiam ejus toto cordis affectu excitavit filios, hanc eſſe inquiendo portionem, & hæreditatem, quam eis legato perpetuo relinquebat cuſtodiendam. Hinc propterea Patris & verbis, & factis edocti filii, paupertatem, nudam prorſus & mendicam, maximi fecerunt ſemper, eamdemque veluti theſaurum, ſæculi prudentibus abſconditum, ſibique à Deo per humilem Franciſcum revelatum, & in perpetuam hæreditatem relictum aſpicientes, notam eſſe, & characterem, quo dum tanti Patris filii nominantur, & ſunt, etiam à cunctis aliis diſtinguuntur, firmiſſime crediderunt. Paupertatem habuerunt ſemper veluti margaritam Evangelicam, conſilio primum à Chriſto fidelibus exhibitam, moxque à Franciſco ſuis præcepto traditam, ſupra quam Ordinem ſuum ædificavit, tamquam ſupra fundamentum altiſſimum, *cui ſubſtrato primariè, ſic omnis ſtructura ejus innititur, ut ipſius firmitate firmetur, & everſione funditus eruatur*.

* Orac. 26.
* Collat. 7.
* Specul. vitæ B. Franciſci, & Socior. ejus part. 1. cap. 65.
* Ibi part. 1. cap. 92.
* Legend. cap. 7.

VIII. Hæc cum ita ſint, falsò ſcribit Sbaralea ad Conſtitutionem Nicolai III., *Exiit qui ſeminat*, nota (*c*) * omnes Minoritas circa hujus Pontificis ætatem crediddiſſe, *etiam paupertatem Fratrum Ordinis Prædicatorum eſſe altiſſimam ex dictis Romanorum Pontificum, ideoque Franciſcanæ paupertati parem*. Licèt enim Pontifices nonnulli altiſſimam reverà, mendicam ſcilicet, ſecus altiſſima non eſſet, dicant aliquando Ordinis Prædicatorum paupertatem, ſicut altiſſimam vocant Franciſcanam, non proinde tamen illa par huic dici poteſt, cum latiſſima inter utramque diſparitas intercedat. Mendicabant tunc temporis Prædicatores æque, ac Minores, & ideo altiſſima utrorumque dicebatur paupertas, ſed quamvis in hac praxi convenirent, longè tamen in cauſa, vel ratione praxis differebant. Mendicabant namque Minores ex præcepto Regulæ, quo ſub mortali, ut vidimus, arctabantur à Sancto Franciſco, qui mendicitatem ſui Ordinis conſtituerat eſſentialem characterem, & fundamentum, ſuis fratribus diſtrictè præcipiendo, *ut vadant pro eleemoſyna confidenter*, & præter mendicitatem *nihil aliud ſub Cælo in perpetuum habere velint*; Prædicatores vero mendicabant nullo adſtricti propriæ Regulæ, vel

* Tom. 3. Bullar. Franciſc. pag. 415. & ſeq.

Fun-

Fundatoris præcepto, ſed ex Conſtitutione tantùm, poſt mortem S. P. Dominici in Capitulo Generali edita à Patribus Ordinis, qui ad poſſeſſionum abdicationem S. Inſtitutoris conſilio, & exemplo tantummodo allecti fuerunt. Etenim Sanctiſſimus eorum Pater numquam præcepto ſuos ad mendicitatem adegit, cum nedum conſtet, ipſum in Regula, & fundatione Ordinis mendicitatem ſuis Fratribus haud præcepiſſe, uti de S. Franciſco fateri cogimur, ſed potius citra dubium ſit, cum poſſeſſionibus, & redditibus Religionem ſuam inſtituiſſe, ut liquet ex Bulla, *Religioſam vitam eligentibus*, qua ab Honorio III. anno 1216. ipſe Prædicatorum Ordo confirmatus fuit. In hac ſiquidem Bulla, apud clariſſimum Bremondum, * leguntur etiam poſſeſſiones, & bona, quæ idem Honorius III. Eccleſiæ S. Romani Toloſan. Ordinis Prædicatorum hiſce terminis confirmat, & alia in futurum adipiſcendi facultatem impertitur: *Quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant*. Quapropter meritò ſcribit idem Bremondus: * *Ordinem Prædicatorum prædia, & id genus cætera bona, cùm mobilia, tum immobilia poſſidere poſſe conceſſit Honorius III. prædictum Ordinem confirmans anno 1216. die 22. Decembris. Honorius III.*, proſequitur, * *hac de re conſentientes habet deceſſorem ſuum Innocentium III. Conſtitut. 1., data anno 1215. die 8. Octobris*, Juſtis petentium *tom. 1., pag. 1., ubi Monaſterium Prulianum ſuo, Sanctæque Sedis præſidio tutatur, ac ejuſdem poſſeſſiones confirmat: Succeſſoreſque Romanos Pontifices, Gregorium IX. Conſtit. CXLVIII., data anno 1236. die 14. Martii*, Juſtis petentium, *tom. 1. pag. 85., ubi Monaſterii Madritenſis poſſeſſiones confirmantur: Innocentium IV. Conſtit. LI., data anno 1244. die 1. Martii*, Sacroſancta Romana, *tom. 1. pag. 134., qua Romanum S. Sixti Monaſterium privilegiis ornat: Et Conſtitut. LXXXIV., data anno 1245. die 8. Aprilis*, Cum ſibi, *tom. 1. pag. 148., qua Montargien. Monialibus indulget, ut redditus & poſſeſſiones habere poſſint: Alexandrum IV. &c.*. Sic procedens uſque ad Paulum III. incluſivè alios plures enumerando Pontifices, qui Prædicatoribus poſſeſſiones, & redditus conceſſere, mox cauſam aſſignat, cur iſti nihilominus poſtea mendicaverint, dicens: *Licèt Sanctiſſimus Patriarcha Dominicus in Comitiis generalibus, anno 1220. Bononiæ coactis, nuncium remiſerit poſſeſſionibus, caſtris, redditibus, & id genus cæteris, cum quibus Ordo Prædicatorum confirmatus fuerat ab Honorio III., & anno 1228. in Comitiis generaliſſimis, Lutetiæ Pariſiorum celebratis à B. Jordano, ſancitum ſit, ne Fratres in poſterùm poſſeſſiones & redditus reciperent, & ex hoc in Conſtitutionibus noſtris Diſt. 2. Cap. 1. text. 3. legantur hæc verba.* „ Item poſſeſſiones, ſeu redditus nullo modo „ recipiantur „ *ex Pontificiis tamen Decretis ſupra laudatis, & in primis Sixti IV. Diplomate, hæc noſtra Conſtitutio fuit abrogata.*

* Bullar. Ord. Prædic. Tom. 1.
* Tom. 8. de conſenſu Bullar. tit. 1. quæſt. 11. num. 1.
* Ibi num. 2.

IX. Dominicani igitur mendici erant ex conſilio Sancti Patris Dominici, & ex Conſtitutione; Franciſcani vero ex præcepto S. Patris Franciſci, & ex Regulæ profeſſione; adeoque par non erat utriuſque Ordinis paupertas, cum iſti ad mendicitatem tenerentur ſub mortali, illi vero nequaquam; quia ſi juxta D. Thomam * nec etiam ſub veniali adſtriguntur ad omnia, quæ in ipſorum Regula præcipiuntur, multo minus conſcientia eos urget ad illa, quæ in Conſtitutionibus Ordinis ipſis demandantur. Deinde ſi Minorum & Prædicatorum Ordinum paupertas una eademque fuiſſet, quomodo Noſtrates abſque jactantiæ nota, & mendacio apertiſſimo aſſerere potuiſſent, *nullum reperiri in Ordinum Inſtitutionibus, qui tam arcte paupertatem ſit profeſſus, ſicut B. Franciſcus, & ſui Ordinis Profeſſores*? Quomodo S. Antoninus, ex Prædicatorum familia, ſcribere potuiſſet *: *Tertius gradus paupertatis eſt, nec in communi mobilia habere pro tempore aliquo prolixo, ſed dietim per quæſtum ſibi*

* 2. 2. q. 186. art. 9.
* Sum. Hiſtorial. 4. part. tit. 24. cap. 1 §. 1.

ſibi victum procurare. Hanc extremam paupertatem elegit B. Franciſcus in ſe, & in Ordine ſuo? Si namque eadem eſſet Dominicana, & Franciſcana paupertas, mendicitatem, non ut ſingularem Seraphici Ordinis, ſed ut communem Prædicatorum & Minorum Ordinibus, adnotaſſet. Inſuper, ſi par fuiſſet utriuſque Ordinis paupertas, Clemens IV., expetitus ab Ermengano de Melgorio, an melius eſſet Franciſcanis, vel Dominicanis nomen dare, differentiam illorum ab iſtis non repetiiſſet à paupertate, inquiendo: * *Magis tu ſcire potes utriuſque Ordinis obſervantias, quæ non ſunt pares in omnibus, ſed in diverſis articulis excedentes ſunt, & exceſſæ: alteri quidem iſtorum Ordini* (nempe Minorum) *lectus eſt durior; nuditas gravior; &, ut nonnulli judicant, paupertas profundior: & alteri* (ſcilicet Prædicatorum) *cibus parcior; longiora jejunia; & ut quamplures affirmant, ſeverior diſciplina.* Et quamvis immediate addat: *neutrum ergo neutri præferimus, ſed in una, & illa arctiſſima paupertate fundatos ad unum tendere credimus ſalutem animarum*, quibus affirmare videtur, ejuſdem gradus fuiſſe utriuſque Ordinis paupertatem, nil penitus officit, quia ratione iſtius inter ſe diſtingui jam dixerat.

* Conſtit. Quæris à nobis.

X. Eamdem latiſſimam differentiam inter Prædicatorum, & Minorum paupertatem aſſignat etiam Joannes XXII. in Conſtit., *Quia quorumdam*, ubi ait: *Conſtat, ipſos, Prædicatores habere in communi etiam quoad proprietatem aliqua, quod eorum Regulæ ſtatui non repugnat.* Poſt pauca verò ſubdit, *Prædicatores Chriſtum pauperem imitari, ipſoſque perfectionem Evangelicam amplexari, & in ſtatu exiſtere perfectorum ..... & tamen conſtat, ipſos habere poſſe etiam quoad proprietatem aliqua juxta eorum Regulam in communi.* Similia ſcripſit etiam Bartolus cap. 1. Minoricarum, dicens: *De Religioſis vero aliis Mendicantibus conſtat, quod aliqua habent in communi quoad proprietatem, ut colligitur ex verbis Gregorii Papæ XII. in Conſtitut.*, Quia quorumdam, *dum dicit, referens verba Gregorii X., ſicut Fratres Minores, & Prædicatores in altiſſima paupertate docuit pauperes famulari; & conſtat, ipſos Prædicatores in communi habere, & quoad proprietatem aliquid, quod eorum Regulæ, & ſtatui non repugnat.* At quis unquam aſſeruit, habere aliqua in communi quoad proprietatem, Regulæ Fratrum Minorum non repugnare, vel proprietatem hujuſmodi eſſe juxta Regulam S. Franciſci? Idem Clemens IV. in ſua Bulla, *Ad conſequendam*, apertiſſime diſtinguit paupertatem Fratrum Minorum à paupertate Prædicatorum, aliorumque, dicens: *Illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex Regula, vel Conſtitutionibus ſuis extra ſepta Eccleſiarum, Monaſteriorum ſuorum, vel officinarum ſuarum, & Clauſuram ipſorum nullas debent habere poſſeſſiones.* Et cum ad hæc verba adnotet Sbaralea in notis (*b*) & (*c*) *, *Ex Regula poſſeſſiones habere non poſſe Minoritas, & Clariſſas Aſſiſiates; ex Conſtitutione Dominicanos, & alios*, ipſemet laudatam aſſignat diſtinctionem. Hinc, ut brevitati conſulamus, in Gloſſis ad Conſtitutionem, *Exivi de Paradiſo*, in Clementinis, * quamvis earum auctor in hoc decipiatur, quod Prædicatoribus velit redditus interdictos ex Regula, quod eſt falſum, ut vidimus, hæc leguntur: *Fratres Minores non habent proprium nec in ſpeciali, nec in communi, & hoc non videtur ſpeciale in eis, ſed locum habet etiam in aliis Mendicantibus, ut in Prædicatoribus, & ſimilibus, quia ex Regula non licet habere redditus, aut poſſeſſiones, ſed per quæſtum publicum victum tribuere ſolet incerta mendicitas; tamen non in omnibus æquiparantur. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quoad proprietatem, hìc autem dicitur generaliter, quod Fratres Minores nihil ſibi approprient, & quod hæc expropriatio intelligitur, tam in ſpeciali, quam in communi.* Quare B. Angelus à Clavaſio in expoſitione Regulæ Fratrum Minorum, quæ italicè inſcripta legitur in codice, propria ipſius manu exarato, exiſtente in Archivo Sancti Iſidori de Urbe *, hæc habet, fideliter à nobis latinè reddita: *In Sexto Capite ſunt duo præcepta. Primum, quod Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum,*

* Bullar. Franciſc. tom. 3. pag. 6.

* Lib. 5: de Verb. ſignif. tit. 11.

* Arm. 4. n. 125.

locum, nec aliquam rem, & hoc intelligitur juxta declarationes Summorum Pontificum, quod Fratres nec in ſpeciali, nec in communi habere debeant aliquam rationem civilem, aut mundanam in rebus terrenis; ſed tantum rationem quamdam naturalem, ideſt, uſum facti, naturæ ſubſtentationi neceſſarium, ſicut qui utitur aliqua re commodata ad voluntatem commodantis; & ideo nequeunt pro aliqua re terrena in judicio contendere, nec per ſe, nec per alios. Talem autem uſum facti non poſſunt habere in rebus immobilibus, excepto uſu locorum, hortorum competentium, & ſpatiorum ad eorumdem commoditatem reducibilium. At vineas, poſſeſſiones, domos, & redditus habere non poſſunt, nec eiſdem uti, & res illas, quibus utuntur, habere debent ad naturæ neceſſitatem, & non ad ſuperfluitatem, & abundantiam, quæ juxta Nicolaum III. adverſatur paupertati. Atque notandum eſt, quod in hoc præcepto, & etiam in primo mandato Capitis quarti, ideſt, de pecunia, continetur fere tota Regulæ ſubſtantia quoad paupertatem; & ideo hunc locum Summi Pontifices plene & ample declararunt, & Fratres circa ipſum omnem diligentiam habere deberent, ipſumque intelligere. Cum igitur hæc de Fratribus Prædicatoribus nullatenus dici poſſint, eorum paupertas, & Minorum par non erat, quemadmodum adhuc validius oſtendi poſſet, niſi ad alias properandum eſſet Animadverſiones, in quibus Franciſcanæ paupertatis natura ſingularis magis magiſque declarabitur.



Digitized by Google

ANIMADVERSIO II.

Paupertas à S. Franciſco in Regula præſcripta nedum proprietatem, ſeu dominium, ſed etiam uſum quemlibet interdicit bonorum immobilium.

I. QUod S. Franciſcus in ſua Regula rei cujuſcumque dominium, ſeu proprietatem ſuis Fratribus interdicat, nemo hactenus dubitavit, cum id nedum ex apertiſſimis ejuſdem Regulæ verbis, * *Fratres nihil ſibi approprient*, & ex aliis ſub ejuſdem initio, * *vivant ſine proprio*; ſed etiam ex Romanorum Pontificum declarationibus, & communi Doctorum conſenſu, luce clarius eluceſcat. Siquidem Pontifices declararunt, & Doctores, ut innuimus etiam in præcedenti Animadverſione, docuerunt, quod, cum recitata verba vim præcepti in ſe contineant, Fratribus Minoribus rerum ſolummodo competat uſus, qui ſit omni jure dominii, ſeu proprietatis deſtitutus. At quoniam S. Bonaventura ſcribit: * *Non dicit Regula: Fratres nihil habeant, nec aliqua re utantur, quod eſſet inſanum, ſed quod nihil ſibi approprient*; & alibi: * *Regula non dicit, nos nihil debere habere, ſed nihil nobis appropriare; unde uſum rerum neceſſarium habere poſſumus, non proprietatem*, ſuſpicari quis poſſet, Regulam Franciſcanam ſolam inhibere ſuis Profeſſoribus rerum appropriationem, ſive uſum cum dominio in rebus ipſis, non autem rerum quarumcumque ſimplicem uſum facti; idcirco S. Doctoris mens prius eſt aperienda, ne ad bona etiam immobilia præfatam diſtinctionem ipſum extendere credamus. Et in primis, ſi ſcopus illius utrobique attendatur, textum integrum perlegendo, conſtat evidenter, loqui S. Doctorem de bonis mobilibus, atque moderatum iſtorum uſum abſque proprietate, de quo nulla eſt controverſia, Fratribus permiſſum eſſe affirmare; de bonis verò immobilibus, de prædiis nempe, & annuis redditibus, de quibus hìc agitur, ne verbum quidem habere. En verba ejus in Epiſtola ad Magiſtrum præfatum: *Supponis*, inquit, *quod Regula paupertatem præcipit, commendat laborem, vetat curioſitatem; ſuppono & ego. Deteſtaris ob hoc receptionem pecuniarum, proprietates librorum, ac domorum, vitupero & ego. Imo nos omnes perſequimur fortiter, & culpamus. In hoc convenimus. De libris & utenſilibus quid ſentiam, audi. Clamat Regula expreſſe imponens Fratribus officium prædicandi, quod non credo in aliqua alia Regula reperiri. Si igitur prædicare non debent fabulas, ſed verba divina, & hæc ſcire non poſſunt, niſi legant, nec legere, niſi habeant ſcripta; planiſſimum eſt, quod de perfectione ſic eſt habere libros, ſicut eſt prædicare. Et ſicut non obſtat Ordinis paupertati habere Miſſalia ad cantandum Miſſas, & Breviaria ad Horas dicendas; ſic non obſtat & Biblias ad verba divina prædicanda. Licet igitur libros habere. Sed numquid Regula ſibi contraria eſt, quæ alibi mandat nihil habere? Abſit hoc, ut in ea ſit contrarietas aliqua, ſicut nec falſitas, cum tota de fonte Evangelii ſit extracta, ſicut mihi, qui parum novi, facile eſſet oſtendere. Dico ergo, quod Fratribus horum conceſſus eſt uſus, ſed vetatur appropriatio. Nam non dicit Regula: Fratres nihil habeant, nec aliqua re utantur, quod eſſet inſanum, ſed quod nihil ſibi approprient*. Hactenus Doctor Seraphicus, qui idipſum ibidem docere contendit, & addit: *Ordo nihil ſibi appropriat in libris, dum Miniſtri libros nec vendere, nec alienare auctoritate propria poſſunt, nec Fratres ſubditi poſſunt, dum frequenter reſignant, & eis pro voluntate Miniſtrorum aſſignantur, & auferuntur. Certus ſum, quod hæc eſt conſcientia fratrum*. Si ergo S. Bonaventura de libris, & aliis mobilibus tantùm hìc pertractat, quia de ſolis iſtis

* Cap. 6.
* Cap. 1.
* Ad Magiſtrum Innominatum.
* In Quæſtion. circa Reg. S. Franc. quæſt. 24.

iſtis urgebat adverſarius, atque iſtorum uſum abſque dominio Minoritis conceſſum eſſe fatetur, quin de poſſeſſionibus, eorumque uſu vel minimum præbeat indicium, contra ipſius mentem textus laudatus aſſumitur ad probandum, S. Franciſci Regulam, juxta doctrinam Seraphici Doctoris, bonorum etiam immobilium ſolam prohibere appropriationem, non vero uſum omni dominio expoliatum.

II. De ſolo uſu mobilium, hortorum, & Conventuum loquitur Sanctus Doctor etiam in alio deſuper allato teſtimonio, in quo pariter nil penitus habet de uſu prædiorum, vinearum, & ſimilium, ut ex contextu evidentiſſimè colligitur. *Item quæro*, ſcribit ibidem, *cum Regula dicat, quod nihil proprium debeatis habere, nec in ſpeciali, nec in communi; & vos habeatis domos, hortos, libros, veſtes, & alia victui neceſſaria pro tempore, quomodo poteſtis tranſgreſſiones hujuſmodi excuſare bona conſcientia? Reſpondeo. Videmus in ſæculo famulos Dominorum panem non ſuum comedere, tecto non ſuo contegi, & rebus alienis, videlicet Dominorum ſuorum, uti; ſic & alii ſæpe conceſſis utuntur, tam veſtibus, quam aliis rebus de illorum voluntate, quorum res ſunt. Sic & nos utimur rebus neceſſariis pro corpore, quas tamen nec in ſpeciali, nec in communi nobis appropriamus. Regula enim non dicit, nos nihil debere habere, ſed nihil nobis appropriare. Unde uſum rerum neceſſarium habere poſſumus, non proprietatem. Alioquin nec veſtem, nec cibum, nec aliquid aliud in uſum recipere deberemus, quod eſſet contra omnem rationabilem intellectum. Præſul enim Sedis Apoſtolicæ, qui eſt generalis omnium pauperum Eccleſiæ proviſor, ſpecialiter noſtri Ordinis curam habens, omnium mobilium, quæ Ordini conferuntur, proprietatem ſibi aſſumpſit, exceptis his, quorum dominium ſibi conferentes retinuerunt, & nobis uſum earumdem rerum ſolum concedit*. Ex hiſce verbis nedum conſtat, mobilium dumtaxat uſum habuiſſe Minores, ſed etiam evincitur, uſum immobilium eiſdem fuiſſe interdictum, quia ſi hunc habuiſſent, vel habere potuiſſent, ſilentio non præteriiſſet poſſeſſiones, ubi longe minora, libros nempe, & id genus alia, diſtinctè commemorat.

III. Verum quod illa diſtinctio prorſus inepta ſit ad inferendum, S. Bonaventuram voluiſſe, Regulam inhibere Minoribus poſſeſſionum appropriationem, non vero ſimplicem uſum facti, ex aliis adhuc ejus teſtimoniis deprehenditur. In expoſitione ejuſdem Regulæ, ad verba illa, *vivendo ſine proprio*, poſt varios explicatos Clericorum, & Monachorum ſtatus, ad Fratres Minores deveniens, ait: *Quia in bonis communibus eſt periculum, ſicut in propriis, ut patet ex avaritiis, & aliis malis affluentiæ terrenæ frequenter, tam Religioſorum, quam ſæcularium Clericorum; ille ſtatus eſt ſincerior, & à periculis divitiarum remotior, qui non habet affluentiam propriam, vel communem, mobilem, vel immobilem*. Poſt pauca vero proſequitur: *Unde Gregorius IX. hanc eamdem Regulam elucidans, & iſtam profeſſionem ab omni alia diſtinguens, bene ait: Dicimus, quod nec in communi, nec in ſpeciali debet proprietatem habere, ſed utenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet Ordini habere, uſum habeat, ſalvo locorum, & domorum dominio illis, ad quos noſcuntur pertinere*. Cum hic affirmet S. Bonaventura, Fratres Minores non habere affluentiam propriam, vel communem, mobilem, vel immobilem, atque ex declaratione Gregorii IX. ipſis conceſſum eſſe fateatur uſum eorum mobilium, quæ licet Ordini habere, quin ullam mentionem faciat rerum immobilium, apertiſſime docet, quod hæc tum quoad proprietatem, tum etiam quoad ſimplicem uſum facti eiſdem prohibita ſint, quodque allata diſtinctio non in iſtis, ſed in ſolis mobilibus locum habeat. Et ſane in eadem expoſitione * agens expreſſe de rerum uſu, ſola denuò commemorat bona mobilia, dicens: *Omnia mobilia, quibus Ordo utitur, ſunt mere, & immediate ipſius Eccleſiæ Romanæ. Quia ergo Fratres Minores pro Chriſto ſerviles effecti ſunt, utuntur rebus, quas uſu conſumunt, nec tamen eis dominantur*. Sed

* Cap. 6.

cur

cur de uſu immobilium ne verbum quidem facit, ſi iſtorum quoque eis licitus erat, & ſola proprietas interdicta? *Quæritur*, addit, *ex quo Fratres tantùm habent uſum rerum, poſſunt ne habere uſum quarumcumque, & quantarumcumque rerum?* Et poſt nonnulla ſic negativam reſponſionem concludit: *Non ergò competit viris pauperibus habere magnas areas, vel ſumptuoſa ædificia, aut quæcumque ſimilia, non vaſa ornata, non cellaria vinaria &c.* Qui negat Cellæ vinariæ uſum, profectò & uſum negat Vinearum; ſecus ridiculum foret uſum iſtarum permittere ad vinum colligendum, & uſum loci denegare ad ipſum aſſervandum.

IV. In *Apologia pauperum* *) inter alia, quæ habet pro defenſanda Fratrum Minorum mendicitate contra ipſam impugnantes, inquit: *Per hæc Sanctorum Doctorum teſtimonia, tam manifeſta, quam certa, & alia plurima, quæ cauſa brevitatis vitandæ reſecantur ad præſens, irrefragabili poteſt ratione concludi, quod Chriſtum, & Apoſtolos imitari, non ſolum quoad abdicationem proprietatum, verum etiam quoad extremam temporalium rerum penuriam, quæ conſiſtit in carentia poſſeſſionum, & pecuniarum, non ſolum eſt licitum, ſed & laudabile, & perfectum.* Nil clarius proferre poterat Seraphicus Doctor, ut oſtenderet, Regulam Fratrum Minorum dominium, & uſum quemlibet terrenarum poſſeſſionum ſuis profeſſoribus inhibere, quemadmodum & per univerſum Opuſculum probare contendit, ubi invictiſſimè demonſtrat, Chriſtum, perfectionis Magiſtrum, ad perfectos inſtruendos, fuiſſe mendicum, & nec domorum, nec aliarum poſſeſſionum uſum habuiſſe, ac S. Franciſcum ad Chriſti, & Apoſtolorum exemplum Ordinem ſuum, abdicato etiam uſu bonorum immobilium, in mendicitate fundaſſe. Idipſum etiam alibi tradit, præſertim vero in Opuſculo *De paupertate Chriſti*, & in *Libello apologetico*, in quibus ex profeſſo hoc pertractat argumentum contra Guillelmum à Sancto-Amore, & alios hujus farinæ, Fratrum Minorum profeſſionem tamquam temerariam, Dei tentativam, & homicidam reprobantes. Et hìc ad rem breviter advertere juvat, quod ſi Fratres Minores uſum habuiſſent rerum immobilium, Guillelmus, & alii eorum ſtatum minime taxaſſent, quia riſu excipiendæ fuiſſent recenſitæ oppoſitiones; admiſſo enim quocumque poſſeſſionum uſu, habuiſſent Minores unde ad vitam neceſſaria deſumere, nec proinde temerarii, Dei tentatores, & ſuicidæ, niſi ab inſipiente, dici potuiſſent. Si ergo tales dicebantur, profectò ſic ſe committebant divinæ providentiæ, ut ex incertis, & in dies emendicatis elemoſynis viverent, atque hæc erat idea, quam omnes de ipſis, eorumque vita communiter habebant. Accedit, quod ſi præfatum uſum habuiſſent, Guillelmi, & aliorum os facillime obſtruxiſſet S. Bonaventura, inquiendo nimirum, Regulam Fratrum Minorum ſolam prohibere immobilium appropriationem, non verò ſimplicem uſum facti, & idcircò ſuos profeſſores nec temerarios efficere, nec periculo exponere fame pereundi; atque addidiſſet, inſanire Guillelmum cum ſuis, quia licèt non haberent Fratres dominium immobilium, commodè tamen per ſimplicem eorum uſum poterant ſuſtentari, cum non de proprietate, ſed de uſu rerum vivatur. At nihil horum expreſſit unquam S. Bonaventura in tot Opuſculis, quæ contra detractores iſtos concinnavit, licèt fuiſſet ei facillimum ſic eorum retundere inſolentiam; imò totus eſt in iiſdem, ut rationibus ex divinis literis, & Patrum teſtimoniis deſumptis, mendicitatem, & poſſeſſionum abdicationem perfectam evincat laudabilem, & ſanctam, exemplo, & ore à Chriſto conſultam, à B. Virgine, & Apoſtolis prius, deinde à Sanctis Viris quamplurimis amplexatam, ab aliis verò etiam poſſidentibus ſummis laudibus celebratam. Mens igitur S. Doctoris fuit conſtantiſſima, Regulam Fratrum Minorum prohibere etiam ſimplicem uſum facti bonorum immobilium, atque adeò allatam diſtinctionem inter *habere*, & *appropriari*, inepte à nonnullis excogitatam, adhibendam eſſe in ſolis mobili-

* Reſp. 3. c. 1.

bilibus, quorum uſum reverà, moderatum tamen, eiſdem ſine dominio permiſſum eſſe concedit.

V. Et ſane, ſi ubique docet, S. Franciſcum mendicaſſe, & mendicare præcepiſſe, &, propoſita quæſtione de paupertate, * ſcribit: *Voco mendicare, eleemoſynam quærere, ſeu de quotidianis eleemoſynis vivere*, quomodo admittere potuit poſſeſſionum uſum, quo mendicitas quotidiana, ut nemo non videt, penitus è medio tollitur? Dicemus ne, S. Franciſcum juxta mentem S. Bonaventuræ præcepiſſe mendicitatem ad tempus, uſque dum nempe Fratres per quæſtum poſſeſſiones acquiſiiſſent, vel eis mandaſſe, ut vineas, agros, & domos pro eleemoſyna à fidelibus peterent? Nemo pius, vel ſanæ mentis id affirmabit, cum idem ſit ac fateri, S. Patriarcham fictitiam, & ridiculam ſuis in Regula præcepiſſe mendicitatem, atque hanc agnoviſſe, & probaſſe Seraphicum Doctorem. Si ergò veram, uti credere debemus, mendicitatem ſuis alumnis S. Franciſcus impoſuit, atque talem ipſam agnovit Sanctus Bonaventura, ſentire etiam debemus & affirmare, rerum immobilium uſum eiſdem inhibuiſſe, ut de quotidianis eleemoſynis vivere tenerentur. Deinde exponens idem S. Doctor verba illa Regulæ *, *Caveant Fratres, & eorum Miniſtri, ne ſoliciti ſint* &c. hæc habet: *Beatus igitur Franciſcus videns pericula affluentiæ terrenæ, quam multi poſſident in communi, elegit Regulam ipſis Apoſtolis ad prædicandum miſſis à Domino conſtitutam, injungens Fratribus, ne ſolicitudinem habeant de rebus venientium ad Ordinem, ne ſic Ordinis maculetur puritas, vel inquietudine aliqua gravetur*; & ideò poſt præceptum, quod Fratres nihil ſibi approprient, immediate addit Seraphicus Parens *: *Vadant pro eleemoſyna confidenter. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viventium, cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in perpetuum ſub Cælo habere velitis.* Per hæc ultima verba aperte declarat, quod Fratres, qui nihil ſibi debent appropriare, nec mobile, nec immobile, permiſſo tamen moderato uſu mobilium ſine proprietate, quæ mendicitatem non impediunt, poſſeſſionum nec ſimplicem uſum facti habere debeant, quia ad vitam alendam tenentur ex præcepto ire oſtiatim pro eleemoſyna; quod etiam repetit in Teſtamento dicens: *Recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynas oſtiatim*. S. Franciſci mentem optimè aſſecutus eſt idem S. Bonaventura, qui propterea ad hæc verba, *Fratres, nihil ſibi approprient &c.*, inquit *: *Hæc pars habet quatuor: primò inhibet appropriationem: ſecundo imponit mendicitatem &c.*

* De Paupert. Chriſt. art. 2.

* Expoſit. Regul. FF. Min. c. 2.

* Reg. cap. 6.

* Expoſit. Regul. FF. Min. c. 6.

VI. Quod autem vigore hujus præcepti Minoritis interdictum velit Seraphicus Doctor immobilium etiam ſimplicem uſum facti, ut ab aliis ejus plurimis teſtimoniis afferendis abſtineamus, clariſſimè id affirmat in ſolutione cujuſdam quæſtionis, quam ſibimet ſub hiſce terminis proponit *: *Cum aſſeratis vos ſecundum Regulam, & profeſſionem veſtram, nullos recipere debere proventus reddituum, ſeu poſſeſſiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini tranſgreſſores Regulæ veſtræ in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas veſtris areis, in quibus habitatis. Eodem enim modo, ſi hoc licet, poteritis etiam vineam recipere, & agros, & manſos, & ſimilia quæque recipere, imo grangias, & villas, & caſtra, & terras, & oppida, & quæcumque fuerint vobis data, & ſic priſtina paupertas, & mendicitas, quam profeſſi eſtis, paulatim evaneſceret, & non eritis diſcipuli S. Franciſci, cum non ſequamini veſtigia ejus, nec ejus Regulam teneatis &c. Reſpondeo*, proſequitur S. Doctor, *Si qui in talibus incautè agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus: qualiter autem in hoc licitè agere poſſimus, adverte, & tunc non judicabis nos, ſi ſanè intelligis, tranſgreſſores. Proteſtamur nos, ſecundum Regulam noſtram nil debere, ſeu velle poſſeſſionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere. Quia verò mendici ſumus, & pauperes, ea, quibus pro præſenti neceſſitate indigemus, ideò recipimus, prout licet, ſive pro ſolvendis debitis, vel aliis neceſſariis procuran-*

* Libell. apologet. quæſt. 9.

curandis . Cum aliquis ex devotione vult nobis legare domum ſuam , vel aream non contiguam noſtræ manſioni, non recipimus eam, nec per nos, nec per interpoſitam perſonam, ut noſtram. Sed ſi ille eam diſponit per alium quemcumque, ut, ea vendita, de pretio vendito provideatur nobis ex parte ſui in his , quibus tunc indigemus, procurandis, vel ſolvendis debitis, acceptamus. Hoc unum Sancti Bonaventuræ teſtimonium ſatis ſuperque ad intentum noſtrum ſufficere nemo eſt qui non videat, quia ſi proteſtatur , ſe & fratres ſuos *nil debere , ſeu velle habere poſſeſſionis , vel certorum redditiuum*, expreſſe fatetur, diſtinctionem inter habere, & appropriari , non habere locum in bonis immobilibus, utpote quæ abſolutè prohibita ſint Minoribus tum quoad proprietatem, tum quoad uſum, quemadmodum apertius docet per ea, quæ ſubjungit, ſe nempe acceptaſſe domum fratribus legatam, ut, ea vendita, de pretio illius eorum neceſſitatibus provideretur, quia ſi poſſeſſionum uſum habere potuiſſent, eas acceptaſſent, ut de ipſarum uſufructu ſuſtentarentur. Regula igitur B. Franciſci , juxta intellectum S. Bonaventuræ , non ſolùm dominium, ſed etiam uſum quemlibet ſuis profeſſoribus interdicit bonorum immobilium, & quamvis concedat eis moderatum uſum librorum & ſimilium abſque proprietate, & idcirco in his diſtinctionem admittat inter habere, ſive uti, & appropriari, hanc tamen non patitur in bonis immobilibus , quia mandans eis , ut ſint mendici, & de quotidianis eleemoſynis vivant, abſolutè iſta prohibet, & penitus excludit . Neque hanc mendicitatem tollunt legata nonnulla, quæ aliquando Minoritis fieri ſolent ; inquit enim Navarrus: * *Conſtat , eorum incertam mendicitatem non tolli ex eo , quod aliquem certum redditum habeat eorum Eccleſia pro fabrica, candelis , hoſtiis , & vino ad ſacrificandum , & aliis hujuſmodi.*

* Tom. 1. Conſilior. lib. 3. Conſilio 9. num. 4.

VII. Hunc eſſe Regulæ ſenſum, & Conditoris illius voluntatem, præter S. Bonaventuram, tradiderunt communiter quotquot per duo ſæcula & amplius ab Ordinis Minorum fundatione , in ipſo floruere Scriptores , qui de hac re pertractarunt. Quatuor Magiſtri , qui circa annum 1242., mandante Miniſtro Generali Fratre Aymone , Regulæ ſcripſerunt Expoſitionem in toto Ordine celeberrimam, quatuor Magiſtrorum ab eiſdem nuncupatam, declarantes verba illa, *Fratres nihil ſibi approprient &c.*, hæc ſimul excitant, & ſolvunt dubia: *Quæritur quid ſit iſta paupertas , ad quam tenentur Fratres, an ſcilicet prohibeatur eis , ne poſſint aliquid fixum ad ſuſtentationem habere, ſicut aliquæ perſonæ voluerunt ordinare redditum perpetuum, quo in aliquo loco ſuſtentarentur Fratres, ita ut aliqua proprietas apud eos non reſideret . Item quæritur, an paupertas iſta, ad quam tenentur Fratres, prohibeat eis, ne poſſint habere territoria, de quibus per culturam, & induſtriam ſuam , omnis ſuſtentationis hæc neceſſaria procurent, ita quod proprietas penes alium reſideat, ut ſicut habent hortos, ac olera , & fructus, ita haberent vineas, & agros. Ad quod dicendum, quod cum ſit duplex neceſſitas Evangelicæ paupertatis , ſicut dicunt Sancti, ſcilicet paupertas imperfecta , quæ cum paupertate ſpiritus nihil ſuperfluum retinet, ſed ſolum retinet quod eſt neceſſarium: alia verò perfecta , quæ cum paupertate ſpiritus nec ſuperfluum , nec neceſſarium vitæ tamquam proprium retinet, hæc verò videtur paupertas Fratrum Minorum, quæ hic determinatur; unde attenditur in duobus. Unum eſt, ut non recipiant aliquid fixum, ſicut redditum, & hoc eſt, quoniam tamquam advenæ & peregrini in paupertate debent Domino famulari . Aliud , quod debent habere paupertatem quantum ad uſum, ut taliter ſint pauperes, quod etiam ſint mendici; unde etiam additur : Vadant pro eleemoſyna confidenter*. Clariùs exprimere non poterant, etiam uſum bonorum immobilium eſſe Fratribus Minoribus abſolute prohibitum, quemadmodum fatetur quoque Frater Joannes de Pechano Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui exponens verba illa Regulæ cap. 1., *Vivendo ſine proprio*, inquit: *Sine generali , vel particulari dominio . Quod autem juſtè ſit intellectus, patet*

patet per ea, quæ in Regula ſubſequuntur, ubi dicitur: „ Fratres nihil ſibi ap-„ proprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tamquam „ peregrini & advenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino „ famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter. „ *Quod etiam patet, quod, ſicut dicit Regula, neceſſaria victui, & veſtitui ſunt ex mendicitate eleemoſynarum perquirenda. Ex quibus lucide conſtat, quod in extrema paupertate Fratribus Minoribus congruit victitare.*

VIII. Bartholomæus Piſanus, qui floruit ſub initio ſæculi XV., & ſuum Opus *Conformitatum* obtulit Generali Capitulo, anno 1399. Aſſiſii celebrato, à quo perpenſum, & approbatum fuit, declarans & ipſe S. Franciſci Regulam, eadem ſibi proponit, & extricat dubia, à quatuor Magiſtris excitata, dicens: * *Ex hac Regulæ ſententia dicentis, quod Fratres ſint tamquam advenæ & peregrini &c. ſecundum quatuor Magiſtros ſequitur ſolutio duorum dubiorum.... Ad hæc dubia patet reſponſio ex hac Regulæ ſententia, quod non, quia debent in paupertate Domino famulari, nam debent habere paupertatem quoad uſum, ut tales ſint pauperes, ut etiam ſint mendici, quia dicitur*: „ Vadant pro eleemoſyna „ confidenter. „ Idem Piſanus ibidem hæc etiam habet: *Secundò quæritur de annuis redditibus: Reſpondet Clemens V., quod cum annui redditus inter immobilia ſecundum jura cenſeantur, ſicut nec Fratres ipſi poſſeſſiones, ſic nec redditus, eorum conditione penſata, poſſunt habere*. Ex approbatione, qua Patres omnes Capitulares faſſi ſunt, nihil in Piſani libro adinveniri *correctione dignum, ſed laude*, intelligimus, hanc totius Ordinis fuiſſe ſententiam; unde & in alia Expoſitione, quæ dicitur edita à Sanctis Patribus Ordinis, & habetur in Firmamento trium Ordinum, * hæc leguntur: „ Et tamquam pere-„ grini &c. „ *Hic præcipitur ſecundum Magiſtros, ſecundum S. Bonaventuram, & F. Joannem de Pechano, nihil habere fixum ut redditus*. „ Vadant pro elee-„ moſyna &c. „ *Hic præcipitur ſecundum Magiſtros paupertas quantum ad uſum, quia ſic debent eſſe pauperes, quod mendici*. „ Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ „ paupertatis „. *Aſſertoria excellentia paupertatis eſt, per quam concludit, quod nihil poteſt eſſe paupertatis Evangelicæ, quod Regula Fratribus non intendat ponere*. „ Cui dilectiſſimi Fratres totaliter inhærentes. „ *Hinc includit præceptum de plena obſervantia paupertatis quoad actus intrinſecos per verbum* „ Nihil „ aliud pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in perpetuum ſub Cælo ha-„ bere velitis., *Ex toto iſto Capitulo, & pluribus locis Regulæ extrahunt quatuor Doctores, & Magiſter Joannes de Pechano, quod interdicta ſunt nobis granaria, & cellaria, & ædificia exceſſiva, & omnia notabilia ſuperflua. Et definitiones Capitulorum Generalium dicunt: Et hic ſunt abuſiones, & exceſſus removendi, ac per hoc tenemur ad uſum pauperem*. Frater Joannes Perini, Doctor Pariſienſis, *in Tractatu ſuper diſpenſatione Fratrum Minorum*, qui extat in eodem *Firmamento trium Ordinum* loco laudato, ſcribit: *Nullus reperitur in Ordinum inſtitutionibus, qui tam arctè paupertatem ſit profeſſus, ſicut B. Franciſcus, & ſui Ordinis profeſſores .... Perfectio, & obligatio noſtræ profeſſionis eſt reſpectu talium non habere aliquam certitudinem, ſive recurſum aliquem, ſed in divina providentia ponere ſpem noſtram, ſicut manifeſtè tota Regula, & omnes ejus Declarationes clamant*. Idipſum alii paſſim affirmant Doctores Ordinis, quos omnes ſi mihi animus eſſet afferre, conſtitutos brevitatis limites nimis excederem; unde ne infiniti ſimus, hiſce noſtratibus unum addemus S. Antoninum, etiam in præcedenti Animadverſione laudatum, qui poſt diſtinctos gradus paupertatis, inquit: * *Tertius gradus eſt, nec in communi mobilia habere pro tempore aliquo prolixo, ſed dietim per quæſtum ſibi victum procurare. Hanc extremam paupertatem elegit B. Franciſcus in ſe, & in Ordine ſuo*. At ſi paupertas Fratrum Minorum, utpote ultimi gradus, & idcirco altiſſima, nec ſinit habere mobilia pro tempore aliquo prolixo, multo minus immobilia vel pro minimo tempore concedit.

* Lib. 1. part. 2.

* 3. Part.

* Summa Hiſtorial. 4. part. tit. 24. cap. 1. §. 1.

IX. Au-

Digitized by Google

IX. Audiamus nunc ſummos Eccleſiæ Paſtores, Romanos nempe Pontifices in Conſtitutionibus, de Fratribus Minoribus, eorumque ſtatu, & conditione pertractantibus, atque ex infallibili Vaticani oraculo, veritatem hactenus demonſtratam in meridiana luce ita collocemus, ut nefas ſit ei contraire. Alexander IV. cum anno 1256., qui ſecundus fuit Pontificatus illius, per Conſtitutionem, *Sinceræ devotionis*, Beraldo Epiſcopo Tiburtino mandaſſet, ut, remotis ab Eccleſia S. Mariæ Majoris ejuſdem Civitatis Monachis Benedictinis, Fratribus Minoribus eam concederet cum domibus, horto, & appendiciis ſuis, quod repetit etiam in alia, *Ut illibata*, edita eodem anno, mox in altera anni ſequentis, *Ille ſpecialis*, poſſeſſiones ejuſdem Eccleſiæ attribuens Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, hæc habet: *Cum igitur Eccleſiam S. Mariæ Majoris Tiburtin. Fratribus Ordinis Minorum duxerimus concedendam; Nos attendentes, quod ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones eiſdem Fratribus habere non licet; & vobis de illis gratificari volentes, veſtris ſupplicationibus inclinati poſſeſſiones hujuſmodi, videlicet domos, vineas, terras cultas, & incultas, molendina, caſalia, oliveta, hortos, canapinas, & cætera bona, & jura prædictæ Eccleſiæ cum omnibus fructibus, redditibus, penſionibus, & proventibus eorumdem vobis, & per vos memoratæ Baſilicæ de gratia conferimus ſpeciali*. Dictum facto confirmavit, quia nullam poſſeſſionem Minoritis attribuit, quod certe feciſſet amantiſſimus Pontifex, ſi eis uſum poſſeſſionum habere licuiſſet. Urbanus IV. anno 3. ſui Pontificatus, nempe 1264., Conſtitutione, *Sua nobis*, præcipit Epiſcopo Tragurienſi, ut ex poſſeſſionibus, aliiſque bonis Fratribus Minoribus illius Civitatis relictis ut venderentur, aptiorem locum ipſis emat, & ſic ſe exprimit: *Sua nobis dilecti filii Guardianus, & fratres de Ordine Minorum Tragurien. petitione monſtrarunt, quod quondam Deſaluce Civis Tragurien. terrena pro cæleſtibus cupiens fideliter commutare, dictis Guardiano & Fratribus, quos in neceſſariis magnum conſideravit ſuſtinere defectum, terras, poſſeſſiones, & omnia bona ſua in ultima voluntate legavit; & quia Fratres ipſius Ordinis de poſſeſſionibus ſe nullatenus intromittunt, nec eis licet poſſeſſiones habere, quatuor Procuratores conſtituit, qui terras, & poſſeſſiones hujuſmodi procurarent, ac redditus, & proventus earum in neceſſitates Guardiani, & Fratrum converterent eorumdem ..... Quare pro parte dictorum Guardiani, & Fratrum humiliter petebatur à Nobis, ut cum eis præmiſſa terrarum, & poſſeſſionum, ſeu reddituum, & proventuum prædictorum diſpoſitio pro ipſius Ordinis honeſtate non competat, & locus, in quo hactenus morati ſunt, pro eo præcipue habitationi non congruat eorumdem, quia à Civitate Tragurien. nimiùm eſt remotus, providere ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Nos itaque hujuſmodi neceſſitati dictorum Guardiani & Fratrum conſulere cupientes, fraternitati tuæ mandamus; quatenus, ſi eſt ita, terras, & poſſeſſiones prædictas de conſilio, & aſſenſu prædictorum Procuratorum per te, vel per alium auctoritate noſtra vendere ſtudeas, & de pretio, quod ex eis provenerit, aliquem locum dictis Guardiano, & Fratribus aptum emas &c.* Non aliter certè legata bonorum immobilium tunc admittebant Minores, niſi ut iſta diſtraherentur, & pretium pro neceſſitatibus eorum impenderetur, quemadmodum audivimus ex D. Bonaventura, & confirmatur ex legatis hujuſmodi quamplurimis, hac ſemper clauſula, ſeu conditione confectis, quod nempe poſſeſſiones alienentur, & pretium Fratrum neceſſitatibus applicetur, qui mos apud eoſdem ſervatur adhuc in præſens. Si enim quis ex devotione domum ſuam, aut aliud immobile eis legare velit, proteſtantur, ſicut olim, D. Bonaventura teſte, proteſtabantur eorum Patres, ſecundum Regulam ſe nil debere, ſeu velle poſſeſſionis, vel certorum redditũum recipere, vel habere; ſed ſi ille diſponit, ut, ea vendita, de pretio ex parte ſui eis provideatur in iis, quibus tunc indigent, procurandis, vel ſolvendis debitis, acceptant. Verùm, ut unum adhuc illius ætatis

afferamus exemplum, ſic etiam pro Fratribus Minoribus S. Mariæ Venetiarum quondam Palmeria diſpoſuit in ſuo teſtamento, quemadmodum affirmat Nicolaus IV. in Conſtitutione, *Exhibita nobis*, data Fratribus ejuſdem Conventus, in qua ipſius Palmeriæ referens voluntatem, *Voluit inſuper*, inquit, *quod ex tunc juxta diſpoſitionem Miniſtri, & Cuſtodis Provincialium ejuſdem Ordinis, Guardiani, & quatuor Fratrum, quos ad hoc elegeritis idoneos, proprietates hujuſmodi venderentur, & eorum pretium, prout viderent utilius, veſtris neceſſitatibus applicarent*.

X. Sed rem abſque ulla amphibologia declarant, & declarando abſolute definiunt Nicolaus III., & Clemens V.. Horum primus Pontificatus ſui anno 2. celeberrimam edidit Regulæ Fratrum Minorum Declarationem incipientem, *Exiit qui ſeminat*, * in qua fatetur, ſe illam edidiſſe ad preces totius Religionis, Aſſiſii anno 1279. in Capitulo Generali congregatæ, ſibi exhibitas à Miniſtro Generali Fratre Bonagratia, & Provincialibus nonnullis, ut conſcientiæ Fratrum conſuleret tranquillitati, ac retunderet *mordentes Fratres, & eorum Regulam quaſi illicitam, inobſervabilem, & diſcriminoſam caninis latratibus lacerantes*. Atque hæc ideo ſane eructabant obtrectatores, niſi eos nedum impios, ſed etiam fatuos dicere velimus, quia Regula ſuis profeſſoribus mendicitatem imponens, & poſſeſſionum uſum quemlibet interdicens, hos, ipſorum judicio, Dei efficit tentatores, & periculis exponit fame ſeſe interficiendi, quemadmodum idem Pontifex aperte ibidem innuit, dicens: *Nec quiſquam ex his inſurgat erronee, quod taliter propter Deum proprietatem abdicantes, tamquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei, vivendi diſcrimini ſe committant*. Admiſſo namque poſſeſſionum uſu, deliria evadunt hujuſmodi latratus, & illationes, quia ſicut fictitia eſt mendicitas, quæ domos habet, vineas, & agros, ex quibus vitæ neceſſaria ſibi provideat, ſic dementia eſt apertiſſima, Dei tentatores, & ſui homicidas dicere homines, qui uſu earumdem poſſeſſionum optimè ſuſtentari queunt. Quare ſi ex profeſſione Regulæ occaſionem deſumebant hoſtes Regulam ipſam, & Fratres criminandi, illa utique, etiam in ſententia impiorum, ita pauperes, & mendicos volebat ſuos profeſſores, ut redditQuum etiam ſimplicem uſum facti eiſdem prohiberet, atque hi abſque tali uſu vitam tunc temporis tranſigebant. Et re quidem vera, *Sic ſeipſos*, proſequitur Pontifex, *committunt divinæ providentiæ in vivendo, ut viam non contemnant proviſionis humanæ, quando vel de his, quæ offeruntur liberaliter, vel de his, quæ mendicantur humiliter, vel de his, quæ conquiruntur per laboritium, ſuſtentantur, qui triplex vivendi modus in Regula providetur expreſſe*. At ſi habuiſſent uſum vinearum, & agrorum, Nicolaus III. hunc non ſiluiſſet, imo omnium primum eum hìc indigitaſſet inter vivendi modos, Fratribus in Regula proviſos. Nec dici poteſt, quod illud expreſſerit in priori modo, quia cum Regula præcipiat, ut vadant Fratres pro eleemoſyna, & nihil aliud in perpetuum habere velint, uſum reddituum penitus excludit, & ideo inter ea, quæ liberaliter offerebantur, poſſeſſiones nullatenus intelligi poſſunt; nec proinde iſtarum uſus unus ex tribus vivendi modis in ipſa Regula determinatis dici poteſt. Nec officit, quod Pontifex præmittat: *Dicimus, quod abdicatio proprietatis hujuſmodi omnium rerum tam in ſpeciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria eſt*, quaſi innuere velit, hoſtes oblatraſſe contra abdicationem proprietatis, non vero contra abdicationem uſus rerum immobilium; adeoque hunc uſum approbaſſe, & ſolum iſtarum dominium Fratribus Minoribus illicitum definiiſſe. Non officit quidem, quoniam ſi res ita eſſet, & Minoritæ hunc uſum habuiſſent, deliraſſent, ut dicebamus, qui eorum Regulam illicitam, inobſervabilem, & diſcriminoſam, ejus vero profeſſores tentatores Dei, & ſui homicidas venditabant; quia cum de rerum uſu, ut alibi etiam diximus, & non de ipſarum dominio vivatur, per ſimplicem poſſeſſionum uſum Fratres

* In Clementin. de Verbor. ſignific. lib. 6.

tres propriis neceſſitatibus obviaſſent, omnique diſcrimini per conſequens viam præcluſiſſent. Quis enim affirmabit, vitam diſcriminoſam ducere, & Deum tentare illum, qui ære vivit alieno, ab alio ſibi conſtituto, uti ſunt penſionarii, vel qui habent ſimplicem uſumfructum alicujus prædii, vel poſſeſſionis, quamvis iſtius dominium ſit apud alium? Licèt enim Fratres Minores nec in uſu jus habuerint ullum, adhuc vitam abſque diſcrimine duxiſſent, non ſecus ac illi, qui gaudent penſione, vel uſufructu, etſi pro Domini lubitu ſemper expoliari queant. Accedit, quod Nicolaus III. agit hìc, ut ipſe fatetur, de abdicatione proprietatis, de qua in ſua Conſtitutione, *Quo elongati*, jam egerat Gregorius IX., quo regnante habuiſſe Fratres Minores uſum poſſeſſionum nemo huc uſque ſomniavit; ac propterea cum Gregorius loquatur de abdicatione proprietatis rerum mobilium, quarum uſum moderatum abſque dominio Minoritis licitum eſſe declarat, & ne verbum quidem habeat de ſimplici uſu immobilium, quem ex Regula abſolute interdictum ſupponit, de ſola abdicatione proprietatis eorumdem mobilium, necnon Conventuum, Eccleſiarum, & hortorum loquitur etiam Nicolaus III., ut ex integro patet ejus Declarationis contextu.

XI. Sed quid in hiſce moramur, cum per ſubſequentia verba ſenſum ſuæ Conſtitutionis ſic adaperiat, ut nullum relinquat tergiverſandi locum? In primis declarat, ſe transferre in ſe, & in Romanam Eccleſiam proprietatem, ſeu dominium Eccleſiarum, Conventuum, & ſimilium, necnon *librorum, & eorum mobilium præſentium, & futurorum, quæ, & quorum uſum facti ſcilicet Ordini, vel Fratribus ipſis licet habere*; *non enim*, ut addit inferius, *omnium rerum uſum habere debent*; atque hinc ad poſſeſſiones deſcendens, iſtarum proprietatem nedum ſibi non reſervat, ſed earumdem uſum quemlibet Fratribus illicitum affirmat. *Ad hæc*, inquit, *cum Fratribus ipſis interdum in ultimis voluntatibus ſub diverſis modis nonnulla legantur, neque expreſſe quid de his agendum ſit in Regula, vel Prædeceſſorum noſtrorum declarationibus continetur*; *ne in ipſis dubitari contingat impoſterùm, providendo legantibus, & fratrum conſcientiis præcavendo, declaramus, ordinamus, & dicimus, quod ſi teſtator modum, ſecundum quem fratribus, eorum conditione inſpecta, recipere non liceret, exprimat in legando, ut ſi legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſervaret, a tali legato, & ejus receptione per omnem modum fratres abſtineant. Si verò modum licitum fratribus in legando teſtator expreſſerit, ut ſi diceret: Lego pecuniam pro fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & ſimilia ad hoc, quod per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahatur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel alia fratrum neceſſaria convertatur, aut in legando ſimilibus modis, vel verbis utatur, in hoc caſu illud in omnibus, & per omnia, conſideratis eorum neceſſitatibus, & moderationibus ſupradictis, quantum ad fratres ſervari decernimus &c.* Si vineam, vel domum Fratribus legatam recipere ipſi non poſſunt, niſi ut per alium diſtrahatur, & pecunia percepta in eorum neceſſitates convertatur; &, ſi relinquatur vinea ad excolendum, vel domus ad locandum, ut Fratres nempe inde percipiant vitæ neceſſaria, ab hujuſmodi legati receptione omnino abſtinere debent, & cæci ipſi vident, etiam ſimplicem uſum facti bonorum immobilium Fratribus Minoribus interdictum eſſe, & illicitum. Nam ſi rebus hujuſmodi uti illi potuiſſent, & ſolum earum dominium Regula ipſorum excluderet, declaraſſet Pontifex, quod ſi quis poſſeſſionem Fratribus legato relinquat, poſſunt iſti eam recipere quoad ſimplicem uſum, dummodo ejus dominium in Romanam Eccleſiam, vel in alium transferatur, quemadmodum declaravit de rebus mobilibus, quarum uſum facti eiſdem Fratribus concedit, proprietatem verò ſibi, vel Eccleſiæ Romanæ reſervat. Si ergo Nicolaus III. declaravit, & declarando præce-

præcepit, quod poſſeſſiones Fratribus Minoribus legatæ non recipiantur, niſi ſub conditione alienationis, quia tunc naturam induunt bonorum mobilium, & in eiſdem proprietatem ab uſu non diſtinxit, ſicut in libris, & aliis utenſilibus feciſſe conſtat, liquet apertè, diſtinctionem inter *habere*, & *appropriarì* in bonis immobilibus chimericam eſſe; ac proinde Fratres Minores, eorum Regula prohibente, iſtorum nec dominium, nec ſimplicem uſum facti habere poſſe. Non alia enim ratio poteſt aſſignari, cur eis permiſerit uſum mobilium abſque dominio, & præcipiendo, quod immobilia ipſis legata vendantur, quemlibet iſtorum uſum denegaverit, niſi quia putavit, primum juxta Regulam eis licere, ſecundum vero nequaquam, ſecus & hunc illis permiſiſſet, reſervata Romanæ Eccleſiæ proprietate, quod erat facillimum. Hæc Nicolai III. Conſtitutio, edita poſt maturam duorum menſium diſcuſſionem in peculiari Congregatione, cui duo interfuerunt Cardinales Minoritæ, Hieronymus videlicet ab Aſculo, Epiſcopus Præneſtinus, & Bentivenga, Epiſcopus Albanenſis, necnon ipſe Miniſter Generalis F. Bonagratia unà cum nonnullis ejuſdem Ordinis Provincialibus, antequam promulgaretur, ſubjecta fuit etiam prudenti clariſſimorum Virorum judicio, Petri ſcilicet Perogroſſi S. R. E. Vice-Cancellarii, Comitis Gluſiani de Caſati Sacri Palatii Apoſtolici Auditoris, Angeli Advocati, & Benedicti Cajetani, qui mox nomine Bonifacii VIII. ad ſummum Pontificatum evectus fuit. Statim ac in lucem prodiit, idem Generalis Provincialibus univerſis unà cum ſua Enciclyca eam direxit, verbis graviſſimis, & etiam comminatoriis contra negligentes, ejuſdem obſervantiam cunctis Fratribus commendavit, ac diſtrictè præcepit, ut in ſingulis Ordinis Cænobiis haberetur illius exemplar, ſemel quolibet menſe perlegendum. *Demum*, ſic Enciclycam ipſam concludit, *ne ignorantia ſit aliquibus materia delinquendi, Regulæ Declaratio, ſeu Conſtitutio Domini Nicolai, & Statuta Capituli Generalis cum præſentium Literarum copia, quam ſimiliter aliis Provinciis tranſmitto, in loco Fratrum quolibet habeatur. Ad quod faciendum Miniſtri, & Cuſtodes teneantur præſentium juſſione, & quolibet Menſe ſemel legantur in quolibet loco, cum opportunitas ſe obtulerit faciendi, procul dubio attendentes tam ipſi, quam alii qui præſident, quod ſi in horum obſervantia diligenti tam in ſe, quam in aliis fuerint negligentes, arctante conſcientia, hoc non potero clauſis oculis pertranſire.* Ex hiſce apparet, quam aliis imponant, qui Decretalem Nicolai III. non pro univerſo Minorum Ordine, ſed pro aliquibus Fratribus, & Conventibus ejuſdem ſolummodo exaratam volunt, & affirmant.

XII. Idipſum dicendum venit de Conſtitutione Clementis V., *Exivi de Paradiſo*, anno 1312. in Concilio generali Viennenſi poſt conſultationem plurium Theologorum Ordinis, & Patrum ejuſdem Concilii approbationem emanata, ac pro Tribunalium regula inſerta in Clementinis *de Verborum Significatione*, cujus executionem adeo zelavit Miniſter Generalis F. Conſalvus Hiſpanus, ut multas Religionis Provincias peragrando, Fratres compulerit ad reſignationem quorumcumque redditaum, à nonnullis Conventibus illicite retentorum. In hac Decretali poſt varios recenſitos, qui contra Regulam & profeſſionem tunc in Ordine graſſari dicebantur, abuſus, ita Clemens V. definiendo declaravit: *Cumque annui redditus intra immobilia cenſeantur à jure, ac hujuſmodi redditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quod prædictis Fratribus redditus quoſcumque, ſicut & poſſeſſiones, vel earum etiam uſum, cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere, conditione conſiderata ipſorum, non licet.* Hæc verba adeò clare & perſpicue illicitum dicunt Franciſcanis uſum bonorum immobilium, ut id in ipſis non videre idem ſit ac cæcutire in luce; aſſerere vero, hæc definiiſſe Pontificem non pro univerſo Minorum Ordine, ſed tantum pro aliqua ipſius parte, pro Conventibus nempe, vel Fratribus nonnullis, idem eſt ac aperte

aperte imponere, & veritati, ipſique Declarationi vim facere manifeſtam, cum Pontifex genericè ſemper, & abſque ulla reſtrictione loquatur. Phraſi item generali proſequitur, ubi Nicolai III. Decretalem confirmans, inquit: *Habere hortos aliquos ut colantur, ac olera, & alia hortalitia, ut pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ Regulæ, & Ordinis puritati, ſecundum quod dictus Prædeceſſor declaravit, ac etiam ordinavit, quod ſi talia ad uſus proxime dictos, utpote agrum, vel vineam ad colendum, & conſimilia Fratribus legarentur, per omnem modum Fratres à receptione talium abſtinerent, cum etiam præmiſſa habere, ut pretium fructuum ſuis temporibus habeant, ad naturam, & formam proventuum appropinquet.* Cum hìc ſpeciem quoque proventuum, & certorum reddituum, uti eſſet de pretio fructuum vinearum, hortorum, & ſimilium vivere, Minoritis illicitam definiat, poſſeſſiones quaſcumque, ex quibus fructus ipſi percipiantur, eiſdem per conſequens interdictas eſſe declarat. Imò ſi nec granaria, nec cellaria ad granum, & vinum per quæſtum acquiſitum aſſervandum eos habere poſſe decernit, ubi quotidianæ eleemoſynæ ad vitæ ſuſtentationem probabiliter ſufficiunt, nemo ſanæ mentis affirmabit, agrorum, & vinearum uſum eiſdem tamquam licitum permittere voluiſſe. *Rurſus*, addit, *cum prædictus Sanctus* (Franciſcus) *tam in exemplis vitæ, quam verbis Regulæ oſtenderit, ſe velle, quod ſui Fratres & filii divinæ providentiæ innitentes, ſuos in Deum jacerent cogitatus, qui volucres Cæli paſcit, qui non congregant in horrea, nec ſeminant, nec metunt; non eſt veriſimile voluiſſe ipſum, eos habere granaria, vel cellaria ubi quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcireo non ex timore levi laxare ſe debent ad congregationes & obſervationes hujuſmodi faciendas, ſed tunc tantum cum eſſet multum credibile ex jam expertis, quod non poſſent vitæ neceſſaria aliter invenire.* Tandem ad excludendam prætenſam quamlibet à Regulæ rigore diſpenſationem, concludit: *Declarando dicimus, quod Fratres Minores ex profeſſione ſuæ Regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos uſus, ſeu pauperes, qui in ipſorum Regula continentur, & eo obligationis modo, ſub quo continet, ſeu ponit Regula dictos uſus.*

XIII. In Conſtitutionibus Generalibus, quas vocant Farinerias, editis in Capitulo Generali Aſſiſienſi, anno 1354. celebrato, cap. 3. ſancitum fuit, quod hæc quoque Clementis V. Declaratio unà cum illa Nicolai III. pluries quotannis in Conventibus legeretur, ut intelligamus, hanc ſimiliter emanatam fuiſſe pro univerſa Minorum Communitate, non tantum pro Fratribus, & Cænobiis aliquibus, quemadmodum nonnulli, ut ejus vim eludant, ineptè vendunt, & imperitè ſcribunt. *Præterea*, ſic in præfatis Conſtitutionibus habetur, *cum Regula dicat, quod Fratres non recipiant pecuniam per ſe, vel per interpoſitam perſonam, & qualiter intelligi debeat per duos Summos Pontifices, Nicolaum III., & Clementem V., aperte fuerit declaratum: ordinamus, ut hoc melius obſervetur, quod Declarationes prædictæ, quantum ad articulum iſtum, & alia, quæ pertinent ad obſervantiam paupertatis, quater in anno, & ipſæ Declarationes bis per integrum ad minus in anno, legantur, ne ignorantia ſit ipſis Fratribus occaſio delinquendi.* Imò F. Vitalis de Furno S. R. E. Cardinalis, profeſſione & ipſe Minorita, Comitiis Generalibus anno 1313. Barcinonæ coactis graviſſimas dederat Epiſtolas, quibus hujus Decretalis commendavit executionem, adjurans omnes per Stigmata Chriſti in Corpore S. Franciſci impreſſa, ut eam exactè obſervarent, teſtificans, intentionem fuiſſe Pontificis, ut adamuſſim quoad omnia ſervaretur, quodque ipſi Pontifici ſummopere diſplicuiſſet vel minima in hac re negligentia, ob quam pænas cunctis minatus fuerat graviſſimas. Regula igitur Fratrum Minorum, nedum proprietatem, ſed etiam uſum quemlibet bonorum immobilium ſuis profeſſoribus interdicit; atque Clementis V. ætate, poſt centum videlicet, & duos ab inſtitutione Ordinis annos, nullam circa paupertatem diſpenſa-

Digitized by Google

tionem admiſerat, ſed plenam habebat obligandi vim; ac propterea Fratres Minores mendici tunc erant, & uſum poſſeſſionum, ſeu reddituum habere non poterant, niſi illicitum, utpote propriæ profeſſioni, & Regulæ contrarium. Et ideò ſane, *quia ratio*, ut ait Navarrus,* *quare Sanctus Franciſcus voluit Fratres fore mendicantes, & in arctiſſima paupertate, eſt, ut toti penderent à Deo, & ſolis illis, quæ amore Dei ſibi traderentur per incertam mendicitatem, viverent.*

* Tom. 1. Conſil. lib. 3. Conſil. 9. num. 4.

ANI-

ANIMADVERSIO III.

Nullus Romanorum Pontificum Martini V. Prædeceſſor, uſum poſſeſſionum, ſeu reddituum Fratribus Minoribus conceſſit.

LIcèt in præcedenti Animadverſione demonſtratum ſit, ad annum uſque 1312., quo celebris edita fuit Clementis V. Conſtitutio, Fratres Minores immobilium nec ſimplicem uſum facti licite habuiſſe, ac propterea ſimul probatum ſit, Pontificum nullum iſtius Anteceſſorem uſum hujuſmodi eiſdem conceſſiſſe, nihilominus, quia non omnes huic veritati acquieſcunt, ideo clariori in luce ut ponatur, neceſſum eſt eorum exſufflare pulverem, qua ipſam obnubilare deſudant, & rationes alias afferre, quæ eamdem collocent in meridie. Sane cum ipſe Clemens V., ut audivimus, rotundis verbis affirmet, non licere Minoribus uſum habere quorumcumque reddituum, *cum eis non reperiatur conceſſus*, hæc definitio cuilibet ſufficere deberet, ut à nullo ejus Prædeceſſorum hujuſmodi uſum illis permiſſum fuiſſe concedat, ne Pontificem poſt Theologorum conſilium, & Patrum unius Concilii Generalis approbationem id aſſerentem, vel fallacem, vel inſcium dicere velit. At quoniam aliquibus hæc definitio non ſufficit, & ab Innocentio, Alexandro, & Clemente IV. uſum præfatum Franciſcanis conceſſum volunt; idcirco verum dixiſſe Clementem V., falſum aſſerere, qui aliter docent, in præſenti hac oſtendendum erit Animadverſione, quam claritatis gratia in articulos dividere placet.

ARTICULUS PRIMUS.

Nec ab Innocentio, nec ab Alexandro, nec à Clemente IV. uſum poſſeſſionum, & reddituum Fratribus Minoribus conceſſum fuiſſe, iidem Pontifices in reſpectivis Conſtitutionibus oſtendunt.

I. QUi Fratres Minores in ipſis Religionis incunabulis poſſeſſionum, & reddituum ſimplicem uſum facti habuiſſe volunt, ab Innocentio IV. anno 1245., in Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, eorumdem Regulæ declarativa, mox in altera anni 1247., *Quantò ſtudioſius*, qua Syndici, & Procuratores ipſis conceduntur, permiſſum credunt, & affirmant. At ſi Innocentius ipſe tum in his duabus, cum in aliis ſuis Literis audiatur, ejuſque verba ad ſufficiens revocentur examen, quod iſti jactant, falſum omninò deprehenditur. Siquidem in prima ex allatis Conſtitutionibus exponens caput ſextum Regulæ Fratrum Minorum, inquit: *Dicimus inſuper, quod cum in ipſa contineatur expreſſe, quod Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: nec in communi, neque in ſpeciali debent proprietatem habere; ſed locorum, & domorum, ac utenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, Ordo uſum habeat; & Fratres, ſecundum quod Generalis, vel Provinciales Miniſtri diſpenſandum duxerint, eis utantur. Nec vendi debent loca, domus, vel mobilia hujuſmodi, ſeu extra Ordinem commutari, aut alienari quoquomodo, à quibuſdam perſonis ad uſum Fratrum donata, vendita, permutata, ſeu quocumque juſto modo vel translata ſunt, vel fuerint, niſi Apoſtolica Sedes, vel Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui pro tempore fuerit Ordinis Gubernator, Generali, ſeu Provincialibus Miniſtris auctoritatem ſuper hoc præbuerit, vel aſſenſum, cum tam immobilium, quam mobilium hujuſmodi jus,* pro-

Digitized by Google

proprietas, & dominium (illis ſolis exceptis, in quibus expreſſe donatores, ſeu translatores ſibi proprietatem, & dominium reſervaſſe conſtiterit) nullo medio ad Eccleſiam ipſam ſpectent, cui domus, & loca prædicta cum Eccleſiis, cæteriſque ſuis pertinentiis (quæ omnia in jus, & proprietatem B. Petri ſuſcipimus) omninò tam in ſpiritualibus, quam temporalibus immediate ſubeſſe noſcuntur. Hæc in Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, Innocentius IV., qui in altera Generali, & Provincialibus Miniſtris directa, Syndicos, ut monuimus, & Procuratores Minoritis concedens, ſic mentem ſuam aperit: *Cum enim, ſicut lecta Nobis veſtra petitio continebat, de rebus omnibus Ordini veſtro conceſſis, vel impoſterùm concedendis per vos ipſos, prout exigit frequenter neceſſitas, & juxta veſtri Ordinis Inſtituta, diſponere nequeatis, nec velitis pro conſcientiarum veſtrarum puritate ſervanda, ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia, ſed oporteat vos propter hoc ſemper ad Sedem Apoſtolicam, ad quam rerum ipſarum ſpectat proprietas, habere recurſum; Nos quieti dicti Ordinis, & neceſſitatibus veſtris paterna volentes ſolicitudine providere, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut ſingulis veſtrum liceat in Provinciis eis commiſſis per ſe, vel per alios Fratres ſuos, quibus id duxerint committendum, conſtituere aliquos viros idoneos Deum timentes, qui pro locorum indigentia ſingulorum res hujuſmodi tam conceſſas, quam etiam conferendas, auctoritate noſtra libere petere, vendere, commutare, alienare, tractare, expendere, vel permutare, ac in uſum Fratrum convertere valeant ſecundum diſpoſitionem veſtram pro neceſſitatibus, vel commodis Fratrum Ordinis memorati, ſicut vobis pro loco, & tempore videbitur expedire.* Hæc ſunt genuina utriuſque Innocentianæ Conſtitutionis verba, ex quibus uſum poſſeſſionum, & redditibus in Ordine Minorum antiquum, & ab Innocentio IV. conceſſum nonnulli affirmant, pro bonis immobilibus in prima Conſtitutione expreſſis vineas, domos, agros, & alias accipientes poſſeſſiones, quarum adminiſtrationem Syndicis, & Procuratoribus in Conſtitutione ſecunda nomine Sedis Apoſtolicæ demandatam, ſupponunt. Ita ipſi, ſed malè profectò, cum de poſſeſſionibus, & redditibus in Conſtitutione prima, & de ipſarum adminiſtratione in ſecunda ne ſomniaverit quidem Innocentius.

II. Etenim immobilia, quæ ibidem ipſe commemorat, non ſunt, niſi Conventus cum ſuis pertinentiis, cum Eccleſia ſcilicet, horto, & ſimilibus, quæ in jus, & proprietatem recipit Sedis Apoſtolicæ, ſolo uſu facti Fratribus relicto, ut ex ejuſdem verbis ineluctabiliter evincitur. Cum namque dixiſſet: *Locorum, & domorum, ac utenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, Ordo uſum habeat*, eumdem proſequens orationis ſenſum, ac de iiſdem rebus verba faciens, concludit: *Cum tam immobilium, quam mobilium hujuſmodi jus, proprietas, & dominium, nullo medio ad Eccleſiam ipſam ſpectent; cui domus, & loca prædicta cum Eccleſiis, cæteriſque ſuis pertinentiis, (quæ omnia in jus, & proprietatem B. Petri ſuſcipimus) omninò tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus immediatè ſubeſſe noſcuntur.* Quis hìc non videt, bona immobilia ultimò commemorata eſſe domos, & loca deſuper expreſſa? Nemo, qui Grammaticam intelligat, id ſe non videre fatebitur; quia ſicut ultima verba, *mobilium hujuſmodi*, referuntur ad *utenſilia, & libros, & ea mobilia, quæ licet habere*, ſic & alia, *immobilium hujuſmodi*, ut rectus habeatur locutionis ſenſus, relativa ſunt ad antecedentia, *locorum, & domorum*, ideſt, ad Conventum, Eccleſiam, & ſimilia, & non ad agros, vineas, & alias poſſeſſiones, quarum ne verbum quidem habet Innocentius. Hinc, ſi nonniſi utenſilium, librorum, & aliorum mobilium, *quæ licet habere*, necnon domorum, & locorum Fratrum jus, & proprietatem in ſe recipit Innocentius IV. in ſua Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, ſequitur, quod Syndicos, & Procuratores illis conceſſerit in altera, *Quantò ſtudioſius*, pro ſola iſtorum adminiſtratione, ut nempe eleemoſynas collatas recipere, tractare, & expendere poſſent, ne Fratres *propter hoc*, ut ipſe Pontifex ibidem ait,

Digitized by Google

ait, *ſemper ad Sedem Apoſtolicam haberent recurſum*, quod contingebat præſertim, cum quis Franciſcanis legabat domum, aut vineam, quam, præmiſſa proteſtatione, acceptabant, ut per alium venderetur. Quod hæc vera ſit Innocentii IV. mens, ejuſque Conſtitutionis intelligentia, colligitur etiam ex eo, quod ipſe eadem habeat, ac Gregorius IX. in Declaratione, *Quo elongati*, hoc uno excepto, quod Innocentius plenius, & clarius rem eamdem exponit. Gregorius autem Minoriticam Regulam omnium primus declarans, inquit: *Dicimus itaque, quod nec in communi, nec in ſpeciali debeant proprietatem habere: ſed utenſilium, ac librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, eorum uſum habeant: Et Fratres, ſecundum quod Generalis Miniſter, vel Provincialis dixerint, iis utantur, ſalvo locorum, & domorum dominio illis, ad quos noſcitur pertinere*. At ſi per loca, & domos, de quibus loquitur Gregorius IX., non intelliguntur vineæ, aut poſſeſſiones aliæ, quia, ipſo Pontifice, habuiſſe Minores rerum hujuſmodi uſum, nemo hactenus affirmavit, & ideò neceſſariò dicendum eſt, quod locorum, & domorum nominè hortos exprimat, Eccleſias, & Conventus: Ergo cum Innocentius IV. eadem utatur loquendi formula, per loca, & domos intelligit & ipſe Conventus, Eccleſias, & hortos, atque hæc, non poſſeſſiones, & redditus, ſunt immobilia, quorum uſum Fratribus concedit, ac ſibi, & Eccleſiæ Romanæ dominium reſervat; idque magis confirmatur ex eo, quod mendicitas Franciſcanæ Regulæ profeſſoribus impoſita fuit ſub præcepto, & ad ipſam ſub gravi eos ligabat. Si enim Innocentius IV. Fratres Minores ab hac ſolvere voluiſſet obligatione, uſum bonorum immobilium ipſis concedendo, hanc ſuam voluntatem, & diſpenſationem aperte declaraſſet, quod cum non fecerit, imò iiſdem utatur verbis Gregorii IX., ſatis oſtendit, ſuæ ætatis Minoritas uſum habuiſſe earum rerum, quarum habebant ſub Gregorio IX., mobilium nempe dumtaxat, & Conventuum cum ſuis pertinentiis circa ipſos, atque hunc unum eis reliquiſſe, novo nullo conceſſo. Neque dicatur, uſum immobilium Franciſcanis indultum fuiſſe, non per privilegium, ſeu diſpenſationem, ſed tantum declarando non eſſe contra promiſſam paupertatem, quia Sixtus IV. in ſua Bulla, *Licet nos dudum*, qua facultatem iiſdem Fratribus impartitur ſuccedendi in hæreditatibus, & bona immobilia ſic acquiſita quoad uſum retinendi, poteſtatur, nolle ſe conceſſionem hujuſmodi ad Obſervantes extendere, *cum expreſſe*, ut ait, *adverſetur eorum emiſſæ profeſſioni, & promiſſæ paupertati*, & idcirco adverſabatur etiam paupertati, & profeſſioni Fratrum Minorum ætatis Innocentii IV., qui proinde ſi in ſua Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, præfatum uſum omnium primus Franciſcanis conceſſiſſet, declaraſſet profectò, ſe ejuſdem Conſtitutionis vigore eos diſpenſare à præcepto mendicandi, & abſtinendi etiam ab uſu immobilium, quod cum non legatur, uſum poſſeſſionum, & redditaum eiſdem conceſſiſſe dici non poteſt. Si dicatur, permiſiſſe hunc uſum ſemel ac dedit Fratribus Procuratores, & Syndicos, quia ſi circa immobilia invigilare debebant, jam uſus iſtorum ſupponitur conceſſus, id eſt abſolutè falſum, atque eorumdem Syndicorum conceſſio fuiſſet privilegium, quod affirmare vetat Innocentius XI. in ſua Bulla, *Solicitudo*, ubi ait, quod Syndicorum uſus *non eſt diſpenſatio in Regula, ſed modus à Romanis Pontificibus proviſus pro puriori illius obſervatione*. Sed audiamus eumdem Innocentium in aliis ſuis Conſtitutionibus poſt duas laudatas emanatis.

III. Anno 1249., quarto ſcilicet poſt promulgationem Conſtitutionis, *Ordinem veſtrum*, & ſecundo poſt emanationem alterius, *Quanto ſtudioſius*, aliam edidit Innocentius incipientem, *Dilecti filii*, in qua Lugduni tunc immorans tribus mandat Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ut inducant Fratres Minores in poſſeſſionem Monaſterii S. Mariæ de Capitolio Urbis, Aracæli vulgo nuncupati, ſuamque mentem, & voluntatem ita aperit: *Diſcretioni*

Digitized by Google

veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis expedire videbitur, dictis Fratribus, quos ſuæ Religionis meritis benigno favore jugiter intendimus proſequi, & gratia ſpeciali, prædictum Monaſterium cum appendiciis ſuis, & hortis circa Monaſterium habitatione Fratrum ipſorum neceſſariis, ac libris, & omnibus ornamentis Eccleſiæ, Ordini eorum congruentibus, aſſignetis; ac auctoritate noſtra in corporalem poſſeſſionem præfati Monaſterii Fratres inducatis eoſdem, & defendatis inductos, Monachos ipſius Monaſterii per alia Monaſteria ipſorum Ordinis debitè collocantes, diſpoſitione poſſeſſionum memorati Monaſterii nobis totaliter reſervata. Anno verò ſequenti ad hanc diſpoſitionem deveniens, in alia Bulla, *Cum divinis*, data *Primicerio, & Cantoribus Scholæ Cantorum Urbis*, hæc habet: *Nos, qui ad cultum divini Nominis intendimus ampliandum, attendentes, quod iis, qui vobis incumbunt, pro divina laude laboribus non reſpondent congruæ facultates, de Fratrum noſtrorum conſilio, diligenti conſideratione præhabita, omnes Eccleſias, ſeu Capellas, poſſeſſiones, domos cenſuales, redditus; decimas, penſiones, & omnia alia jura ubicumque ſpectantia ad Monaſterium S. Mariæ de Capitolio in Urbe, cum in illud Fratrum Minorum Ordo de noſtra providentia ex cauſa neceſſaria ſit inductus, Monaſterio ipſo cum hortis, & ejus ſeptis, necnon & aliis appendiciis juxta illud exceptis, vobis, veſtriſque Succeſſoribus duximus concedenda.* Mirum ſane! Innocentius IV., ut ajunt, jam indulſerat Franciſcanis, ut uſu fruerentur bonorum immobilium, atque ad hæc nomine Sedis Apoſtolicæ miniſtranda, Syndicis, & Procuratoribus eos præmunierat; & cur quæſo in Monaſterium S. Mariæ de Capitolio ipſos poſt annos paucos introducens, ne vineolam quidem, vel domunculam, aut poſſeſſionem ullam ex tot tantiſque, quibus Monaſterium illud abundabat, conceſſit eiſdem, ſed univerſa Scholæ Cantorum Urbis donavit? Si uſum immobilium ipſe omnium primus Minoritis conceſſiſſet, primus etiam dediſſet ſuæ liberalitatis exemplum, de bonis, & poſſeſſionibus præfati Monaſterii quidquam ipſis elargiendo, præſertim cum amore ſummo eos proſequeretur, ut ſic cæteros admoneret fideles de facultate illis à ſe facta poſſeſſionibus utendi, atque alios exemplo ſuo ad idem faciendum invitaret. Sed nil penitus, inquam, de tot redditibus ſibi dilectiſſimis fratribus impartitus eſt Innocentius; imò transferens in eoſdem præfatum Monaſterium cum appendiciis, & hortis circa ipſum, ac libris, & omnibus ornamentis Eccleſiæ, hanc addit particulam, *Ordini eorum congruentibus*, qua ſicut indigitat, Fratres Minores juxta ſuam mentem nec omnium mobilium uſum tunc habere potuiſſe, ſed eorum tantùm, quæ ipſorum profeſſioni, & paupertati conveniebant, ita innuit, eos multo minus uſum poſſeſſionum, & redditUum decuiſſe.

IV. Adauget vero admirationem, & falſitatem confirmat prætenſæ conceſſionis, quod egit idem Pontifex anno 1252., cum nempe Conventus Aracæli reſtauraretur. Peculiari ſiquidem Diplomate, *Quoniam ut ait Apoſtolus*, dato die 20. Martii, fidelium charitatem etiam per Indulgentiarum conceſſionem excitare volens ad fratres in tali opere eleemoſynis juvandos, eorumdem ſic proponit paupertatem: *Cum itaque pro hujuſmodi ædificiis conſummandis, ac etiam pro ſuſtentatione arctæ vitæ ipſorum indigeant fidelium ſubſidiis, qui propter Chriſtum extremæ ferunt ſarcinam paupertatis &c.* At ſi ab ipſo jam habebant Minores uſum poſſeſſionum, quomodo de ipſis hæc fateri potuiſſet? Si tanta laborabant penuria, & jam illis redditus habere permiſerat, cur procuravit eiſdem fidelium ſubſidia, & non potius providit ipſemet de aliquibus Monaſterii bonis aliò diſtractis, vel de aliis? Imò, cur per aliam Bullam, *Iis quæ auctoritate noſtra*, datam ſub die 5. Julii ejuſdem anni 1252., aſſignat Aracælitani Conventus limites, & appendicia circa ipſum, fratrum uſibus deſtinata, & ſibi reſervat etiam parochiales illius Eccleſiæ proventus? En verba Diplomatis. *Omnibus, quæcumque temporaliter obveniunt*

de

Digitized by Google

de eiſdem Parochia, & Parochianis S. Mariæ de Capitolio, Sedi Apoſtolicæ, ac noſtro beneplacito reſervatis. Et cur quæſo, niſi quia, Sbaralea ipſo fatente ad hanc eamdem Bullam nota (*d*) *, *erat antiquitus interdictum Fratribus Minoribus habere uſum, & regimen Paræciarum ob metum proprietatis, rerumque temporalium miniſtrationis*? Sed ſi erat metus proprietatis in uſu bonorum parochialium, metus hujuſmodi erat etiam in uſu vinearum, agrorum, & ſimilium, qui tamen tum in illis, cum in iſtis ceſſaſſet, quoties Innocentius IV. uſum poſſeſſionum jam à ſeptem annis Fratribus conceſſiſſet. Itaque ſi ob metum proprietatis omnia temporalia ſibi, & arbitrio ſuo reſervavit Pontifex de Paræcia S. Mariæ de Capitolio, etiam cum Fratres Minores maximè indigebant ſubſidiis pro Conventus inſtauratione perficienda, decantatum poſſeſſionum uſum anno 1245. eis non conceſſerat. Eodem modo ſe geſſit Innocentius IV. in aliis etiam hujus generis circumſtantiis, præſertim vero in confirmatione conceſſionis Eccleſiæ S. Nicolai Laudenſis, anno 1253. factæ Minoritis ab Epiſcopo illius Civitatis, & in confirmatione collationis Eccleſiæ S. Andreæ Apoſtoli Hiſpellenſis, eiſdem factæ anno 1254. ab Epiſcopo Spoletano, Fratribus Eccleſiam dumtaxat cum ædificiis, & horto juxta ipſam, ejuſdem vero poſſeſſiones, & bona aliò diſtracta, & aliis applicata, confirmando. In priori caſu, Bulla, *Petitio veſtra*, data Guardiano, & fratribus Lauden. ad rem noſtram inquit: *Epiſcopus vobis de Eccleſia S. Nicolai Lauden. cum horto, & domibus ſuis provida deliberatione providit, ac vos in eorum poſſeſſionem induxit, redditibus, & poſſeſſionibus aliis ejuſdem Eccleſiæ ipſis Clericis nihilominus reſervatis &c.* In ſecundo verò ſic incipit, & proſequitur Bulla: *Oblata nobis ex parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum S. Franciſci Ordinis Minorum petitio continebat, quod venerabilis Frater noſter Bartholomæus Epiſcopus Spoletanus ipſis Eccleſiam S. Andreæ de Spello, Spoletanæ Diœceſis, cum domibus, ædificiis, caſalenis, & horto juxta ipſam poſitis, Clericorum ipſius Eccleſiæ ad hoc accedente conſenſu, piè contulit, prout ſpectabat ad ipſum, cæteris poſſeſſionibus ejuſdem Eccleſiæ ſuſtentationi Clericorum ipſorum reſervatis, & poſt deceſſum, vel ceſſionem eorum per ejuſdem Epiſcopi, vel Succeſſorum ejus providentiam, prout faciendum fuerit, diſponendis &c.* Similia leguntur etiam in alia Bulla ejuſdem tenoris, data poſt dies aliquot à prima, cui inſertum habetur & conceſſionis Inſtrumentum, in quo præter poſſeſſionum reſervationem, Epiſcopus etiam curam animarum ſibi reſervat, dicens: *Reſervata etiam cura animarum Parochianorum Eccleſiæ ſupradictæ noſtro mandato, quouſque de ea aliud duxerimus diſponendum*. Si ergo in Eccleſiarum donationibus ab Innocentio IV. confirmatis poſt annum 1245., Fratribus Minoribus traduntur Eccleſiæ ipſæ dumtaxat cum appendiciis, ſeu pertinentiis circa ipſas, poſſeſſiones verò, & redditus omnes earumdem Eccleſiarum aliis reſervantur, ne minima quidem Fratribus vel ab ipſo Pontifice, vel ab aliis collata portione, palam fit, Innocentium IV., neque per Conſtitutionem, *Ordinem veſtrum*, neque per illam, *Quanto ſtudioſius*, neque per aliam quamcumque uſum immobilium Fratribus Minoribus conceſſiſſe, quod etiam ex dicendis validius confirmabitur.

* Tom. 1. Bullar. Franc. pag. 617.

V. Poſt Innocentium producunt Alexandrum item IV., atque hunc ſecundum fuiſſe ſcribunt Romanorum Pontificum, qui Franciſcanis de uſu redditunm, & poſſeſſionum vivere permiſit, & quidem vigore duarum Conſtitutionum, quarum prima incipit, *Felicis recordationis Innocentius Papa*; ſecunda vero, *Ex parte dilectorum*, utraque data ſub die 16. Octobris anni 1257., tertii nempe Pontificatus ejuſdem Alexandri. Sed muſcas certe pro avibus capiunt, qui hæc effutiunt, ac ipſemet Pontifex in ſuis nunc afferendis Epiſtolis falsò hoc de ſe affirmari demonſtrat. Interim adnotare juvat, quod ſi Innocentius IV. uſum prædictum conceſſiſſet, Alexander ſucceſſor ejus immediatus, hanc ipſam conceſſionem confirmaſſet, vel confirmando indicaſſet, quod in nullo ejus Diplomate legendum occurrit. Nunc ad Alexandrinas

drinas deveniamus Conſtitutiones, & ad alias antequam progrediamur, duæ breviter perpendendæ ſunt deſuper laudatæ, in quarum prima cum facultate donentur Minores recipiendi legata, à teſtatoribus facta in rerum malè acquiſitarum ſatisfactionem; & in ſecunda quibuslibet committatur teſtamentorum executoribus de legatis hujuſmodi eorumdem Fratrum neceſſitatibus providendi, concludunt, tunc eis licitum fuiſſe uſum quarumcumque rerum, etiam immobilium. At ſi ſenſus harum Conſtitutionum attendatur, ineptum prorſus, quod ex eis inferunt, deprehendetur. In prima namque Conſtitutione fatetur Alexander, ſe, & ſuum Deceſſorem Innocentium IV. conceſſiſſe *Magiſtro, & fratribus domus Militiæ Templi Hieroſolymitani pro exoneratione debitorum, ut de uſuris, rapinis, & aliàs quocumque modo illicitè acquiſitis, quæ Chriſtifideles mandabant reſtitui in ultima voluntate ..... ſi quibus ipſorum reſtitutio fieri debebat, omnino inveniri non poſſent ..... ubique locorum extra Regnum Alemanniæ recipere valerent*. Templarii harum literarum vigore privativam quoad alios ſe habere prætendebant; ac proinde *ſi executores decedentium, de talibus eorum diſpoſitioni relictis voluiſſent Minoritis aliqua elargiri*, id vetitum eſſe affirmabant, ut habetur in alia Conſtitutione, in qua legitur: *Nonnulli Eccleſiarum Prælati, necnon Hoſpitalis, & Militiæ Templi Hieroſolymitani, ac etiam Militiæ Sancti Jacobi domorum Magiſtri, & Fratres, ac alii impedire procurabant, ne prædictorum Fratrum Minorum indigentiis de prædictorum legatis ab iiſdem executoribus ſubveniri valeret*. Pontifex igitur Minorum *paci, & tranquillitati providere volens*, in prima Conſtitutione declarat, *per tales literas prædictis Magiſtro, & Fratribus Militiæ Templi ab Apoſtolica Sede conceſſas, nullum Fratribus Minoribus, eorumque Ordini præjudicium generari, quin, eiſdem literis nequaquam obſtantibus, ea, quæ de præmiſſis Fratribus, & Ordini Minorum relinquebantur, & ab executoribus decedentium exhibebantur, recipere, ac de iis, quæ ipſorum committebantur diſpoſitioni, ordinare, ac diſponere libere valerent*, quod ipſis pariter denegatum fuiſſe adverſarii contendebant. Hinc in ſecunda prælaudata Conſtitutione mandat univerſis teſtamentorum executoribus, *ut, non obſtante contradictione, eiſdem Fratribus Minoribus de prædictis legatis providere poſſint, prout eorum neceſſitatibus viderint expedire, cum ſuæ intentionis non fuerit, per hujuſmodi literas*, datas nempe Magiſtro Militiæ Templi, *providendi eiſdem fratribus de prædictis legatis, ipſis executoribus adimere facultatem*. Cum itaque iſte ſit harum Conſtitutionum ſenſus planus, & genuinus, quomodo ipſarum vigore facultatem Alexander IV. conceſſerit Minoritis bona quæcumque, etiam immobilia, ipſis legata, recipiendi, & quoad uſum retinendi, profectò non intelligo. Siquidem ex earumdem tenore id unum evincitur, Fratres Minores capaces eo tunc fuiſſe, ſicuti fuerunt ſemper, legatum quodcumque recipiendi, ipſis factum juxta ſubſequentes Nicolai III., & Clementis V. Declarationes, ſcilicet *Modo licito*, qui ſemper excludit domos, vineas, poſſeſſiones omnes, & redditus certos, ut in præcedenti Animadverſione dictum eſt. Id unum ergo vult Alexander IV., quod, ſuis, & ſui Predeceſſoris non obſtantibus literis, in favorem Templariorum emanatis, poſſent executores teſtamentorum aliquid de legatis prædictis Fratribus Minoribus titulo eleemoſynæ impartiri, eorumque neceſſitatibus providere, quod Regulæ Franciſcanæ profeſſioni nequaquam adverſari omnes Doctores Ordinis, ac præſertim S. Bonaventura, Pontificum Declarationibus innixi, tradiderunt, & Ordo ipſe tenuit univerſus; quia cum ipſis legatur vinea, vel domus ut diſtrahatur, & pretium convertatur in eorum neceſſitates, & legatum hujuſmodi ab iiſdem admittitur ſub hac conditione, & non aliter, habet rationem eleemoſynæ tranſeuntis, quæ ipſorum ſtatui nedum non repugnat, imo quammaxime convenit.

VI. Cæterum ſi Alexander IV. in allatis Conſtitutionibus facultatem conceſſe-

ceſſerat Minoribus legatum quodcumque, & rei cujuſcumque, etiam immobilis, recipiendi, cur poſtea laudati Pontifices Nicolaus, & Clemens definierunt, quod *ſi quis legaret ipſis Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba proferret, legata hujuſmodi eis recipere non licet*? Si vera eſſet conceſſio Alexandrina, cur poſtea ſcripſit S. Bonaventura, quod *ſi aliquis ex devotione voluiſſet legare Minoribus domum ſuam, vel aream, non contiguam eorum manſioni, non recipiebant eam, niſi ſub hac conditione, ut, ea vendita, de pretio ejus ipſis ex parte teſtatoris provideretur in iis, quibus tunc indigebant*? Hæc certe cum Alexandrina, quæ jactatur, conceſſione nullatenus conciliari poſſunt; atque adeò neceſſariò concludendum eſt, Alexandrum IV. non permiſiſſe Franciſcanis, ut quodcumque legatum, etiam bonorum immobilium, recipere poſſent. Neque prætereundum eſt, quod cum idem Alexander innovaverit Conſtitutionem, *Ordinem veſtrum*, ipſam ad literam exſcribendo, qua Innocentium IV. facultatem feciſſe dicunt iiſdem Fratribus utendi bonis immobilibus, nunc facultatem hujuſmodi ab Alexandro IV. repetentes, non ad Innocentianam, ſed ad alias duas ejuſdem Alexandri Conſtitutiones confugiunt, ut ſic propriæ inſtabilitatis indicium præbeant apertiſſimum. Sed ulterius adhuc procedamus, ad alias nempe Epiſtolas Alexandri IV., ut quod falsò ipſi apponunt melius deprehendatur. Cum anno præcedenti 1256. per Bullam, *Sinceræ devotionis*, datam die 4. Maii, conceſſiſſet Fratribus Minoribus Eccleſiam S. Mariæ Majoris Civitatis Tiburtinæ, & hanc ipſam conceſſionem per aliam Bullam, *Ut illibata*, confirmaſſet, anno ſequenti 1257. die 11. Novembris, nondum ſcilicet tranſacto menſe ab editis Conſtitutionibus, *Felicis recordationis*, &, *Ex parte dilectorum*, quibus uſum poſſeſſionum eis permiſiſſe dicunt, alteram edidit, *Ille ſpecialis*, in qua, ut alibi etiam diximus, de bonis immobilibus ad præfatam Eccleſiam pertinentibus diſponit in favorem Archipresbyteri, & Capituli Principis Apoſtolorum de Urbe, quia, ut ipſe ait, *ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones eiſdem Fratribus habere non licet*. Adeo ne labilis memoriæ fuit Alexander, qui die 11. Novembris recordari non debuerit eorum, quæ fecerat die 16. Octobris ejuſdem anni? Conceſſit Franciſcanis ut legata quæcumque, etiam bonorum immobilium, recipere poſſent, & poſt dies 26. fatetur, quod poſſeſſiones eis habere non licet, idque facto confirmat, quia nulla ex tot poſſeſſionibus S. Mariæ Majoris Civitatis Tiburtinæ eiſdem attribuit, ſed univerſas Capitulo contulit Vaticano? Inſuper anno ſequenti 1258., die 2. Auguſti, idem Alexander omnia recenſens, & confirmans privilegia Ordini Minorum conceſſa, quod vendunt vel ab ipſo, vel ab Innocentio IV. indultum, recipiendi nimirum etiam legata bonorum immobilium, nedum non commemorat, ſed chimæricum eſſe demonſtrat in ſua Conſtitutione, *Virtute conſpicuos*, dicens: *Ad hæc liceat Fratribus veſtri Ordinis, cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, dedicatis Eccleſiis dumtaxat exceptis, quam libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca transferre, ac ædificia ipſa cum ſolo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſias, per Procuratores à Miniſtris ejuſdem Ordinis ad hoc deputatos, vendere, ipſorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres ſe conferunt, ædificationem, ſeu alias in eorum utilitatem convertere, ſecundum quod eis videbitur expedire*. At ſi Fratres Minores tunc habuiſſent, vel habere potuiſſent uſum poſſeſſionum, decreviſſet Alexander etiam quid de iſtis in hujuſmodi caſibus agendum eſſet, an ſcilicet locis novis applicari, vel per Procuratores vendi, aut aliò diſtrahi deberent. Cum itaque altum de poſſeſſionibus hìc habeat ſilentium, harum uſum tunc non habebant Minores; ac proinde fictitium eſt quodcumque vel ab eodem Alexandro, vel ab ejus Deceſſore Innocentio IV. eiſdem conceſſum dicitur privilegium. Quid plura? In eadem Conſtitutione Minores exi-

Digitized by Google

mens à decimis ſolvendis, hæc habet: *Cæterum cum humilitas veſtra ſibi de latitudine Orbis terræ nihil, præter domos, & hortos cum virgultis, præmiorum obtentu cæleſtium, duxerit reſervandum; Nos piè volentes, quod eorum fructus integrè veſtræ paupertatis uſibus applicentur, ut de hortis, & de virgultis veſtris nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat, diſtrictius inhibemus.* Hoc ipſum privilegium, iiſdem omnino verbis conceptum, indulſerat Minoritis etiam Innocentius IV. anno 1250. in ſua Bulla, *Qui Deum tota mente*, ac in alia, *Nimis iniqua*; omnium vero primus Gregorius IX. in ſuis, *Nimis iniqua*, &, *Nimis prava*, datis anno 1231. Verum ſi vel Innocentius, vel Alexander IV., ut ajunt, uſum poſſeſſionum Franciſcanis conceſſiſſent, iſta quoque à decimarum tributo exemptas declaraſſent. Nam idem Alexander anno 1259. in ſua Conſtitutione, *Pium eſt*, eximit à ſolutione cujuſcumque canonicæ portionis res quaslibet Minoritis legatas, dicens: *Nos neceſſitatibus veſtris paterno compatientes affectu, ut de iis, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, aut fabrica, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſive aliis ad perpetuum cultum divinum, ſeu pro pitantiis ad ſuſtentationem veſtram, aut indumentis veſtris vobis legantur, nulli canonicam juſtitiam, aut portionem aliquam teneamini exhibere, devotioni veſtræ auctoritate præſentium indulgemus.* Cur hìc non nominat etiam poſſeſſiones, ſi harum quoque ex ſui conceſſione capaces erant Minores? Sed quid plura congerimus, ubi tam Innocentius, quam Alexander IV. affirmant, Fratres Minores *ſibi de latitudine Orbis terræ nihil, præter domos & hortos cum virgultis reſervaſſe?*

VII. Hinc propterea ſuperfluum eſt alias afferre ejuſdem Alexandri Conſtitutiones, in quibus nova præbet argumenta ad eamdem veritatem validius roborandam, & falſitatem jactatæ conceſſionis clariùs oſtendendam; unde una contenti erimus, quæ incipit, *Deum diligere*, eodem anno 1259. die 26. Februarii data Archidiacono Aretino, & altera incipiente, *Cum fuerit*. Mandat in prima eidem Archidiacono, ut Fratribus Minoribus conferat Eccleſiam S. Leonardi Caſtellionis Aretini, jam à Capitulo Eccleſiæ Aretinæ eiſdem conceſſam unà cum domibus, & horto eidem adjacentibus, poſſeſſiones verò, & Parochiam aliò transferat. *Eamdem Eccleſiam*, inquit, *cum domibus, & horto prædictis eiſdem fratribus; & Eccleſiæ Aretinæ terras, & poſſeſſiones; decimationem verò, ſive decimam ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ de Petrognano ejuſdem Caſtri auctoritate noſtra conferas, & aſſignes ab eis perpetuò retinendas.... Parochiam autem, & Parochianos ejuſdem Eccleſiæ S. Leonardi eidem Eccleſiæ S. Mariæ annectere, & deputare procures.* In ſecunda Conſtitutione confirmat donationem Eccleſiæ S. Marci factam eiſdem Fratribus ab Epiſcopo, & Capitulo Angelipolitano, ac refert inſtrumentum donationis, in quo hæc notatu digna leguntur: *Donamus, & concedimus prædicto Ordini in perpetuam eleemoſynam, pro remiſſione peccatorum noſtrorum, Eccleſiam S. Marci, quæ ſita eſt extra hanc Civitatem S. Angeli de Lombardis infra metas Parochiæ noſtræ, cum hortis, & aliis poſſeſſionibus eidem Eccleſiæ adjacentibus, præter Vineam, & Iſcam*, ideſt Inſulam, ut in Gloſſario Freſnii, ab aquæ illuvionibus enatam. Non alia profecto de cauſa poſſeſſiones, & Parochiam ab Eccleſia S. Leonardi Fratribus Minoribus collata, ad alias Eccleſias transferri jubet Alexander IV., & Vineæ, Inſulæque exceptionem confirmat in donatione Eccleſiæ S. Marci, niſi *quia Fratres ipſius Ordinis de poſſeſſionibus ſe nullatenus intromittebant, nec eis licebat poſſeſſiones habere*, ut ait etiam Urbanus IV. immediatus Alexandri Succeſſor in Bulla, *Sua nobis*, in præcedenti Animadverſione laudata.

VIII. Proferunt inſuper duas pariter Clementis IV. Conſtitutiones, nempe, *Virtute conſpicuos*, &, *Cum dilecti*, editas menſe Julii 21., & 25. anni 1262., qui primus fuit Pontificatus ejuſdem. In harum prima cum habeantur hæc verba: *Pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ*

Digitized by Google

quæ domus veſtri Ordinis obligatæ noſcuntur; *vel de domibus*, *prædiis*, *& hortis*, *aliiſque locis vobis ſecundum inſtituta veſtri Ordinis opportunis*, *aut de his*, *quæ pro hujuſmodi domibus*, *prædiis*, *hortis*, *& locis emendis vobis legantur* .... *nulli canonicam juſtitiam*, *aut portionem aliquam teneamini exhibere*, colligunt ipſi: Ergo habebant Minores cenſus annuos, prædia, & alia loca, redditus nimirum, & poſſeſſiones. Quia vero legitur in ſecunda, Clementem IV. conſtituiſſe Procuratores, & Syndicos *Barcilionem Petri*, *Bentevenne Trovalveri*, *& Orlandinum Bonaventuræ*, *Cives Peruſinos*, *cum facultate in omnibus bonis mobilibus*, *& immobilibus*, *Romanæ Eccleſiæ dilectorum filiorum Fratrum Minorum Provinciæ S. Franciſci contemplatione collatis*, *& impoſterum conferendis*, iterum colligunt: Habebant igitur Fratres Minores tunc temporis uſum bonorum immobilium, quorum proprietas penes Romanam Eccleſiam reſidebat, & per Syndicos nomine iſtius adminiſtrabantur. Sed perperam, ut ex eodem Pontifice liquidò conſtabit. Prius autem ſcitu dignum eſt, quod non adnotavit Sbaralea, in aliis certe adnotandis diligentiſſimus, hanc ſcilicet ſecundam Conſtitutionem deeſſe tum apud Rodericum in Collectione Privilegiorum in Clementem IV., cum apud Cherubinum in ſuo Bullario, quamvis referant ambo Diplomata omnia pro Minoritis anno ſui Pontificatus primo ab hoc Pontifice emanata, &, quod magis intereſt, deeſſe etiam in Regeſto Archivi Vaticani, ut interim de ejus fide quiſque pro ſuo lubitu ſentire poſſit, dum nos rectum earum ſenſum breviter expendimus. Bulla incipiens, *Virtute conſpicuos*, eſt confirmativa omnium privilegiorum Ordinis Fratrum Minorum, atque, paucis exceptis, ejuſdem tenoris ac Alexandrina deſuper allata; proindeque, ſicut immeritò ex hac infertur, uſum poſſeſſionum, & redditurum tunc licitum fuiſſe Franciſcanis, ita falsò hoc ipſum ex Clementina deducitur. Domus enim, & alia loca à Clemente recenſita, & à decimarum debito abſoluta, non ſunt, niſi Conventus cum appendiciis juxta ipſos, ut in Conſtitutionibus Alexandri IV., Innocentii IV., & Gregorii IX. jam laudatis, atque hæc, & non alia, ſunt bona immobilia, quorum curam in Bulla, *Cum dilecti*, ſuppoſita illius genuinitate, Barcilioni, & aliis Procuratoribus committit. Nec movere nos debet, quod in prima Conſtitutione recenſeantur etiam prædia, quoniam hæc vox latè à Juriſtis accepta ſignificat locum quemlibet, & in præſenti caſu nil aliud ſignificare poteſt, quam Fratrum habitationem, eo quod locata ſit domos inter & hortos eorumdem, niſi pro ſylvis, aut area, ut ait S. Bonaventura, vel pro alio loco deambulationi deſtinato, eam accipere velimus, ita ut prædii nomine ſepta Conventus deſignentur. Et ſane cur Pontifex hìc non exprimit oliveta, vineas, agros, prata, & id genus poſſeſſiones alias, ſi iſtarum uſum Fratres Minores habebant, eoſque eximere vult à ſolutione decimarum de iſtis? Eodem anno ſub die 21. Septembris idem Clemens IV. indulgens Clariſſis Monaſterii S. Mariæ de Monte Lucido Peruſin., ne teneantur ſuſcipere onera publica, vel præſtationes exhibere, ſic in ſua Bulla, *Perſonis*, *quæ Mundo*, mentem, & voluntatem ſuam aperit: *Pro molendinis*, *& aliis bonis veſtris*, *quæ eccleſiaſtica debent immunitate defendi*, *vos*, *& molendinarii*, *& coloni veſtri ad ſubeundum aliqua onera publica*, *& præſtationes aliquas exhibendum minimè teneamini*, *vel compelli poſſitis*. In alia verò, *Quantò ſtudioſius*, data die 20. Novembris ejuſdem anni, eximens omnes Clariſſas à ſubſidiis, vel contributionibus perſonis quibuſcumque ſolvendis, inquit: *Attendentes igitur*, *quod licèt quamplura Monaſteria veſtri Ordinis varias poſſeſſiones obtineant*, *idem tamen Ordo in paupertate fundatur* .... *ad exhibendum procurationes aliquas* .... *ſive ad præſtandum ſubventionem quamcumque*, *vel ad contribuendum in exactionibus*, *vel collectis*, *ſeu ſubſidiis aliquibus* ..... *minime teneamini*, *nec ad id cogi poſſitis*. Cur, inquam, abſolvens Minoritas à ſolutione decimarum, poſſeſſiones nec in genere, nec in ſpecie nominat, nec unquam admonet, quod licèt

Digitized by Google

licèt eorum Ordo fundatus eſſet in paupertate, tamen Conventus aliqui bona obtinebant immobilia, ſive poſſeſſiones, quas eximit ab omni contributione, quemadmodum utrumque feciſſe apparet in exemptionibus Clariſſarum? Imò, cur Fratres Minores abſolvens à decimis ſolvendis *de domibus, prædiis, & hortis, aliiſque locis*, hanc addidit particulam, *vobis ſecundum inſtituta veſtri Ordinis opportunis*? Si poſſeſſionum, & redditnum habebant uſum, loca omnia, & bona cuncta immobilia erant ipſis opportuna, & ſecundum proprii Ordinis inſtituta. Ni ergo fruſtra hanc addidiſſe clauſulam dicamus, fateri cogimur, Clementem IV. pro domibus, & aliis locis Fratrum Minorum intellexiſſe Conventus, eorumque ſepta, ſive appendicia, quia hæc erant ſecundum Ordinis inſtituta ipſis opportuna; ac etiam dicendum eſt, hæc à decimarum contributione immunia declaraſſe, & Procuratoribus commiſiſſe nomine Apoſtolicæ Sedis acceptanda, retinenda, ac etiam, ſi opus erat, alienanda.

IX. Nec mirari debemus, Fratres Minores indiguiſſe Pontificia exemptione à ſolvendis decimis de propriis habitationibus, & hortis, quia, Gregorio IX. Pontifice, ad hujuſmodi ſolutionem jam arctabantur à nonnullis, ut Gregorius ipſe fatetur in præcitata ſua Conſtitutione, *Nimis iniqua*, ubi ait: *Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis Fratrum, ſicut de Judæorum domibus contendunt redditus extorquere, aſſerendo, quod niſi Fratres morarentur ibidem, eis ab aliis habitatoribus proventus aliqui ſolverentur*; quod repetit etiam in alia ſimiliter incipiente; ac poſtmodum Succeſſor ejus Innocentius IV. in ſuis plurimis, ſicut & Alexander IV. Minores ab hac ſolutione dignati ſunt exemptos declarare. Ex hiſce conficitur, quod cum Clemens IV. in ſua Bulla, *Virtute conſpicuos*, privilegia confirmet Franciſcanis conceſſa à ſuis Prædeceſſoribus, ac proinde exemptionem quoque à ſolvendis decimis, hanc ipſis confirmat juxta conceſſionem eorumdem Prædeceſſorum, quæ ſicut ſe extendebat dumtaxat ad Conventus, hortos, & ſylvas, ita ad hæc tantùm ſe extendit Clementis confirmatio, quoniam alia eiſdem Fratribus nec ab ipſo, nec à Prædeceſſoribus reperimus indulta, nec ullibi legimus, quemquam ab eis decimas exegiſſe de vineis, olivetis, vel aliis poſſeſſionibus, quemadmodum exegiſſe intelligimus de eorum habitaculis, & appendiciis juxta ipſa. Exemptio namque à ſolvendis decimis de poſſeſſionibus neceſſariò ſupponit poſſeſſiones ipſas, hæc vero, cum de Minoritis agitur, quibus ex Regula earum uſus interdictus erat, ſupponunt diſpenſationem, quæ uſum hujuſmodi eiſdem licitum reddiderit; ſed cum diſpenſatio hæc neque ab ipſo Clemente IV., neque ab alio ex ejus Prædeceſſoribus conceſſa reperiatur, in Clementina non abſolvuntur Minores à collatione decimarum de poſſeſſionibus, quas nec habebant, nec habere poterant. Idipſum confirmatur etiam ex eo, quod ſi poſſeſſiones tunc habuiſſent Franciſcani, contributiones de iſtis aliqui expetiiſſent ab eis, ſicuti extorquere prætendebant de rebus longè inferioribus, de hortis nempe, & habitationibus eorumdem. Citrà dubium eſt enim, quod ſi decimas ab eis exigebant de his, à fortiori de vineis, aut aliis poſſeſſionibus, ſi iſtas habuiſſent, extorquere tentaſſent. Si ergo de habitationibus tantùm, ac de hortis decimas à Franciſcanis expoſcebant, nullas alias, præter iſtas, ipſi poſſeſſiones habebant. Denique idem Clemens IV. in eadem Conſtitutione mentem ſuam ita declarat, ut nullus relinquatur de germano illius ſenſu ambigendi locus. Alloquens ipſe Fratres Minores, *Vos*, inquit, *extremam patientes pro Chriſti nomine paupertatem*, quæ cum uſum redditnum, & poſſeſſionum penitus excludat, ejuſdem paupertatis intuitu ipſis concedit, *ut in excommunicatorum terris liberè commorari, & ab eis tunc, & etiam quando per ipſas eos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeant*. Item eadem uſurpans Innocentii, & Alexandri IV. verba, clarius explicat quæ tunc fuerint Fratrum

Digitized by Google

trum Minorum poſſeſſiones, & prædia, de quibus ad ſolutionem decimarum ipſos non teneri decernit, dicens: *Cæterum cum humilitas veſtra ſibi de latitudine orbis terræ nihil, præter domos, & hortos cum virgultis, præmiorum obtentu cæleſtium, duxerit reſervandum; Nos piè volentes, quod eorum fructus integrè veſtræ paupertatis uſibus applicentur, & de dictis hortis, & virgultis nullam decimam teneamini exhibere, vobis auctoritate præſentium indulgemus, diſtrictius inhibentes, ne quis à vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præſumat*. Dicemus nè, Clementem IV. ſibi in eadem Bulla contradicere, inquiendo Fratres Minores habuiſſe prædia, nempe vineas, & agros, cum prius dixiſſet, eos in latitudine orbis terræ nihil habere, præter domos, & hortos cum virgultis? Ne igitur Pontificem ſibi adverſari dicamus, fatendum eſt, Minorum prædia, ut dicebamus, nil fuiſſe aliud, quam Conventus cum ſeptis, atque ad ſolvendas decimas de iſtis, quas indiſcretè nonnulli ab eis exigebant, ſuorum Prædeceſſorum exemplo eoſdem denique abſolviſſe. Accedit pro coronide, ut jam dicta repetamus, quod ſi Innocentius IV. omnium primus uſum immobilium Franciſcanis permiſiſſet, ac Alexander, & Clemens IV. hunc eiſdem confirmaſſent, Guillelmus à Sancto-Amore cum Sectariis vel nunquam latraſſet, Regulam Fratrum Minorum eſſe *diſcriminoſam, illicitam, inobſervabilem, ejuſque profeſſores ſui homicidas, & Dei tentatores*; vel ſaltem aliquando latrare ceſſaſſet, cum videlicet uſum reddit2uum, & poſſeſſionum eiſdem conceſſum, & confirmatum vidiſſet. Ex hiſtoria autem edocemur, hunc nebulonem, ejuſque aſſeclas, præſertim ſub tribus hiſce Pontificibus, & voce, & ſcriptis in Minores, eorumque Regulam debaccatos eſſe: Minores igitur juxta propriæ Regulæ profeſſionem eo tunc mendici erant, atque adeò redditauum, & poſſeſſionum uſum neque Innocentius, neque Alexander, neque Clemens IV. eiſdem conceſſit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Fratres Minores ante Martinum V. nullum habuiſſe uſum redditauum, ſeu poſſeſſionum, ex aliis Pontificibus Clementis IV. Succeſſoribus demonſtratur,

I. AD veritatem Articuli hujus comprobandam ſat erit nonnullos tantum recenſere Pontifices, qui poſt Clementem IV. uſque ad Martinum V. Petri clavum tenuere. Gregorius X. anno 1274. Bulla, *Voluntariæ paupertati*, Minoriticam Regulam veluti exponens, ac Generali Miniſtro Hieronymo Aſculano aliqua concedens, inter alia facultatem eidem impartitur *tribuendi Fratribus licentiam commutandi, & alienandi res eiſdem, vel Ordini collatas, & ad Romanam Eccleſiam quoad proprietatem pertinentes, aliaſque de bonis hujuſmodi mobilibus, quibus ipſi utuntur, convertendi in alias res magis ſibi neceſſarias, cum eis videbitur opportunum*. Ubi advertendum eſt, quod cum Pontifex hìc ſolas res mobiles commemoret, harumque dicat Fratres habere uſum, & Romanam Eccleſiam dominium, necnon Generali tribuat auctoritatem concedendi Fratribus licentiam iſtas in alias commutandi, & nullam mentionem faciat bonorum immobilium, apertè indicat, horum uſum Fratres Minores tunc non habuiſſe, nec habere potuiſſe, alioquin nedum non omiſiſſet, ſed potius hæc ante omnia meritò nominaſſet. Nicolaus III. in ſua Decretali toties laudata, *Exiit qui ſeminat*, uſum moderatum bonorum mobilium, & horum ne quidem omnium, necnon Conventuum cum appendiciis, Fratribus Minoribus aſſerit convenire, dominio Eccleſiæ Romanæ, vel danti reſervato, atque infra vineas, agros, & poſſeſſiones quaſcumque, etiam quoad ſimplicem uſum facti, ut centies intelleximus, eiſdem illicitas declarat. Martinus IV. in Conſtitutione, *Exultantes in Domino*, Superio-

perioribus Ordinis poteſtatem faciens inſtituendi Syndicos ſæculares pro rebus Fratrum nomine Sedis Apoſtolicæ miniſtrandis, ſive jam collatam confirmans, proteſtatur, ſe ad hoc induci, *ut dicti Ordinis pura obſervantia in ſui vigore ſervetur*; ac proinde *ut Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini relictis ſibi in teſtamentis eleemoſynis non fraudentur*. Hinc eiſdem Syndicis committit *adminiſtrationem legitimam generalem, & liberam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt: itaut res ipſas, & rerum prædictarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine ipſius Eccleſiæ recipiant, per eoſdem in Fratrum ipſorum utilitates, prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ, convertenda*. Cum namque Nicolaus III. declaraſſet, valere legatum Fratribus Minoribus factum, *ſi modum licitum Fratribus in legando teſtator expreſſerit, ut ſi diceret: Lego pecuniam pro Fratrum neceſſitatibus expendendam; vel domum, agrum, vineam, & ſimilia ad hoc quod per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur*; Martinus IV. intelligens, quod res hujuſmodi ipſis Fratribus quandoque legabantur, Superioribus Ordinis facultatem fecit has perſonas certas & idoneas eligendi, Syndicos nempe, & OEconomos Conventuum, qui nomine Sedis Apoſtolicæ jus haberent res hujuſmodi *petendi, exigendi, alienandi, tranſigendi quoque, & paciſcendi, conveniendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda jurandi, & cujuslibet alterius generis juramentum præſtandi cum illis, & contra illos, qui hujuſmodi res mobiles, & immobiles, pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamentis occuparent, vel violenter auferrent, ſive contra voluntatem Fratrum quomodolibet detinerent*. At ſi OEconomi iſti, vel Syndici adminiſtrationem habere debebant rerum illarum, quæ Fratribus legabantur *modo licito*, profectò non erant adminiſtratores poſſeſſionum, quia ſi teſtator legabat eis harum aliquam *ad excolendum, vel domum ad locandum*, *à tali legato*, utpote facto *modo illicito*, *& ejus receptione*, ex Decretali Nicolai III. *per omnem modum Fratres abſtinere debebant*. Quod Martinus IV. id intellexerit, & Nicolai III. Declarationem confirmaverit, evidenter colligitur ex quo dicat, ſe concedere Minoritis OEconomos *rerum mobilium, & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt*: *Ut Fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi Ordini relictis ſibi eleemoſynis non fraudentur*: *prout eis licet ex Regula, vel Declaratione Regulæ*: *Ut Ordinis pura obſervantia in ſui vigore ſervetur*. Hæc enim idem ſonant, ac verba Nicolai III. dicentis, valere legatum ſi fiat *modo licito*, nequaquam vero ſi *modo illicito* fiat; atque adeo ſicut ipſe excludit poſſeſſiones à Fratribus detinendas, ut de ipſarum uſu vivere poſſint, quia tunc legatum eſt illicitum; ita Martinus IV. admittit res ipſis Fratribus licitè relictas, quarum adminiſtratores OEconomos inſtituit, & excludit res illicitè legatas, quaſcumque ſcilicet poſſeſſiones pro Fratrum ſuſtentatione retinendas. Et re quidem vera, ſi etiam uſum immobilium Fratres Minores habere potuiſſent, Martinus IV. abſque ulla reſtrictione mentem ſuam aperuiſſet; permiſſo enim poſſeſſionum uſu, nihil remanet, quo Fratres uti non poſſint, vel quod ipſis, & eorum Ordini non liceat, vel conveniat. Si ergo has adhibet reſtrictiones & clauſulas, neceſſariò ſequitur, Franciſcanis juxta ipſum uſum immobilium non fuiſſe permiſſum, ac pro iſtorum adminiſtratione & cultura Syndicos, & Procuratores eis non conſtituiſſe. Atque ita profecto, nam Honorius IV. anno 1285. die 11. Decembris in ſua Bulla, *Exhibita nobis*, mandans Epiſcopo Senenſi, ut cognoſcat de donatione Eccleſiæ S. Angeli Caſtriveteris, facta Minoritis, & ſi ritè factam invenerit, confirmet, eiſdem non aſſignat, niſi *Eccleſiam cum domo, cæmeterio, & horto, ac aliis pertinentiis exiſtentibus circa ipſam, poſſeſſionibus aliis dictæ Eccleſiæ præfato Monaſterio reſervatis*. Hoc autem ideò profectò, quia præter Conventum, Eccleſiam, & hortum, alias poſſeſſiones Franciſcani habere non poterant; ſi enim iſta-

iſtarum uſus ipſis licitus fuiſſet, vel Pontificum, vel donantium aliquis poſſeſſionem unam, vel alteram eis aliquandò ex charitate donaſſet. Cum ergò in caſibus hujuſmodi ſuperius allatis, & inferius afferendis, poſſeſſiones aliò ſemper transferantur, & Minoritis concedatur ſola Eccleſia cum domo, & aliis pertinentiis circa ipſam, patet apertiſſimè, poſſeſſionum, & reddituum eos incapaces omninò fuiſſe.

II. Nicolaus IV., olim F. Hieronymus ab Aſculo, Fratrum Minorum Generalis Miniſter, ideoque de vita, & ſtatu eorumdem optimè inſtructus, de hac ipſa veritate nos adhuc magis magiſque in ſuis Epiſtolis confirmat. In Bulla, *Dum ſolicitæ*, data *Miniſtro Provinciæ, & Cuſtodi S. Franciſci, ac Fratribus Ordinis Minorum de Aſſiſio*, vetat, ne aliorum Ordinum clauſtra in viciniis ejuſdem Urbis ædificentur, ut Aſſiſiatum charitas extendatur tota ad præſtanda mendicitati Fratrum Minorum opportuna ſubſidia; inquit enim Fratres alloquens eoſdem: *Sedulò intra pectoris clauſtra revolvimus, quod vos, mundanis opibus derelictis, quæ, cum blandiuntur, illudunt, extremæ paupertatis amplectentes inſignia, victum vobis piæ mendicitatis ſtudio vendicatis &c.* An hic loquendi modus, & paterna Nicolai ſolicitudo cum redditibus, & poſſeſſionibus conciliari poſſint, qui rectè ſapit, intelligit. Diſperatè quis dicet, Conventus Minorum Aſſiſiates tunc ex devotione tantùm exercuiſſe mendicitatem, adhuc non admiſſo reddituum & poſſeſſionum uſu, quo alii in variis Orbis partibus exiſtentes jam pacificè fruebantur. At ſi quis hoc audeat proferre, idem Pontifex ejus deſperationem, & aſſerti falſitatem patefacit in alia ſua Conſtitutione, *Quia nonnulli*, data eadem die, qua data fuit altera, die nempe 30. Aprilis anni 1288. In hac ſecunda, directa *Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Minorum*, eximit iſtos, & omnia ad eos pertinentia à quorumcumque juriſdictione, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiicit; recenſens autem quæ tunc eſſent in toto terrarum orbe Fratrum Minorum bona, quibus exemptionem indulget, quæque ſuſcipit in jus, & proprietatem Sedis Apoſtolicæ, *Eccleſias*, inquit, & *Oratoria, domos, loca, libros, utenſilia, & alia mobilia, & immobilia, quorum uſum habetis ex licito, cum cæteris quocumque modo pertinentibus ad prædicta*. Numquid non expreſſiſſet oliveta, vineas, agros, & id genus alia, ſi iſtis uti tunc Fratribus Minoribus licuiſſet, & in omnibus Conventibus, præter Aſſiſiates, iſtorum habuiſſent uſum? Non ſiluiſſet profectò ubi recenſet omnia ad eoſdem Fratres attinentia, quæ privilegio exemptionis intelligit communire. Replicabit Cavillator, expreſſiſſe Nicolaum IV. poſſeſſiones, domos, loca, & immobilia nominando? Os iterum ei obſtruitur ab eodem Pontifice, qui paulo poſt declarat, domos, loca, & immobilia prædicta eſſe Conventus Fratrum habitationi deſtinatos cum pertinentiis circa ipſos, dicens: *Prætereà Eccleſias, Oratoria, domos, & loca prædicta, quæ tenetis, & inhabitatis, & tenebitis, & inhabitabitis in futurum, dum, & quoties vos illa tenere, & inhabitare contigerit, eſſe omninò exempta decernimus, nulloque medio Sedi memoratæ ſubeſſe*. Et Aſſiſii igitur, & ubique terrarum non habebant Minores, niſi Conventus cum Eccleſia, & horto, ac ſine poſſeſſionibus viventes, mendicabant oſtiatim, ut de quotidianis eleemoſynis vitæ neceſſaria ſibi procurarent. Idem Nicolaus IV. anno 1290. die 22. Novembris Bulla, *Religionis favor*, confirmat Superioribus Ordinis facultatem inſtituendi Syndicos pro locis, & Conventibus, atque eadem omnino uſurpat Martini IV. verba deſuper exſcripta, quæ Fratres Minores poſſeſſionum, & reddituum incapaces evincunt. Item anno ſequenti 1291. die 10. Februarii per Bullam, *Significarunt nobis*, jubet *Matthæo Canonico Aſſiſinati*, ut demoliri faciat Eccleſiam S. Salvatoris Ripætranſonæ, ſolum concedat Fratribus Minoribus pro Cænobii ampliatione, & *Eccleſiæ B. Mariæ de Valle* uniat Parochiam S. Salvatoris prædicti *cum domibus, terris, poſſeſſionibus, & omnibus bonis ſuis*, nihilo ſcilicet

cet

Digitized by Google

cet Fratribus de tot redditibus conceſſo, quemadmodum collationem referens eiſdem factam aliarum Eccleſiarum nil exprimit aliud vel conceſſum, vel concedendum, quam *Eccleſiam cum domibus, cœmeterio, platea, & horto*, ut clare indigitet, hæc, & non alia fuiſſe immobilia, quorum tunc Minores habebant uſum, & Eccleſia Romana dominium. Eadem habet etiam Bonifacius VIII. in Conſtitutione, *Inter cæteros*, data ſimiliter *Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum*, quos & ipſe eximit à juriſdictione Prælatorum, eorumque bona cuncta decernit eſſe dominii Sedis Apoſtolicæ, inquiens: *Eccleſias, Oratoria, domos, loca, libros, utenſilia, & alia quælibet mobilia, & immobilia, quorum uſum licitè habere noſcimini, cum cæteris omnibus quocumque modo, vel quavis cauſa pertinentibus ad prædicta, & aliquod prædictorum, in jus, & proprietatem B. Petri Apoſtolica auctoritate ſuſcipimus in perpetuum valitura*. Ne verò de domibus, & locis occaſio detur æquivocandi, cum eodem Nicolao IV. ſubjungit: *Eccleſias inſuper, Oratoria, domos, & loca prædicta, quæ tenetis, & inhabitabitis in futurum, dum, & quoties vos illa tenere, & inhabitare contigerit, exempta prorſus exiſtere, nulloque medio Sedi ſubeſſe decernimus prælibatæ*. Hìc quoque cum locus eſſet vineas, & agros nominandi, ac de omnibus iſtis omnino ſileat Bonifacius, ſolos referens Conventus cum appendiciis, & mobilia, quibus Fratres licitè uti poterant, oſtendit, Fratres Minores nullas eò tunc habuiſſe poſſeſſiones. Anno 1296., altero ſcilicet ab edita ſuperiori Bulla, per ſuum Diploma, *Cum à nobis*, confirmans donationem Parochialis Eccleſiæ S. Petri Civitatis Tropeæ in Calabria, factam ipſis Fratribus ab Epiſcopo, & Capitulo ejuſdem, Parochiam devolutam dicit ad Cathedralem Tropeenſem, & Fratres inveſtitos affirmat de Eccleſia tantùm, & horto contiguo, quod legendum occurrit in omnibus conceſſionibus, vel donationibus conſimilibus Fratribus Minoribus vel à Romanis Pontificibus, vel ab alio factis, itaut præter Eccleſiam cum aliis circa ipſam exiſtentibus, nil aliud unquam ipſis conceſſum reperiatur, Parochia, & poſſeſſionibus cunctis, ſiquæ erant ad Eccleſias donatas pertinentes, ſemper diſtractis, & alteri Eccleſiæ, vel perſonæ reſervatis, atque conceſſis.

III. Supervacaneum eſt hìc iterum afferre Clementem V., cum ipſum pluries audiverimus in ſua celebri Decretali, *Exivi de Paradiſo*, aperte inter alia affirmantem, non licere *Fratribus Minoribus redditus quoſcumque, ſicut & poſſeſſiones, vel earum etiam uſum, cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere*. De hoc Pontifice unum addere ſufficiet, quod nempe refert Waddingus * in caſu cujuſdam legati. Cum Gabriel quidam miles Valentinus teſtamento ſuo diſpoſuiſſet, quod Fratres Minores in villa Canalx Conventum ædificarent, & in eo collocarent Philoſophiæ ſtudentes, quibus annuam conſtituerat pecuniæ ſummam, ipſi Fratres, eodem Annaliſta ibidem fatente, quod *tuta conſcientia non poſſent annuos redditus poſſidere, renunciarunt omni juri, quod ex hujuſmodi legato eis poſſet provenire*; qua de re admonitus Clemens V., Diplomate ſuo, *Expoſuit nobis*, rectè Fratres in tali abdicatione ſe geſſiſſe faſſus eſt ob varias rationes, quarum una fuit potiſſima, quod *redditus certos, eorum Regula prohibente, recipere, vel habere non poterant*. Hæc adeò clara ſunt, ut ſi quis adhuc aſſerere velit, Franciſcanis tunc licitum fuiſſe uſum poſſeſſionum, ad cavillationes cum hiſtoriæ veritate pugnantes confugere debeat. Joannes XXII. in Conſtitutione, *Ad Conditorem canonum*, revocata poſtmodum à Bonifacio IX., Martino V., & aliis Pontificibus, quæ fuerint res exponens, quarum uſum Fratres Minores habere poterant, ſuique Prædeceſſores Eccleſiæ Romanæ reſervaverant dominium, hactenus dicta invictiſſimè confirmat, declarans, ordinaſſe, & ſanxiſſe Nicolaum III., *omnium utenſilium, & librorum, rerumque mobilium, & præſentium, & etiam futurorum, Eccleſiarum quoque, Oratoriorum, ac Cœmeteriorum, tam præſentium, quam etiam*

* Anno 1311. num. 13.

Digitized by Google

etiam futurorum , necnon & aliarum emptarum , & eleemoſynis divinis oblatarum , ſeu conceſſarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerentes , ſeu concedentes ipſa , nihil in ipſis ſibi ducerent reſervandum) proprietatem , & dominium plenè , ac liberè ad ſe , & Romanam Eccleſiam pertinere , ipſa in ſe recipiens , ac antedictam Eccleſiam , ſimplici uſu facti dumtaxat in rebus , & bonis hujuſmodi reſervato Fratribus antedictis. De poſſeſſionibus , ut patet legenti , hìc ne verbum quidem habetur, nec de ipſarum uſu, licèt ſit locus aptiſſimus & uſum hunc, & ejus conceſſionem commemorandi , ut certiores reddamur , Pontificum nullum Joannis XXII. anteceſſorem ipſum Franciſcanis conceſſiſſe. Sed magis hanc veritatem elucidat, quod in eadem Conſtitutione proſequitur. Rejecta opinione illorum, qui in rebus, quæ uſu conſumuntur, uti ſunt comeſtibilia, uſum ipſum à dominio diſtinguunt, necnon explicata Nicolai III. mente, quod nempe non intellexerit ſibi reſervare dominium *unius ovi*, ut ipſe ait, *ſeu caſei*, *aut fruſti panis*, *& aliorum uſu conſumptibilium* , *ſed illarum rerum dumtaxat* , *quarum uſum facti liceret habere Fratribus* , *& Ordini antedictis* , declarat , horum leviſſimorum , Fratribus quomodocumque obvenientium, nullum jus, ſeu dominium ſibi, & Eccleſiæ Romanæ acquiri. Hinc ſeriò recenſens ea, quorum dominium Apoſtolicæ Sedi à ſuis Prædeceſſoribus reſervatum fuiſſe, ac ipſe nunc reſervare intelligit, exprimit Eccleſias, Oratoria, officinas, & habitationes, vaſa, libros, & paramenta ſacra , dicens : *De Fratrum noſtrorum conſilio , hoc edicto in perpetuum valituro ſancimus , quod in bonis , quæ impoſterùm conferentur , vel offerentur, aut aliàs quomodolibet obvenire continget Fratribus, ſeu Ordini prædictis (exceptis Eccleſiis, Oratoriis, officinis , & habitationibus, ac vaſis, libris, & veſtimentis divinis officiis dedicatis, vel dedicandis, quæ ad ipſos obvenient in futurum, ad quæ ſe non extendunt adeo inconvenientia ſupradicta, propter quod Conſtitutionem iſtam ad illa extendi nolumus) nullum jus ſeu dominium aliquod occaſione ordinationis prædictæ , ſeu cujuſvis alterius à quocumque Prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc ſpecialiter editæ , Romanæ Eccleſiæ acquiratur*. Non vult Joannes XXII. Romanæ Eccleſiæ reſervatum dominium rerum comeſtibilium , quia hoc Apoſtolicæ Sedi reſervare inconveniens , & ridiculum ipſi videtur; ac propterea ad ea deſcendit enumeranda , quæ digna videntur, ut ipſorum proprietas Eccleſiæ reſervetur , atque hæc ſingillatim enumerans, Eccleſias, Oratoria, libros, & id genus alia recenſet, vineis, agris, olivetis, aliiſque poſſeſſionibus ne quidem indigitatis. Sed numquid hæc pro ovis , vel fruſtis panis habebat ? Cum ergo hìc ſibi exprofeſsò propoſuerit omnia recenſere , quæ ſunt alicujus ponderis & valoris , adeoque digna , quod horum dominium ſibi Eccleſia reſervet , primo loco certè poſſeſſiones , & redditus expreſſiſſet , quoties iſtorum uſum tunc habuiſſent Minores; ac propterea cum de iſtis omnino ſileat, & ubi refert univerſa, quorum ipſi Fratres habebant uſum , & Sedes Apoſtolica proprietatem, quæ principaliora fuiſsent , penitus omittat, & cæci ipſi vident, uſum poſſeſſionum tunc Fratres Minores non habuiſse , quia ridiculum foret exprimere minora, majora verò ſilentio præterire.

IV. Clemens VI. rogatu Sanciæ Neapolis Reginæ, quæ redditibus, & poſſeſſionibus ditaverat Monaſterium Corporis Chriſti ejuſdem Civitatis, nunc S. Claræ nuncupatum, ut, præter Moniales, certus Fratrum Minorum numerus de illis vivere poſſet, hanc piæ Reginæ diſpoſitionem per ſuam Bullam, *Sacroſancta Mater*, tamquam eorum ſtatui, & profeſſioni contrariam, revocavit, quemadmodum ex clariſſimis verbis ejuſdem Bullæ, quæ ferè tota hìc exſcripta profertur, facilè quiſque perſpiciet. *Exhibita quidem nobis chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Sanciæ Reginæ Siciliæ illuſtris petitio continebat, quod olim ipſa tempore juventutis ſuæ, in quo Monaſterium Sancti Corporis Chriſti Neapolitan., Ordinis S. Claræ , de licentia Sedis Apoſtolicæ fecit conſtrui,*

illudque de bonis ſuis dotavit, ac in eo certum numerum Fratrum Ordinis Minorum, præter Abbatiſſam, & Sorores dicti Ordinis S. Claræ inſtituit, ac etiam collocavit, de ſtatu, & profeſſione perſonarum dicti Ordinis Minorum non informata plenariè, nec inſtructa, in ordinatione, quam fecit in fundatione, & dotatione ipſius Monaſterii, inter cætera ordinavit, quod Fratres Minores in ipſo Monaſterio pro tempore commorantes, unà cum Sororibus ejuſdem Monaſterii, pro victu & veſtitu ſuper dictis bonis certos haberent redditus annuatim, quæ quidem ordinatio, & alia circa hujuſmodi fundationem, & dotationem præfati Monaſterii per ipſam Reginam ſtatuta, fuerunt auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmata. Verum, quia, ſicut habet aſſertio plurium in ſacra pagina Magiſtrorum, ordinatio, & confirmatio hujuſmodi, quatenus aſſignationem redditum annuatim, ipſis Fratribus Minoribus factam, concernere dignoſcuntur, Regulæ, & profeſſioni dictorum Fratrum expreſſè repugnant, & in ipſorum Fratrum redundant periculum animarum, præfata Regina Nobis humiliter ſupplicavit, ut ſtatui ſalutis animarum dictorum Fratrum ſuper his providere, & quæ in hac parte minus debitè ſunt ſtatuta, revocare auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur devotionem ſinceram, & conſcientiæ puritatem ipſius Reginæ dignis in Domino laudibus commendantes, ac volentes ipſorum Fratrum ſtatui, & animarum ſaluti paternè conſulere, in hac parte ipſius Reginæ ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi aſſignationem annuorum redditum, per eamdem Reginam in fundatione, & dotatione dicti Monaſterii, vel aliàs per eam Fratribus ipſis factam, & quæcumque alia in ordinatione, & confirmatione prædictis contenta, non conſona Fratribus, & Religioni prædictis, ſeu eorum profeſſioni, & Regulæ repugnantia, auctoritate Apoſtolica revocamus, caſſamus, & etiam annullamus. Hæc adeò clara ſunt, ut nedum expoſitione non indigeant, ſed arbitrariam penitus oſtendant diſtinctionem nuperrimè excogitatam, qua inquiunt, Clementem V., & alios Romanos Pontifices interdictum affirmaſſe Minoritis uſum poſſeſſionum, & redditum ex verbis Regulæ, non ex iſtius praxi, quæ tunc apud ipſos vigeret, quaſi reſpexerint Regulam in ſe, non prout à Fratribus tunc obſervabatur, quæ diſtinctio quam ineptè adinventa ſit, ex hoc ipſo Clementis VI. Diplomate evidenter, ut dicebamus, oſtenditur.

V. Et re quidem vera, ſi Regula inhibebat Franciſcanis uſum poſſeſſionum, & redditum, quod metaphyſici ipſi negare non poſſunt, ex conceſſione tamen Romanorum Pontificum hunc uſum habere poterant, cur ait Clemens VI., diſpoſitionem Reginæ Sanciæ *non fuiſſe conſonam, & repugnare Fratribus, & Religioni prædictis, ſeu eorum profeſſioni & Regulæ, vel ſtatui ſalutis animarum dictorum Fratrum periculum afferre?* Si verum eſſet metaphyſicorum inventum, Pontifex dixiſſet ſolummodò, diſpoſitionem præfatam repugnare, ſive non eſſe conſonam Regulæ, nequaquam verò addidiſſet, adverſari etiam Fratribus, Ordini, & profeſſioni eorum, quia admiſſa Pontificia diſpenſatione utendi bonis immobilibus, & redditibus certis, Fratres omnes ſecundum hanc emiſiſſent profeſſionem, & ſecundum eamdem devoviſſent Regulam, quæ proinde quoad præceptum non utendi bonis certis vigorem nullum habuiſſet. At ſi vigorem non habebat, utpotequæ jam eſſet diſpenſata, ut ipſi deprædicant, cur Nicolaus III., Clemens, V., & alii verbis & factis, ut vidimus, toties illicitum dixerunt Franciſcanis uſum immobilium, & Clemens VI. Reginæ Sanciæ ſtatutum annullavit? Numquid hoc fecerunt, & dixerunt in gratiam literæ jam mortuæ, & in paginis obdormientis? Numquid erat contra ſtatum ſalutis animarum Fratrum, quod jam licitè à legitima poteſtate conceſſum fuerat? Ineptum eſt ſi dicatur; ac proinde Fratres Minores omnes Regulam S. Franciſci abſque ulla mitigatione tunc profitebantur, hæc plenam habebat obligandi vim, & cum uſum poſſeſſionum, & redditum ſuis profeſſoribus interdicat, iſte abſque legitima diſpen-

diſpenſatione ſtatui ſalutis animarum, necnon Regulæ, & profeſſioni eorumdem Fratrum repugnabat. Dicet quis, hoc Clementis VI. Diploma ſolos reſpexiſſe Fratres in Monaſterio Corporis Chriſti commorantes, non autem reliquos aliorum incolas Cænobiorum; ſed qui ita definit, anguſtiam ſuam patefacit, quia ſi res ita eſset, cautè Pontifex hanc limitationem expreſſiſſet, declarando nimirum, nolle ſe per ſuam Conſtitutionem præjudicium afferre cæteris Fratribus ejuſdem Ordinis alibi inhabitantibus, & bona immobilia ex gratia Sedis Apoſtolicæ tuta conſcientia, & pacificè poſſidentibus. Cum ergo genericè, & abſque ulla reſtrictione loquatur, clarè demonſtrat, Franciſcanos univerſos, ubique terrarum tunc exiſtentes, iiſdem obligationibus, & Regulæ profeſſioni adſtrictos fuiſse; adeoque mendicos abſque redditibus, & poſſeſſionibus licitè retentis, præſertim cum decantatæ conceſſionis ne veſtigium quidem in Pontificiis Epiſtolis hactenus recenſitis occurrat, imò contrarium in omnibus offendatur. Ultraquamquod cum plurimi fuerint Conventus, quibus uſus laudatus vel non conceſſus, vel denegatus fuit, ſatis liquet potius horum unum vel alterum, ſi mavis, ex aliquo ſpeciali reſcripto, quod noſtra nihil intereſt, qui de Ordinis Communitate loquimur, poſſeſſiones habuiſſe, reliquos verò omnes, vel Communitatem ipſam nequaquam, quod in idem recidit, ac ſi dicatur, Fratres, vel Conventus nonnullos privilegiatos fuiſſe, non verò Ordinem.

VI. Alexander V., jam F. Petrus Philaretus Minorita, Bulla, *Sacræ Religionis*, data anno 1409., indulgens Franciſcanis de Chamberiaco ut legata recipere poſſint, ipſis, vel eorum Conventui relicta, *quæ*, inquit, *obſtantibus prohibitionibus Canonum, & Statutis, & regulis veſtri Ordinis, vobis recipere non licet*, poſtea proſequitur: *Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis legata, & eleemoſynas hujuſmodi recipiendi, in veſtros, & dictæ domus uſus, & utilitates convertendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis ut legata relicta, & eleemoſynas hujuſmodi, necnon quaſcumque pecuniarum ſummas, & res, ac bona alia, quæ vobis in futurum pia largitione fidelium, per quaſcumque perſonas largiri, & erogari, ac relinqui contigerit, & legari, ut præfertur, dummodo res, & bona ipſa mobilia fuerint, per vos, & procuratores veſtros ad hoc à vobis ſpecialiter deputatos, petere, recipere, exigere, & habere, & in uſus, ad quos donata, vel erogata fuerint, convertere liberè, & licitè valeatis*. Inter alia illud maximè hìc ad rem adnotare juvat, quod Alexander V., optimè profectò de vita & ſtatu Minorum inſtructus, prædictis Fratribus impertitur facultatem, ab ipſis expetitam, recipiendi legata, *dummodò res, & bona ipſa mobilia fuerint*. Nunc æqui judicent rerum æſtimatores, an Franciſcani tunc temporis ex conceſſione Pontificia uti potuerint rebus quibuſcumque, etiam immobilibus, atque interrogent, qui affirmativè ſentiunt, cur licentiam expetierint recipiendi legata, ſi jam habebant indultum & admittendi, & retinendi omnia; & cur Pontifex hanc eis limitaverit ad res, & bona immobilia, ſi etiam vineas, & poſſeſſiones quaſcumque recipere poterant? Nos interim non diffitemur, ſcrupulum eos moviſſe ad impetrandam licentiam recipiendi legata, facta modo licito ſuperius explicato, atque ad hujus Articuli finem properantes, donationem addimus Conventus & Eccleſiæ nunc S. Margaritæ Cortonenſis, olim S. Baſilii Magni, Minoritis factam à Communi illius Civitatis anno 1392., uti ſcribit Gonzaga noſter, * & legitur in Inſtrumento donationis ejuſdem, relato in poſitione Cauſæ prædictæ Sanctæ, * Romæ impreſſa anno 1723.

VII. Cortonenſes anno præfato 1392. Minoritis tradere voluerunt prædictam Eccleſiam, in qua ipſius B. Margaritæ Corpus adhuc requieſcit, quæque pluribus ditata erat redditibus, & poſſeſſionibus, atque per publicum Inſtrumentum auctoritate Apoſtolica confirmatum donaverunt, redditibus, & poſ-

* De Orig. Seraph. Relig. part. 1. pag. 222.
* Pag. 13. n. 6.

& poſſeſſionibus hujuſmodi Monaſterio Ordinis S. Claræ mox ædificando reſervatis, relicta ipſis Fratribus, pro more, ſola Eccleſia cum domibus, & appendiciis juxta ipſam. *Item*, ſic habetur in eodem Inſtrumento, *quod in dicto Podio Cortonæ, in quocumque loco magis idoneo, ac honeſto eiſdem Magnificis Dominis, ac etiam dicto Ordini videbitur, fiat, & conſtruatur Monaſterium Sororum Monialium S. Claræ Ordinis Fratrum Minorum, ad quod Monaſterium poſſeſſiones, & bona dicti Oratorii, ſeu Eccleſiæ S. Baſilii prædicti, & etiam Cappellarum exiſtentium in eodem Oratorio, pertineant, & expectent pleno jure: & quod ipſarum poſſeſſionum, & bonorum fructus, redditus, & proventus perveniant integrè ad Sorores dicti Monaſterii*. Minorum incapacitatem retinendi bona immobilia hoc factum iterum confirmat, ac eo vel magis, quod in eodem Inſtrumento, nedum nihil poſſeſſionum ipſis confertur, ſed Monialibus imponitur, ut eiſdem ex charitate provideant in propriis neceſſitatibus, unde proſequitur Inſtrumentum: *Quæ quidem Moniales..... ſecundum earum poſſibilitatem, amore Dei, & B. Franciſci providere dignentur, & debeant perpetuò de victu, & veſtitu in eorum neceſſitatibus Fratribus Conventualibus dicti Ordinis in dicta Eccleſia ponendis, & retinendis*, ubi nomen Conventualium habitatores Conventus deſignat, ſicuti hac de cauſa Conventuales dicuntur Regulares omnes, & quotquot collegialiter, & in communitate vivunt, ut ſuo loco demonſtrabimus, & Inſtrumentum ipſum apertè declarat dicens: *Dictum Oratorium, & locus ejuſdem efficiatur, & perpetuò, atque in æternum ſit locus, & Conventus Fratrum Minorum prædictorum, & quod etiam in æternum Religioſi, & venerabiles Fratres Minores Ordinis S. Franciſci in dicta Eccleſia, & Oratorio S. Baſilii de Cortona, ſe conventualiter perpetuò conferant, & novum locum aſſumant, ſicut eis licet ex Apoſtolicæ Sedis licentia*. Et quomodo revera tunc dici poterant Conventuales in ſenſu à nonnullis prætenſo, cum redditus, & poſſeſſiones ex demonſtratis nec haberent, nec habere poſſent, & iſtarum uſum ipſis Romanorum Pontificum Martinus V. anno 1430. conceſſerit omnium primus.

VIII. Cum namque Fratrum Minorum nonnulli, ſive eorum Conventus aliqui, redditus, & poſſeſſiones abſque ulla Pontificia diſpenſatione, & idcirco contra proprium ſtatum, & profeſſionem jam retroactis annis, præſertim tempore peſtis, & ſchiſmatis tum Eccleſiæ, cum Ordinis, admittere cæpiſſent, pace & unitate ipſi Eccleſiæ anno 1417. in Concilio Conſtantienſi, electo Martino V., reſtitutis, cogitavit ipſe Pontifex prædictos Fratres ad bonorum illicitè retentorum abdicationem adigere, atque ad profeſſionis, & Regulæ præſcriptum revocare. Indixit ad hoc Generale Capitulum Aſſiſii celebrandrum, Præſide Cardinali Joanne Cervantes, ipſius Legato, ſicuti revera anno prædicto 1430. celebratum fuit, & depoſito Antonio de Maſſa, utpote vir *laxioris vitæ*, ut ait VVaddingus, * *remiſſi regiminis, & ſupinæ ſocordiæ*, electus fuit F. Guillelmus de Caſali, vir utique optimus, & regularis Obſervantiæ aſſertor, & propugnator. Electo Guillelmo, Cardinalis Legatus mandavit S. Joanni de Capiſtrano, ut Conſtitutiones quaſdam Ordinis reformationi accommodatas, & à Fratribus univerſis obſervandas, concinnaret, quod Capiſtranus promptè executus eſt, & cum has, ipſo Legato, & Vocalibus univerſis adſtantibus, publicè in Aula *perlegiſſet, omnes*, * *& ſinguli Miniſtri, Cuſtodes, Diſcreti, & alii in dicto Capitulo exiſtentes, tam nominibus ſuis propriis, quam ſuorum Conventuum, & Fratrum præſentium, & futurorum, dictis Conſtitutionibus, Ordinationibus, & Reformationibus, tamquam legitimè, juſtè, & ſanctè factis, & ordinatis, non coacti, neque circumventi, libere, & ſponte, ſine contradictione in omnibus & per omnia conſenſerunt, alta & intelligibili voce unanimiter clamando, & dicendo: Conſentimus in eiſdem, in omnibus & per omnia, & volumus ſtare, & vivere, & mori in dicto Ordine noſtro ſanctè, fraternaliter, ſecundum Conſtitutiones, & Reforma-*

* ann. 1430. num. 5.

* Wadd. ibi n. 23.

Digitized by Google

formationes prædictas .... Venerabilis, & religioſus vir D. Frater Guillelmus de Caſali, electus in Generalem, præſtitit juramentum in forma .... Et inſuper juravit ad Sancta Dei Evangelia, manibus ſuis corporaliter tacta, tenere, et ſervare omnes, et ſingulas Conſtitutiones, et Reformationes noviter in præfato Capitulo per præfatum Reverendiſſimum P. D. Cardinalem Legatum factas, et publicatas, in omnibus et per omnia ſine aliqua contradictione, ut in eiſdem plenius continetur. Et quod nunquam procurabit per ſe, neque per interpoſitam perſonam revocationem dictarum Conſtitutionum, neque alicujus earum, imò eas ſervabit, et ſervari faciet in futurum, quantum in eo fuerit, ſub pæna perjurii. Juravit inſuper non impetrare revocationem dictarum Conſtitutionum, nec abſolutionem hujuſmodi juramenti in toto, vel in parte, nec tali revocatione, vel abſolutione uti, quamvis ſibi motu proprio concederetur. In his Conſtitutionibus, Martinianis dictis à Martino V., qui mox eas confirmavit, inter cætera, apud eumdem VVaddingum, * hæc ad rem noſtram leguntur: *Quoad votum paupertatis, ideſt, vivendo ſine proprio, et quod Fratres nihil ſibi approprient, ſtatuimus, et ordinamus illud inconcuſsè tenendum, quod felicis recordationis Nicolaus III. declaravit in ſua Decretali*, Exiit qui ſeminat, de Verb. Signif. lib. 6. §. Porro, *ſucceſſivè, et ſeriatim per ordinem uſque ad* §. Verum, *quia expreſsè continetur in Regula. Ordo communiter ſenſit, et ſentit, tenet, et tenuit ab antiquo, quod ubicumque ponitur in Regula hoc vocabulum*, teneantur, *obtinet vim præcepti, et obſervari debet à Fratribus ſicut tale*. Si relaxationem ab aliquo Regulæ præcepto olim Fratres obtinuiſſent, id opportunum hìc erat adnotare, ſaltem ut ipſi pro generali Ordinis reformatione Fratres abrenunciarent, quod cum factum non legamus, liquidò apparet, Regulam in nulla ſui parte mitigatam, quoad omnia plenam habuiſſe vim obligandi, ac Fratres omnes obſervare debuiſſe quidquid verbis præceptivis in ea continetur, ut communiter Fratres ipſi nedum ſenſerant, & tenuerant ab antiquo, ſed etiam eò tunc ſentiebant, & tenebant. *Omnia* denique, ut habet idem Annaliſta, * quæ in præfatis Conſtitutionibus ordinata fuere, *tendebant ad eliminandos, qui in Communitatem Ordinis irrepſerant, abuſus*, & ne vocula quidem in eis offenditur de privilegiis contra paupertatem, quæ certè indicata fuiſſent ab iis præſertim, qui pro reddituum, & poſſeſſionum uſu pugnabant, atque meritò inſtitiſſent ut intacta remanerent, vel ſaltem ut revocarentur. Legatus ipſe de hac re non ſiluiſſet, & cum nomine Pontificis propoſuit Fratribus poſſeſſionum abdicationem, & exactam Regulæ obſervantiam, neceſſariò eos hortatus eſſet ad privilegia quæcumque abrenuncianda, ac ea poſtmodum abdicata, caſſata, & revocata declaraſſet. At, inquiebam, cum id factum non ſit, & de privilegiis utendi bonis immobilibus ne verbum quidem protulerit Legatus, aut Fratrum ullus, privilegia iſthæc à nemine conceſſa fuerant, & Fratres Minores aliqui poſſeſſionibus & redditibus utebantur illicitè, & per abuſus, qui *in Communitatem Ordinis irrepſerant*, quoſque Generalis jurejurando eliminare promiſit, licèt in executione ob graviſſima, quæ ex parte nonnullorum Fratrum, adinvenit obſtacula, animo deficiens, à prædicto juramento abſolutionem expetierit, & Martinus V. Diplomate ſuo, *Pervigilis more*, die 27. Julii ejuſdem anni hanc ipſi conceſſerit. Imò menſe ab hac juramenti ſolutione nondum exacto, die nempe 22. Auguſti, alteram dedit idem Pontifex Conſtitutionem, *Ad ſtatum Ordinis Minorum*, qua facultatem eidem Generali impartitur, *donec aliud à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum, concedendi Procuratoribus Conventuum, et locorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, et bona quæcumque mobilia, et immobilia, ac annuos proventus, hactenus præfato Ordini, et ejus Conventibus relicta, et in poſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice et nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam omnium rerum mobilium, et immobilium hujuſmodi jus, proprietas, et dominium nullo medio ſpectat, recipere, capere, tenere, et*

* Ibi n. 10.

* Ibi n. 6.

poſſidere, ac ipſorum fructus, redditus, et proventus petere, et exigere, et percipere, illoſque in commodum, et utilitatem Fratrum ipſorum, Conventuum, et locorum, et alias in eorum uſus, quibus relicta, et deputata fuerunt dumtaxat, et de ipſorum Fratrum conſilio, requiſitione, et aſſenſu convertere, et exponere poſſint, et debeant. Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Statutis, Declarationibus, et Ordinationibus tam generalium, quam provincialium Capitulorum, conſuetudinibus quoque Ordinis prædicti, et aliis in contrarium editis, non obſtantibus quibuſcumque.

IX. Hanc eſſe conceſſionem omnium primam à Romanis Pontificibus Minoritis factam utendi rebus immobilibus, evidenter patet tum ex hactenus dictis, tum ex tenore hujus Diplomatis, in quo pro prima vice exprimuntur poſſeſſiones, & annui proventus, quæ verba in Prædeceſſorum Conſtitutionibus nunquam occurrunt, tum etiam quia, ſi alii Pontifices Martini V. anteceſſores hunc uſum eiſdem Fratribus conceſſiſſent, ipſe Martinus conceſſiones hujuſmodi commemoraſſet, & confirmaſſet, quod nedum non fecit, ſed potius quibuſcumque in contrarium obſtantibus derogavit. Rurſus idem Martinus V. anno 1419. Bulla, *Exultantes in Domino*, indulgens Minoribus, ſive jam indulta confirmans, ut nempe Syndici Conventuum recipiant nomine Romanæ Eccleſiæ legata, & eleemoſynas ipſis Fratribus relictas, & in eorumdem utilitates convertant, hanc addit particulam, *prout licet ex Regula, et Declaratione Regulæ*. Anno vero ſequenti 1420. Bulla, *Sacræ Religionis*, facultatem tribuens Fratri Marco Quirino recipiendi duos Conventus in Inſula Cretenſi, licentiam impartitur, ut poſſit *in quolibet ipſorum locorum Eccleſiam, ſeu Oratorium cum Campanili, et aliis neceſſariis officinis pro uſu, et habitatione aliquorum Fratrum ipſius Ordinis conſtruere, et ædificare*, nulla facta mentione annuos proventus, vel poſſeſſiones adipiſcendi, quia hæc erant ipſis Fratribus illicita, & immobilia, quibus licitè uti poterant, non erant, niſi Eccleſia, ſeu Oratorium, & Conventus cum officinis, & aliis pertinentiis circa ipſos, uti jam retroactis temporibus, juxta Ordinis conſuetudinem, necnon Declarationes & Statuta Capitulorum Generalium, & Provincialium, & Romanorum Pontificum Conſtitutiones. Rem totam confirmat Sixtus IV. in ſua Bulla, *Dum uberes fructus*, qua concedens Fratribus Minoribus facultatem ſuccedendi in hæreditatibus, ac utendi bonis immobilibus, iſtorum uſum Martinum V. ei conceſſiſſe fatetur, dicens: *Piæ memoriæ Martinus Papa V., etiam Prædeceſſor noſter, per alias Literas ſuas conceſſit præfato Generali (donec aliud per Sedem Apoſtolicam foret ordinatum) facultatem concedendi Procuratoribus domorum, et locorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, et bona quæcumque mobilia, et immobilia, ac annuos proventus, hactenus præfato Ordini, et ejus Conventibus relicta, et in poſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice et nomine Romanæ Eccleſiæ recipere, tenere, et poſſidere*. At ſi ab alio Martini V. prædeceſſore uſus immobilium Franciſcanis fuiſſet indultus, Sixtus IV. de ſtatu eorumdem Fratrum optimè inſtructus, utpotequi eorum fuerat Generalis Miniſter, abſque dubio indigitaſſet, nomen concedentis recenſuiſſet, atque privilegium hujuſmodi non à Martino V. conceſſum, ſed confirmatum dixiſſet.

X. Hanc Martini V. conceſſionem Auctor libri, cui titulus, *Speculum Minorum, ſeu Firmamentum trium Ordinum*, * ſubreptitiam putat, & fraudolenter extortam, unde ſcribit: *Martinus Papa V. etiam tunc, ut creditur, male informatus, concedit ſubrepticiè .... non diſcernens inter modum, et modum retinendi, et recipiendi, nec inter uſum Fratribus licitum, et illicitum ex Regula; imò excedit, et relaxat ſub titulo proprietatis Eccleſiæ Romanæ*.. Alibi verò clarius ſe explicat dicens: * *Verum aliqui Miniſtri, et Fratres laxius tunc vivere volentes, et his tantis, et ſufficientiſſimis proviſionibus non contenti, alias*

* Par. 2. tract. 1. fol. 64. col. 1.

* Par. 4. fol. 118. col. 2. à tergo.

Digitized by Google

alias ampliores, et puritati Regulæ contrarias à diverſis ſummis Pontificibus, et præſertim ab eodem Martino V., et Eugenio IV., Pio II., Sixto IV., et Alexandro VI. ſubrepticiè impetrarunt, tam pro receptionibus pecuniarum per ſe ipſos, et per alios, quam pro receptionibus poſſeſſionum, atque annualium reddituum, et ſucceſſionibus parentum Fratrum fiendis, et exigendis indifferenter per hujuſmodi Procuratores Papæ, & Eccleſiæ Romanæ, & in neceſſitates Fratrum convertendis .... Et ſic ſub titulo proprietatis Papæ, & Eccleſiæ Romanæ ex talibus redditibus, & ſucceſſionibus, aut pecuniarum oblationibus, vel receptionibus copioſis (ſic contemptis licitis, & ordinatis per Regulam vivendi modis) opulenter vivebant, prout & adhuc in multis locis minimè reformatis multi vivere noſcuntur. Hinc propterea Auctor ipſe redditus, & poſſeſſiones, quibus Fratrum Minorum aliqui poſt indultum Martini V. vivebant, furto comparat & rapinis, nec tuta conſcientia alios Fratres Minores ad eos, qui tali privilegio utebantur, tranſire potuiſſe exiſtimavit; quamvis etiam ſub eodem Miniſtro Provinciali militarent. *Frater*, inquit. * *vivens de redditibus, aut de poſſeſſionibus Conventus, et Conventui appropriatis, vivit de furto, aut de rapina, quia tales redditus rapina ſunt*. *Fratres etiam*, inde proſequitur, * *ſub regulari Obſervantia degentes, & viventes, licet vivant ſub eadem obedientia Miniſtri Provincialis, non poſſunt ad Fratres Conventuales non ſufficienter reformatos, & ad eorum loca, cauſa relaxationis, vel cum manifeſto periculo tranſgreſſionis Regulæ, tranſire, niſi cum evidenti periculo ſuæ ſalutis; quamvis dicti Conventuales jactitent, ſe habere Bullam diſpenſationis pecuniarum, & reddituum annualium*. Hactenus laudatus Auctor, unus certè ex Obſervantibus non de Familia, ſed de Communitate Ordinis, qui cum ſileat de diſpenſationibus à Martini V. Prædeceſſoribus, ut ajunt, conceſſis, & has primò ab iſto repetat, jam demonſtratum eſſe confirmat, Martinum V. omnium primum conceſſiſſe Franciſcanis uſum poſſeſſionum & reddituum.

* Ibi fol. 123. col. 2. à tergo.
* Ibi fol. 124. col. 2. à tergo.

XI. Hoc adeo verum eſt, ut Minores illi, qui hujuſmodi conceſſione uti voluerunt, VVaddingo teſte, *Martiniani* dicti fuerint. Referens enim Annaliſta * remotionem Fratrum Minorum poſſidentium à Conventu Lipezick, factam precatu Alberti Saxoniæ Ducis, inquit: *Albertus Dux Saxoniæ, & Marchio Miſnenſis, curavit etiam reformari Conventum Lipezick Merſeburgenſis Diœceſis, & tradi Vicario Provinciæ Saxoniæ .... Conventuales è Conventu expelli deprecatus, Martinianos paſſim appellat, quo agnomine hoc tempore compellari cœperunt propter Conſtitutiones Martini V. aliquanto laxiores, quas, non modica paupertatis in Regula præſcriptæ offenſione, ubique introducebant*. Verum non omnes Fratres Minores Martinianam hanc diſpenſationem, vel alteram poſtmodum impetratam, acceptarunt, imò eorum plurimi pro ſubreptitiis, & ſubdolè obtentis ipſas habentes, tamquam falſas, & nullas repudiarunt ſemper, & in exacta Regulæ obſervantia perſeveraverunt. Siquidem laudatus Auctor *Firmamenti trium Ordinum* pro ſua ingenuitate hæc etiam habet: * *Aliæ autem conceſſiones, & Bullæ ſubrepticiæ, relaxativæ, & exceſſivæ, quæ meritò velut falſæ, & nullæ, ſaltem in certis paſſibus, ubi excedunt, repudiantur*. Nec Auctor iſte, vel Fratrum unus aut alter, ſcrupuloſi nempe aliqui, & rigidiores tantum, ſubreptitiam & nullam prædictam Martinianam conceſſionem habuerunt, ſed univerſus Ordo in Comitiis Generalibus Interamnæ anno 1500. coadunatus de ſubreptione præfata ſaltem dubitavit, & idcirco in Conſtitutionibus ibidem editis quæ ab Alexandro VI., qui eas confirmavit, Alexandrinæ dictæ fuerunt, agentes Patres de uſu poſſeſſionum, & reddituum, hæc meticuloſi addiderunt *: *Tamen ex diſpoſitione, vel declaratione Sanctiſſimi Domini noſtri Alexandri VI., quouſque res iſta melius conſultabitur ab his, qui aliter fieri non poſſe exiſtimant, omnes defectus, ſiqui ſunt, qui ad ſcrupulum conſcientiæ facerent, ſuppleantur, ne tanta pereat multitudo*. Infra verò pro conſcientiarum tranquillitate hæc particula

* Anno 1498. num. 39.
* Par. 4. fol. 132. col. 2.
* Cap. 6. in Chronolog. Seraph. Ord. pag. 207.

* Ibi pag. 271. col. 2.

cula appoſita fuit * : *Prædictam modificationem Generale Capitulum eouſque durare intendit, quouſque aliud per Generale Capitulum, & Sedem Apoſtolicam fuerit determinatum, vel quouſque univerſalis reformatio Ordinis, vel unio appareat*. At ſi Minorum Ordo jam ab Innocentio IV. uſum reddituum habebat, & quidem legitimè ex conceſſione Pontificis, cur poſt annos ſupra ducentos hujuſmodi timores, & conſcientiæ remorſus? Jam enim, præter legitimam facultatem, inveteratam habebant conſuetudinem, quæ vim legis obtinuiſſet. Si ergo de Martini V., & Succeſſorum ejus conceſſionibus Ordo adhuc erat anceps, & Fratres idcircò conſcientiæ morſibus afficiebantur, nullus ante ipſum Martinum facultatem fecit Minoribus utendi redditibus, & poſſeſſionibus, ſed omnium primus hanc eis conceſſit Pontifex iſte vigore Bullæ, *Ad ſtatum Ordinis Minorum*.

ARTICULUS TERTIUS.

Eadem veritas ex Auctoribus, & Monumentis Ordinis oſtenditur.

NE iterum dicta hìc denuò proferamus, ea poterit adire Lector, quæ præſertim in ſecunda Animadverſione allata ſunt ex Divo Bonaventura, & ex aliis aſſerentibus, Fratres Minores uſum habuiſſe rerum tantummodò mobilium, quia cum ex Regulæ præcepto mendici eſſe, & ex quotidianis eleemoſynis vivere deberent, uſum immobilium, utpote quotidianæ mendicitati contrarium, & à Pontificum nullo ante Martinum V. ipſis conceſſum, habere non poterant. Impræſentiarum poſt unum vel alterum ejuſdem Seraphici Doctoris teſtimonium, ea unicè afferemus, quæ ante ipſum Martinum à Capitulis, & Miniſtris Generalibus Ordinis conſtituta, vel geſta ſunt, ut poſſeſſionum & reddituum uſus vel nullo modo admitteretur, vel ut aliquibus in locis illicitè admiſſus eliminaretur; quibus addemus nonnulla ex hiſtoria noſtra idipſum confirmantia, atque Auctores illos, qui ante laudatum Pontificem de hoc uſu, tamquam de abuſu, Minoriticæ profeſſioni, & Regulæ contrario, ſcripſerunt, ut exinde iterum inferamus, ante Martinum V. uſum nullum bonorum immobilium Franciſcanis indultum fuiſſe.

I. S. Bonaventura in ſua Paſtorali, data Miniſtro Provinciæ, inter alia ſcribit: *Quoniam paupertas eſt noſtræ Religionis prærogativa ſublimis, ne nobilis hæc margarita conculcanda porcis viliter exponatur, diſcurſuum cauſam, & quæſtuum, ſumptuoſitatem ſcilicet ædificiorum, librorumque, veſtium, ac ciborum ſic ſtudeas amputare, quod à profeſſionis excellentia vitæ obſervantia non diſcordet. Fœdum eſt enim, prophanumque mendacium, ſummæ paupertatis voluntarium profeſſorem ſe aſſerere, & rerum penuriam pati nolle, interius divitum inſtar affluere, et exterius more pauperum mendicare*. Plura in hiſce verbis elucent, quæ Fratres Minores abſque ullo poſſeſſionum uſu fuiſſe evincunt. Etenim ſi hunc habuiſſent, quomodo paupertas dici ab eo potuiſſet *Religionis prærogativa ſublimis*? Admiſſo poſſeſſionum uſu, habebat Ordo Minorum unde commodè vivere poſſet, ſicut cæteri Ordines, cum hoc unico apparenti diſcrimine, quod iſti poſſeſſiones habuiſſent etiam quoad dominium, ille verò quoad uſum tantùm, quod paupertatem non rigidiorem, ſed commodiorem, & nobiliorem reddidiſſet, utpotequæ Fratribus ne quidem cogitantibus, ex Agris, & Vineis omnia ad vitam neceſſaria abſque labore, quem totum relinquebat Procuratoribus, cum onere cellaria, & horrea ipſorum Fratrum opportuno tempore implendi, ſuis profeſſoribus providiſſet, quæ dulcis admodum, & beata paupertas dicenda foret. Deinde, cum S. Doctor admoneat Miniſtrum, ut parſimoniæ ſtudeat in ædificiis, libris, veſtibus, & cibis, monuiſſet etiam, & quidem eò magis, de moderata receptione vinea-

Digitized by Google

nearum, agrorum, & ſimilium, ſi hæc Fratres eo tunc vel habuiſſent, vel habere potuiſſent. Tandem, ſi exiſtimat fœdum, profanumque mendacium, voluntariè pauperem ſe aſſerere, & ædificiorum, librorum, veſtium, ac ciborum ſumptuoſitatem admittere, quanto magis mendacium reputaſſet extremam & mendicam jactare paupertatem, ſimulque poſſeſſiones & certos redditus ad beatè vivendum habere? Imo ſi profanum dicit interius divitum inſtar affluere, & exterius more pauperum mendicare, quid dixiſſet, ſi Fratres redditūum habuiſſent uſum, quod mendicitati apertè repugnat? Inſuper, cum *in Expoſitione Regulæ Fratrum Minorum* * ſcribat: *Omnia mobilia, quibus Ordo utitur, ſunt mere, & immediatè ipſius Eccleſiæ Romanæ*, & immobilia nullatenus commemoret, falſum eſt omnino, horum uſum Fratres Minores tunc habuiſſe, dominio penes Apoſtolicam Sedem exiſtente, quia negligentia ſumma fuiſſet, Minorum explicare moralem, ac de libris, & aliis mobilibus agere, de redditibus verò, & aliis immobilibus omninò ſilere. Potior namque exigebat ratio, quod S. Doctor Fratribus exponens modum, quo res abſque proprietate uti poterant, de majoribus, nempe de poſſeſſionibus verba faceret, ubi de mobilibus, & minutiſſimis quibuſque fusè, ac diſtinctè pertractat. Ita igitur Franciſcani tunc erant pauperes, ut etiam eſſent mendici, & victum ſibi ex quotidianis eleemoſynis procurarent, quemadmodum ipſemet Seraphicus Doctor, hanc ſibi ſupra Regulam S. Franciſci quæſtionem proponens, affirmat dicens *: *Cum ſufficiat ad Religionis profeſſionem nihil habere proprium in ſpeciali, & habere poſſeſſiones pro neceſſitate in communi, ſicut omnes Religiones antiquorum Patrum, Auguſtini, Benedicti, & aliorum, videtur inconſultum, & aliquo modo tentare Deum, quod tantus Ordo exponat ſe mendicitati quotidianæ, velut cælitus expectet victum*. Aſſerere quod mendicaverint vineas, & agros, ut eorum viverent uſu, effugium eſt miſerrimum, quod riſum movet, & bilem.

* Cap. 6.

* Quæſt. 4.

II. Tandem, ne infiniti ſimus in afferendis in hanc rem S. Bonaventuræ teſtimoniis, audiamus, quæ anno 1260. in Capitulo Generali Narbonenſi pro univerſo Ordine decrevit. In Conſtitutionibus ibidem editis * habetur: *Fratres in locis ſuis habentes parochiale Cæmeterium, aut Baptiſterium, non morentur ibi, ſi oportet eos ſepelire mortuos, & pueros baptizare: Si autem in locis habentibus proprietatem morari contigerit, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam de illa proprietate ſe aliquatenus intromittant, nec eo pacto fructus ejuſdem percipiant. Inhibemus etiam*, addit, * *ut nullus Fratrum inducat aliquam perſonam ad ordinandam eleemoſynam perpetuam annuatim, vel certis temporibus Fratribus exhibendam*. Hæc S. Bonaventura, ut nos doceat, & certos reddat, quod ſi vetitum erat Franciſcanis parochiale ſubire munus ob periculum proprietatis, ut ipſe quoque Sbaralea fatetur, à fortiori ipſis interdictus erat uſus poſſeſſionum, in quo periculum hujuſmodi erat utique majus. Et quod res ita ſit, clarè innuit S. Doctor inhibendo, ne Fratrum aliquis quemquam induceret ad conſtituendam eleemoſynam perpetuam, ab ipſis annuatim, vel certis temporibus percipiendam, quia hoc idem eſt, ac uſum poſſeſſionum prohibere, & illicitum affirmare. Nam ut uſum vineæ, vel prædii Fratres Minores habere poſſent, uſus iſte ita ipſis conſtitui debebat, ut annuatim opportuno tempore fructus inde perciperent; niſi dicere velimus, uſum hunc tranſiiſſe à Fratribus ad ipſum dantem, & ab iſto iterum ad Fratres, & idcircò uno anno Syndicum pro iſtis poſſeſſionem adminiſtraſſe, & fructus percepiſſe, altero vero dantem ipſum, quod eſt ridiculum & cavilloſum. Sed ulterius procedamus, atque neglecto Guillelmo Sanctamorano, qui tunc temporis contra Minorum paupertatem, ut innuimus, non oblatraſſet, ſi uſum poſſeſſionum iſta permiſiſſet, & omiſſo etiam Generali Miniſtro Fratre Bonagratia, cujus zelum pro nuda & mendica paupertate jam laudavimus, ad immediatum ſucceſſorem ejus Arlottum de Piſis, anno 1285.

* Num. 23.

* Ibi num. 24.

Mediolani electum, tranſeamus. Piiſſimus hic Generalis Epiſtolam dedit *univerſis Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus, Guardianis, & Fratribus*, in Chronologia hiſtorico legali Seraphici Ordinis relatam, * in qua legitur: *In primis cum Regula dicat, quod Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, & Expoſitio ejuſdem Regulæ contineat, quod Fratres nec in communi, nec in ſpeciali debent proprietatem habere, ſed utenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere in Ordine, uſum habeant, & ſecundum Generalis Miniſter, vel Provincialis diſponendum duxerint, his utantur (ſalvo domorum, vel locorum dominio ad quos noſcitur pertinere) volo, & mando, quod Fratres, nec Conventus aliquis auctoritate ſua, prædicta non dent, nec commutent, nec ad vitam Fratri, vel alii pro ſumma alicujus pecuniæ ad uſum commendent, vel aſſignent*. Semper utique mirandum, quod Superiores Ordinis de libris, aliiſque mobilibus, necnon de Conventibus, & hortis adjacentibus, ac de iſtorum uſu loquantur, Fratribuſque licitum affirment, de vineis autem, & ſimilibus ne indicium quidem præbeant. Frater Petrus Joannes Olivi, cum in Capitulo Generali anno 1292. Pariſiis coacto, tamquam novitatum auctor, & Ordinis reformator indiſcretus accuſaretur, coram omnibus hac ſolemni proteſtatione à VVaddingo relata, * ſemetipſum purgavit dicens: *Ego F. Petrus Joannes dico, & profiteor, Fratres Minores non teneri ad aliquem uſum pauperem, neque ad alium vivendi modum, ultra contentum in Declaratione Regulæ, facta à Domino Nicolao III., & eum, quem univerſitas, ſeu Communitas Fratrum obſervat*. Si ergo iſte, qui ex rigidioribus habebatur, & etiam poſt mortem ut talis inſectatus fuit, utpotequi promiſſæ Regulæ zelator acerrimus, contra iſtius inobſervantias etiam leviores declamaverit ſemper, approbat, & ſolemniter confirmat modum vivendi Communitatis Ordinis, hæc profecto uſum poſſeſſionum tunc non habebat, ſecus in ſua proteſtatione, in qua longe minores deteſtatur tranſgreſſiones, ipſum quoque abſolutè damnaſſet.

* Tom. 1. Capitul. Gen. XV.

* Anno 1292. num. 13.

III. Sed, præter hæc merè negativa, majora ſuperſunt poſitiva, quæ Fratres Minores poſt annos aliquot ab Ordinis inſtitutione, nullum ex conceſſione Pontificia uſum habuiſſe bonorum immobilium luce clarius oſtendunt. Anno 1302. Ordinis Comitia celebravit Genuæ Miniſter Generalis F. Joannes à Muro, & quoniam quamplures in Ordine contra promiſſam paupertatem relaxationes irrepſerant, inſtiterunt congregati Patres, ut relaxationibus hujuſmodi provideretur, & Generalis Miniſter hac de cauſa ad univerſas Provincias ſequentem miſit Epiſtolam ſtatutoriam: *In Chriſto ſibi chariſſimis Miniſtris &c. Inter cæleſtium inſignia gratiarum, quibus almus Chriſti Confeſſor Franciſcus, noſtri Ordinis Inſtitutor, ſe Chriſto conformem, hoſti terribilem, ac nobis præbuit exemplarem, paupertas vendicat principatum. Hac nempe omnes ſupergredi, hac ſingulariter gloriari, hac nos à Religioſis diſcernere cæteris, à Mundo ſecernere, à vitiis elongare, & Chriſto totaliter inſerere conabatur. Hanc filiis, tamquam ſpiritualis ſtructuræ primordiis, pretioſam Evangelii margaritam, olim abſconditam, arrham Regni cæleſtis, & ſortem hæreditariæ portionis, tam vivens, quam moriens, exemplis, & monitis præcipuè commendavit, quam ſuis ſanctis inhærentes veſtigiis venerabiles Patres in Ordinis regimine Sacerdotes, mira ſolicitudine tam in ſe, quam in ſubditis coluerunt, nihil paupertatis læſione moleſtius, nihil ejus obſervantia gratius arbitrantes. Generali igitur miniſterio, divino quamvis occulto judicio, deputatus, ab ipſorum zelo, & ſtudio diſcrepare non valens abſque Religionis periculo, & ſalutis propriæ detrimento, anxia cura ſolicitare intendo Fratres, & filios, juxta dies antiquos inter paupertatis altiſſimæ limites incedere; totiſque præcordiis inardeſco ſanctæ paupertatis offendicula tollere, correctionis falce præcidere, quæ in ejus præjudicium conſpicio pullulare. Cum itaque loca nonnulla noſtri Ordinis, quaſi ſit abbreviata manus Domini, jumenta paſcentis, & volucres, qui*

non

Digitized by Google

non ſeminant, neque metunt, nec in horrea congregant, ne ſuis poſſit pauperibus providere, agros, domos, & vineas, ſeu penſiones annuatim de proventibus ſuſcipiant, quaſi de re perpetua eorumdem: Necnon & Fratres, qui Mundo deberent penitus crucifigi, in ſuæ profeſſionis perniciem, & in ſcandalum, non ſolum annuos redditus perſonales habeant, verum etiam commiſſariarum perpetuarum onera ſuſceperint.... quæ non poſſunt abſque proprietatis ſpecie exerceri, diſſimulare talia non valeo, quandiu hæc paupertatis venena, avaritiæ fomites, materias vitiorum ſpiritualium, viſcos pennarum, maculas gloriæ noſtræ, ex quibus Deus offenditur, Ordo vileſcit, minoratur devotio, & animarum perditio procuratur, acrioris diſcretionis ſarculo ſtudeam extirpare. Paterno igitur affectu, & zelo, juxta mei officii debitum, vos moneo, incito, & induco, omnes & ſingulos adjurando per impretiabile pretium effuſi Sanguinis Salvatoris, ac per ipſius ſacra Stigmata, quæ in Corpore ſacro Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci mirabiliter claruerunt, inhibendo nihilominus ſtatuens, et ſtatuendo inhibens per obedientiam ſalutarem, ſub pœna excommunicationis, quam fero in his ſcriptis in contrarium facientes, ut ne quem inducatis de cætero, ſeu induci per alios procuretis, ut ulli Fratri, Conventui, ſive loco noſtri Ordinis poſſeſſiones, ſive redditus annui, aut eleemoſyna de proventibus eorumdem perpetua aſſignetur. Nec ullus ex nunc Commiſſariæ perpetuæ fungatur officio, et maximè ubi Teſtator perpetuam, ſeu ad vitam Fratri, ſeu Fratribus deputet penſionem. Nec illi, qui jam Commiſſarias hujuſmodi ſubiiſſe noſcuntur, ſe de ipſis amplius intromittant, nec in poſterum fructus poſſeſſionum præſumat colligere taliter relictarum. quando potius ſub præmiſſæ diſtrictionis cenſura præcipio tam vobis Miniſtris, quam vobis Cuſtodibus, Guardianis, et Fratribus aliis, tam illis, quibus talia ſunt relicta, quam illis, quorum mediatio in hæc videbitur opportuna, quatenus, diſſimulatione, et dilatione veritatis ſemota, bona fide curetis inſiſtere ut poſſeſſiones hujuſmodi, ſive in domibus, aut agris conſiſtant, ſive in vineis, non ſolum locando, vel ad ſpatium vitæ vendendo, ſed, ſi poteſt fieri, abſolutè, et ſimpliciter diſtrahantur. Hæc autem ſtatutoria Epiſtola cum Conſtitutionibus legatur in publico, et in locis ſingulis reſervetur, ne aliqui Fratres in poſterum, quod per altiſſimæ paupertatis propoſitum Deo voverunt, irritum facientes, tantò ſæviorem damnationem incurrant, quantò, divino timore poſtpoſito, amplius inventi fuerint contemptores. Quiſquis hujus Epiſtolæ tenorem pacato animo perpenderit, facilè perſpiciet, poſſeſſiones nedum Fratres particulares, ſed etiam Conventus, & loca Ordinis illicitè detinuiſſe; ac ideò deteſtari à Generali Miniſtro, & Fratribus, & locis ſub cenſuris inhiberi. Inconſultum namque, & indiſcretum fuiſſet contra ipſas, & earum detentores exardeſcere, ſi ipſis utendi jam habuiſſent Minores ab Apoſtolica Sede facultatem, imò ſi earum uſum Fratres habere quiviſſent, reſervato Romanæ Eccleſiæ dominio, & commiſſa Procuratoribus Conventus cura & ſolicitudine, non præcepiſſet Generalis ut abſolutè diſtraherentur, ſed prudenter mandaſſet ut iiſdem Procuratoribus dimitterentur adminiſtrandæ, ſimplici uſu facti, licito & permiſſo, ipſis Fratribus relicto. Fratres inſuper cum ſe compelli intellexerunt ad reſignandas poſſeſſiones, quas Miniſter Generalis ajebat detineri cum Religionis periculo, & ſalutis propriæ detrimento, ideſt illicitè, cur non protulerunt Diplomata Innocentii, Alexandri, & Clementis IV., aut alterius Pontificis, à quo poſſeſſionum uſum ipſis permiſſum fuiſſe dicunt? Nemo Diplomata hujuſmodi tunc produxit, ſed fere omnes ſibi duxerunt obtemperandum. *Parum abfuit*, ut ait VVaddingus, * *quin eradicarentur ab Ordine poſſeſſiones, et proventus*, & contra inobedientes Muri Succeſſor F. Conſalvus anno 1316. alteram Piſis dedit Provinciali Tuſciæ Epiſtolam, quam refert idem VVaddingus, * & eſt hujuſmodi.

* Anno 1302. num. 3.

* Anno 1310. num. 9.

IV. *Licèt contra monſtruoſam redditu um abuſionem, quam ad fundamentalem noſtri ſtatus ſubverſionem filii ſæculi hujus in Ordinem noſtrum (proh dolor!)*

Digitized by Google

lor!) à nonnullis introduxerunt diebus, remedium diſtrictis & gravibus vallatum ſententiis, venerabilis Anteceſſor meus cum Capitulo generali providerit, quia tamen plures Provinciæ, quod abſque verecundia ipſarum dici non poteſt, illud ſalubre remedium contempſiſſe hucuſque, vel ſaltem neglexiſſe inveniuntur, redditus, & alias proviſiones, ſeu penſiones, domos quoque cenſuales, vel ſeparatas à locis Fratrum, & interdum etiam poſſeſſiones agrorum, vinearum, & rerum aliarum, donationes inſuper inter vivos, & ſucceſſiones hæreditarias ſuſcipiendo, vel retinendo, vel vendicando illicitè, quamvis ſub fallaci colore liciti, quandoque nitantur hoc agere, conniventibus oculis tranſire non valeo, quin ratione incumbentis mihi officii cum effectu laborem, ne Generalium Capitulorum edita ſuper his ſtatuta cum continuo animarum periculo ulterius contemnantur. Tenore igitur præſentium tuæ dilectioni in virtute Spiritus Sancti diſtrictè præcipio per obedientiam ſalutarem, quatenus Deum, & Regulæ puritatem, quam vovimus, ac Declarationis verbum, ubi nobis rerum etiam noſtro competentium uſui receptio, ſub colore providentiæ in futurum, interdicitur, habendo præ oculis, conſiderando etiam, quod ſi talia permittantur, creſcere ſic poterunt, quod omnino exterminabitur illa ſancta mendicitas, quam nobis Regula memorata imponit; omnes redditus annuos, vel perpetuos, ſeu proviſiones, eleemoſynas, ac penſiones certa obligatione ſolvendas annuatim, aut in perpetuum Conventibus, vel perſonis, necnon & poſſeſſiones quaſcumque cum donationibus inter vivos, & ſucceſſionibus hæreditariis, ac domibus ſeparatis à Fratrum habitatione, ſi quæ ſunt per totam Provinciam tuam, facias ſine dilatione moroſa plenariè alienari à Fratribus, ita quod quæ licitè diſtrahi poſſunt, ſic quod ipſorum pretia prædictorum Fratrum neceſſitatibus applicentur, diſtrahantur ſimpliciter: quæ vero licitè ſic diſtrahi nequeunt, publicè coram illis, ad quos pertinere noſcuntur, abſque omni fraude, vel dolo, ſub Inſtrumento publico, vel authenticis literis, in præſentia vocatorum ad hoc teſtium, qui non ſint de Ordine, reſignentur. Nec de Commiſſariis perpetuis aliquem ſe intromittere patiaris, & hoc, chariſſime, cum tanta, & tam diligenti efficacia exequaris, quod non oporteat me pro ipſorum exterminatione pleniori Viſitatorem mittere ſpiritualem: quæcumque circa præfata egeris, vel agenda dimiſeris, quantitates quoque, ac qualitates, & ſummas reſignatorum, ſeu diſtractorum cum nominibus perſonarum, & locorum habentium talia, modiſque reſignatorum reſcripturus mihi plenariè quam citius commodè poteris ante primum Capitulum Generale. Porrò Fratres omnes ſupradictæ Provinciæ tuæ, præſentes pariter & futuros in ſcriptis, quæ haberi volo, & legi frequenter in omni loco ipſius Provinciæ, moneo primò, ſecundò, & tertiò, præcipiens nihilominus eis, & eorum ſingulis diſtrictè per obedientiam ſalutarem, ne contra præfatas diſtractiones, ſeu reſignationes per ſe, vel per alium facto, verbo, ſigno, vel ſcripto, ſeu quovis alio modo aliquod impedimentum procurent, ſed potius ad earum impletionem, quantum ab eis dependet, diligenter inſiſtat, nunquam de cætero talia recepturi. Si quis vero ſcienter contrarium fecerit, excommunicationis ſententiæ ſubjacere ſe noverit, quam ex nunc pro tunc in eiſdem ſcriptis fero in eum, nolens quod per aliquem inferiorem Generali Miniſtro, præter articulum mortis, ab ea poſſit abſolvi, niſi per eum, cui ex certa ſcientia, & in ſpeciali abſolutionis hujuſmodi poteſtatem Generalis ipſe duxerit committendam. Plurima hìc habentur palmaria, quæ tempore hujus Generalis Miniſtri Fratribus Minoribus illicitum fuiſſe oſtendunt uſum redditruum & poſſeſſionum, quæque per conſequens chimæricam prorſus evincunt uſus hujuſmodi conceſſionem ipſis factam vel ab Innocentio IV., vel ab alio Pontifice, qui ante annum 1310., quando hæc Encyclica ſcripta fuit, regnaverint. Ex quo enim monſtruoſam appellet in Ordine reddituum abuſionem, nullam extitiſſe declarat antecedentem Pontificiam diſpenſationem, eorum uſum permittentem, quemadmodum clarius etiam confirmat addendo, abuſum hujuſmodi à nonnullis diebus introduxiſſe in Ordinem filios hujus

jus ſæculi, & quidem ad fundamentalem ſtatus Minoritici ſubverſionem; poſſeſſiones agrorum, vinearum, & ſimilium recipiendo, vel retinendo, ſeu vendicando illicitè, quamvis ſub fallaci colore liciti. Ex quo verò dicat, ſe adlaborare velle pro abuſus iſtiuſmodi extirpatione, ne Generalium Capitulorum edita Statuta, cum continuo animarum periculo contemnantur, apertiſſimè fatetur, uſum poſſeſſionum illicitum fuiſſe Minoritis, eorum profeſſioni contrarium, & nondum ab Ordine ex Pontificum indulgentia nedum receptum, ſed ab eodem in præhabitis Generalibus Comitiis reprobatum, & & interdictum. Denique addendo, quod per uſum rerum immobilium omnino exterminabatur illa ſancta mendicitas, quam Regula imponit, extra omnem collocat dubitationis aleam, Franciſcanos ex præcepto ejuſdem Regulæ teneri ad mendicitatem, hanc eſſe cum redditibus incompatibilem, & contra ipſam peccaſſe Fratres bona immobilia non ſolum perſonis, ſed etiam Conventibus applicando; unde concludit, quod immediatè plenariè alienari faciat omnes redditus annuos, vel perpetuos, ſeu proviſiones, eleemoſynas, ac penſiones certa obligatione ſolvendas annuatim, aut in perpetuum Conventibus, vel perſonis.

V. Fungente Conſalvo Generalatus officio, Clementi V., eodem fatente Pontifice in ſua jam allata Decretali, *Exivi de Paradiſo*, delatum fuit, nonnulla in Ordine à Fratribus tunc fieri, quæ videbantur paupertatis voto, & puritati Ordinis repugnare, quod nempe *ſe inſtitui hæredes non ſolum ſuſtinebant, ſed procurabant*; *item quod redditus annuos ſuſcipiebant interdum in tam notabili quantitate, quod Conventus haberent totaliter ut inde viverent &c.* His auditis querelis, Pontifex ut rectè procederet, utramque litigantium partem audire voluit, & poſt diligentem veritatis inquiſitionem, favorabilem tulit ſententiam pro Ordinis Communitate, quæ de hiſce, aliiſque tranſgreſſionibus accuſabatur. Quidquid ſit de hoc jurgio in Minoritica hiſtoria celeberrimo, & ad annos protracto, id unum nos ex eo deprehendimus, licitè nempe tunc Fratres Minores non poſſediſſe: & primò quidem, quia ſi Papale Reſcriptum habuiſſet Ordo, ut poſſeſſionibus uti valeret, Regulæ zelatores uſum hujuſmodi tamquam illicitum, & Minoriticæ profeſſioni contrarium non objeciſſent: Secundò, quia ſi Ordo tale Reſcriptum vel ab Innocentio IV., vel ab alio Pontifice jam obtinuiſſet, Communitatis defenſores ipſum protuliſſent, ut vel falſas, vel ineptas zelatorum accuſationes comprobarent, & hoc uno litem dirimerent. Sed accuſabant ſpirituales, Ordinis Communitatem plurimum peccare in ſanctam paupertatem, ita ut Fratrum nonnulli ſe etiam hæredes inſtitui procurarent, & poſſeſſiones reciperent agrorum, & vinearum; illi verò talia audientes, nunquam dixerunt, habere Ordinem Pontificiam facultatem, quæ hiſce uti Fratribus licitè permittebat, imo potius denegarunt prædicta in Ordine fieri, addentes, quod ſi quis talia perpetraſſet, ſeverè ad legis apicem puniebatur; unde Pontifex Decretalem edidit ſæpe laudatam, qua ſtatum Fratrum Minorum mendicum eſſe declaravit. Igitur, quæ jactantur ante id temporis privilegia, chimærica ſunt & fictitia. Mendicum eumdem ſtatum declaravit etiam quæ anno 1321., Joanne XXII. regnante, exarſit controverſia de mendica Chriſti paupertate, pro qua Michael Ceſenas, tunc Miniſter Generalis, unà cum Patribus Ordinis ſelectioribus acerrimè, ac etiam imprudenter dimicavit, ut Franciſcanam paupertatem, quæ pariter mendica erat, Chriſti paupertati ſimilem comprobaret. Florebat ſub eodem Pontifice Alvarus Pelagius, inſignis Minorita, qui relaxationes contra Regulam, à Generali Miniſtro Gerardo Oddoni intentatas, necnon uſum poſſeſſionum, & reddituum in Ordine Franciſcano tamquam illicitum, contra profeſſionem à Fratribus admiſſum, & retentum, ac propterea à Pontifice nullo conceſſum, in ſuo celebri Opere *de Planctu Eccleſiæ* * ſic altè deplorat: *Tempore Domini Papæ Joannis XXII., anno Pontifica-*

* Lib. 2. Cap. 67.

tificatus ejus 16., *quidam viri Belial, Pſeudo-fratres Minores, inimici Dei, & B. Franciſci, Evangelii Chriſti, & Regulæ prædictæ, & verè Ordinis ſceleratiſſimi proditores, & deſtructores, & in Ordine eodem, ſcilicet Fratrum Minorum, quidam eorum Prælati, & ii præcipuè quærentes quæ ſua ſunt .... ponentes os in Cælum, ventribus gradientes ſuper terram .... non rectè cogitantes, ſed maligniſſimè contra Sanctum Ordinem, & Regulam machinantes .... procurarunt cum prædicto Domino Papa Joanne, & quibuſdam Cardinalibus, Declarationes omnes factas ſuper Regulam à Sede Apoſtolica, maximè Decretalem Nicolai, totaliter revocari .... Dominus autem Papa prædictus, Dei Vicarius, lumine claritatis Spiritus Sancti infuſus, juſtus judex, veritatis zelatorum ſuorum Prædeceſſorum Regulam declarantium ſequens veſtigia, nolens impinguari oleo dictorum Miniſtrorum, verè coram Deo, & ejus Eccleſia peccatorum, dixit Generali prædicto Fratri Geraldo, qui tres prædictas gloſſas, quas ſupra proximè poſui, ſceleratiſſimas, anathemate perpetuo feriendas, confecerat, credens placere ipſi Papæ, à quo Capellum rubeum expectabat, in illorum præſentia Miniſtrorum*: „ Generalis, intellectus iſte, quem in duobus Capitulis Regulæ das, „ extortus eſt, & contra Regulam eſt, & non credimus, quod de mille „ Fratribus unus de Ordine tecum in intellectu hujuſmodi concordet.„ Hinc ſatis mirari non poſſumus, quemdam ſub Advocati larva Scriptorem in Confutatione Reſponſionis ad Libellum ſuum, cui titulus, *Examen Criticum*, cum tanti viri, nempe Alvari Pelagii, auctoritate ſe premi ſentiat, ut ab ea ſe liberet, ipſum inter Fratricellos adnumerare, quin advertat ed ea, quæ de ipſo habet VVaddingus ad ann. 1317. n. XXXI., Alvarum nempe noſtrum, tunc Joannis XXII. Pænitentiarium, in Fratricellos ſcriptis invehiſſe, ac tandem ab eodem Pontifice ad Epiſcopatum Coronenſem ſub Archiepiſcopo Patracenſi fuiſſe promotum, ut habet idem Annaliſta ad ann. 1332. num. VII. Si namque vera eſſent, quæ de Alvaro ſcribit ipſe larvatus, aperte ſequeretur, Joannem XXII., qui Fratricellos damnavit, hominem tali pice illinitum apud ſe tamquam ſuum Pænitentiarum detinuiſſe, hæreticumque hominem ad Epiſcopatum provehiſſe, quod ſanus nemo affirmare præſumet. Sed jam novimus, æmulos noſtros ad hanc artem pro ſuæ cauſæ defenſione confugere, ut viros etiam optimæ famæ, paupertatis Evangelicæ zelatores, & propugnatores, vel Fratricelliſmi, vel alterius hæreſis nota audeant inſimulare, quemadmodum de hac arte jam ætate ſua utentibus conqueritur B. Angelus Clarenus in ſua ad Joannem XXII. Epiſtola, poſt ſeptimam Animadverſionem afferenda, dicens: *Tamquam hæreticos, & excommunicatos accuſant, quia hoc gladio ſuas didicerunt voluntates perficere.*

VI. Idem Alvarus infra proſequitur: *Nec mirum, quod quantum ad hoc parum de Regula curent aliqui Fratres. Nec hodie communiter per Declarationes, aut per Regulam vivunt Fratres, ſed per quaſdam Conſtitutiones, quarum multæ ſunt contrariæ Regulæ, & Declarationibus, & per quaſdam conſuetudines, quæ ſunt potius corruptelæ.* Hinc tranſgreſſiones, & corruptelas iſtas enumerans, inter alia inquit: *Quædam etiam loca Fratrum Minorum habent caſalina, & alias domos, & alios hortos remotos à loco, ex quibus ſibi ſolvi faciunt penſiones, & redditus recipiunt annales contra eorum ſtatum, & Regulam. Sed & vix locus eſt in Ordine, qui non habeat aliquos redditus, & proventus annales vel in vino, vel grano, vel oleo, vel pietantiis, vel veſtibus, vel cera, vel aliis ſpeciebus, vel pecunia numerata. Et quamquam ſanctæ memoriæ Frater Gonſalvus Hiſpanus de Provincia Galiciæ, nobilis genere, ſed nobilior vita & moribus, & Evangelica paupertate verè Frater Minor, & zelator ardentiſſimus Regulæ, & Dominus paupertatis, totum Ordinem expropriaverit in vita ſua, & ſententiam excommunicationis tulerit contra omnes Fratres ſubditos, & Prælatos, niſi intra certum terminum illis, à quibus habebant redditus, vel eorum hæredibus reſignarent, quod & factum eſt, & propter hoc à quibuſdam Fratribus ali-*

aliquam perſecutionem paſſus eſt, tamen Fratres communiter poſt mortem ſuam ad ſuum vomitum redditnum ſunt reverſi. Antea verò de hac ipſà re pertractans, & Regulæ item referens tranſgreſſiones, dixerat: * *Quidam etiam Minorum Fratrum redditus pecuniarios annales, vel biennales, vel ultra habent, quos ſibi in teſtamento dimiſerunt parentes, aut aliàs à Dominis dari ſibi faciunt annuatim, ſicut faciunt ſtipendiarii ſæculares, cum tamen nedum pecuniarios (quod eſt pejus) ſed nec alios redditus quoſcumque habere poſſint ſecundum eorum Regulam, qui tamquam advenæ & peregrini, ut ibi dicitur, debent ire per Mundum mendicando, non redditus habendo, & eſt expreſſum in prædicta Declaratione eorum*, Exivi de Paradiſo, §. Proinde, in Clementin. Hactenus Alvarus Pelagius, cujus verborum ſenſus adeo evidens eſt, ut ipſum adducere ad oſtendendum licitum ætate ſua, & per eundem probatum uſum redditnum, & poſſeſſionum in Ordine Franciſcano, ut nonnulli audent affirmare, & ſcribere, idem ſit ac afferre pro Helvidio Hieronymum, ac pro Pelagio Auguſtinum. Ex eodem Alvaro idem aſſerit de Generali Conſalvo S. Antoninus *in Summa Hiſtoriali*, * ubi ait: *Hic idem Generalis per Ordinem diſcurrens, ædificia ſumptuoſa dirui faciebat: Veſtes exceſſivas Fratribus auferebat: eleemoſynas perpetuas relinquere, & annales redditus quibuſcumque obligationibus compellebat .... Totum Ordinem expropriavit in vita ſua, ſententiam excommunicationis ferens contra omnes Fratres ſubditos, & Prælatos, niſi infra certum tempus illis, à quibus habebant redditus, vel eorum hæredibus reſignarent, quod etiam fecit; unde ab aliquibus Fratribus perſecutionem paſſus eſt*.

* Lib. 2. cap. 66.

* tit. 24. cap. 9. §. 13.

VII. Alvaro coævus, & in paſſione ſocius fuit Frater Hubertinus de Caſali, celebris & ipſe Minorita, qui non ſecus ac Alvarus ipſe pro Franciſcana paupertate tuenda multa jam paſſus, eaſdem gliſcentes in Ordine Regulæ tranſgreſſiones, in Opere, cui titulus, *Arbor vitæ crucifixæ*, * ſic ex proprio & alterius ore illacrymans deſcribit: *Hæc ſunt verba, & ſignificata, quæ quidam S. Doctor* (B. Joannes de Parma) *hujus ſanctæ paupertatis profeſſor, & zelator ſtrenuus in quodam ſuo Tractatu, quem de Commercio paupertatis fecit, gemens & ipſe ſuper malis, quæ vidit, qui tamen noſtro reſpectu nihil potuit intueri. Num ſicut molaris lapis magnus rapido curſu in mari projectus deſcendit ad profundum; ſic à temporibus illius Doctoris, & citra, pondus amoris temporalium ſic traxit hujus ſtatus multitudinem ad profundum, ut jam non malum reputent paupertatem expellere, ſed nefas, & apoſtaſiam putent pro vera paupertate zelare. Unde qui de paupertate contra publicos exceſſus loquitur, maximè ipſas tranſgreſſiones judicans, hoſtis publicus reputatur; & hoc dico ſi de illa paupertate ſit ſermo, quam perfectio profeſſionis indicit, quæ omnia de medio tollit. Dicit ergo vir ille ſanctus introducens dominam paupertatem conqueri de ruina: Surrexerunt quidam in nobis, qui non erant ex nobis, quidam filii Belial, loquentes vana, operantes iniqua, dicentes ſe eſſe pauperes, cum non eſſent, & me, quam dilexerunt toto corde glorioſi viri, de quibus locuta ſum, ſpreverunt, & maculaverunt, ſequentes viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit, homines corrupti mente, & à veritate privati, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem, homines aſſumentes ſanctæ Religionis habitum, qui novum hominem non induerunt, ſed veterem palliarunt, detrahebant ſenioribus ſuis, & eorum, qui ſanctæ converſationis inſtitutores fuerunt, vitam & mores in occulto mordebant, vocantes eos indiſcretos, & immiſericordes, crudeles, & me, quam aſſumpſerunt, dicebant otioſam, inſipidam, turpem, incultam, exanguem, & mortuam; & multa dicit Doctor ille ſanctus ad provocandum gemitum ſuper paupertatis ruinam, quam paulatim cernebat. Sed nunc non alienis indigemus verbis, quia publicis factis non ſolum amatores paupertatis provocantur ad gemitum, ſed communiter homines Mundi ſcandalizantur per malum exemplum, & divites, & potentes faciunt in deriſum, quod tales exceſſus facientes velint pauperes nominari*. Hæc erant Alvari, & Hubertini ætate Ordinis Minorum tempora, hi

* Lib. 5. cap. 3.

hi nonnullorum Fratrum depravati mores, quos dum aliqui aſſumunt, & extollunt ad comprobandum in Ordine ipſo legitimum poſſeſſionum uſum, ſpumant ſuas confuſiones, atque judicem appellant, qui jam contra ipſos ſententiam tulit. Nullæ igitur erant eò tunc in Ordine Regulæ modificationes, quæ, Fratribus à mendicitate abſolutis, certis redditibus licitè uti ipſis permitterent, quemadmodum, aliis omiſſis brevitatis gratia teſtimoniis, unum, quod addimus, magis in luce collocabit, ſolidabitque. Interim pro Hubertino Caſalenſi, aliiſque Fratribus Minoribus ab hæreſis crimine vindicandis, quo ipſos loco deſuper citato inſimulat ſub Advocati nomine idem larvatus, ut ſic Ordinem ſanctiſſimum viris impleat hæreticis, & iniquiſſimis, legatur, ſi placet, Appendix noſtra ad Manuale Fratrum Minorum, atque hinc VVaddingus, in ea citatus, ad annos reſpectivos. Pro Fratre vero Petro Joanne Olivi, quem pariter in ſua Confutatione fictus ipſe Advocatus hæreſis labe commaculat, adeatur idem Annaliſta ad ann. 1297. a num. XXXIII. uſque ad LI. incluſive, ubi ſolidiſſima Apologia ejus aſſerit innocentiam. Siquidem ad refellendam hæreſis notam eidem inflictam, numero XXXIV. Fidei Catholicæ profeſſionem refert, ab ipſo Olivi coram omnibus devote emiſſam, atque hinc uſque ad numerum XLVII. totus eſt VVaddingus ut ab erroribus eidem imputatis ipſum expurget, atque defendat. Numero XLVIII. male de Petro Joanne ſentientes confutat, eamdemque proſequitur confutationem num. XLIX. & ſequenti, ac tamdem numero LI. Apologiam concludit Auctores recenſendo, qui Petrum Joannem mirificè commendant, *eumdemque inter Scriptores Eccleſiaſticos, præter Sixtum Senenſem, & VVillotum, connumerant abſque ulla nota, aut cautela addita læſæ, vel ſuſpectæ fidei*, uti ſunt *Franciſcus Gonzaga* 1. *part. Chronic.*, *Poſſevinus in appar.*, & *Fabianus Juſtinianus lib.* 3. *de Sacr. Script.*, ab eodem Annaliſta ibidem citati. Quoniam vero larvatus ipſum hæreticum fuiſſe contendit, quia corpus ejus, tamquam hominis hæretici, poſt mortem crematum, ejuſque libros damnatos fuiſſe ſcribit, ſcire juvat, de hujuſmodi combuſtione ipſum VVaddingum, ubi de eo pertractat, & cuncta eidem objecta proponit, ac ſolvit, altum habere ſilentium, quod utique non ſervaſſet, ſi jactata combuſtio revera facta fuiſſet. Quoad vero doctrinam ejus, & libros, idem VVaddingus, poſt relatam per extenſum Fidei profeſſionem ab Olivi publicè recitatam, num. XXXI. ſic de eo proſequitur: *His dictis, præmiſſiſque S. R. E. Sacramentis, pie obdormivit in Domino, quem Fratres honorifice ſepelierunt Narbonæ, ubi ſignis & miraculis multis effulſiſſe ſcribit Angelus Clarenus: ſed Fratres Provinciæ, ii præſertim, qui laxiorem vitam ſequebantur, non deſtiterunt in mortuum deſævire, veluti hæreticum perſequentes, & doctrinam calumniantes; tandemque obtinuerunt, ut auctoritate Miniſtri Generalis Joannis de Muro condemnaretur, & rigoroſe animadverteretur in eos, qui Opuſcula quæque illius apud ſe retinerent, quin ſtatim proderent, & ad hujus cauſæ Judices deferrent .... Quare in proximo Capitulo generali interdixerunt Rectores, & præcipui Ordinis Patres ejus libros, quos amplius legere non licuit uſque ad tempus Sixti IV., qui omnes diligenter examinari, & exacte percurri præcepit, declaravitque, nihil in eiſdem contineri, quod expreſſe fidei Catholicæ contradiceret, & cuncta ſub eo moderamine ab auctore dicta, ut in bonum ſenſum poſſint trahi univerſa, defectumque eouſque proveniſſe vel ex pravo affectu, vel nimia ignorantia legentium*. Nec mirum videri debet, quod Olivi a Scriptoribus nonnullis habeatur ut hæreticus, & in hæreticorum numero adcenſeatur, quia etiam B. Joannes de Parma, ut alios prætereamus, hujuſmodi macula aſperſus, & in eodem catalogo deſcriptus fuit, & quidem ab iiſdem ferme Auctoribus, & tamen, illo favente, cui ſervorum ſuorum cura eſt, & protectio, nunc inter Beatos ab Eccleſia cooptatum veneramur, ejuſque officium & Feſtum læti cebramus.

VIII. An-

Digitized by Google

VIII. Anno 1354. Aſſiſii celebrata fuere Generalia Comitia, in quibus congregati Patres, quod jam pluries ordinatum fuerat, confirmarunt, ut nempe Conſtitutiones exaratæ per S. Bonaventuram in Capitulo Generali Narbonenſi ſervarentur in toto Ordine, ad quem Generalis Miniſter F. Guillelmus Farinerius, à quo Conſtitutiones ipſæ Farineriæ dictæ ſunt, eas miſit in duodecim Capita diſtributas unà cum ſua Epiſtola. In his Conſtitutionibus plurima præcipiuntur, quæ ineluctabiliter evincunt; Regulam Fratrum Minorum plenam eò tunc habuiſſe quoad omnia obligandi vim, & idcircò fictitias eſſe vetuſtas, quæ venduntur, diſpenſationes. In primis de *qualitate habitus* * ita decernitur: *Cum autem Regula dicat, quod Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, prout in Statutis bonæ memoriæ Domini Fratris Bonaventuræ continetur, ordinamus, & ſtatuimus, ut veſtimentorum vilitas attendatur in pretio pariter, & colore. In omnibus autem, quæ ad habitum Fratrum ſpectant, ad imitationem Patrum noſtrorum ſemper veſtibus talibus induantur, quæ nec ſint adeo pretioſæ, ut videntes eos de curioſitate, & vanitate notare debeant; nec ita vilia, & groſſa, quod ipſa videntes in horrorem inducantur, & provocent ad deriſum .... Cingulum habeatur chorda communis, & rudis, & omnis curioſitas, & ſingularitas ab ea penitus reſcindatur. Item, cum ſecundum Regulam calceamenta, niſi in caſu neceſſitatis, Fratres portare non debeant, & per hoc etiam à Religioſis cæteris diſtinguantur, ordinat Generalis Miniſter de conſenſu Capituli Generalis, præcipitque, quod nullus Frater portet calceamenta ſine urgenti, & manifeſta neceſſitate, de Miniſtri licentia ſpeciali.* Inferiùs *de obſervantia paupertatis, & de non recipienda pecunia,* * ita ſtatuitur: *Cum Regula dicat, quod Fratres non recipiant pecuniam per ſe, nec per interpoſitam perſonam, & qualiter intelligi debeat per duos Summos Pontifices, Nicolaum III., & Clementem V., apertè fuerit declaratum; ordinamus, ut hoc melius obſervetur, quod Declarationes prædictæ quantum ad iſtum Articulum, & alia, quæ pertinent ad obſervantiam paupertatis, quater in anno, et ipſæ Declarationes bis per integrum ad minus in anno legantur, ne ignorantia ſit ipſis Fratribus occaſio delinquendi.* Ultima hæc verba mendacii iterum accuſant illos, qui audent aſſerere, Declarationes Nicolai III., & Clementis V. non pro Ordinis Communitate, ſed vel pro Fratribus, vel pro locis aliquibus dumtaxat emanatas fuiſſe. Inſuper ibidem legitur: *Inhibemus etiam per obedientiam, quod nullus Frater per ſe, vel per alium inducat aliquam perſonam ad faciendum, ſeu ordinandum aliquam eleemoſynam perpetuam, vel ad vitam, ſibi, vel alteri Fratri, vel etiam Ordini exibendam, & ſi aliqua talis fuerit ordinata, nullo modo à Fratribus, vel ab aliquo nomine ipſorum in Judicio exigatur, vel exigi procuretur. Si quis autem contrarium attentaverit, ſcienter inducendo, vel in judicio exigendo, vel exigi faciendo modo prædicto, ipſo facto ſententiam excommunicatonis incurrat .... Eidem etiam pœnæ ſubjaceant, qui temerariè aſſerunt, quod ex arbitrio Miniſtrorum, & Cuſtodum, Fratribus, quando viderint, & ex certa ſcientia, & experientia probaverint, quod vitæ neceſſaria pro Communitate Conventuum, & locorum, de mendicatis quotidie, vel procuratis non ſufficiat, ut poſſint vivere abſque congregatione grani, & vini in granareis, & cellariis, prædicta congregatio grani & vini minime conveniat ſecundum noſtræ Regulæ puritatem, quæ aſſertio Declarationi D. Joannis XXII. contradicit expreſſe.* Ex eleemoſynis igitur quotidiè mendicatis, ubi iſtæ ad vitæ ſuſtentationem ſufficiebant, Fratres illius temporis vivere tenebantur; ac per conſequens nullum habebant reddituum, vel poſſeſſionum uſum, qui apertè ipſis interdictus aſſeritur in eiſdem Conſtitutionibus, ſemel ac inhibetur, quod nullus Frater inducat aliquam perſonam ad conſtituendam aliquam eleemoſynam perpetuam, ſibi, vel alteri Fratri, vel etiam Ordini exhibendam. Si namque ex permiſſione Pontificis, vel Regulæ, ut vult Anonymus Conventualis, de quo alibi actum eſt, uſum prædictum habere potuiſſent Minores, vel

* Cap. 2.

* Cap. 3.

vel nulla, vel ſcrupuloſa fuiſſet hujuſmodi inhibitio, ſive inhibitionis innovatio, & confirmatio.

IX. Conſtitutiones Farineriæ, aut verius S. Bonaventuræ, etiam in aliis Generalibus Capitulis confirmatæ fuerunt, ut in Januenſi, in quo electus fuit Marcus Viterbienſis: in Florentino anno 1387.: ac præſertim in Argentinenſi anno 1405., & in Forolivienſi anno 1421.; ex quibus colligitur, perſeveraſſe in Ordine eamdem praxim, vivendi nimirum de quotidianis mendicatis eleemoſynis, abſque redditibus & poſſionibus licitè detentis, ad annum uſque 1430., quo Martinus V., ut demonſtravimus, ſuum dedit proviſionale Diploma, *Ad ſtatum Ordinis Minorum*, quo uſum immobilium licitum reddidit illis Fratribus, qui ipſum amplecti voluerunt. Meritò proinde ſcribit Auctor Orbis Seraphici: * *Non obſtantibus aliquorum ſubinductis ſucceſſivè relaxationibus, prævalente tamen inconcuſſo Miniſtrorum Generalium, ſi Eliam, Creſcentium, & Gerardum Oddonis excipias, necnon Comitiorum Generalium ſanctiſſimo zelo, inviolata permanſit ad ſecundum Religionis ſæculum Franciſcana paupertas .... Miniſtrorum, & Comitiorum generalium ſubſequentium zelus inalterabilis impetravit antiquari; unde in ſecundo, & tertio Ordinis ſæculo nullum legimus extitiſſe privilegium paupertatis Franciſcanæ diſpenſativum.* Per Martini V. privilegium Ordo diviſus eſt in duas partes, in Obſervantes nimirum, & Conventuales, atque adimpletæ fuerunt Prophetiæ S. P. Franciſci, & B. Joannis de Parma, quorum primus, ut habetur in ejus Opuſculis editionis Lugdunenſis, * ita prædixerat: *Multiplicabuntur ſcandala, noſtra dividetur Religio .... Regula, & vita noſtra tunc à quibuſdam acerrimè impugnabitur.* Secundus verò, ut refertur a Damiano Corneco in *Chronic. Seraphic.*, * ita vaticinatus fuerat: *In duo hominum genera Ordo diviſus ibit: in puros Regulæ obſervatores, atque eos, qui privilegia procurabunt.*

* Tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 1.

* Proph. 14. pag. 529.

* Part. 2. lib. 4. cap. 37., & alibi.

ANI-

ANIMADVERSIO IV.

A' Martino V. ad Leonem X. Minorum Communitas ex Obſervantibus, & Poſſidentibus Fratribus, ſub iiſdem Generali, & Provincialibus Miniſtris immediatè degentibus, componebatur.

I. MArtinianum privilegium utendi bonis immobilibus aliquos tantum amplexatos eſſe Fratres Minores de Communitate, aliis ejuſdem Communitatis Fratribus in pura, & exacta Regulæ profeſſione, & obſervantia manentibus, tam certum eſt, ut nihil magis, quemadmodum ex nunc dicendis evidentiſſime conſtabit. Noſtrum tamen hìc non eſt, de illis, qui de Familia vocabantur, & ſub Vicariis vivebant, habere ſermonem, ſed de illis tantummodò, qui, ut propoſuimus, in ipſamet Ordinis Communitate unà cum privilegiatis, ſub immediata directione & cura unius Generalis, & Provincialium Miniſtrorum, Communitatem ipſam, idemque Religionis corpus efformabant, & componebant, ita ut ipſa Religio æquè ex Fratribus poſſidentibus, qui & Conventuales dicebantur, & ex minimè poſſidentibus, qui, ſicut illi de Familia, Obſervantes appellabantur, coaleſceret. Quamvis enim regularis Obſervantiæ zelatores nonnulli, gliſcentes cum viderent in Communitate Ordinis inobſervantias, ut ab iſtis præſervarentur immunes, & liberiori mente Deo redderent vota ſua, à Concilio Conſtantienſi, vi Decreti, *Supplicationibus perſonarum*, proprios Vicarios eligendi impetraverint facultatem, quam poſtea Eugenius IV., & alii Romani Pontifices vel iterum conceſſerunt, vel confirmarunt; eorum tamen plurimi, hujuſmodi facultate non attenta, maluerunt fortiores animo in eadem Obſervantia, ſub immediato Generalis, & Provincialium regimine permanere, & unà cum Poſſidentibus in eadem Communitate perſeverare. Hujus inconcuſſæ veritatis teſtes habemus Scriptores Ordinis, Summos Eccleſiæ Pontifices, & alios. Etenim apud Auctorem Operis, cui titulus, *Firmamenta trium Ordinum*, hæc leguntur: * *Multi Fratres, & Conventus ejuſdem obſervantiæ, veri ſui ſtatus zelatores, tales exemptiones dicti Decreti Conſtantienſis reſpuentes, & ſufficientiſſimis proviſionibus ſuæ Regulæ contenti, ſub regulari Obedientia, & cura Miniſtrorum remanſerunt, & uſque in præſens remanent, & Regulam ſuam puriùs ſervantes, & per diverſas Orbis Provincias multiplicantes, & veram Regulæ obſervantiam, & obedientiam à principio Ordinis inchoatam ſemper continuantes*. Clarè hìc innuit, Obſervantes ſolos non fuiſſe Fratres de Familia, ſed plures etiam de Communitate, atque iſtam ex Obſervantibus ipſis, & Conventualibus, ſub iiſdem Superioribus immediatè degentibus, æque fuiſſe compactam. Auctor verò *Speculi Minorum, ſeu Firmamenti trium Ordinum*, * relaturus prælaudatum Concilii Conſtantienſis Decretum, hæc præmittit: *Decretum Concilii Conſtantienſis ſeparans quoſdam Fratres Minores de Obſervantia, ſive Familia, ab aliis ejuſdem Ordinis, tam Conventualibus, quam de vera, & prima Obſervantia regulari*. Hæc aſſertio ex ipſomet Concilii Decreto elucidatur, & confirmatur, quia ſtatim ac Fratribus poſtulantibus licentiam concedit ſibi Vicarios eligendi, & ſub eorum obedientia degendi, immediatè proſequitur: *Non tamen per hoc intendimus, quin Fratres, & Conventus, qui voluerint, poſſint ſecundum hanc ſtrictam obſervantiam vivere, manendo immediatè ſub cura Miniſtrorum Provincialium*. Credibile namque non eſt, Obſervantes omnes, relictis Miniſtris, adhæſiſſe Vicariis, præfer-

* Par. 1. fol. 34. col. 2.

* Par. 2. tract. 1. fol. 30. col. 2.

ſertim cum eorum aliqui tantùm è Regno Galliæ prædictam petierint facultatem, qua nec ipſi poſtulantes uſi ſunt, cæteris Obſervantibus monentibus, ut ſub immediata Miniſtrorum cura perſeverarent, & ſic verbo & exemplo confratres poſſidentes ad Obſervantiam revocarent, uti revera contigit.

* Par. 1. fol. 34. col. 2. II. Auctor ſiquidem prælaudati Operis, *Firmamenta trium Ordinum*, * ſcribit: *Protegente Domino, & Beatiſſimo Patre noſtro Franciſco, ſub regulari obedientia, & cura Miniſtrorum, & Cuſtodum juxta Regulæ formam in vera, ac ſtricta ſui ſtatus Obſervantia uſque in præſens perſeveraverunt, & in diverſis Provinciis multiplicati ſunt, alios Conventuales paulatim, & pacificè ad veram ſui ſtatus obſervantiam modis congruis ſecum reducentes, & reformantes.* * ibi fol. 35. col. 2. Idipſum repetit etiam infra dicens: * *Prout multi Fratres Obſervantiæ hujuſmodi ex tunc fecerunt, qui nunc ubique multiplicati, & ex optimè reformatis Conventibus, & Conventualibus numerum ſuum in dies augentes, & jam plures Miniſtros ex ſuis etiam ſuper Reformandos habentes, paulatim, & pacificè Ordinem reformant in diverſis Orbis partibus, ut patet.* Alibi etiam eamdem veritatem enuncians, * Par. 4. fol. 177. col. 2. * inquit: *Hujus ritum, & exemplum ſupradicti Patres noſtri, & ſui ſequaces in diverſis Orbis Provinciis .... hucuſque tenuerunt firmiter, & tenent in Provinciis Saxoniæ, Hungariæ, Sancti Bonaventuræ, Franciæ, Turoniæ, Aquitaniæ, & Sancti Ludovici .... & qui jam paulatim multiplicando plures Miniſtros de ſuis tam ſuper ſuos, quam ſuper reliquos Conventuales non Reformatos in dictis Provinciis habere meruerunt, qui ſine ſuorum Obſervantium, ac Reformatorum indebita mixtione, etiam cum gratia ipſorum Conventualium, Conventus eorum pacificè, et paulatim ad verum reformant, et ex eiſdem Patribus Conventualibus ſpontè ad verum reformatis, et veram reformationem ardentiùs, et ferventiùs quærentibus, et pro poſſe inducentibus, numerum* * Ibi fol. 177. col. 2. *ſuum quotidie augent.* Iterum verò idem proſequens argumentum, ſcribit: * *Inſuper idem de inſufficientia, et nullitate cauſæ moleſtationis, et impedimenti hujuſmodi, experientia notoria, certa, et probata oſtenditur per hoc, quod, ea non obſtante, Regula ipſa iſto modo ſub regulari obedientia, et cura Miniſtrorum à principio Ordinis uſque in præſens, etiam in diverſis Mundi partibus, etiam in eiſdem partibus, et locis, et ſub eiſdem Miniſtris, ubi, et à quibus ipſi de Familia eximuntur, commode et pacifice obſervata ſemper fuit, et uſque in præſens obſervatur ſine exemptionibus hujuſmodi, etiam ſtrictè, et ad verum .... Jam nunc Conventuales, quibus ſolebant ſubjici, in diverſis Provinciis ſuperant, et regunt, et in officiis Miniſteriatus, et Cuſtodiatus, paulatim, et ſine ſui detrimento, et cum gratia ſanioris partis ipſorum Conventualium ad verum, et pacificè reformant.* Hæc ipſe, quibus nil clarius dici poteſt, ut certi ſimus Ordinis Communitatem conſtaſſe ex Conventualibus, & Obſervantibus, hos illorum plurimos reformaſſe, ac tamquam vera ejuſdem corporis membra ad omnes Religionis gradus evectos fuiſſe. Ne verò dubitare quis poſſit, an Obſervantes iſti redditibus caruerint, ac proinde veri fuerint Obſervantes, prout nominis importat etymologia, & à Poſſidentibus, ſive Conventualibus diſtinguuntur, proderit hìc alia ipſius verba jam alibi allata repetere. * Ibi fol. 124. col. 2. *Fratres etiam*, ait, * *ſub regulari Obſervantia degentes, et viventes, licèt vivant ſub eadem obedientia Miniſtri Provincialis, non poſſunt ad Fratres Conventuales non ſufficienter reformatos, et ad eorum loca cauſa relaxationis, vel cum manifeſto periculo tranſgreſſionis Regulæ tranſire, niſi cum evidenti periculo ſuæ ſalutis, quamvis dicti Conventuales jactitent, ſe habere Bullam diſpenſationis pecuniarum, et redditUum annualium.* Sub iiſdem ergo Miniſtris Poſſidentes, & non Poſſidentes, Conventuales nempe, & Obſervantes militabant, atque hi ſecundi illi ſunt, per quos Regula ſub regulari obedientia & cura Miniſtrorum à principio Ordinis uſque ad annum 1511., quando Auctor ipſe, qui unus fuit ex Obſervantibus de Communitate, ſive ſub Miniſtris, laudatum Opus,

Digitized by Google

Opus, *Firmamenta trium Ordinum*, abſolvit, ſine exemptionibus commodè & pacificè obſervata ſemper fuit. Ex his & ex dicendis apparet, quam immerito Scriptor ſub Advocati larva deliteſcens, ut Obſervantes in Ordine Minorum novos & reformatos evincat, in ſua Confutatione contendat, Fratres de Obſervantia, qui uſque ad Leonem X. una cum poſſidentibus ſub iiſdem Miniſtris, Generali, & Provincialibus vixerunt, fuiſſe Coletanos, Fratres nempe a Beata Coleta reformatos, & non alios. Si namque *Multi Fratres, & Conventus ejuſdem Obſervantiæ, veri ſui ſtatus zelatores, exemptiones Decreti Conſtantienſis reſpuentes, & ſufficientiſſimis proviſionibus ſuæ Regulæ contenti, ſub regulari obedientia, & cura Miniſtrorum remanſerunt, veram Regulæ obſervantiam, & obedientiam a principio Ordinis inchoatam ſemper continuantes*, patet apertiſſime, Obſervantes ſub Miniſtris ab Ordinis inſtitutione nunquam in eo defuiſſe; ac eos proinde non a B. Coleta, ſed ab ipſo S. Franciſco Ordinis Inſtitutore originem ſuam trahere, & eſſe revera illos, qui, ut in ſua Bulla, *Licet alias*, ait de ipſis Leo X., *ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione, a tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum uſque ad præſens, ſub ipſius B. Franciſci Regula ſemper fuerunt, & militaverunt*. Et ſane Nicolaus V., ut audiemus infra, in ſua Bulla, *Super gregem Dominicum*, affirmat, ex relatu F. Joannis de S. Anna ſe intellexiſſe, quod in Provincia Caſtellæ, cujus ipſe Joannes erat Miniſter, *retroactis temporibus, etiam a principio, & fundatione ejuſdem Ordinis citra, omnes & ſinguli in prædicta Provincia conſiſtentium domorum, & Conventuum, & tam de Obſervantia nuncupati, quam etiam Conventuales fratres, eorumque Cuſtodes, Guardiani, & alii domorum, & Conventuum eorumdem principales, ſub obedientia Miniſtrorum Provinciæ prædictæ pro tempore exiſtentis fore conſueverunt*. Quid ergo venditat larvatus iſte, Obſervantes non eſſe alios, quam vel Fratres de Familia ſub Vicariis, vel Coletanos? Concilium Conſtantienſe, a quo Vicarii originem habuerunt, *non intendit*, ut vidimus, eoſdem Vicarios concedendo, *quin Fratres, & Conventus, qui voluiſſent, poſſent ſecundum ſtrictam obſervantiam vivere, manendo immediate ſub cura Miniſtrorum Provincialium*. Igitur nonnullis Obſervantibus Vicarios recipientibus, eorum alii ſub Miniſtris remanſerunt, & perſeverarunt in ipſa Ordinis Communitate, ut ſemel & iterum dictum eſt cum Auctore Operis, *Firmamenta trium Ordinum*, qui adhuc, ut alia ejuſdem verba repetamus, contra Obſervantes de Familia ſub Vicariis hæc habet: *Idem de inſufficientia, & nullitate cauſæ moleſtationis, & impedimenti hujuſmodi, experientia notoria, certa, & probata oſtenditur per hoc, quod, ea non obſtante, Regula ipſa iſto modo ſub regulari obedientia, & cura Miniſtrorum a principio Ordinis uſque in præſens, etiam in diverſis Mundi partibus, etiam in eiſdem partibus, & locis, & ſub eiſdem Miniſtris, ubi, & a quibus ipſi de Familia eximuntur, commode, & pacifice obſervata ſemper fuit, & uſque in præſens obſervatur ſine exemptionibus hujuſmodi, etiam ſtricte*. Hæc Auctor pro Obſervantibus de Communitate ſub Miniſtris, quorum & ipſe unus erat. Ne vero larvatus adhuc propugnet, Obſervantes iſtos fuiſſe Coletanos, præter jam dicta, audiat Leonem X. in Bulla, *Ite et vos*, Coletanos ab Obſervantibus de Familia, & de Communitate apertè diſtinguentem. *Obſervantes*, inquit, *tam de Familia, quam Reformatos ſub Miniſtris, ac Fratris Amadei, de Coletanis etc.*, ubi ſub Reformatorum nomine intelligit Obſervantes de Communitate, utpotequi etiam ex Conventualibus ad Obſervantiam reverſis componerentur, ut ipſemet in eadem Bulla declarat dicens; *Conventualibus, ſive Reformatis, aut de Familia Fratribus etc.*

III. Quæ hactenus dicta ſunt, præſertim cum Auctore Operis, *Firmamenta trium Ordinum*, roborantur ex eodem ſcribente, omnes ferè Miniſtros Generales poſt Martini V. Pontificatum electos fuiſſe Obſervantes de Communitate, utpotequi obſervantiæ regularis, & reformationis Fratrum

 poſſi-

Digitized by Google

poſſidentium acerrimi fuerint zelatores, quod agens de eorum ſingulis ſic luculenter oſtendit. De Fratre Guillelmo de Caſali, electo, ut alibi diximus, anno 1430., ſcribit *: *Hic maximè Ordinis reformationem zelavit, & prout potuit, & quos potuit, reformavit*. De Fratre Antonio Ruſconi, S. Bernardini Senenſis opera electo, affirmat, omnes adhibuiſſe vires, ut Poſſidentes induceret ad Martiniani privilegii abrenunciationem, & ad Regulæ obſervantiam, quod de Guillelmo Caſalenſi aſſerit etiam Auctor Operis ſæpè laudati, *Firmamentum trium Ordinum*. De F. Jacobo à Mozanica, anno 1454. ad Generalatum promoto, hæc habet *: *Hic Generalis plures honeſtas, & religioſas ordinationes, atque reformationes pro Regulæ, & honeſtatis obſervantia edidit, diſtrictè præcipiens per ſanctam obedientiam Prædeceſſorum ſuorum Statuta, videlicet Benedicti XII., Guillelmi Farinerii, & Magiſtri Antonii de Ruſconibus ab omnibus obſervari; & ad minus ſemel in Menſe per integrum legi ſub pæna depoſitionis officiorum*. De F. Franciſco à Brixia, qui electus anno 1474. annos 24. Ordinem gubernavit, ut zelum ejus pro regulari obſervantia exponat, allocutionem refert, quam anno 1488., ſubcreſcentes in Ordine deplorans relaxationes, ad Patres habuit: * *Hic in Capitulo Generali Cremonæ celebrato attendens qualiter ſemper in pejus Fratres Conventuales laxabantur, & declinabant, ingemiſcens coram toto Capitulo dicebat notabile verbum. Heu! Patres & Fratres, olim in Ordine noſtro multis temporibus ſolebat eſſe, & dominari vera Conſcientia, tandem intrante, & regnante ſcientia, paulatim dimiſſa eſt prima ſyllaba, videlicet* Con, *& ſolum remanſit quod ſequitur, videlicet*, Scientia. *Nunc verò Fratrum malitia, & ſecunda ſyllaba, videlicet* Sci, *quia ſcientia, & ſtudia deperiunt in Ordine, & ſolum remanet nunc quod ſequitur in dicto vocabulo, videlicet*, Entia, *quia Fratres Moderni tamquam lapidei, beſtiales, & mali, ſine Conſcientia, & ſine Scientia remanent velut Entia, Bruta &c.* De Generali F. Ægidio Delphino Amerino, anno 1500. Interamnæ ad Generalatus officium evecto, quo functus eſt per annos quinque, quam multa refert, quæ zelum ejus pro eadem Obſervantia, & Poſſidentium reformatione plurimum commendant: quod nempe varias peragraverit Ordinis Provincias *nudis ſemper pedibus, cum zoccolis humiliter incedendo*: quod in Hiſpania plures de Familia Provincias à Vicariis ad Miniſtros avocaverit: quod Provinciarum conſtituerit Rectores Obſervantes, ut Conventuales ad eamdem pertraherent Obſervantiam: ac tandem * quod *anno* 1503. *in Pentecoſte Capitulum Generale in Conventu Trecenſi Provinciæ Franciæ cum omni religioſitate celebravit; quod & Capitulum primum Reformatorum eſſe dixit, Volens, ut principales Officiales dicti Capituli eſſent de Reformatis Obſervantiæ regularis; ubi & Breve Sanctiſſimi Domini noſtri Julii II. publicè lectum fuit, quo vera Ordinis Reformatio ubique fieri mandabat ſub gravibus cenſuris, & pænis*. Suam denique concludit narrationem, ac de F. Philippo à Bagnacavallo, qui deceſſit anno 1511., quando Auctor ipſe ſcribebat, hæc ad futurorum memoriam chartæ mandavit: * *Hic Generalis Reformationem Ordinis efficaciter deſiderabat, & inducere proponebat, ſed morte præventus eſt .... Et nunc Ordine tanto ſuo Patre, & Paſtore orbato, orationibus ad Dominum, & ſanctiſſimum Patrem noſtrum Franciſcum inſtandum eſt, ut verum tanti Patris ipſius Franciſci Vicarium, ſive Succeſſorem, qui Ordinem ipſum veraciter reformare, unire, & pacificare velit, & poſſit, nobis providere dignetur*. Hæc Poſſidentium reformatio adeo Ordini univerſo cordi fuit, ut in Conſtitutionibus editis anno 1500. in Capitulo Generali Interamnenſi, & ab Alexandro VI., qui eas confirmavit, Alexandrinis dictis, ſancitum fuerit, quod Procurator Generalis, niſi huic ſtuduiſſet Reformationi, ab officio amoveretur. *Sit autem potiſſima, & ſufficiens cauſa ejus amotionis*, ita in ipſis Conſtitutionibus decernitur, * *maximè hoc univerſalis Reformationis tempore, ſi ipſe præ cæteris irreformatus, reformationi Ordinis totis viribus non*

* Par. 1. fol. 37. col. 2.
* Ibi fol. 36. col. 1.
* Ibi fol. 37. col. 2.
* Ibi fol. 38. col. 1., & fol. 39. col. 1.
* Ibi fol. 39. col. 2.
* Cap. 8. §. *de Procuratore Ordinis*.

Digitized by Google

non faverit, & coram Pontifice, & aliis Dominis Cardinalibus non juverit. In iiſdem etiam præcipitur, * ut Reformatio prædicta ubique promoveatur à Generali vel per ſe, vel per ſuos Commiſſarios, & Viſitatores, atque ut *adeat Principes, conveniat populos, ſuppleatque ſiquid aliud pro hujuſce Reformationis commodo, & expeditione maturandum intelliget*. Præter igitur Obſervantes de Familia ſub Vicariis, alii fuerunt plurimi ejuſdem nominis & profeſſionis Fratres in ipſa Ordinis Communitate, quam immediatè unà cum Privilegiatis conſtituebant, hoſque ad reddituum abdicationem hortabantur, & ad regularem obſervantiam deducebant. Quare iterum ſcribit laudatus Auctor Orbis Seraphici *: *Apud neminem eſſe non poteſt inconfeſſo, quod, non obſtantibus contrariis aliquorum conatibus, Regula Minorum, ut dictum eſt, à S. Franciſco conſcripta, & ab Honorio III. confirmata, quam profitemur, à prima ſui inſtitutione ad annum uſque* 1430. *fuit ab univerſo Religionis corpore literaliter, & abſque diſpenſativo privilegio obſervata poſt S. Franciſcum Fundatorem. De S. Antonio de Padua, de S. Bonaventura, de cunctis ſucceſſivè Miniſtris Generalibus, Eliam, Creſcentium, Gerardum, & Antonium de Maſſa ſi excipias, legimus in Ordinis Scriptoribus, Chronicis, & Annalibus, quam inconcuſsè pugnaverint novi Machabæi pro Teſtamento Patris ſui, & pro ſuccreſcentium abuſuum reſecatione. Eliam verò, Creſcentium, & Antonium de Maſſa, quod relaxationibus indulgerent, novimus per Capitula Generalia, juxta Regulæ tenorem, à Generalatu depoſitos, quod Gerardus in Caturcenſi Capitulo, animo ad Reformationem compoſito, vix evaſit; ex quibus indubiè cognoſcas, hoc toto tempore Religionem univerſam pro integra Regulæ obſervantia extitiſſe, ut Clemens V. in Concilio Viennenſi declaravit. Cum vero etiam ante præfatum annum* 1430., *tametſi Religione in Comitiis reclamante, invaleſcere cæpiſſent plurimorum relaxationes, & plurimi etiam Regulam integrè obſervantes in ipſo Communitatis corpore permanerent, aliqui tamen præ cæteris zelotes, qui relaxatorum mores ſufferre nequibant, à corpore Communitatis in particulares Familias de Superiorum licentia ſecedentes, ſeparatim vivere maluerunt*. Quin vero plura ex hiſtoria, & Scriptoribus Ordinis congeramus, luculentiſſima adſunt Romanorum Pontificum Diplomata, in quibus hæc veritas adeò eluſceſcit, ut opus ſit oculos occludere ne videatur.

* Cap. 12.

* Tom. 2. Lib. 6. cap. 16. §. 2.

IV. Nicolaus V. Bulla, *Super gregem Dominicum*, data anno 1449. fatetur, ut ſuperius quoque dictum eſt, ſe ex relatione Fratris Joannis à S. Anna intellexiſſe, quod in Provincia Caſtellæ, cujus ipſe Joannes erat Miniſter Provincialis, *retroactis temporibus, etiam à principio, & fundatione ejuſdem Ordinis citrà, omnes & ſinguli in prædicta Provincia conſiſtentium domorum, & Conventuum, & tam de Obſervantia nuncupati, quam etiam Conventuales fratres, eorumque Cuſtodes, Guardiani, & alii domorum, & Conventuum eorumdem principales, ſub obedientia Miniſtri Provinciæ prædictæ pro tempore exiſtentis fore conſueverunt*. Hinc propterea decernit Pontifex, quod Provincia, quæ ad Obſervantes de Familia tranſierat, à cura Vicariorum ad ſui Miniſtri obedientiam redire poſſit, dicens: *Statuimus, & ordinamus, quod prædictus, & qui pro tempore fuerit Miniſter dictæ Provinciæ, omnia, & ſingula, Fratres, Conventus, domos, Eremitoria, aliaque religioſa loca dicti Ordinis, & ad illum legitimè ſpectantia, ad ipſius obedientiam redire, ac ſub ea manere volentia, admittere, et recipere valeat*. Calixtus III. Bulla, *Regimini univerſalis Eccleſiæ*, edita 1455., idipſum præcepit Fratribus Provinciæ Burgundiæ, qui pariter Vicariis adhæſerant, eodemque præcepto ipſos etiam impulit Obſervantes de Familia, intra ejuſdem Provinciæ limites exiſtentes, ut nempe omnes ad Miniſtri curam, & obedientiam reverterentur. *Sanè*, inquit, *pro parte dilectorum filiorum univerſorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Burgundiæ, juxta morem dicti Ordinis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ipſi retroactis temporibus ſub* obe-

Digitized by Google

obedientia, regimine, gubernatione, viſitatione, et correctione dilectorum filiorum Generalis, et ejuſdem Provinciæ Provincialis Miniſtrorum, et aliorum Prælatorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentium, prout juxta regularia inſtituta dicti Ordinis per Sedem Apoſtolicam, et ex certa ſcientia confirmata, tenentur, degere conſueverint, nec non in eiſdem partibus grati, et accepti, et in bona æſtimatione habiti extiterint, tamen à quibuſdam annis citra, poſtquam nonnulli alii Fratres etiam de Obſervantia, de Bulla nuncupati (ſic à nonnullis dicti fuerunt Obſervantes de Familia, ob obtentam ab Eugenio IV. Bullam, qua facultas, à Concilio Conſtantienſi primùm facta ſibi Vicarios eligendi, confirmatur) *ab eadem obedientia devii, prætendenteſque ſe, ac dictos Fratres ab obedientia Miniſtrorum, et Prælatorum prædictorum exemptos fore, ſe ad prædictam Provinciam contulerunt .... Quare pro parte eorumdem Fratrum de Obſervantia Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ſuper iis per reductionem ad priſtinam obedientiam Miniſtrorum, et Prælatorum ſaluberrimè valeat provideri, eorum ſtatui opportunè conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præſentium tenore ſtatuimus, decernimus, et ordinamus, quod omnes, et ſinguli tam de Obſervantia prædicta, quam de Bulla, et alii quicumque dicti Ordinis Fratres, eorumque Vicarii præſentes, et poſteri infrà limites ejuſdem Provinciæ pro tempore commorantes, ſub obedientia, cura, viſitatione, et correctione Generalis, et Provincialis Miniſtrorum, et Cuſtodum, et aliorum Superiorum Provinciæ antedictæ, prout aliàs ante emanationem dictæ Bullæ conſueverunt, ac juxta regularia inſtituta hujuſmodi tenentur, degere, eiſque ſubeſſe, et ab eis regi, corrigi, et gubernari debeant, et teneantur.*

V. Paulus II. Bulla, *Cum Sacer Ordo Minorum*, data anno 1466., majori adhuc in luce collocat hanc veritatem, Communitatem ſcilicet Ordinis Minorum coaluiſſe ex Poſſidentibus, & Obſervantibus fratribus, immediatè ſub Miniſtrorum Generalis, & Provincialium cura exiſtentibus, diſtinctis ab aliis Obſervantibus de Familia nuncupatis. *Tenore præſentium*, ait, *tam Conventualibus, quam de Obſervantia, et nonnullis aliis, qui Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubſunt, et de Obſervantia nuncupantur, dicti Ordinis Fratribus tam citra, quam ultramontanis diſtrictius inhibentes etc. Conventuales autem, et alii Fratres etiam de Obſervantia Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubditi, eorumque Prælati, ne aliquos Fratres de Obſervantia, ſub Vicariis vivere ſolitos, transfugas, ſeu ad eos fugientes, niſi oſtenderint literas ſuæ licentiæ à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen Conventus, à quo receſſerint, et illius, ad quem remiſſi ſunt, etiam ſub prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc ipſis Fratribus Conventualibus, et aliis de Obſervantia, dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis ab Apoſtolica Sede conceſſæ, quam quoad hoc penitus revocamus, acceptare quoquomodo præſumant .... Si vero ipſi Fratres, qui de Obſervantia nuncupantur, & ſolùm Generali ſubſunt, inhibitioni prædictæ contravenerint &c.* Sixtus IV. Bulla, *Regimini univerſalis Eccleſiæ*, emanata anno 1474., eadem habet: *Dudum ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa II. Prædeceſſor noſter de noſtri, qui tunc in minoribus conſtituti Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum fungebamur officio, & dilecti filii Marci de Bononia, tunc noſtri in Ciſmontanis partibus ſuper Fratres dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatos Vicarii Generalis; ac Generalis Procuratoris Conventualium, & Commiſſariorum de Obſervantia nuncupatorum .... expreſſo conſenſu inter alia inhibuit, ne dicti Ordinis profeſſores Conventuales, & de Obſervantia nuncupati, Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis ſubditi, eorumque Prælati, Fratres de Obſervantia nuncupatos, ſub Vicariis vivere ſolitos, transfugas, ſeu ad eos fugientes .... etiam ſub prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc ipſis fratribus Conventualibus, & aliis dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis ab Apoſtolica Sede conceſſæ .... acceptare quoquomodo præſumerent &c.* Idipſum repetit

Digitized by Google

petit Sixtus IV. in alia ſua Bulla, *Romanus Pontifex*: edita 1475. Eodem prorſus modo loquitur etiam Alexander VI. in Bulla, *Ea quæ pro perſonarum*, data anno 1498., & in aliis duabus incipientibus, *Super gregem Dominicum*, exaratis anno 1499. *Sanè pro parte dilectorum filiorum*, inquit in prima, *Cuſtodis, & Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, Societatis quondam fratris Amadei de Hiſpania, Nobis nuper exibita petitio continebat, quod per nonnullos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ne tam dicti Ordinis fratres Conventuales, quam de Obſervantia Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubditi, Obſervantium, & è converſo illi de Obſervantia Conventualium fratrum prædictorum aliquam domum, ſeu Conventum, aut Monaſterium Monialium de novo recipere, invadere, vel perturbare, ſeu de illis ſe quomodolibet intromittere: quodque Conventuales, & de Obſervantia alii fratres dicto Generali, ſeu Provincialibus Miniſtris ſubditi, ne aliquos fratres, ſub Vicariis vivere ſolitos, transfugas, ſeu ad eos fugientes, niſi oſtenderent literas ſuæ licentiæ à Prælatis ſuis per eos obtentas, in quibus continetur nomen Conventus, à quo recederent, & illius, ad quem remiſſi forent, etiam prætextu cujuſvis licentiæ ſuper hoc ipſis fratribus Conventualibus, ac aliis de Obſervantia, dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis à Sede Apoſtolica conceſſæ; & è converſo fratres de Obſervantia nuncupati, ſcandaloſos, & criminoſos fratres Conventuales acceptare quomodolibet præſumerent .... prohibitum fuerit .... dictique Cuſtos, & fratres Societatis Amadei hujuſmodi etiam de Obſervantia nuncupentur, & Generali Miniſtro dumtaxat ſubſint &c. Et inſuper tam eiſdem de Familia, & aliis de Obſervantia Vicariis Provincialibus, quam aliis etiam de Obſervantia, ac Conventualibus Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Vicariis præfatis, & aliis Prælatis ejuſdem Ordinis quibuſcumque, ne deinceps aliqua Monaſteria, domos, Conventus, vel loca alia fratrum dictæ Societatis occupare .... quoquomodo præſumant .... inhibemus*. Eadem ferme habet etiam in aliis duabus præcitatis Epiſtolis, quas tandem concludit: *Si verò dicti fratres de Obſervantia nuncupati, qui ſolum Miniſtro Generali ſubſunt, inhibitioni prædictæ contravenerint, ultra prædictas pœnas &c.*

VI. Julius II. anno 1504. in ſua Bulla, *Nobis ſignificare*, directa, *Miniſtro Generali Ordinis Minorum* (Ægidio Delphino), eamdem veritatem elucidat, & confirmat, dicens: *Nobis ſignificare curaſti, quod dilecti filii Fratres de Familia nuncupati, Ordinis tui Fratres Reformatos ſub regulari Obſervantia B. Franciſci, ſub tua cura, & obedientia degentes, ad ſe trahere, eoſque, & varia loca ſub tuo regimine exiſtentes capere, & recipere non erubeſcunt .... Nos igitur conſiderantes immenſos labores, quos pro reformandis fratribus, ac Conventibus hactenus ſuſtinuiſti, & in Galliæ, & Hiſpaniæ partibus ad præſens charitativè ſuffers, tenore præſentium declaramus, privilegia, & indulta dictis fratribus de Familia de recipiendis Fratribus, & Conventibus fortè conceſſa, ad præfatos fratres Reformatos, ſive de Obſervantia regulari non extendi, ſed tantum ad Conventuales non Reformatos; inhibentes tenore præſentium tam ipſis fratribus Reformatis, quam de Familia nuncupatis Fratribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ne ipſi Reformati, ſeu de Obſervantia regulari ſub Miniſtris, ad dictos fratres de Familia, ſeu ad eorum loca, ad manendum cum illis, ſe transferant*. In Epiſtola incipiente, *Beatiſſime Pater olim &c.* exhibita Innocentio Papæ VIII., idem Julius II., tunc Julianus Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, & Ordinis Protector, Pontificum ejuſdem Innocentii Prædeceſſorum commemorans epiſtolas, Obſervantes ſub Miniſtris ab Obſervantibus ſub Vicariis ſic clariſſimè diſtinguit *: *Piæ memoriæ Paulus Papa II., etiam Prædeceſſor veſter, per alias ſuas Literas inhibuit dicti Ordinis profeſſoribus Conventualibus, & aliis ſub obedientia Vicariorum eorumdem fratrum, de Obſervantia nuncupatorum, non degentibus, ne aliquos fratres de Obſervantia, ſub dictis Vicariis vivere ſolitos, transfugas, ſive ad eos fugientes, niſi oſtenderent lite-*

* In Specul. Minor., ſeu Firmamento trium Ordinum tract. 2. p. 2. fol. 142. col. 2. ubi & Bullæ omnes laudatæ.

literas ſuæ licentiæ à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus pari modo contineretur nomen Conventus, à quo recederent, & illius, ad quem mitterentur, etiam prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc ipſis fratribus Conventualibus, & aliis de Obſervantia, dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis ab Apoſtolica Sede conceſſæ, quas revocavit, attentare quoquomodò præſumerent &c. Horum omnium optimè conſcius VVaddingus, jure meritòque ſcripſit, præter Obſervantes de Familia ſub Vicariis, alios fuiſſe Fratres ejuſdem nominis & profeſſionis de Obſervantia, qui, ut dicebamus, vivebant in Ordine ſub immediata Generalis, & Provincialium obedientia, Minorumque Communitatem unà cum Poſſidentibus, ſive Conventualibus componebant. *Monui aliàs*,
* Anno 1458. num. 11.
inquit Annaliſta, * *B. Coletam multos tam Fratrum, quam Sororum reformaſſe Conventus, & in quibuſdam ultramontanis Provinciis plurimos fuiſſe etiam de Obſervantia nuncupatos, qui Generali, & Provincialibus Miniſtris parebant, neque cum aliis Obſervantibus, præſidio utentibus Bullarum Eugenii, & Callixti, & ſub Vicariis degebant, conjungi volebant.* Præter Coletanos, alios etiam Fratres, qui de Obſervantia, dicebantur, ſub iiſdem Miniſtris Generali, & Provincialibus vixiſſe à tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum, ſive ab initio Ordinis, ſatis ſuperque demonſtratum eſt. Quare ſi Annaliſta id intelligit, ut ejus verba attente perpenſa innuere videntur, verum quidem refert, ſecus, ſi ſolos Coletanos ſub Miniſtrorum cura eotunc vixiſſe velit; corrigendus eſt.

VII. Rebus in Ordine Fratrum Minorum ita ſe habentibus, Reges, & Principes, necnon Communitates, & Magiſtratus apud Romanos Pontifices inſtabant, ut quemadmodum ex Poſſidentibus quamplurimi ſeſe reformaverant, &, adbicatis redditibus, mirificè auxerant numerum Obſervantium, qui in ipſa Communitate ſub iiſdem Miniſtris ab Ordinis initio in eadem Regulæ profeſſione, & pura obſervantia perſeveraverant, ita & qui ſuperfuerant ex iiſdem Poſſidentibus ad eamdem vivendi formam, & Obſervantiam redigerentur, ſicque totius Communitatis una eſſet, eademque vivendi ratio. Commotus propterea Alexander VI., anno 1500. indixit Generale Capitulum Interamnæ celebrandum, ac duas dedit ad Patres Vocales Epiſtolas, in quibus opus reformationis ardentiſſimè commendavit. *Ex diverſis Mundi partibus*, ait in una, *& à multis Principibus magnæ ad nos afferuntur querelæ de inhoneſtate, infamique vita Fratrum Conventualium Ordinis Minorum, ita quod, niſi illam in melius commutent, cogamur pro paſtoralis officii Miniſterio deſuper opportunè providere, & eorum domos, ipſis expulſis, Fratribus ejuſdem Ordinis de Obſervantia nuncupatis tradere. Quapropter ne id cum magno veſtro dedecore, & jactura fiat, vos in Domino hortamur, ac paternè monemus, ut domos earum Provinciarum, maxime pro quibus Reges, & Communitates inſtant, omni diligentia reformetis. Pulſamur quotidie*, inquit in altera, *aſſiduis querelis quamplurium Principum, & Communitatum, inſtanter continue à nobis petentium, ut propter inhoneſtam vitam multorum fratrum Ordinis veſtri, & alienam penitus à Religione, quam ipſi in malum exemplum, & ſcandalum laicorum dehoneſtant, Conventus veſtros reformari mandaremus, & illos juxta inſtituta Fratrum de Obſervantia nuncupatorum ad regularem vitam eorumdem fratrum redigamus .... Vos itaque in Domino plurimum hortamur, & attentè requirimus, vobis nihilominus in virtute S. Obedientiæ mandantes, ut hujuſmodi reformationi Conventuum, ac domorum veſtrorum omni ſtudio intendatis, & in iſto Capitulo veſtro eadem de reformatione ritè cum effectu facienda determinetur, ac reformatores ad id idoneos, prudentia quoque, & doctrina præditos, ac Deum timentes, deligatis ad omnes Provincias veſtras deſtinandos, qui domos, & Conventus veſtros viſitent, & reforment &c.* Scripſerunt etiam huic Capitulo duo S. R. E. Cardinales, Antoniottus ſcilicet Pallavicini, & Ordinis Vice-protector, quorum primus dixit: *Adducimur ingenti cordis affectu ipſius Ordinis ferme collabentis opportunam inſtaurationem, & incrementa cupere, & pro-*

& procurare præſertim ut tot ſiniſtris, ac infamibus quæſtionibus per Populos, Reges, & Principes aures piiſſimas Apoſtolicæ Sedis, & noſtras in dies pulſantibus, & obſtrepentibus .... Quandoquidem Sancta Sedes ejuſmodi enormitates, ac impudentias cum ejus dedecore diu perferre nequibit, neque nos .... ſæcularium hominum inſtantias, & clamores undequaque contra vos confluentes arcere, vel retundere valebimus. Secundus verò ſic Vocales Patres allocutus eſt: *Durum eſt ulterius refellere, qui undique ad SS. D. N., & ad nos de vobis, & veſtra Conventualitate uberrimas querelas afferunt, quibus hactenus à ſpe tamdiù prædicatæ reformationis incaſſum reſtitiſſe deluſi cernimur: Quare ſi veſtri hujus Capituli univerſitas quidquam ſapit, abuſibus, corruptelis, ac veſaniis toto Orbe in Conventualium mores conſtrepentibus ita obſiſtatis, & obvietis, ut protegere vos in ejuſmodi vivendi modo non erubeſcamus.*

VIII. Pro harum Literarum executione, editæ fuerunt in eodem Capitulo Conſtitutiones Alexandrinæ, & Generalis Miniſter Ægidius Delphini, tunc electus, opus reformationis aſſumpſit, & varias Ordinis Provincias nudis pedibus peragrando, fere Conventus omnes in Gallia præſertim, & in Hiſpania reformavit, Miniſtros, alioſque tum Provinciarum, cum Conventuum Superiores vel ex Obſervantibus, vel ex Conventualibus reformatis elegit, maximamque Ordinis Communitatis partem ad obſervantiam reduxit, ita ut anno 1503., ut indigitavimus, in Conventu Trecenſi Generale Capitulum celebraverit, quod primum Reformatorum dictum fuit, quia *omnes principales Officiales in eo electi, fuerunt ex Reformatis obſervantiæ regularis*, ideſt, ex Conventualibus, qui, relictis privilegiis, Obſervantibus de Communitate ſeſe adjunxerant. Acceſſit ad hoc etiam zelus Julii II., cujus Literæ, ut tetigimus, in ipſo Trecenſi Congreſſu perlectæ fuerunt, in quibus præcipiebatur eadem Reformatio, pro qua ſtrictiores adhuc leges in Capitulo Generali Romæ ſub eodem Pontifice coacto anno 1506., editæ fuerunt, & per F. Raynaldum Gratiani, tunc in Generalem electum, promulgatæ. Juſſu ejuſdem Pontificis, Cardinalis Protectoris Ordinis, necnon Capituli, & Miniſtri Generalis ordinata fuere Statuta, ab eodem Julio II. ipſa approbante Papalia dicta, in quibus decernitur, ne in Capitulo Generali, & electione Generalis Miniſtri, Fratres Poſſidentes vocem habeant. *Nulluſque vocem ibidem habeat*, ita in hiſce Statutis, *niſi fuerit per congruum temporis ſpatium reformatus, & in reformatione, ſeu obſervantia regulari ſufficienter probatus*. At quamvis Romanorum Pontificum, Capitulorum, & Miniſtrorum Generalium opera Ordinis reformatio plurimum promoveretur, & obſervantia regularis jam fere ubique à fratribus in ſua puritate profiteretur, adhuc tamen aliqua eorum pars uſum reddituum, & poſſeſſionum retinebat. Quare Summus Pontifex Leo X., Julii II. Succeſſor, pro ſuo erga Minoriticum Ordinem affectu, eamdem Reformationem ſeriò cogitare cæpit, excitatus etiam precibus omnium ferè Chriſtianorum Principum, qui, datis ad eum literis, ipſam efflagitabant, ut ſic univerſos fratres Minores abſque differentia ulla in eadem obſervantia, & ſub uno Capite militare viderent. Indixit hac de cauſa Capitulum Generaliſſimum, Romæ in Conventu Aracæli anno 1517. celebrandum, & in ſuo Brevi, *Romanum Pontificem*, ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrenda, firmiter præcepit, ut Franciſcani omnes cujuſcumque Congregationis, & nominis ad ipſum convenirent, uti revera in Feſto Pentecoſtes anni prædicti convenerunt. Ante Miniſtri Generalis electionem, quatuor S.R.E. Cardinales, nomine Pontificis præſidentes, inſtiterunt, ut demptis peculiaribus Congregationibus, & nominibus, quibus earum Alumni inter ſe diſtinguebantur, omnes in unum ſub eodem Capite, & in eadem profeſſione, abſque ullo nominis diſcrimine coadunarentur. Acquieverunt omnes, præter Poſſidentes, qui proteſtati ſunt, malle ſe à cæteris ſeparari, quam unà cum privilegiis redditus, & poſſeſſiones

Digitized by Google

nes abdicare ; quapropter dimiſſi fuerunt , & facta ipſis facultate eligendi proprium Generalem , quem non Miniſtrum juxta S. Franciſci præſcriptum, ſed Magiſtrum appellari , & à Miniſtro Generali Ordinis confirmandum, Leo X. mandavit. Poſſidentibus dimiſſis, reliqui omnes Sancti Patris Franciſci elegerunt Succeſſorem, cui Prædeceſſorum ſigillum, *Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*, & auctoritatem ipſos etiam Poſſidentes, ſeu Conventuales viſitandi, idem Pontifex jure convenire decrevit. Siquidem F. Bonitus Combaſſon Sabaudus, Conventualis, in ſuo Opuſculo, cui titulus, *Vera dilucida explicatio præſentis ſtatus Seraphicæ Religionis*, impreſſo Lugduni anno 1628. *juxta exemplar Friburgi*, & ab univerſo Conventualium Ordine, ut habetur in fine ejuſdem, approbato, fatetur ingenuè, quod *Generalis Conventualium, cauſa diſpenſationis ſuper Regulam, vocatur Magiſter Generalis*.

IX. Ante electionem Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum lecta fuit Bulla Leonis X., quæ dicitur Unionis, & incipit, *Ite & vos*, in qua cum dicat Pontifex, ſe ad hanc unionem procurandam adactum fuiſſe *ab ardenti devotione*, qua *ab ætate tenera* erga Fratres Minores, eorumque Ordinem afficiebatur, poſtea addit: *Nec minus continuis Principum Chriſtianorum, præſertim chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum, Maximiliani Imperatoris electi, & Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum, ac Caroli Catholici Hiſpaniarum, Henrici VIII. Angliæ, & Emmanuelis Portugalliæ, & Algarbiorum, & Ludovici Hungariæ, & Bohemiæ, ac Sigiſmundi Poloniæ, necnon Criſtierni Datiæ Regum illuſtrium, necnon nonnullorum Principum aliorum, Ducum, Comitum, Populorum, & Communitatum piis provocamur ſupplicationibus, & precibus, quibus pro pacandis hujuſmodi diviſionibus in Ordine Divi Franciſci exortis, non ceſſant uſque hodie apud Nos poſtulare*. Poſt hæc ad diſpoſitionem deveniens, *Volumus*, inquit, *& ordinamus, prout in dicta Regula Beati Franciſci continetur, unum Miniſtrum Generalem totius Ordinis de cætero omnibus, & ſingulis fratribus ejuſdem Ordinis, cum plenaria poteſtate, quæ ex Regula ſibi competit, præfici, cui omnes, & ſinguli prædicti fratres in omnibus, quæ non ſunt contra Deum, animam ſuam, & Regulam, firmiter teneantur obedire .... Et ne caput à ſuis membris difforme appareat, volumus, & etiam ordinamus, quod nullus frater poſſit eligi in Miniſtrum Generalem, niſi vitam ducat reformatam, & pro reformato à Communitate habeatur. In præfata verò electione Miniſtri Generalis nullus penitus vocem habeat, niſi reformatus, & pro reformato à Congregatione reformatorum habeatur.... Præterea, quia de reformatis, ac pure & ſimpliciter Regulam Beati Franciſci hujuſmodi Obſervantibus, ſæpius in præcedentibus, & ſequentibus mentio habetur, volumus, & declaramus, ſub nomine reformatorum, ac purè & ſimpliciter Regulam B. Franciſci hujuſmodi obſervantium, comprehendi omnes, & ſingulos infraſcriptos, videlicet, Obſervantes tam de Familia, quam Reformatos ſub Miniſtris, ac Fratris Amadei, de Collectanis, Clarenis, de Sancto Evangelio, ſeu de Caputio, ac Diſcalceatos nuncupatos, aut alios ſimiles, quocumque alio nomine nuncupentur, & Regulam ipſam B. Franciſci purè, & ſimpliciter obſervant, ex quibus omnibus ſupradictis unum corpus inſimul facientes, eoſdem ad invicem perpetuò unimus. Itaque de cætero, omiſſa diverſitate nominum prædictorum, fratres Minores S. Franciſci Regularis Obſervantiæ vel ſimul, vel disjunctivè nuncupentur, & nuncupari poſſint, & debeant: Omneſque, & ſingulos, ut præfertur, unitos, Generali Miniſtro prædicto, ac Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus, in quorum Provinciis, & Cuſtodiis reſpectivè morantur, in omnibus, & per omnia ſecundum Regulam ſubjici debeant. Conventuales verò ſecundum privilegia viventes, quomodò eiſdem Miniſtris Generalibus, & Provincialibus ſubjici, & obedire debeant, per alias noſtras deſuper edendas Literas declarabimus.... Et nihilominus dictis fratribus Conventualibus, necnon quibuſvis judicibus, ac aliis quibuſcumque, ne quicquam con-*

contra hujuſmodi noſtram declarationem, inſtitutionem, innovationem, unionem, & incorporationem in judicio, vel extra attentare, procurare, judicare, pronuntiare, etſi eis per Nos commiſſum exiſtat, ſeu in futurum committatur, præſumant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis beneficiorum, quæ obtinent, ac etiam inhabilitationis ad alia in poſterum obtinenda, eo ipſo incurrenda, inhibemus, præcipimus, & mandamus. In alia verò ſua Bulla incipiente, *Omnipotens Deus*, hæc habet: *Præfati Antonii Magiſtri Generalis Fratrum Conventualium Succeſſores, ab eiſdem fratribus Conventualibus pro tempore electi, confirmationem ab eodem Miniſtro Generali, & Succeſſoribus ſuis Miniſtris Generalibus totius Ordinis, quemadmodum Vicarii Generales tunc de Familia nuncupati petere tenebantur, petere teneantur, ac Magiſter nunc, & pro tempore electus ad regimen fratrum Conventualium S. Franciſci, juxta dictam noſtram ordinationem, Magiſter Generalis Fratrum Conventualium in perpetuum appellari debeat. In ſingulis Provinciis deputati ad regimen fratrum Conventualium, de cætero Magiſtri Provinciales fratrum Conventualium cum ſuis ſigillis vocari, & à Miniſtris Provincialibus Regularis Obſervantiæ in Provinciis, juxta morem dicti Ordinis, reſpective pro tempore exiſtentibus, confirmationem electionum de eis pro tempore factarum eo modo, quo Vicarii Provinciales olim de Familia nuncupati, à tunc Miniſtris Provinciarum Fratrum petere tenebantur, etiam petere teneantur .... Ipſe Miniſter eoſdem fratres Conventuales paternè viſitare, ipſique fratres Conventuales eumdem Miniſtrum Generalem, tamquam totius dicti Ordinis Superiorem, omni cum charitate, & dilectione recipere debeant .... Volumus, & etiam ſtatuimus, quod inter eos talis ordo ſervetur, videlicet, quod in Proceſſionibus, & funeralibus, atque exequiis, necnon in omnibus aliis actibus publicis, fratres Conventuales fratribus Regularis Obſervantiæ locum digniorem relinquere teneantur*. Hoc ipſum repetit etiam, & confirmat in alio ſuo Diplomate, *Licet aliàs*, & in altero, *Celebrato nuper*, in quo hæc leguntur: *Celebrato nuper auctoritate noſtra Capitulo Generaliſſimo omnium fratrum Ordinis B. Franciſci in domo de Aracæli de Urbe, dicti Ordinis, ad humiles, & inſtantiſſimas Regum, & Principum Chriſtianorum preces, unum fratrem Regularis Obſervantiæ in Miniſtrum Generalem totius dicti Ordinis per fratres Regulam obſervantes eligi præcepimus, & mandavimus; ad cujus electionem cum deſideraremus fratres Conventuales dicti Ordinis convenire, ſuaſimus eiſdem fratribus Conventualibus, ut, dimiſſis proprietatibus, poſſeſſionibus, & aliis directè contra præcepta dictæ Regulæ militantibus, ad electionem hujuſmodi Miniſtri celebrandam, ſicut & cæteri fratres Reformati, accederent. Quibus dictam noſtram oblationem conſtanter refellentibus &c.* Ex quo aſſerat hic Leo X., poſſeſſiones, & alia directe militare contra præcepta Regulæ Fratrum Minorum, nemo non videt quam irrationabiliter contrarium ſcribat Anonymus Conventualis, alibi etiam commemoratus, in ſuis ad nos Epiſtolis Apologeticis, Patavii impreſſis. Nec reponat quis, loqui Leonem de proprietate, vel dominio rerum immobilium, non vero de uſu, quem ſolummodo ex Regula Minoritis licitum affirmat Anonymus ipſe, quia tempore Leonis X. Fratres Minores aliqui, ideſt Conventuales, ſolum habebant poſſeſſionum uſum abſque dominio, quod nonniſi a Concilio Tridentino eis conceſſum fuiſſe ſcimus.

X. Quam rectè ſe geſſerit, quamque juſtus fuerit in hiſce ſuis definitionibus, & declarationibus Summus Pontifex Leo X., ex hactenus dictis evidenter colligitur, & confirmatur etiam à laudato P. Bonito Combaſſon in ſuo præcitato Opuſculo, ubi ait: *Hanc habet præclarus Ordo Seraphicus à Deo benedictionem, quod nunquam defecerint in eo veri Iſraelitæ, Regulæ ſanctæ zelatores, qui diſſolutionibus, & relaxationibus pro domo Dei ſe opponerent*. Reſpexit enim Pontifex ad Obſervantes, qui nunquam in Ordine defuerunt, & poſt Martini V. ætatem unà cum Poſſidentibus ejus componebant Communi-

munitatem, ac in ipſa ſub iiſdem Miniſtris Generalibus, & Provincialibus, a principio Ordinis ad annum uſque 1517. puram, & exactam S. Franciſci Regulam profeſſi fuerant, ipſos etiam Poſſidentes, ſeu Conventuales, ex dictis, reformantes, quorum tot ac tantos ad ejus reduxerant profeſſionem, ut numerus Obſervantium ſub Miniſtris mirificè auctus eſſet, & in multis Provinciis prævaleret. Imò Romanorum Pontificum Leonis X. Prædeceſſorum, necnon Capitulorum, & Miniſtrorum Generalium opera, & zelo fere omnes Poſſidentes, præſertim extra Italiam, ſeſe reformaverant, &, relictis privilegiis, ad Regularem Obſervantiam ſub Miniſtris redierant, quod omnes omninò feciſſent, niſi ſub eodem Leone X. Lutherana peſtis Eccleſiam perturbaſſet. *Hac via Ordo Seraphicus non diu poſt ubique fuiſſet reformatus, & omnes ambulaſſent unius moris in Domo Dei, maximè in Germania, niſi interveniſſet poſt paucos annos ibidem peſtilentiſſima illa Martini Lutheri hæreſis, totam Germaniam conturbans, & inficiens*. Ita legitur pagina prima Codicis Manuſcripti, cui titulus, *Memorabilia rerum Ordinis Seraphici geſtarum in Provincia Coloniæ, Saxoniæ &c.*, qui extat in Archivo S. Iſidori Urbis, Arm. 5. num. 28. Qui igitur, poſſeſſionibus abdicatis, puram amplexati fuerant Regulæ S. Franciſci profeſſionem, appellat Pontifex Reformatos ſub Miniſtris, quia cum magna eorum pars, ut alibi quoque dictum eſt, conſtaret ex illis, qui, Principibus reclamantibus, Pontificibus præcipientibus, & Generalibus Miniſtris procurantibus, redditus, & privilegia dimiſerant, & ad puram ejuſdem Regulæ profeſſionem reverſi fuerant, Reformati dicuntur, ut advertit etiam pluries laudatus Auctor Operis, *Firmamenta trium Ordinum*, dicens: *Juxta modum ipſorum Fratrum antiquioris Obſervantiæ, quibus & nunc ab aliquibus additum eſt nomen reformationis, eo quod ipſi in dies alios Conventuales ad verum reformant*. Et Sane, non omnes Obſervantes ſub Miniſtris, & de Communitate Ordinis fuerunt ex Poſſidentibus reformatis; quia in eadem Communitate plurimi erant ex illis, qui, haud recepta Concilii Conſtantienſis facultate ſibi Vicarios eligendi, ſub cura Miniſtrorum remanſerunt, & Regulam purius obſervantes, obſervantiam à principio Ordinis inchoatam ſemper continuarunt. Hi ſunt fratres de Obſervantia, qui diſtincti ab aliis de Familia ſub Vicariis vivere ſolitis, non ſecus ac Conventuales, ut audivimus, Generali duntaxat ſubditi fuerunt, plures in ipſa Communitate habuerunt Miniſtros, & Cuſtodes ſuper ipſos Conventuales, quos paulatim, & pacificè reformarunt, & numerum ſuum in dies adeo auxerunt, ut in Generali Capitulo Trecenſi nonniſi ex iſtis ad majora Ordinis munia electi fuerint. Ad hos, inquam, Leo X. reſpexit, tamquam ad nobiliorem Communitatis Ordinis partem, quæ nunquam redditibus, & privilegiis paupertatis relaxativis contaminata, à S. Inſtitutore Franciſco uſque ad ipſum Leonem X. integram, & illibatam Regulæ profeſſionem ſub immediata Miniſtrorum cura, & obedientia conſervarat, atque huic adjunxit reliquas omnes Congregationes, eamdem Regulam purè profitentes, & variis nominibus diſtinctas. Si quis autem adhuc objicere velit Conventuales partem habuiſſe in electione Miniſtri Generalis ante Leonem X., ſub iſtius regimine, & obedientia vixiſſe, atque ex eis quandoque ipſum Miniſtrum aſſumptum fuiſſe, *reſpondeo*, ut verbis utar Auctoris *Orbis Seraphici*, * *ad Conventuales tunc non fuiſſe reſtrictum Generalatum, cum in Ordinis Communitate, ut ſæpius probavimus, non ſoli viverent diſpenſati, ſed ultra perplurimos indifferenter in ipſa commixtos, qui privilegia nunquam admiſerunt, etiam integri Conventus, & principaliter Amadei, Clareni, Caletani, aliæque Reformatæ Congregationes ad apicem Regulæ in ipſa Communitate, & ſub Miniſtro Generali viventes, imo & Obſervantes ipſi continerentur; unde nihil exinde concluditur ad propoſitum*. Hac ideo de cauſa Leo X. in præcitata Bulla, *Licet aliàs*, apertiſſimè fatetur, *quod ipſi fratres de Obſervantia, & Reformati, veri & indubitati fratres Ordinis B. Franciſci, et ejus*

* Tom. 1. lib. 6. cap. 16. § 4. pag. 244. col. 1.

& ejus Regulæ obſervatores ſemper fuerint, ac divina favente gratia ſint futuri, ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum uſque ad præſens; ac ſub ipſius B. Franciſci Regula militaverint, & etiam ad præſens militent, ſicque in omnibus, concludit, *teneri, & obſervari, ac dici debere decernimus, ac mandamus.*

XI. Huic rationi idem Pontifex innixus in Bulla, *Ite & vos*, ita decrevit: *Præcipimus firmiter, & mandamus ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, à qua nullus, præterquam in mortis articulo, niſi à Nobis, aut à Sede Apoſtolica poſſit abſolvi, ne aliquis frater Ordinis S. Franciſci appellet alium fratrem ejuſdem Ordinis malitiosè, irrisoriè, ſeu improbrosè Privilegiatum, Collectaneum, Bulliſtam, Amadeiſtam, Clarenum, de Evangelio, ſeu de Caputio, Bigotum, aut alio quovis nomine, etiam de novo repertum, ſeu forte in futurum, occaſione priorum diviſionum ipſius Ordinis, vel hujus noſtræ ſanctæ inſtitutionis, & unionis, Spiritus Sancti gratia compoſitæ, à quocumque imponendo, ſeu alio quovis irriſorio, ſeu improperioſo nomine, aut quod pro improperioſo à patientibus habeatur: Necnon omnibus, tam Clericis, quam Laicis ne fratres hujuſmodi, aut eorum fautores præfatis nominibus irriſoriè, ſeu malitioſè appellent; ſed omnes fratres ipſius Ordinis, fratres Minores, ut præfertur, ſeu S. Franciſci à ſeipſis, & omnibus aliis nominentur.* Hinc in aliis ſuis Diplomatibus, poſt hæc emanatis, idem Leo Ordinem à ſe unitum, Ordinem fratrum Minorum ſimpliciter appellat, ſicuti Minores abſolute dicit ipſius fratres, ejuſque Generalem Superiorem vel titulo Miniſtri totius Ordinis diſtinguit, vel Miniſtrum Generalem vocat Ordinis Minorum, ſive Ordinis S. Franciſci, quod titulo æquivalet Miniſtri totius Ordinis. Siquidem Bullam, *Quia nuper*, datam 10. Februarii anni 1519., dirigit *Dilectis filiis Generali, ac univerſis Provincialibus Miniſtris fratrum Minorum S. Franciſci*. In altera ejuſdem anni, edita die ultima Octobris, inquit: *Accepimus nuper, quod alias poſtquam per Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum, in Domo S. Bonaventuræ Lugdunen. dicti Ordinis celebratum, in quo dilectus filius noſter Chriſtophorus titulo S. Mariæ de Aracæli Presbyter Cardinalis, & Commiſſarius ad id Apoſtolica auctoritate deputatus, & Miniſter Generalis totius dicti Ordinis præſidebat*: Alteri verò editæ 21. Februarii 1520. hunc titulum præfigit: *Franciſco Lycheto Sacræ Theologiæ Profeſſori, & totius Ordinis Minorum Generali Miniſtro*; ac poſtea immediatè incipit, & proſequitur: *Cum ſicut accepimus, tu, qui totius Ordinis Minorum Miniſter Generalis exiſtis &c.* Idipſum repetit etiam in alia Bulla, *Exponi nobis*, data eidem *Franciſco Lycheto Miniſtro Generali Ordinis Minorum*, 19. Julii 1520.: Ac tandem in altera anni ſequentis 1521. die 20. Januarii inquit: *Revertens in Orientem, atque ad Hieroſolymæ partes dilectus filius Ludovicus Heningus Prutenus, Ordinis Minorum &c.* Has Leonis X. determinationes, & declarationes alii ratas habuere Pontifices, qui Obſervantium Generali una cum aliis Ordinum Mendicantium Superioribus locum in Cappella Pontificia conceſſerunt. Ratas habuerunt etiam confirmando Sacræ Congregationis Decreta, quibus contra prætendentes, ipſum titulo *Miniſtri Generalis totius Ordinis fratrum Minorum* uti non debere, pluries definitum fuit, hunc titulum ipſi legitimè convenire, & ſilentium impoſitum adverſariis. Ratas habuerunt Leonis determinationes etiam Reges, & Populi, qui ipſum agnoſcunt, & venerantur tamquam verum legitimumque S. Franciſci Succeſſorem, ac totius Ordinis ab eo inſtituti Superiorem & Generalem Miniſtrum, non ex gratia, & privilegio, ut aliqui vendunt, ſed ex juſtitia & ratione, utpotequi illis præſideat, & ab illis eligatur Fratribus, qui *à tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum uſque ad præſens*, in ipſa Ordinis Communitate perſeverarunt, & ante Leonem X. eligebant ejuſdem Communitatis Superiores, etiam Generales.

XII. Leoni X. alii concinunt Succeſſores ejus Romani Pontifices vel in

in Literis reſpectivis, vel in aliis monumentis. Adrianus VI. in Bulla *Romani Pontificis providentia*, emanata anno 1523., *Exponitur*, inquit, *pro parte dilecti filii Franciſci de Angelis Miniſtri Generalis Ordinis Minorum, quod &c.* ac ſimilia habet etiam in alia apud VVaddingum.* Clemens VII. pluribus in locis eodem ſe exprimit modo, ut in Bulla, *Dudum ſiquidem*, edita anno 1526., quam ſcribit *Dilecto Filio Franciſco Angelorum, totius Ordinis Minorum Generali Miniſtro*: In alia, *Etſi ſatis noverimus*, anno 1527. data ſimiliter *F. Franciſco Angelorum, Ordinis S. Franciſci Miniſtro Generali*: In altera, *Cum nuper*, ſcripta anno 1528. *Dilecto filio Antonio de Calcena, totius Ordinis Minorum Generali Vicario*: Ac in alia, *Accepimus*, anno 1530. directa *Dilecto filio Paulo de Parma, Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum*, in qua ſubinde proſequitur: *Accepimus, quod alias poſtquam felicis recordationis Leo Papa X., Prædeceſſor noſter, per ſuas Literas mandavit, ut quolibet triennio in Feſto Pentecoſtes Miniſter Generalis Fratrum Minorum Capitulum Generale dicti Ordinis celebrare &c.* Tandem in Bulla, *Salvatoris noſtri*, exarata eodem anno 1530., eamdem adhibet phraſim dicens: *Sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Bonaventuræ Dubien., Ordinis fratrum Minorum Profeſſoris, petitio continebat*; ac in alia 1533. *Cum ſicut accepimus*, data *Dilecto filio F. Leonardo Publicio, totius Ordinis Minorum Generali Vicario*. Paulus III. anno 1539. Bullam, *Cupientes*, ſic prætitulat: *Dilecto filio Vincentio Lunello, totius Ordinis Minorum Generali Miniſtro*, quem titulum præponit etiam alteri, *Cum tuus Ordo*, datæ eidem Lunello anno ſequenti 1540. Pius IV. anno 1564., uti legitur in ejus Brevi edito die 6. Maii Pontificatus anno 5., & relato à Continuatore Annalium Ordinis Minorum,* Protectorem inſtituens totius Seraphici Ordinis S. Carolum Borromæum, ſic eum alloquitur: *Te, ex cujus protectione ob tuas eximias virtutes Ordinem hujuſmodi plurimum commodi, et ornamenti ſuſcepturum eſſe confidimus, præfati Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia.... apud Nos, et Sedem prædictam Protectorem facimus, et deputamus*. Ubi notatu digna ſunt verba illa, *Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia*; nam cum ad annum uſque 1580. unus fuerit, idemque Obſervantium, & Conventualium Cardinalis Protector, fatentibus etiam Toſſiniano, Boverio, & aliis, exprimens Pius IV. ſolum Obſervantium Ordinem, ſatis indigitat, ſe hunc habuiſſe pro univerſo Minorum Ordine, ac ſub uno illius nomine univerſam S. Franciſci Religionem intellexiſſe. Urbanus VIII. anno 1638., *Aliàs ad Nos*, ſic de Obſervantibus loquitur: *Ad quæ extra Regnum Franciæ peragenda cogebantur dilecti filii fratres Ordinis S. Franciſci Regni prædicti &c.* Anno 1639., *Inter cæteras*, iterum de ipſis loquens, abſolutè inquit: *Cum itaque ſicut accepimus in Ordine fratrum Minorum S. Franciſci, introductus fuerit etc.* Et eodem anno, *Oneroſa paſtoralis*, iterum ait: *Deficientibus in Definitoriis omnium Provinciarum Ultramontanæ Familiæ Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci, qui Miniſtro Generali ejuſdem Ordinis ſubjiciuntur etc.* Alexander VII. anno 1659. eadem utitur formula, dicens: *Cum ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Michael Angelus à Sambuca, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Miniſter Generalis, in Capitulo ejuſdem Ordinis noviſſime Toleti celebrato &c*; Innocentius XI. Bulla, *Ad ea*, anno 1686. inquit: *Omnibus, & ſingulis obedientiæ, ſeu directioni Miniſtri Generalis FF. Minorum S. Franciſci nunc, & pro tempore ſubjectis &c.* Innocentius XII. anno 1693. de ipſis pariter verba faciens in Bulla, *Chriſti fidelium*, ſic ſe exprimit: *Cum aliqui, ex quibus in Ordine Minorum graves &c.* Innocentius XIII., qui anno 1723. præſedit Capitulo Generali eorumdem Obſervantium, Romæ celebrato, in oratione ad Vocales ante electionem Generalis habita, ſic eos alloquitur: *Dilecti filii. Ubi primum ſupremam Apoſtolatus Cathedram, licet immerentes, conſcendimus, inter multiplices paſtoralis officii ſolicitudines, ad veſtrum Seraphicum Ordi-*

* Anno 1523. num. 12.

* Tom. 19. pag. 441. num. 2.

Digitized by Google

Ordinem ſtudia noſtra convertenda eſſe duximus .... exemplo noſtrorum & ſanguine, & dignitate Majorum hoc Capitulum ſub oculis noſtris celebrandum indiximus; fore ſperantes, ut ſicut in hujuſmodi Comitiis, jam quinto ab hinc ſæculo coactis, quæ in eamdem hanc hodiernæ diei celebritatem inciderunt, præſidente felicis recordationis Gregorio IX., & alterius coram felicis recordationis Alexandro IV. habitis, conſpicuæ virtutis Albertus à Piſis, eximiuſque Eccleſiæ Doctor Bonaventura Balneoregienſis, Generales Moderatores Ordinis electi fuerunt, ita in hoc Capitulo coram Nobis celebrato, qui meritis quamquam impares, illorum ſumus & ſanguine, & ſede Succeſſores, pari virtute præditum virum Ordo veſter, et Eccleſia electum eſſe gratuletur. Nemo hìc non videt, fateri Pontificem, Ordinem Obſervantium, quorum Comitiis præſidebat, eſſe illum ipſum, qui florebat temporibus Gregorii IX., & Alexandri IV., quique Miniſtros habuit Generales Albertum Piſanum, & Seraphicum Bonaventuram. In Decreto verò electionis, coram ipſo lecto, & publicato, hæc habentur: *Jubente Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Innocentio XIII., præſidente in hoc Capitulo Generali totius Ordinis fratrum Minorum hodie celebrato, aſſiſtentibus S. R. E. Cardinalibus Paulutio Epiſcopo Albanenſi, Congregationis Epiſcoporum, et Regularium Præfecto, Corſino ejuſdem Ordinis apud S. Sedem Protectore, Spinola S. Agnetis nuncupato, Secretario Status, et de Comitibus Sanctiſſimi Domini noſtri ſecundum carnem Germano Fratre, ſpecialiter à Sanctitate ſua Diſquiſitoribus electis, promulgatur electio Miniſtri Generalis ut infra: Hæc eſt electio Miniſtri Generalis totius Ordinis S. Franciſci canonicè celebrata etc.* Benedictus XIII. in Conſtitutione, *Dilecti filii*, directa *Dilectis filiis Miniſtro Generali totius Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci* (Obſervantium nimirum) *necnon Generali Miniſtro fratrum Conventualium ejuſdem Ordinis*, idipſum apertiſſimè declaravit, & mirificè confirmavit, tum etiam facultatem fecit Obſervantibus erigendi in Vaticana Baſilica *Statuam marmoream Seraphici Patriarchæ S. Franciſci, ſui Ordinis Fundatoris, cum forma et figura habitus ab ipſis Patribus de Obſervantia deferri ſolita, quaque univerſus Ordo, prout nobis conſtat ex authenticis documentis, à ſuæ Inſtitutionis primordio uſus eſt*, ut idem ait amantiſſimus Pontifex in ſuo ſpeciali Reſcripto, cujus vigore anno 1725. Statua ipſa in Vaticano collocata fuit cum hac inſcriptione: *Fundatori ſuo Ordo Minorum erexit.*

XIII. Benedictus XIV. Bulla, *Cum ſicut Nobis*, indulgens Generali Miniſtro, F. Cajetano de Laurino, ut per duas vices in ſingulis Provinciis Ordinis eligere poſſet Provinciales, Definitores, & alios, ipſum appellat Miniſtrum Generalem Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci abſque ullo adjecto, dicens: *Cum ſicut Nobis nuper exponi feciſti, in Capitulis Provincialibus Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci, cujus tu Miniſter Generalis exiſtis &c.* Idem Pontifex in allocutione, quam habuit ad Fratres, Romæ anno 1750. congregatos in Comitiis Generalibus, quorum ipſe Præſes fuit, inquit: *Dum Generali Conventui veſtro præſidemus, ſingulari afficimur gaudio, quod etiam magis augetur ob pietatem in Ordinem S. Franciſci*; atque hinc addit: *Poſt hæc idem Pontifex* (Clemens XI.) *Fidei Promotoris munus gerendum Nobis impertivit, quod per plures annos exercentes, inter Sanctos, non ſine magno labore, conatuque noſtro adnumerari lætati ſumus tres ex Familia veſtra, Jacobum Picenum, Franciſcum Solanum, & Margaritam Cortonenſem; quinque verò inter Beatos referri, videlicet, Joannem de Prado, Salvatorem ab Horta, Liberatum à Lauro, Andream de Comitibus, & Hyacintham Mareſcotti. Poſtremo, licet immerentes, ad Summum Pontificatum evecti, Nos ipſi Petrum Regalatum ſolemni ritu Sanctum declaravimus, & Benedictum à S. Philadelphio, Pacificum à Ceredano, Coletam, & Joannam Valeſiam in Beatorum numerum cooptavimus.* Hæc Benedictus XIV., Pontifex vere Maximus, qui, ut neminem latet, Obſervantium Ordinem illum eſſe ait, in quo Sancti, & Beati ab ipſo recenſiti florue-

S

floruerunt, & idcircò Minorum Ordinem à S. Franciſco inſtitutum, quod adhuc validius confirmat in Decreto ante electionem perlecto, & in ejuſdem electionis publicatione. Siquidem Decretum ſic ſe habet: *In præſenti Generali Capitulo ſub præſidentia Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Benedicti Papæ XIV. cum mox ſcrutinium ſit celebrandum pro electione Miniſtri Generalis Ordinis S. Franciſci &c.* Publicatio verò electionis hiſce terminis concipitur: *Jubente Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Benedicto XIV., præſente, & Præſidente in hoc Capitulo Generali totius Ordinis fratrum Minorum hodie celebrato &c. Hæc eſt electio Miniſtri Generalis totius Ordinis S. Franciſci canonicè celebrata &c.* Eodem anno 1750. inſtituens Commiſſarium Viſitatorem Ordinis fratrem Joannetium de Molina, Bullam edidit, *In ſpecula*, directam eidem, quem ſic affatur: *Cum, ſicut accepimus, tu ad demandatum tibi à Capitulo Generali Ordinis fratrum Minorum S. Franciſci Miniſtri Generalis munus &c.* His omnibus citra dubium ponit Benedictus, Obſervantium Communitatem eſſe Ordinem Minorum, ejus verò Superiorem ejuſdem Generalem Miniſtrum. Sed rem clarius elucidat, roboratque firmiùs in nova Martyrologii Romani editione, juſſu & auctoritate ſua facta, in qua voluit, & ordinavit, quod Sancti, qui ex Obſervantibus tam ante, quam poſt Leonem X. ad Cælos evolarunt, hoc unico exprimerentur titulo, *Ordinis Minorum*, non ſecus ac illi, qui vel ſub naſcentis Ordinis initiis, vel ante Concilium Conſtantienſe in eodem vixerunt, ut ſic omnes iterum doceret, Ordinem Obſervantium eſſe illum ipſum, cui S. Franciſcus Regulam, Sancti verò Antonius Patavinus, Bonaventura, & alii nomen dedere. Hoc ipſum ſervandum juſſit etiam in Martyrologio ad calcem Romani pro Obſervantibus oppoſito, in quo Sancti omnes, & Beati tum vetuſti, cum recentes, *Ordinis Minorum* ſimpliciter enunciantur; ac ipſum pro Obſervantibus Martyrologium cæteris præponitur aliarum Minoritarum Congregationum Martyrologiis, & ſine ullo adjecto abſolutè prætitulatur, *Martyrologium Ordinis Minorum*, ut ſemper intelligamus, Obſervantes eſſe fratres Minores, qui à Seraphico Patriarcha Franciſco inſtituti ad noſtra uſque tempora, ſine ulla interruptione, ſeu diviſione perſeverarunt.

XIV. Eamdem veritatem aperit, & confirmat etiam Summus Pontifex Clemens VIII. in Bulla, *Paſtoralis officii*, in qua inquit: *Cum verò ex bonis, & commodis ſpiritualibus Ordinis Mendicantium ea longè lateque pateant, ſemperque patuerint, quæ à Sacro Ordine fratrum Minorum de Obſervantia, ab ipſis fundatæ Religionis initiis, in omnes Chriſtianas Provincias profluxerunt.* Ante Clementem VIII. idem faſſus eſt etiam Gregorius XIII. in ſua Conſtitutione, *Paſtoris æterni*, in qua S. Bonaventuram Profeſſorem Ordinis fratrum Minorum de Obſervantia ſic appellat: *Per S. Bonaventuram, tunc in humanis agentem, & Ordinis fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum Profeſſorem &c.* Si enim Seraphicus Doctor fuit ex Minoribus de Obſervantia, iſti profectò ſunt illi, qui eò tunc Ordinem S. Franciſci conſtituebant, quique nunquam defuerunt, quia, *Nulla unquam privilegia Regulæ relaxativa*, ut ſcribit Marchant, * *fuerunt recepta à corpore toto Ordinis. Hæc concluſio*, ſequitur idem, *manifeſta eſt ex decurſu Capitulorum omnium Generalium à tempore S. Franciſci, in quibus ſemper contra privilegia relaxativa concluſum fuit*; & quidem opera Superiorum, & Sanctorum Fratrum, quorum Deus contra inſurgentes abuſus zelum opportunè excitavit, quemadmodum in præcitata Bulla, *Ite & vos*, Leo X. ſub vineæ parabola ſic Minorum Ordinem egregiè deſcribit: *Ad hanc vineam excolendam primo mane, oriente jam Sole, miſit ipſe Paterfamilias Angelum illum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei vivi, Beatum Franciſcum, qui, comitantibus miræ ſanctitatis viris, primæ vitis hujus jaceret fundamenta. His ſucceſſerunt viri religioſi, qui, duce B. Bonaventura, muros hujus vineæ, jam utrinque ruinam minantes, hora tertia, Trinita-*

* Expoſit. in Regul. q. 7. proœmial.

nitatis Sanctæ virtute, & adjutorio reparaverunt. Poſt hos, veluti hora ſexta, prodierunt ſpiritu ferventes nonnulli, qui à ſacro Viennenſi Concilio, tamquam à Deo miſſi, & confirmati, enervatam penè diſciplinæ cenſuram ad ſua principia revocarunt. Hora verò nona, moriente Domino ſuo, ſurgentibus in dies malis, & ſcandaloſis hujus vineæ agricolis, ſuſcitavit ſpiritum adoleſcentis paucorum videlicet fratrum, qui, ſignifero Nominis Jeſu Bernardino Duce, & Præſide, ſacri Concilii Conſtantienſis freti præſidiis, languentem, imò penè mortuum, per Orbem univerſum, Ordinem vivificarunt. Noviſſimè vero diebus iſtis, quaſi hora ultima, apparuerunt viri alii, qui zelantes pro domo Iſrael, ſacciderunt lucos, & demoliti ſunt delubra, ac ubi abundabat peccatum, adjuvante Domino, curaverunt per introductam reformationis normam, ut ſuperabundaret & gratia.

ANI-

ANIMADVERSIO V.

Regulæ S. Franciſci Profeſſores ante Concilium Conſtantienſe, & Eugenium IV. Fratres Minores ſimpliciter, abſque ullo adjecto, appellati fuerunt.

I. SEraphicum Patriarcham Fratres ſuos ex humilitate Minores denominare voluiſſe adeò certum eſt, ut probatione non indigeat. Scribens enim Regulam, hunc ei titulum præfixit: *Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt*, quæ verba declarans S. Bonaventura, * *ſic dictorum abſolute*, inquit, *ut de nullo dignitatis gradu contendentes, nec ſibi nomen honoris alicujus uſurpantes, omnibus ſe humilitatis amore, ſalvo Dei honore, ſubjiciant, ad nullam temporalem magnitudinem, ut pauperrimi, humillimi, & puriſſimi aſpirantes*. Etiam Honorius III. eamdem Regulam confirmans, Bullam dirigit *Dilectiis filiis F. Franciſco, & aliis fratribus de Ordine fratrum Minorum*, & ſic abſolute, & ſimpliciter, ideſt fratres Minores abſque ulla additione, ipſius Regulæ Profeſſores ab omnibus vocati fuerunt per duo circiter ſæcula ab Ordinis inſtitutione. Simplici enim huic denominationi adjectum aliquod non ab aliis prius ritè factum eſt, quam à Concilio Conſtantienſi, & ab Eugenio IV. ob rationes in præcedentibus allatas, & in hac ipſa Animadverſione inferius afferendas. Hæc cum ita ſint, audiendi non ſunt, qui garriunt, & ſcribunt, fratres Minores ab Innocentio IV. Bulla, *Cum tamquam veri*, dictos fuiſſe Conventuales, ſive hunc Pontificem Minorum titulo Conventualium agnomen addidiſſe, quemadmodum ſcribit inter alios Petrus Rodulphus à Toſſiniano Conventualis, ex quo plurimi errorem hauſerunt. Etenim aſſerit iſte, Innocentium IV. fratribus Minoribus Conventualium nomen anno 1212. ad preces, & inſtantias B. Franciſci tribuiſſe, quod inter alios fideliter traduxit Auctor Manualis, editi anno 1637. juſſu Patris Joannis Baptiſtæ Berardicelli, Conventualium Generalis, pro Novitiorum eruditione. *Habetur Bulla Innocentii*, ſcribit Rodulphus, * *in Sacro Conventu Aſſiſii, cujus tenor eſt: Tranſumptum Bullæ Innocentii IV., per quam ad ſupplicationem B. Patris noſtri Franciſci fratres Minores appellati fuerunt Conventuales*; atque hæc ſcribit cum prius dixiſſet: *Conventuales ergo B. Franciſci Primogeniti ab ipſis quaſi ſurgentis Religionis exordiis anno 1212. per annos ducentos, & amplius ab Innocentio hujus nominis IV. ſic appellati, & auctoritate Apoſtolica muniti. Statuit enim Pontifex, ut ubicumque Conventus, & Eccleſiæ fratrum Minorum extiterint, Conventuales vocarentur, quod nomen hodie quoque à nobis retinetur*. At quis non videt pugnantia, ridicula, & falſa hìc Rodulphum conſarcinare quamplurima? In primis enormem committit anacroniſmum, inquiendo, S. Franciſcum anno 1212. ab Innocentio IV. impetraſſe, ut fratres ſui denominarentur Conventuales, cum hoc anno Pontificatum gereret Innocentius III., & hujus nominis quartus ad eum aſſumptus non fuerit, niſi anno 1243., nempe triginta tribus annis poſt prætenſam conceſſionem, ſexdecim elapſis a S. Franciſci tranſitu, & laudatam Bullam, quæ revera eſt Innocentii IV., hic non ediderit, niſi Nonis Aprilis Pontificatus ſui anno ſeptimo, qui fuit 1250. Deinde falſa profert, & pugnantia, ſcribendo, Innocentium IV., ex quo decreverit Minorum Eccleſias vocari, & eſſe Conventuales, hoc ipſum nomen fratribus ejuſdem Ordinis tribuiſſe, quaſi loca & ſaxa pro hominibus accepiſſet. Et re quidem vera, ſancivit Innocentius, quod ubicumque exiſterent Minorum Eccleſiæ, Conventuales, ideſt Collegiatæ, vocarentur, ſed nunquam intellexit & ipſis fratribus, qui jam pro-

* Expoſit. in Regul. FF. Minorum Cap. I.

* Lib. 2. hiſt. Seraph. Relig. fol. 149.

Digitized by Google

proprium habebant nomen, quo à cæteris Regularibus diſtinguerentur, Conventuales appellare. *Neſcio itaque*, ſic merito à VVaddingo * reprehenditur Toſſinianus, *quos alios ſenſus ex hoc verbo Conventualis exurgere velit Petrus Radulphus ad Congregationem ſuam Patrum Conventualium, aliunde multis titulis illuſtrem, commendandam; ſed neque illum jam ſenſum, dum de his Patribus ſit mentio, ex vulgi uſu retinuit. Atque in eo magis mihi erraſſe videtur, quod ſub anno 1212. ab ipſius exurgentis Religionis exordiis affixum hoc nomen affirmet ab Innocentio IV.; idque ad ſupplicationem B. Patris noſtri Franciſci, qui annis ſexdecim ante aſſumptionem Innocentii ex hac vita deceſſit.*

* Tom. 3. pag. 291. num. 25.

II. Laudandus propterea Sbaralea, qui ad hanc ipſam Bullam, *Cum tanquam veri*, nota (*c*) * relictis Toſſiniani, aliorumque ſuorum conſodalium nugis, Innocentium IV. non Fratres, ſed Eccleſias Minorum Conventuales nominaſſe ſcribit, *non alia de cauſa, quam ut Conventus diſtinguerentur ab Eremitoriis, & Fratres uti poſſent privilegiis Eccleſiarum Conventualium, aut Collegiatarum. Ex cap. enim*, Nobis fuit, *tit.* de jure Patronat., *Gloſſæ Auctor adnotavit: Conventualis Eccleſia dicitur, ex quo duo, vel tres in Collegio ſunt. Hinc Ordinis Prædicatorum Eccleſiis idem privilegium iiſdem verbis collatum fuerat jam antea à Gregorio IX. anno 1228. die 9. Aprilis, poſtea ab Innocentio confirmatum anno 1243. die 5. Semptembris ex ejuſdem Ordinis Bullario tom. 1. Siquidem cum Eccleſiarum Prælati quidam Fratribus Mendicantibus moleſtias, & gravamina multa inferrent ex cap.* Nimis iniqua, *&*, Nimis prava, de exceſs. Prælat., *inter quæ numerantur, Euchariſtiam in Eccleſia eorum aſſervari, campanas habere, & mortuos ſuos ibi ſepeliri non permiſiſſe, quaſi illorum Oratoria, & loca privata eſſent, nec Epiſcopi auctoritate conſtructa: Eccleſiæ autem Collegiatæ, ſeu Conventuales multis privilegiis ex jure fruebantur, quæ per hanc Conſtitutionem, hujuſve nominis Conventualis adjectionem voluit Pontifex Prædicatorum, & Minorum Fratrum Eccleſiis affigere.* Hæc ingenuè Sbaralea, qui optime noverat, nomen Conventualium Fratribus Minoribus additum inauditum eſſe in tot Romanorum Pontificum Diplomatibus, & in aliis authenticis monumentis ab ipſo collectis, & illuſtratis. Si namque anno 1250. Minores ab Innocentio IV. dicti ſunt Conventuales, & hoc nomen Pontifex ipſis proprium fecit, cur poſtmodum in aliis plurimis Epiſtolis, quas pro eiſdem dedit, eos Conventuales non vocat, ſed ſimpliciter Minores? Imò cur nec Pontificum, nec Scriptorum ullus ante annum 1431. Fratres Minores dixit unquam Conventuales, ſi Innocentius IV. eos hoc nomine appellandos eſſe decreverat? Eccleſiæ igitur Minorum, non Fratres, dictæ ſunt ab Innocentio Conventuales, quia cum iſti, uti diximus, jam proprium nomen haberent à S. Franciſco impoſitum, per quod ab aliis diſtinguebantur, ſuperfluum, vel inutile fuit aliud ipſis adjicere. Nec dici poteſt, nomen hujuſmodi ab Eccleſiis ad Fratres tranſiiſſe, atque iſtis aliquando attribui ex eo quod apud Auctores nonnullos, & in aliquibus Literis Pontificiis ipſi quoque Fratres Conventuales dicantur. Nam cum Conventualis nomen tranſcendentale ſit, omnibus convenit collegialiter viventibus, & proprium eſt cuique in Communitate degenti, ita ut Conventualis idem ſit ac Conventus inhabitator, uti ſunt Regulares omnes, qui in propriis domibus conventualiter vivunt, functiones conventuales exercent, & Conventuales idcircò ſunt, & dici poſſunt. Hoc in ſenſu Alvarus Pelagius ſe dixit *Conventualem Aracœli*: In Iſtrumento conceſſionis Eccleſiæ S. Baſilii, nunc S. Margaritæ, factæ à Communi Cortonenſi, ut alibi quoque retulimus, de Fratribus Minoribus dicitur, quod *in dicta Eccleſia ſe conventualiter perpetuò conferant*: & S. Bonaventura, ac etiam Romani Pontifices, & alii eoſdem aliquando Conventuales appellant, ut exprimant, Franciſcanos in communitate vixiſſe ex certo compacta perſonarum numero ad actus communes inſimul convenientium. In Ordine Minorum loca dicebantur conventualia,

* Bullar. Franc. tom. 1. pag. 538.

in quibus pro majori anni parte duodecim Fratres commorari poterant, non conventualia verò, quæ talem numerum capere nequibant, ut habetur in Conſtitutionibus Farineriis, ubi legitur: *Locum autem non conventualem dicimus, ubi duodecim Fratres, & ſupra, pro majori parte anni non poſſunt debitè commorari*. His accedit, quod ſi Conventualium nomen Fratrum Minorum proprium, ſive adjectivum fuiſſe dicamus ex allata Innocentii IV. Conſtitutione, qua eorum Eccleſiæ Conventuales declarantur; & ex aliis documentis, in quibus ipſi Fratres quandoque Conventuales dicuntur, idem nomen adjectivum erit, & proprium etiam Canonicorum ſæcularium, qui Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, ideſt Conventualibus, addicti ſunt; ac Regularium omnium, qui haud rarò unà cum propriis Eccleſiis Conventuales & ipſi dicuntur. Siquidem Fagnanus in 2. Decretal. *de Cauſa Poſſeſſ.* c. *Cum Eccleſia* n. 9. & ſeqq. *de Eccleſiis Collegiatis* inquit: *Tertiò nota .... Collegiatas Eccleſias ſæculares poſſe appellari Conventuales, & ſic verbum Conventus congruit non tantum Collegio Religioſorum, ſed etiam Clericorum ſæcularium*. Concilium Lateranenſe tertium can. X. apud Harduinum, * relato cap. *Monachi*, *de Stat. Monac.* Conventuales vocat Eccleſias Monachorum, dicens: *Priores vero cum in Eccleſiis Conventualibus fuerint conſtituti &c.* Gregorius IX. Bulla, *Behemoth non contentus*, ita pluries vocat Conventuales Eccleſias Cluniacenſium, & Cluniacenſes ipſos: *Prioratus Conventuales nonniſi Sacerdotibus committantur .... Conventuales quoque Priores .... In deſtitutione Abbatum, vel Priorum Conventualium .... Ad inſtitutionem nempe Priorum Conventualium abſque duorum Priorum Conventualium .... Priores alii Conventuales .... Statuimus, ut Generale Capitulum Abbatum, & Priorum tam Conventualium, quam Minorum &c.* Idem Pontifex Conventuales declaravit etiam Eccleſias Ordinis Prædicatorum Bulla, *Cum tamquam veri*, ejuſdem prorſus tenoris, ac illa, quam pro Eccleſiis Minorum edidit Innocentius IV., qui Gregorianum privilegium ipſis Prædicatoribus confirmavit, ut notat etiam Sbaralea loco deſuper laudato: Et Clemens IV. Conventualium nomen tribuit ipſis quoque Superioribus ejuſdem Prædicatorum Ordinis, Bulla, *Exigentibus*, data *Dilectis filiis Magiſtro, & Prioribus Conventualibus Ordinis Prædicatorum*. Ab eodem Innocentio IV. Conventuales vocantur & Superiores Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Bulla, *Admonet nos*, in qua legitur: *Tam Prior Generalis, quam alii Provinciales, & Conventuales Priores ejuſdem Ordinis*; quod repetit etiam Alexander IV. Bulla, *Inter ſolicitudines*, ubi dum Conventuales nominat Eremitanos, S. Franciſci Fratres, eorumque Miniſtros Generalem, & Provinciales, Minores tantùm appellat: inquit enim de Auguſtinianis loquens: *Conventualibus ſingularum domorum Prioribus*; poſtea vero de Franciſcanis verba faciens, addit: *Ordinis fratrum Minorum in Generali, & Provincialibus Miniſtris ipſius Ordinis Minorum, ac univerſis fratribus Minoribus &c.* Denique ipſi Auguſtinenſes pluries utique, quam Franciſcani, in ſenſu mox explicato dicti ſunt Conventuales à Pio II. anno 1463., à Paulo II. anno 1469., à Sixto IV. anno 1474., 1475., & 1477., à Pio V. anno 1570., à Paulo V. anno 1614., & ab aliis paſſim, ut ipſorum Bullarium legenti evidenter apparet. Imò ſi ex Conſtitutionibus Farineriis deſuper laudatis, & pro univerſo Minorum Ordine confectis, locus ille dicitur non Conventualis, *ubi duodecim Fratres, & ſupra, pro majori parte anni non poſſunt debite commorari*, in ſenſu noſtro potius Obſervantes Conventuales ſunt, quam Conventuales ipſi, quia vix unus eſt Obſervantium Cænobium, quod ſaltem a duodecim Fratribus non inhabitetur; Conventualium vero pauciſſima ſunt, quæ a tot Fratribus incolantur, cum major eorum pars quatuor, quinque, vel ſex Fratres, & non plures contineat.

* Tom. 6. Conc. part. 2. pag. 16.

III. Hæc cum ita ſint, uti ſunt revera, ſatis conſtat, Conventualium nomen, ut dicebamus, eſſe tranſcendentale, perſonis quibuſcumque collegia-

gialiter viventibus accomodatum, non vero proprium Ordinis Minorum, aut peculiaris alterius Inſtituti, cum nulla ſit aſſignabilis ratio, cur nomen hujuſmodi Canonicis, Monachis, & Regularibus univerſis commune, atque ad exprimendam vitam ab ipſis collegialiter traductam uſurpatum, Fratrum Minorum, aut aliorum Cœnobitarum diſtinctivum dici debeat, cum ſingulis eodem in ſenſu, eademque de cauſa attributum legatur. Aſſerere namque cum aliquibus, Minoritis ab Innocentio IV. additum fuiſſe ad exprimendam unionem, quam ſervabant inter ſe in iiſdem Conventibus vivendo, idem eſt ac magis confirmare, quod modò expoſuimus, nempe, Regulares omnes eſſe Conventuales, quia eamdem ſervant unionem, & in eadem domo inſimul vivunt. Addere cum Laertio Cherubino in Adnotatione ad Bullam ſeptimam Innocentii IV., * Minores ab hoc Pontifice dictos eſſe Conventuales, *quia hoc tempore in Conventibus, & Monaſteriis ſimul convenire, degereque cæperunt*, idem eſt ac loqui arbitrariè, & contra veritatem hiſtoriæ, quæ nos docet, Fratres Minores, jam eò tunc fere toto Orbe diffuſos, plurimos habuiſſe Conventus variis in Regnis, Provinciis, & Civitatibus etiam magnificè conſtructos, ut Aſſiſii, ni extra Italiam divagemur, ſub invocatione S. Franciſci, Romæ Aracælitanum, Bononiæ à S. Franciſco pariter nuncupatum, Patavii titulo S. Antonii diſtinctum, & alios, quos brevitatis gratia placet reticere. Cum igitur ſupponat Laertius, Fratres Minores ante Innocentium IV. ſolitarios in cryptis, in tuguriolis, & in cavernis terræ inhabitaſſe, atque in Cænobiis convenire cæpiſſe tantummodò hoc Ponfice regnante, quod falſum evincitur etiam ex eo, quod S. Pater Franciſcus non Eremicolas, ſed Cænobitas inſtituerit, ratio, quam ipſe profert, arbitraria, & à veritate aliena deprehenditur. Imò ſibimet contradicit Laertius, dum referens Bullam canonizationis D. Antonii Patavini,* peractæ anno 1232., Conventualem ipſum appellat, antequam ſcilicet Franciſcanis hoc nomen adderetur per ipſum, qui eis additum fuiſſe ſcribit anno 1250., poſt novendecim nempe annos à morte ejuſdem Sancti elapſos. Hinc licèt riſu excipiendum ſit, quod P. Caſimirus Biernacki Polonus de Conventualium nomine ſcribit in *Speculo Minorum*, * dicens: *Ipſi Angeli eum cæleſtem Conventum conſtituentes, & complectentes, primi in Mundo exoriente Conventuales rectè veniunt appellandi*; tamen hactenus dicta egregiè confirmat, nomen ſcilicet Conventualium iis omnibus aptari, & convenire, qui commune habent contubernium, quique Communitatem, ſive Conventum perſonarum conſtituunt, quo, & non alio ſenſu, ante Eugenium IV. Minores æque, ac cæteri Regulares in nonnullis Pontificiis Diplomatibus, & alibi quandoque Conventuales dicti reperiuntur, quia reapſe ab ipſa Religionis origine Franciſcani collegialiter in domibus vixerunt. Ipſimet Obſervantes, ut monuimus, jure ſibi tribuere poſſunt ſic acceptum Conventualium nomen, quemadmodum ſibi tribuerunt etiam ii de Familia Ultramontana anno 1472. Baſileæ in Generali Capitulo congregati, qui, ut habetur apud VVaddingum, definierunt, *quod Vicarii Generales, & Provinciales non poſſent inſtituere Prælatum ordinarium in aliquo Conventu, vel loco, ſine conſenſu Conventualium*.

IV. Cauſa occaſionalis, cur nomen commune, cunctiſque in Clauſtro degentibus conveniens, unius Regularium partis proprium deinde, & adjectivum effectum ſit, eorumdem Ordinum dici debent viciſſitudines, quæ pariter in cauſa fuerunt, cur alteri eorumdem parti nomen Obſervantium acceſſerit, ut ipſæ nimirum partes, ſive factiones, inter ſe diſtinguerentur. Etenim cum peſtilentia ſæviſſima, orta in Aſia ſuperiore, ut ait Spondanus, * poſt univerſas depaſtas regiones orientales, anno 1348. per totam Europam graſſari cæpiſſet, atque peſtilentiæ anno 1378. Schiſma ſucceſſiſſet, quod ad quinquaginta annos Eccleſiam divexavit, luctuoſis hiſce emergentibus circumſtantiis, quamplurimæ in omnes fermè Regulares Ordines inve-

* Tom. 1. Bullar.

* Ibi tom. 1. pag. 83.

* Art. 24. nu. 4. pag. 297.

* Tom. 1. anno 1348. n. 5. & 6.

invectæ ſunt relaxationes, atque ex Monachis, & ex Mendicantibus illi, qui iſtis adhæſerunt, Clauſtrales, ut ſcribit inter alios Ferdinandus de Caſtillo in Hiſtoria S. Dominici, & Ordinis Prædicatorum, * ſeu Conventuales vulgò dicti ſunt; qui vero è contra ab iſtis abhorruerunt, & integram tenuere Inſtituti profeſſionem, appellati ſunt Obſervantes, quamvis in Literis Apoſtolicis, & apud Auctores hæc nomina ad perſonas deſignandas ſeriùs fuerint uſurpata. *Peſtilentia illa ingens*, ſcribit B. Raymundus à Capua apud Vincentium Mariam Fontana in Conſtitutionibus, Declarationibus, & Ordinationibus Capitulorum Generalium ſacri Ordinis Prædicatorum, * *quæ ex India orta Aſiam devaſtaverat, anno Chriſti* 1348. *per totam ferè Europam graſſari cæpit, maximamque morum, ac pietatis ſacris Ordinibus univerſis attulit vaſtitatem .... Maxima interea Religioſorum copia è vivis erepta eſt, atque cum ipſis ſacrarum legum obſervantia per omnia ferè dehiſcens ex incauta noviter receptorum multitudine, relaxationis, proprietatis, inobedientiæ, vanitatumque vitia in Ordinum ferè omnium Cænobia irrepſere.* De Schiſmate verò inquit VVaddingus: * *Diſtracta ita miſerabiliter in partes, & ſcandaloſo ambientium ſtudio ſciſſa Eccleſia, malum hoc ad omnes tranſivit regiones, & Religiones: Sicut enim diviſa ſunt Regna in Pontificum obſequium, ita etiam oportuit Religioſa Sodalitia eos ſibi præfigere Superiores, qui ei obedirent Pontifici, quem Reges ſequebantur.* Eamdem Regularium Ordinum relaxationem à duabus recenſitis cauſis vel enatam, vel adauctam agnoſcunt, & aſſerunt plures etiam Auctores alii, quorum nonnullos tantùm hìc recenſere contenti erimus, cujuſmodi ſunt S. Birgitta in ſuis Revelationibus: * S. Laurentius Juſtiniani apud Lazzanam *de Reformatione Regularium*: * Dionyſius Carthuſianus apud eumdem Lazzanam: Antonius Pagi in Vita Clementis VI.: Flechier in Hiſtoria Cardinalis Ximenii: * & Nangii Continuator in *Spicilegio Dacheriano*. * Quod autem Regularium parti, relaxationibus indulgenti, nomen Conventualis acceſſerit, ex innumeris propemodum teſtimoniis demonſtrari poſſet, niſi brevitati ſtudendum eſſet; unde ea tantum afferemus, quæ ſimul evincunt, Conventualium, & Obſervantium denominationes penès Regulares omnes ob rationes attactas invaluiſſe. *Hujuſmodi Clauſtrales, ſive Conventuales*, ſcribit Ludovicus Miranda in Manuali Prælatorum, * *in omnibus fuere olim Regularibus Mendicantibus, & non mendicantibus, etiam in Ordine S. Benedicti, & Eremitarum S. Auguſtini, & apud Ciſtercienſes, atque in omnibus aliis. Clauſtrales*, dixerat antea, * *ſeu Conventuales illi dicuntur Monachi, ſeu Religioſi, qui non ſtrictè, ſed laxè in ſua propria cujuſque profeſſione viventes, ab ea defecerunt perfectione, & rigore, quo ipſorum Religiones fundatæ ſunt .... à ſtricta propriæ cujuſque Regulæ obſervantia deficientes, & non, uti par erat, Regulas ſuas ſtrictè, ſed laxè nimis obſervantes, Clauſtrales ubique, & Conventuales dicti ſunt, & nominati. Qui laxè*, inquit Donati Prax. Regularium, * *in ſua propria cujuſque profeſſione vivebant, & recedentes ab illo priori rigore facti ſunt Clauſtrales, ſeu Conventuales; hoc eſt, viventes ferè more Laicorum.* Hæc pervidens, & animo perpendens Cardinalis Cajetanus Commentario in 2. 2. Divi Thomæ cenſuit, & ſcripſit, rem fuiſſe omninò illicitam, pueros, vel puellas tradere Conventualibus, vel ut apud ipſos educarentur, vel ut eorumdem religioſum habitum induerent, dicens: * *Conſidera cautè rationem literæ, & conclude, quod in illis locis expedit pueros nutriendos in Religione dari, in quibus optandum eſt, ut ſimiles fiant illis, quorum conſortio dantur. Vbi autem perſonæ, quarum conſortio dantur, reprobæ, aut infames, aut deviæ à regularibus ſunt Inſtitutis, magna dementia eſt dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueri, & puellæ Monaſteriis Religioſorum, ſeu Religioſarum vitæ communis, qui vulgò Conventuales, ſeu Clauſtrales appellantur. Ad hoc dicitur*, addit infra, * *quod actus ille, qui eſt inducere ad vitam Conventualium,*

* Part. 2. lib. 2. cap. 2. pag 130.
* Col. 547.
* Anno 1378. num. 9.
* Lib. 4. cap. 33.
* Tom. 1. part. 2. cap. 1. num. 13.
* Tom. 1. pag. 30. & 31.
* Tom. XI.
* Tom. 1. quæſt. 12. art. 2. Concl. 2.
* Ibi art. 1. Concluſ. 2.
* Tom. 1. tract. 1. quæſt. 4.
* Quæſt. 189. art. 5.
* Ibi art. 9.

lium, eſt actus ex ſuo genere malus, quoniam inducitur quis ad vitam reprehenſibilem ex hoc ipſo, quod exorbitat à regulari vita, & ex hoc ipſo, quod continuus bonorum Prælatorum conatus eſt ad illorum reformationem. Unde vituperabile eſt non ſolum inducere, ſed etiam ingredi, & recipere ad vitam irregularem perſonas utriuſque ſexus; quamvis Eccleſia toleret hæc permiſſive.

V. Et revera, nedum Regulares ipſi, ſed etiam Romani Pontifices plurimum adlaborarunt, & media adhibuerunt, ut Conventuales in reſpectivis Ordinibus vel delerent, vel reformarent. In Statutis Camaldulenſium à Leone X. confirmatis Bulla, *Et ſi à ſummo*, quæ eſt ſecunda hujus Pontificis in Bullario Cherubini, habetur: * *Statuimus, & ordinamus, ut nullus de numero Obſervantium poſſit ad vitam Conventualem tranſire ſub inobedientiæ pæna, qua legentur non ſolum tranſeuntes, ſed etiam recipientes, qui etiam beneficiorum ſuorum privationis pænam incurrant*: Poſtea verò ſic decernitur: * *Ut Obſervantium potius, quam Conventualium in noſtro Ordine numerus augeatur, omnes ad noſtram Religionem accedere volentes, in loco Obſervantiæ habitum Religionis ſuſcipiant, & profeſſionem emittant*. Ordo Prædicatorum, ut reliquos omittamus, plurima de hac ipſa re in ſuis Conſtitutionibus decrevit, Fontana teſte, qui ait: * *Fuit in præfato Capitulo Clauſtralitatis peſtis.... Pro extirpanda igitur hac zizania Patres in Generalibus Comitiis Romæ &c.*; cui concinit Olmeda in Chronico Magiſtrorum Generalium Ordinis Prædicatorum, ſcribens: * *Quamquam multoties in Capitulis injunctum fuerit Prioribus Provincialibus, & Definitoribus, ut adverſus hanc peſtem remedium opportunum excogitarent &c.* Hinc Bremondus in Notis ad Bullam 83. Alexandri VI. num. 1. inquit: * *Audiendus hac de re Fontana Monument. Dominic. part. 3. cap. 11. pag. 399., ubi hæc habet: Anno MD. celebrandum erat Generaliſſimum Ordinis Capitulum Romæ ex Alexandri Pontificis Decreto, quod in feliciora tempora dilatum eſt, vigentibus in Italia, Gallia, & alibi bellis. Petierant illud Provinciales pro ſuarum Provinciarum quiete, ut Conventus, in quibus ſecundum exactam Conſtitutionum normam viverent Patres, qui dicebantur de vita regulari, determinarentur; ex quibus erectæ jam fuerant in cunctis Provinciis peculiares Congregationes, & ex eis aſſumpti fuerant Ordinis Magiſtri, Bartholomæus de Comatiis, Barnabas Saxonus, necnon & Joachimus Turrianus, idemque in ſequentibus obſervatum, ut, ſublata Clauſtralitate (nam Fratres Conventuales dicebantur alii) commodius, atque efficacius paulatim priſtinus Obſervantiæ nitor, ac decor in Provinciis, ac Conventibus cunctis reſtitueretur, prout temporis beneficio concluſum eſt*. Unus ex iſtis, qui ipſos Fratres Prædicatores in Italia ad regularem obſervantiam reduxit, fuit B. Joannes Dominici de Florentia, Archiepiſcopus Raguſinus, & S. R. E. Presbyter Cardinalis, qui ad eumdem Prædicatorum Ordinem, cujus fuerat profeſſor, Divum traxit Antoninum. Quare apud Joannem Palatii in Faſtis Cardinalium * legitur hæc inſcriptio, in Conventu Feſulano ſepulchro ejus appoſita: *B. Joannes Dominici de Florentia, Archiepiſcopus Raguſinus, & Presb. Card. Regularis vitæ in Italia reparator, & hujus Cænobii fundator*. De eodem Cardinali ſcribit etiam in Summa Morali S. Antoninus ipſe modo laudatus: * *Qui relevavit, ſeu ſuſcitavit primus in Italia vitam regularis obſervantiæ in Ordine Prædicatorum*.

VI. Non minus quam Regulares ipſi, univerſalis Eccleſiæ Paſtores, ut innuimus, de Conventualium cujuſque Ordinis reformatione ſoliciti fuerunt. Sixtus IV. in ſua Bulla, *Humilibus*, affirmat, ſe in aliis Epiſtolis præcepiſſe Generalibus, & Provincialibus quatuor Mendicantium Ordinum Superioribus, quod *tenerentur, & deberent infra annum domos ipſas debitè reformare, & quod Conventuales ipſi reformationibus, quas fieri contingeret per Generales, & Provinciales prædictos, acquieſcere, illaſque obſervare omninò tenerentur, & deberent*. Innocentius VIII. apud Lazzanam * Bulla, *Apoſtolicæ Sedis*, reformari juſſit Conventuales Ordinis Servorum, dicens: *Statuimus, & ordinamus*,

* §. 101.

* Ibi §. 103.

* Conſtit. Ord. Præd. pag. 97.

* In Actis Magiſt. Gener. Guarini de Giacco.

* Bullar. Ord. Prædic. tom. 4.

* Tom. 2. pag. 147.

* 3. part. tit. 16. §. De reſtitutione poſſeſſionum.

* Tom. 3. pag. 164.

Digitized by Google

mus, quod fratres ipſi Conventuales reformationibus, quas fieri continget per Generalem, aut de illius ſpeciali commiſſione, Provinciales Priores Fratrum Servorum, acquieſcant, illaſque obſervare omninò teneantur, & debeant. Denique S. Pius V., & pro omnibus unus iſte ſufficiat, Bulla, *Maximè cuperemus*, apud Bremondum in Bullario Ordinis Prædicatorum, * Archiepiſcopis, &
* Tom. 5. pag. 146. Epiſcopis Hiſpaniæ mandavit, ut aliorum Ordinum illius Regni Conventuales reformare ſtuderent, ſicut jam Conventuales Ordinis S. Franciſci ipſius juſſu reformaverant, inquiens: *Quæ autem de fratribus Conventualibus Ordinis S. Franciſci ad vitæ regularis obſervantiam reducendis mandavimus, eadem, propter eaſdem cauſas, & ad eadem tollenda offendicula, & ſcandala, de fratribus in Hiſpania exiſtentibus aliorum quoque Ordinum quorumcumque Conventualium, ad vitæ regularis obſervantiam, eadem auctoritate eiſdem Venerabilibus Fratribus mandamus, velut Canonicorum Regularium, S. Benedicti, Ciſtercienſium, Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum.... eodem modo, ut de domibus, & Eccleſiis fratrum Minorum Conventualium diximus*, de quibus in eadem Bulla ita mandaverat: *Aboleant penitus, & in perpetuum tollant, atque extinguant formam vivendi Conventualem, eoſque fratres ad eam vivendi formam, eademque inſtituta redigant, quæ fratres Minores de Obſervantia obſervant*. Concilium quoque Lateranenſe ſub Leone X. generalem hanc reformationem decreviſſe, fatetur Ægidius Viterbienſis, Auguſtinenſium Ge-
* Tom. 3. pag. 1266. neralis, in Epiſtola relata à Martene *in Collectione veterum Scriptorum*, * qua Fratres ſuos de Concilii mente, & decreto ſic admonet: *Concilium, & qui apud Pontificem omnia & poſſunt, & agunt, decrevere Ordines Mendicantium emendare, cæpereque id agere, ac Literæ ſignatæ ſunt, & editæ, ut id fiat; captumque eſt ab Ordine Minorum, ut qui licentior, & minus defenſus eſſe videtur, jubeturque hoc anno Capitulum celebrare.... idque non in Conventu Licentioſorum, ſed emendatorum loco habendum eſt, ut eorum conſilio, opera, & ſtudio univerſus ille Ordo vel vitæ, vel morum ſimilitudine uniatur.... licentiæ tollantur, Regulæ forma adamuſſim introducatur*. Item in Concilio Tridentino, ut in ſua Paſtorali *Præparatoria ad Viſitationem omnium Eccleſiarum, Conventuum, & locorum ſui Ordinis*, refert etiam P. Jacobus à Bagnacaballo, Minorum Conventualium Generalis, conclamatum fuit, *Deleantur Conventuales*, licèt eos poſtea in Ordine S. Franciſci benigne duxerint relinquendos, bonis immobilibus quoad proprietatem in communi, aliorum Regularium inſtar, eis conceſſis.

VII. Verùm, ut ad unum Franciſcanum Ordinem noſtra revertatur oratio, & de hoc uno, ut noſtra intereſt, ſermonem habeamus, jam nemo non videt, & hunc quoque, peſtilentia, & Schiſmate ſævientibus, in factiones diſtractum eadem ſubiiſſe diſcrimina, quamvis hæc ſchiſma potius, quam peſtem cauſam habuerint, quia ab illo potius, quam ab iſta inobſervantiæ, & corruptelæ in ipſum inductæ fuerunt, ſciſſo unà cum Eccleſia etiam Ordine, in quo plures inſimul Miniſtrorum Generalium nomen uſurpabant, & officio fungebantur. Cum namque anno 1378., quo, ut dictum eſt, Eccleſiæ ſchiſma initium habuit, Ordini præſideret F. Leonardus à Giffone, hic, ſuaſu Joannæ Neapolis Reginæ, relicto Urbano VI., Clementis VII. partibus adhæſit, & licèt ab eodem Urbano à Generalatu depoſitus, ejuſque loco in Comitiis Strigoniæ habitis electus fuerit F. Ludovicus Donati Venetus, tamen Capitulum Neapoli auſus eſt coadunare, in quo Succeſſorem habuit quemdam F. Angelum, atque ita ſchiſma, quod Eccleſiam dilacerabat, Ordinem S. Franciſci perturbare cæpit, unde relaxationes quam plurimæ in eodem natæ ſunt, & radices fixerunt, quibus ante Martinum V. nemo falcem opportunam applicare potuerat. Interim anno 1414. pro Eccleſiæ pace, & unitate coactum eſt Generale Concilium Conſtantienſe, cui Minorum nonnulli ex Gallia, Regulæ zelatores, videntes mala, quæ in Ordine ſuc-

ſuccreſcebant, ſupplicem dedere libellum, ut ſibi è ſuorum numero Vicarium eligi permitteretur, Miniſtro Generali ſubjectum, ſub cujus regimine, & obedientia liberius, ac ferventius promiſſam S. Franciſci Regulam obſervare poſſent, quod Concilium eis conceſſit vi Decreti alibi etiam commemorati, *Supplicationibus perſonarum*. Nomen Obſervantium, ſive Regularis Obſervantiæ, quod jampridem apud vulgum invaluerat ad Fratres illos deſignandos, qui inter gliſcentes in Ordine Minorum inobſervantias illibatam cuſtodiebant Regulæ S. Franciſci profeſſionem, primum in hoc Decreto uſurpatum fuit, moxque communiter ab omnibus, etiam à Romanis Pontificibus abhiberi cæpit, ut prædictos Fratres diſtinguerent ab illis, quos tùm in Ordine Minorum, cùm in aliis Ordinibus, ut viſum eſt, viam latiorem tenentes, Clauſtrales, ſive Conventuales dicti ſunt. Obſervantium nomen ſubinde, vel Fratrum Minorum de Obſervantia, illis etiam tributum fuit, qui, neglectis Vicariis, in ipſa Ordinis Communitate ſub Miniſtris Generali, & Provincialibus immediatè permanentes, eamdem Regulæ S. Franciſci integram profeſſionem ſervaverunt, quemadmodum Clauſtralium nomen primùm à Martino V. anno 1428. Bulla, *Super gregem Dominicum*, & Conventualium primum ab Eugenio IV. anno 1431. Bulla pariter, *Super gregem*, illis collatum fuit, qui ſub eiſdem Miniſtris unà cum Obſervantibus in eadem vivebant Communitate. Minoritæ igitur in tres factiones diviſi ſunt, in Obſervantes nempe ſub Vicariis, qui de Familia dicebantur, in Conventuales, ſive Poſſidentes, & in Obſervantes de Communitate, qui ſicuti iſti Generali dumtaxat, & Provincialibus Miniſtris immediatè obtemperabant, & unam eamdemque cum ipſis Conventualibus Communitatem Ordinis componebant, ut in præcedenti Animadverſione ex hiſtoricis monumentis, & Romanorum Pontificum Epiſtolis abundè demonſtravimus.

VIII. Ordo Minorum ſic diviſus, ut ſilentio alias prætereamus Congregationes, puram S. Franciſci Regulam profitentes, ideoque Obſervantes & ipſas, perduravit ad annum uſque 1517., quando, ut in eadem Animadverſione dictum eſt, ſummus Pontifex Leo X., ſublata nominum diverſitate, Obſervantes de Familia, & alios à peculiaribus Congregationibus nuncupatos, Obſervantibus de Communitate, ſive ſub Miniſtris dumtaxat, univit, ac Poſſidentibus, quibus Conventualium nomen reliquit, in peculiari Congregatione adunatis, ex aliis omnibus unum conſtituit Ordinem, quem vel Minorum, vel Minorum de Obſervantia *ſimul, vel disjunctivè* appellandum eſſe, & appellari poſſe decrevit. Quamvis enim Conventuales ex Martini V. privilegio uſum haberent poſſeſſionum, quia tamen privilegium iſtud conceſſum fuerat *donec aliud à Sede Apoſtolica fuiſſet ordinatum*, inſtiterunt ſemper tum Ordo ipſe, cum Romani Pontifices, precibus etiam Chriſtianorum Principum, & Populorum excitati, ut reformarentur, &, non ſecus ac aliorum Ordinum Conventuales, ad exactam Regulæ formam revocarentur, quemadmodum in ſuperiori Animadverſione pariter audivimus. Supereſt nunc advertendum, ne quis Reformationis nomen allucinetur, quod, ut ait P. Daniel Concina in ſuo Opere, *Diſciplina Apoſtolico-Monaſtica*, * *quamquam aliquæ peculiares Reformationes, præter antiquam Regulam, nova etiam Statuta ſuperaddant, quæ inſtaurationes recentibus Statutis, & Conſtitutionibus roboratæ, diviſionem quamdam invehunt in ipſam Religionem*; Reformatio tamen, quæ ex Poſſidentibus in Ordine Fratrum Minorum à Martino V. ad Leonem X. modis recenſitis facta eſt, cum nulla nova Statuta ſuperaddiderit, nullam per conſequens in Ordinem ipſum novitatem, aut diviſionem induxit. Reformatio hæc ſimillima fuit Reformationi reliquorum Ordinum, ac præſertim Prædicatorum, de qua in ejus Conſtitutionibus ſic admonet laudatus Fontana. * *Ne hoc Reformationis nomen, quo ſæpius in his ordinationibus, occaſione reparandæ regularis Obſervantiæ, jam ferè temporum inju-*

* Part. 2. Diſſert. 1. cap. 1. num. 1.

* Part. 2. pag. ult.

injuria in nonnullis Provinciis collapſæ, utimur, aliquid fortè præjudicium Ordinis noſtri unitati (invidiæ, & ambitionis ignem excitante Diabolo) progreſſu temporis generari poſſit, animadvertant omnes Ordinis noſtri Fratres, nihil aliud per idem Reformationis vocabulum intelligi debere, quam regularem vitæ obſervantiam juxta ſacras noſtras Conſtitutiones, & Acta noſtrorum Capitulorum Generalium, non mutato habitu, nulliſque novitatibus, aut cæremoniis inductis, præter uſque modò communiter receptas, & approbatas. Huic, inquam, ſimillima fuit Reformatio Ordinis Minorum, utpotequæ nulla nova Statuta, præter antiquam S. Franciſci Regulam, condiderit, & Fratres Poſſidentes ad ipſius Regulæ puram obſervantiam juxta Conſtitutiones, ab univerſo Ordine receptas, & approbatas, non mutato habitu, nulliſque novitatibus, aut cæremoniis inductis, revocaverit. Eo denique modo peracta fuit, ac ſi nunc Religio quælibet, reſecatis abuſibus, nulliſque ſupra Regulam, aut vetuſtas Conſtitutiones novitatibus inductis, ad exactam ipſius Regulæ, & earumdem Conſtitutionum obſervantiam ſuos Alumnos compelleret. At ſicuti iſto in caſu iidem eſſent antiquiores Ordines à reſpectivis Patribus inſtituti, ita & Ordo Minorum eodem modo reformatus, idem omninò ſemper fuit, & eſt, ille nempè, quem S. Franciſcus inſtituit, præſertim cum hæc Reformatio partialis tantummodò fuerit, quia nunquam, ex dictis, nec in ipſa Ordinis Communitate defuerunt Franciſcanæ Regulæ obſervantes, qui ſub regulari obedientia, & cura Miniſtrorum permanentes, ſuper ipſos Conventuales reformandos plures habuere Miniſtros, & per diverſas Orbis Provincias multiplicantes, veram, & exactam Regulæ obedientiam, & obſervantiam à principio Ordinis inchoatam ſemper continuarunt. Res illuſtrari poſſet etiam exemplo Eccleſiæ, quæ tum in Concilio Tridentino, tum alibi plura decrevit de Reformatione, & alia, ſi vellet, decernere adhuc poſſet, abuſus reſecando, qui in diſciplina ex malitia hominum ſuboriuntur. At ſicuti ex quo Eccleſia reformata ſit in aliquibus, non deſinit eſſe, quæ ſemper fuit, & erit uſque ad ſæculi finem, quia nunquam receſſit a fide, quam Chriſtus tradidit, & Apoſtoli prædicaverunt; ita Regulares Ordines, quamvis aliquando reformentur, non deſinunt eſſe illi, quos reſpectivi Patres condiderunt, quoties propriæ Regulæ obſervantiam in rebus eſſentialibus profiteantur, & abſque interruptione cuſtodiant.

IX. Ita opera, & zelo Ferdinandi V. Regis Catholici omnes ferè Ordines Regulares, etiam Monialium, in Hiſpaniæ Regnis reformati fuere, aſſenſu, & auctoritate Romanorum Pontificum, Julii II., & Leonis X., qui ad inſtantiam ejuſdem Regis varios per univerſam Hiſpaniam Commiſſarios Viſitatores inſtituerunt. Inter alios ad munus hujuſmodi ſuper Moniales omnes in Cathalaunia exiſtentes, primùm à Julio II., moxque anno 1514. à Leone X. delectus fuit Abbas Montis-Serrati, Ordinis S. Benedicti, Petrus de Burgos, uti conſtat tum ex Pontificiis Diplomatibus, & Literis in Archivo ejuſdem Monaſterii aſſervatis, cum ex Monumentis manuſcriptis exiſtentibus apud Moniales Sancti Antonii Abbatis, vulgò S. Claræ, Civitatis Barcinonæ, quorum exemplaria ad nos tranſmiſſa fuerunt. Hac vice contigit, quod cum prædictus Abbas munere ſuo functurus ad præfatum S. Antonii, ſive S. Claræ Monaſterium acceſſiſſet, Moniales, licèt Clariſſæ, ne reformationem ſubirent, contendere cæperunt, ſe ad Ordinem S. Benedicti pertinere, nec unquam aliam Regulam, quam iſtius, fuiſſe profeſſas, idque probabant duabus Innocentii IV. Conſtitutionibus, habitus forma, quam deferebant, aliiſque rationibus, quibus à Viſitatore auditis, illicò ſub obedientia ſua, & Provinciæ Tarraconenſis ſui Ordinis, Moniales ipſas recepit. Ita habetur in Manuſcripto hiſpanico idiomate exarato, exiſtente in Archivo Monaſterii earumdem Monialium, cuius titulus latinitate donatus eſt iſte: *Memoria controverſiæ, quam Dominæ Moniales S. Claræ contra Patres S. Franciſci habuerunt*

cir-

Digitized by Google

circa habitum, & Regulam ab ipſis Dominis ſervandam, extracta ex Archivo Montis-Serrati à Patre Joſepho Selleres, Archivi hujus Monaſterii (Montis-Serrati) *Cuſtode*. Licet ergò ſcribat VVaddingus, * ignorari qua de cauſa, quove tempore præfatum S. Antonii Monaſterium ſit Ordinis S. Benedicti, & idipſum affirmet etiam P. Angelus Vidal in Manuſcripto, aſſervato in Archivo Provinciæ, quod extat in Barcinonenſi S. Franciſci Conventu, ſub hoc titulo: *Provincia Cathaloniæ. Epitome eorum, quæ &c.*; conjicere tamen poſſumus ad S. Benedicti Ordinem tranſiiſſe anno 1514., vel ſequenti, cauſa prædictæ reformationis. Hinc Sbaralea ad Bullam quartam Innocentii IV., *Cum à nobis petitur*, nota (*b*) injuria ſcribit: *Potiſſima mutationis cauſa poſt annum* 1500. *initæ fuit Cardinalis Ximenii potentia, qui Monaſterium ut reformaretur, & à Conventualium regimine ad illud Obſervantum tranſiret, indixit.... Cum igitur Sanctimonialibus non liceret vivere ſub Conventualibus, Regulam mutare maluerunt, quam ſub Ximenii aſſeclis vitam agere*. Injuria, inquam, hæc ait vir clariſſimus, cum reformatio in Hiſpania tunc fuerit generalis omnium Ordinum Regularium, tam virorum, quam mulierum, ejuſque auctor extiterit Rex Catholicus Ferdinandus, qui de licentia Pontificis viris diverſorum Ordinum, & dignitatum, opus demandavit, ut patet de prælaudato Abbate Montis-Serrati, Ordinis S. Benedicti, qui Moniales omnes Provinciæ Cathalauniæ reformavit, & has inter viſitavit etiam Religioſas Monaſterii S. Antonii, quæ exhibitam reformationem admittere noluerunt: Quid enim valuit Ximenii potentia, ubi Regis urgebat imperium, & rem totam viri probi & indifferentes pertractarunt? Peſſimè ſemper argumentatur, qui apparentiam, non ſubſtantiam in rebus conſiderat. Ad quid tendebat generalis hæc in Hiſpania Regularium Ordinum reformatio, quicumque tandem iſtius fuerit promotor & auctor? Non ad aliud profectò, quam ad abuſuum extirpationem, & ad puræ cujuſque Inſtituti legum obſervantiæ reductionem, abſque novitate ulla, vel rigore ſuperaddito. At liceat nunc ratiocinari, quod ſicuti cæteri Regulares Hiſpaniæ, quamvis in tali circumſtantia reformati per abuſuum præciſionem, reditumque ad propriæ Regulæ obſervantiam, iidem permanſerunt omninò, ita & Ordo Minorum, licèt in Hiſpania, & alibi ita reformatus. Eodem modo & ipſi Conventuales, ab Obſervantibus jam diviſi, reformati fuerunt ſtudio P. Jacobi à Bagnacaballo eorum Generalis, uti conſtat tum ex ejus Paſtorali jam laudata, cum ex alia ejuſdem anno 1619. Patavii impreſſa, ſuis data pro eorum reformatione, quam non aliter obtinere ſperabat, ut ipſemet ait in eadem Paſtorali, quam Fratres juxta Tridentini formam ad promiſſæ paupertatis, & vitæ communis obſervantiam revocando. Ergo nè Conventuales hodierni, quia tunc, Paulo V. Pontifice, ac poſtmodum Urbano VIII. regnante, ſub quo novas etiam condiderunt Conſtitutiones, ad prædictam reformationem ordinatas, ita reformati fuerunt, illi ipſi, qui hæc tempora præceſſerunt, dicendi non ſunt?

* Anno 1233. num. 34., & 35.

X. Si univerſa, ut par erat, quæ tum in hac, cum in aliis Animadverſionibus dicta ſunt, æquo animo perpendiſſet Sbaralea, ut ei facillimum fuit, utpotequi Romanorum Pontificum colligens Diplomata, pro Minoritis ab Honorio III. ad Bonifacium VIII. incluſivè emanata, iſtorum nec adinvenerit unum, in quo Regulæ S. Franciſci profeſſores alio nomine appellentur, quam Minorum ſimpliciter, à pluribus temperaſſet, quæ ſæpe ſæpius in ſuis Notis fidenter nimis enunciat. Agenti enim in eiſdem vel de viris, qui primo & ſecundo ſæculo Seraphici Ordinis floruerunt, vel de Provinciis, aut Conventibus, qui eò tunc Franciſcanis collati fuerunt, nil ipſi hac loquendi formula facilius, & frequentius: *Miniſter Generalis noſtri Ordinis*: *Quam uſque modò Noſtri incolunt &c.*, ut ſic indigitet, Minorum Ordinem tunc temporis Conventualem fuiſſe, vel Conventualis obtinuiſſe nomen; ac

X pro-

propterea evincat, Conventualium fuiſſe illius ætatis Cænobia, Miniſtros Generales, Protectores, viros omnes vel ſanctitate, vel doctrina, vel dignitatibus illuſtres. At ſi tunc temporis nullæ erant in Ordine S. Franciſci mendicitatis diſpenſationes, & Conventualium nomen erat penitus inauditum, quando nempe Regulam S. Inſtitutoris ſub uno Minorum vocabulo Fratres omnes ad literam profitebantur, Ordo nec quoad ſubſtantiam, nec quoad nomen Conventualis erat. Rectè utique, & ingenuè ſe geſſiſſet Sbaralea, ſi Conventus, Ordinem ipſum, Provincias, & viros illius ætatis, Minorum ſimpliciter dixiſſet. Etenim hiſtorici omnes, & Romani Pontifices ante Concilium Conſtantienſe non alio nomine, quam Minorum, expreſſerunt Ordinem, ejuſque loca, & alumnos, nec ex innumeris ab ipſomet Sbaralea collectis Pontificum Epiſtolis vel una offenditur, in qua Ordo, aut Fratres ipſi cum adjecto Conventualium, aut Obſervantium adinveniantur. Superius oſtendimus, additiones hujuſmodi Minorum nomini non acceſſiſſe, niſi à præfato Concilio, & à Martino V., vel Eugenio IV., atque ab hiſce temporibus tantummodo, & non prius, in ſcripturis authenticis, & penes Auctores invaluiſſe ad ipſos Minoritas inter ſe diſtinguendos, quia confugere ad antiquiora monumenta, in quibus nomen Conventualium tribuitur Eccleſiis, vel adhibetur ad exprimendam vitam contubernalem, & cænobiticam, atque hinc inferre, denominationem hanc propriam fuiſſe Fratrum, & Ordinis Minorum, ridiculum eſt, & nec ipſi Sbaraleæ, ut vidimus, probatum. Eccleſia, & Scriptores accurati etiam impræſentiarùm cum loquuntur de Franciſcanis, qui ante laudatum Concilium deceſſerunt, eos Conventuales non appellant; imo Sacra Rituum Congregatio non una ſemel in ſuis Decretis mandavit, Sanctos, & Beatos, qui ante prædictum tempus ad Cælum evolarunt, ſolo Minorum nomine exprimendos eſſe, prout exprimuntur in Martyrologio Romano, ut alibi etiam adnotavimus. Ita Sacra Congregatio ſub die 25. Septembris 1723. in Cauſa Anagnina Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei Andreæ de Comitibus, reſpondit, *poſſe aſſignari commiſſionem ejuſdem Cauſæ, & in Decreto apponatur tantùm Ordinis Minorum S. Franciſci*. Eadem Cauſa iterum propoſita ſub die 11. Decembris eiuſdem anni, & ſuper dubio, *An ſententia lata ſuper cultu ſit confirmanda?* Emanavit Reſcriptum: *Affirmativè, & ſervetur Decretum* ſuper *nomine tantum Ordinis Minorum S. Franciſci*. Cum vero occaſione Decretorum ſuper cultu immemorabili Beatorum Andreæ Caccioli, & Michelinæ Piſaurenſis, utriuſque Imaginibus, & libellis appoſitum fuiſſet nomen Conventualium, habito recurſu ad eamdem Sacram Congregationem, prodiit ab ea Decretum tenoris ſequentis: *Sub die 14. Februarii 1737, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Cervinus, Patriarcha Hieroſolymitanus S. R. C. Secretarius*, audita in contradictorio utraque parte, reſcripſit: *Servetur Decretum emanatum ſub die 25. Septembris 1723. in cauſa Anagnina Canonizationis B. Andreæ de Comitibus: In reliquis ad Sacram Congregationem, quæ, auditis ex utraque parte momentis, hoc finale edidit Decretum: Die 16. Februarii 1737. in decretis præſentis cauſæ, & aliorum utriuſque ſexus Servorum Dei Tertiariorum S. Franciſci apponatur titulus: Tertii Ordinis S. Franciſci. In reliquis vero Decretis Servorum Dei Ordinis Minorum ejuſdem S. Franciſci, qui deceſſerunt ante Concilium Conſtantienſe, ſerventur reſolutiones Sacræ Congregationis, editæ in cauſæ Anagnina Beatificationis, & Canonizationis B. Andreæ de Comitibus, ſub diebus 25. Septembris, & 11. Decembris 1723.* Etiam Benedictus XIII. anno 1729. mandavit Cardinali Secretario Status, ut per Epiſtolam Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum, in Capitulo Generali Mediolani eo anno ab Obſervantibus celebrato exiſtenti directam, puncta quædam univerſo Ordini utilia, & in eiſdem Comitiis pertractanda proponeret, inter quæ, ut habetur *in Chronologia hiſtorico-legali Seraphici Ordinis*,

dinis, * ubi Epiſtola ipſa per extenſum exhibetur, & iſtud, de quo agimus, ita recenſetur: *Ultimò Sanctitas ſua mandat, ut denuò univerſis Fratribus imponatur, quod tam in typographicis editionibus, quam in ſcriptis, in ſermonibus, & in alia qualibet occaſione, Sancti, Beati, ac etiam Doctores Ordinis, qui ex hac vita migrarunt ante Concilium Conſtantienſe, non aliter denominentur, quam ſolo titulo Minorum*. Cum paucis ab hinc annis ordinatæ fuerint lectiones propriæ ſecundi Nocturni, in feſto B. Eliſabeth Virginis Conſtantienſis, Bonæ nuncupatæ, recitandæ, in quibus ipſa Beata aſſerebatur *Tertii Ordinis S. Franciſci Conventualium*, ſacra Rituum Congregatio illas, rejecit, nec recitandas permiſit, niſi donec corrigerentur ad normam ſuorum Decretorum, uti factum eſt, & ſublato Conventualium nomine, ſic modò, & non aliter, ab iis, qui ejus recitant officium, correctæ leguntur. Idipſum diebus hiſce noviſſimis contigit in cauſa cultus B. Franciſci de Fabriano, qui cum in Decretis emanatis, Clemente XIV. Summo Pontifice, exprimeretur *Ordinis Minorum Conventualium*, eadem Sacra Rituum Congregatio, admonita Beatum hunc floruiſſe ante Concilium Conſtantienſe, ultima edidit ſub SS. Domino Noſtro Papa PIO VI. Decreta, in quibus non alio titulo enunciatur, quam *Ordinis Minorum*. Sed hæc non alia profectò de cauſa, niſi quia ratum habet Eccleſia, ante prædictum Concilium S. Franciſci Alumnos unico, ſimplicique Minorum nomine, abſque ulla additione vel Obſervantium, vel Conventualium appellatos fuiſſe, atque hujuſmodi adjecta nonniſi poſt idem Concilium eiſdem acceſſiſſe, ut ſatis ſuperque, ni fallor, demonſtratum eſt.

* Tom. 3. pag. 114.

XI. A formulis præfatis abſtinuiſſet quoque Sbaralea, ſi modernam ſuorum diſciplinam cum illa veterum Fratrum Minorum comparaſſet. Iſti puram S. Franciſci Regulam juxta Summorum Pontificum declarationes profitentes, bonorum immobilium nec dominium, nec uſum habebant, & paupertatem arctam, & mendicam ſervantes, Conventuum, & mobilium vel penes dantes, vel penes Apoſtolicam Sedem proprietate exiſtente, ſolum uſum facti ſimplicis per Syndicos, & OEconomos Romanæ Eccleſiæ miniſtrandum, admittebant. Illi, mendicitate rejecta, & facti proprietarii in communi, poſſeſſionum, & redditūum nedum uſum, ſed etiam dominium, & adminiſtrationem in ſe receperunt, Syndicis proinde abrenunciatis, & ipſa quoque profeſſionis formula immutata, eo quod vitam profiteantur ab illa priorum Fratrum omninò diverſam. *Noviſſimè verò*, inquiunt ipſi in Conſtitutionibus Pianis, * *ad conſcientias noſtras pacandas, ad ſcrupuloſque evellendos, qui in mentibus imbecillium quandoque emergebant, etiam dominium rerum in communi, eorumque adminiſtratio à Sancta OEcumenica Tridentina Synodo nobis conceſſa eſt*. In Conſtitutionibus verò, ab Urbano VIII. Urbanis dictis, * clarius etiam ſeſe exprimunt, dicentes: *Cum olim Seraphica Religio noſtra nondum bona in communi poſſideret, Syndicos, ſeu Sanctesios, vel Operarios habuit, ac inſtituere congruebat; cum tamen ex Sacri Concilii Tridentini decreto, ſummorumque Pontificum conceſſionibus, bona in communi nunc poſſideat, decernimus, & ſtatuimus, ut deinceps Syndici hujuſmodi, ſeu quocumque alio nomine nuncupentur Operarii, nullatenus eligantur*. Hæc ſi tantiſper penſitaſſet Sbaralea, ſanè deprehendiſſet, ſuorum vitam à veterum Minorum profeſſione toto Cælo differre; ac proinde nequaquam ſcripſiſſet, modernam ſuam Congregationem eſſe primævum S. Franciſci Ordinem, ad ſuos pertinere iſtius priorum ſæculorum aut Provincias, aut Conventus, aut viros quovis titulo illuſtres. Videre namque debuit vir perſpicaciſſimus, quod ſi Pontificiæ Conſtitutiones illius ætatis, quibus vel Regula Minorum declaratur, vel poſſeſſionum, & redditūum uſus inhibetur, vel Syndici, & Procuratores tunc pro mobilibus miniſtrandis conceduntur, Ordini ſuo ad nihilum

* Cap. 4. in fine.

* Tit. 3.

hilum valent ultra, & pro ſuis Confratribus idem ſunt, ac ſi nunquam editæ fuiſſent, ipſi primævi, ac vetuſti Fratres Minores dici non poſſunt, nec eorum Ordo ille à S. Franciſco inſtitutus, cum ſit Religio nova, novis firmata legibus, & Conſtitutionibus, quæ in multis, maximè in præceptis, & punctis præcipuis, cum legibus, & ſtatutis veterum Fratrum Minorum apertiſſimè pugnant. Hi namque vovebant in profeſſione puram S. Franciſci Regulæ obſervantiam quoad omnes ſuas partes, etiam rigidiores, uti ſunt mendicitas, pedum nuditas, veſtimentorum vilitas, & ſimilia; ipſi vero Regulam obſervare promittunt juxta privilegia Ordini eorum conceſſa, & Urbani VIII. Conſtitutiones, quæ nunc recenſita rigidiora Minoriticæ Regulæ præcepta ita deſtruunt, ac ſi pro ipſis in Regula minime continerentur. Quomodo igitur præſentem Familiam ſuam, licèt religioſiſſimam, appellare poterat Sbaralea vetuſtam, & priorum ſæculorum Minoritici Ordinis Communitatem, ſi illa cum iſta nec profeſſionem communem habet, nec legem per conſequens, nec diſciplinam?

XII. Pro validiori hujus veritatis confirmatione recentes audiantur Conſtitutiones Urbanæ, modò indigitatæ, quibus Conventualium Sacra Religio nunc prudenter gubernatur, & regitur, & in quibus veteres Fratrum Minorum leges, & ſtatuta revocantur, atque caſſantur. *Omnes verò, & ſingulas alias dicti Ordinis Conſtitutiones in antea factas, etiam auctoritate Apoſtolica roboratas in iis, quæ præſentibus repugnant, & quæ annis proximè præteritis pro reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Poloniæ factæ fuerunt, revocamus, caſſamus, & annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus.* Ita in Bulla Urbani VIII., *Militantis Eccleſiæ regimini*, eiſdem præfixa Conſtitutionibus, quæ idcirco in caput primum Regulæ hæc habent: * *Placuit proindè Sanctitati ſuæ omnes, & quaſcumque alias Conſtitutiones, & ordinationes, tum quas Farinerias, Alexandrinas, & Pias vocant, ſive quocumque alio nomine appellentur, tum cætera omnia ſtatuta, decreta, etiam Pontificia (favorabilibus tantùm, aliiſque privilegiis exceptis) penitus caſſare, abrogare, & annullare, ad eorumque obſervantiam nequaquam teneri Fratres noſtros poſt promulgationem iſtarum Conſtitutionum voluit, & declaravit.* At ſi, ut dicebam, novam introduxerunt profeſſionis formulam, novamque diſciplinam per novas conſtitutiones, veteribus ſanctionibus, & decretis Fratrum Minorum in multis repugnantes, quomodo Fratres, Conventus, & Provincias illius temporis, quando nempe alia erat Regulæ profeſſio, alia diſciplina, ad ſuos Conventuales Sbaralea ſcribere potuit pertinere? Prudenter egiſſet, ſi, ut monuimus, Ordinem, Conventus, Provincias, & viros ad Franciſcanum Ordinem pertinentes ſolo Minorum nomine diſtinxiſſet; ac etiam ſi utiliter, & opportune adnotaſſet, ut opus erat, Conſtitutiones omnes Pontificias vel Regulæ declarativas, vel de Syndicorum uſu, ac de aliis veterum Fratrum Minorum obligationibus pertractantes, pro ſuis abrogatas eſſe, caſſatas, & annullatas, ad earumque obſervantiam eos non teneri, utpotequi novæ ſe adſtringant vivendi rationi, in Urbanis Conſtitutionibus deſcriptæ. Hoc adeo verum eſt, ut jure meritoque dicere poſſimus, Sbaraleam non pro Conventualibus, ſed pro Obſervantibus Bullas collegiſſe, quia major earum pars utilis eſt, & neceſſaria iſtis, qui vetuſtam retinent Minorum profeſſionem, & diſciplinam, nequaquam verò illis, quos, tamquam recentis vitæ profeſſores, ſic P. Felix Franceſchini, eorum Generalis, in Epiſtola ipſis Conſtitutionibus prævia, ſic alloquitur: *Eja igitur dilecti, qui Seraphici Patriarchæ nomini vitam addixiſtis, convertite in proprios mores nova hæc regularum præcepta*, Urbanas videlicet Conſtitutiones. Ad quid enim ſuis Conventualibus exhibere Bullas de primæva Fratrum Minorum praxi, & æconomia agentes, cum iſtæ ipſis nil penitus inſerviant? Nec prodeſt effugium ad Eccleſiæ, & aliorum Ordinum paritatem, qua inquiunt, S. Franciſci Religionem,

* Tit. 3.

nem, licèt privilegiatam, eſſe illam ipſam, quam Sanctus inſtitu it in rigore paupertatis, ſicut Eccleſia, prius mendica, nunc eadem eſt redditibus affluens, & alii Regulares ſunt illi ipſi à reſpectivis Patribus inſt ituti, etſi in multis primævum rigorem, & diſciplinam mitigaverint. Non prodeſt, inquam, Eccleſiæ paritas, quia Chriſtus Eccleſiam non adſtrinxit præcepto mendicandi, & licèt ut Magiſter univerſalis aliquando mendicam duxerit vitam, quam verbo & exemplo tantum conſuluit perfectioribus, & ſponte eam eligere volentibus, tamen ad ipſam Eccleſiam ſuam informandam quandoque & loculos habuiſſe legimus, ut ſic reliquos doceret fideles, non eſſe prohibitum ex poſſeſſionibus, & redditibus vivere, atque omnimodam iſtorum abdicationem purum eſſe conſilium Evangelicum. At S. Franciſcus, ut centies notavimus, hoc ipſum extremæ paupertatis conſilium adoptans, per ſolemnem profeſſionem ſibi præceptum fecit, ſuiſque Alumnis ſtrictè cuſtodiendum impoſuit; unde Eccleſia nunc dives eadem eſt ac Eccleſia in ſuis exordiis pauperrima; & hodierna S. Franciſci Religio bona immobilia retinens in communi, non eſt illa à Patriarcha Sanctiſſimo inſtituta ob differentiam, quæ latiſſima habetur inter conſilium, & præceptum. Hæc ipſa diſparitas deprehenditur inter variationes, quæ contigerunt in aliis Ordinibus, & illas, quæ evenerunt in Ordine Franciſcano, quia iſte variavit in Regulæ præceptis, illi tantum in conſiliis, & in Conſtitutionibus, quemadmodum in fine Animadverſionis primæ de Ordine Prædicatorum quoad mendicitatem vidimus, & in ſequenti iterum videbimus. Quæcumque enim fuiſſe dicantur variationes ab aliis Regularibus paſſæ, iſtæ numquam invenientur in eſſentialibus, & ſub gravi ab Inſtitutore impoſitis, ſed tantùm in rebus, quæ immutari potuerunt, ſalva Inſtituti, & Regulæ ſubſtantia; ac propterea, variationibus hujuſmodi non obſtantibus, alii Ordines adhuc illi ſunt, qui ab initio fuerunt; & Minorum Ordo, qui mendicitatem rejecit, & bonorum immobilium nedum uſum, ſed etiam dominium contra propriam Regulam, & profeſſionem admiſit, eſt à primævo eſſentialiter diverſus. Id invictè demonſtrant ipſa mutatio formæ profeſſionis, caſſatio veterum Conſtitutionum, & novarum ordinatio, atque fatentur Conventuales ipſi, in propriis Manualibus, & alibi cum Navarro aſſerentes, privilegium ab eis admiſſum efficere Regulam ſpecie diverſam ab illa, quam S. Franciſcus ſuis tradidit obſervandam. *Diſpenſatio perpetua*, inquit pro coronide Paſſerinus, *& univerſalis in ſubſtantia, ut in materia votorum, & ita quod profeſſionis materia ſit ſubſtantialiter mutata, facit ut Religiones ſubſtantialiter varientur.*

ANIMADVERSIO VI.

Bulla Clementis IV.*, Obtentu Divini Nominis, *qua Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus indultum fuiſſe volunt, ut licitè ſuccedere poſſent in bonis, in quibus ipſi ſuccederent in ſæculo exiſtentes, primis tantum, nullatenus verò ſecundis data fuit; ideoque à Bullario Franciſcano eſt penitus expungenda.

SI rationes inferiùs aperiendas ob oculos habuiſſet, & æqua lance libraſſet eruditiſſimus Sbaralea, vel Clementinam Conſtitutionem Bullario Franciſcano haud inſeruiſſet, vel huic eam inſerere volens, ſaltem adnotaſſet, dubium eſſe, & quidem graviſſimum, in ejus titulò, an ſcilicet directa fuerit *Magiſtro, & Fratribus Prædicatorum, necnon Miniſtro Generali Ordinis fratrum Minorum*. Si namque id egiſſet, ut opus erat, intellexiſſet quoque, cur Obſervantes propugnent, & aſſerant, ſolis datam fuiſſe Prædicatoribus, & cur Bullarum Collector Carolus Coquelines eamdem in ſua collectione præterierit. Tot enim ac tantæ ſunt rationes, quibus Obſervantes, & alii hanc ad Prædicatores tantùm, nequaquam verò ad Minoritas pertinere demonſtrant, ut ad nihilum valere probent exemplaria, etiam quod aſſervatur in Conventu Aſſiſienſi, cui ſummopere fidunt contraria ſentientes, ac penitus exſufflent reliqua omnia, quæ ipſe Sbaralea fideliter à ſuis deprompſit ad oppoſitum comprobandum, quemadmodum in hac Animadverſione, Articulis diſtincta, pro modulo noſtro aggredimur demonſtrare.

ARTICULUS PRIMUS.

Aſſertio noſtra ex ipſo titulo, & parte narrativa ejuſdem Bullæ comprobatur.

I. TItulus, ſeu Inſcriptio, *necnon Miniſtro Generali Ordinis fratrum Minorum*, qui tunc temporis, anno ſcilicet 1265., vel 1266., ut notant Bremondus, & Sbaralea, erat Seraphicus Doctor S. Bonaventura, ad cujus preces Bullam prædictam emanatam volunt, & ſcribunt, pro Minoritis editam non fuiſſe in primis evincit. Nec noſtro indiget calamo Seraphicus Doctor, ut ipſum ab injuria vindicemus, utpotequi in ſuis ſcriptis, dum falſitatem jactatæ petitionis, & conceſſionis luce clariùs oſtendit, ab illata ſibi macula ſeſe inviċtiſſime etiam defendat. Et quin cuncta repetamus jam alibi conſcripta, quæ zelum ejus pro integra, & exacta Minoriticæ Regulæ obſervantia patefaciunt, nullaſque eò tunc fuiſſe in Ordine vel ab ipſo, vel ab alio obtentas ejuſdem Regulæ diſpenſationes ineluctabiliter evincunt, id unum addemus, quod ſi laudatam Bullam S. Doctor petiiſſet, & impetraſſet, id in aliquo ſuo Opere, præſertim vel in Opuſculis contra Guillelmum à Sancto-Amore, vel in Regulæ expoſitione, vel alibi indicaſſet aliquando, ut ſic & Guillelmum ipſum, contra mendicam Fratrum Minorum profeſſionem oblatrantem, confunderet, & Minores ipſos, pro quorum directione Regulam explanabat, in re inſtrueret tam neceſſaria. Cum namque iſtorum Regula bona immobilia ſtricte prohiberet, & ex quotidianis mendicatis eleemoſynis vitam tranſigere mandaret, admiſſo privilegio ſuccedendi in hæreditatibus, abſolutè neceſſarium erat ipſos Fratres de hoc admonere, & in ipſa expoſitio-

ſitione adnotare obtentam facultatem, & modum, quo ſe gerere deberent in caſu alicujus hæreditariæ ſucceſſionis, quod nullibi unquam feciſſe legimus. Admiſſo hoc privilegio, facillimum quoque erat ei Sanctamoranum obtrectatorem cum ſuis gregalibus refutare, inquiendo nimirum, Fratres Minores mendicitatis cauſa nec temerarios eſſe, nec Dei tentatores, nec ſuicidas, ut Guillelmus ipſe crepabat, quia jam ſatis à ſe conſultum fuiſſet eorum neceſſitatibus per expetitam, & obtentam à Pontifice facultatem ſuccedendi in hæreditatibus. Addere etiam poterat, quod licèt Minores tunc mendici eſſent & pauperes, atque adeo vim aliquam apparentem haberet Guillelmi, aliorumque argumentum, hoc tamen urgebat tantummodo, donec Fratres aliquas percepiſſent hæreditates. Accedit, quod ſi privilegio hujuſmodi Minores communiti fuiſſent, Guillelmus, & Geraldus de Abbatis-Villa, contra eorum profeſſionem non abſque ſtultitiæ, vel inſipientiæ nota, ut facilè quiſque intelligit, latraſſent. At ipſi obloquebantur, Minorum paupertatem eſſe temerariam, ſuoſque interficere profeſſores, & Seraphicus Doctor, qui ex profeſſo contra ipſos agebat, nec poſſeſſiones, nec hæreditates, nec privilegia has recipiendi illis unquam objecit. Imò in Apologia pauperum, quam contra Geraldum conſcripſit, huic reſpondens objicienti, Fratres Minores ob profeſſam paupertatem eſſe Dei tentatores, & ſui homicidas, inquit: * *Nequaquam hujuſmodi pauperes poſſunt rationabiliter argui, quod diſcrimini ſe committant, ut per hoc quod homicidæ ſint ſui, vel tentatores Dei. Si enim ſufficientiam victus quantum ad uſum opportunum reſpuerent, utique ſe ipſos necarent. Nunc autem ſic recuſant poſſeſſionum dominium, quod ſuſtentationis neceſſariæ non abjiciant uſum: ſic ſe committunt divinæ providentiæ, ut viam non ſpernant proviſionis humanæ, quominus ſuſtentari valeant, vel de his quæ mendicant humiliter, vel de his quæ per laboritium conquiruntur. His enim modis vixerunt hactenus hujuſmodi pauperes in magna multitudine ſexaginta annis, & amplius per operis exhibitionem, adeo in eis divino impleto promiſſo, quod nullus eorum, cujus ad nos fama pervenit, ob defectum veſtitus, vel victus, mortis periculum incurrit.*

* Reſp. 4. cap. 3.

II. Hìc advertendum eſt, quod cum Ordo Minorum inſtitutus fuerit anno 1208., ex verbis illis, *vixerunt hactenus hujuſmodi pauperes ſexaginta annis, & amplius*, colligitur ſuam Apologiam S. Bonaventuram adornaſſe anno 1269., vel 1270., quarto ſcilicet, vel quinto jam elapſo ab emanatione controverſæ Bullæ, quæ ſi Franciſcanis æque ac Prædicatoribus data fuiſſet, ipſam utique ad confundendam Geraldi inſipientiam S. Doctor indigitaſſet, opportuneque adhibuiſſet. Sed opponente Geraldo, Fratres Minores ob mendicitatis profeſſionem vitæ diſcrimini ſe committere, & reſpondente S. Bonaventura, nequaquam id verum eſſe, quia multis annis vitam duxerant in exercitio illius, quin vel eorum unus fame perierit, nihil addente de privilegiis vel capiendi hæreditates, vel utendi bonis immobilibus, palam fit, privilegia iſthæc tunc Fratres Minores adhuc non habuiſſe: Nec officiunt verba illa, *Nunc autem ſic recuſant poſſeſſionis dominium, quod ſuſtentationis neceſſariæ non abjiciunt uſum*, ex quibus inferre quis poſſet, habuiſſe Minores uſum immobilium abſque dominio. Sequeretur enim, ſi res ita eſſet, quod uſum hujuſmodi habuiſſent ab Ordinis inſtitutione, cum ſexaginta annis & amplius ita eos vixiſſe dicat S. Doctor, quod nemo hactenus excogitavit, & ideo ſtatim explicat quomodo hos annos tranſegerint, dicens, tunc vitam ſuſtentaſſe vel de ſponte oblatis, vel de mendicatis, vel de laboritio, nulla habita mentione vel de his quæ hæreditate percipiebantur, vel de uſu poſſeſſionum. Hunc uſum inſuper penitus excludit in Libello Apologetico, * ubi reſpondens objicienti, quod Franciſcani viderentur tranſgreſſores propriæ Regulæ, quia recipiebant domos, vel areas non contiguas areis, in quibus habitabant, inquit: *Proteſtamur nos ſecundum Regulam noſtram nil debere, ſeu velle*

* Quæſt. 9. in reſp.

velle poſſeſſionis, vel certorum redditaum recipere, vel habere . . . . Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum ſuam, vel aream non contiguam noſtræ manſioni . . . . . . Si ille eam diſponit per alium quemcumque, ut, ea vendita, de pretio ejus provideatur nobis ex parte ſui in his, quibus tunc indigemus, procurandis, vel ſolvendis debitis, acceptamus. Sed qui proteſtari potuiſſet S. Bonaventura, ſe *nil debere, ſeu velle poſſeſſionis, vel certorum redditaum recipere, vel habere*, ſi ipſo procurante, facultatem habuiſſent Fratres à Clemente IV. ſuccedendi in bonis, in quibus ſucceſſiſſent in ſæculo exiſtentes? Cur non recipiebat domum, vel aream Fratribus legatam, niſi ut venderetur, ſi jam ab Innocentio IV; vel ab alio, ut volunt, uſus poſſeſſionum eis conceſſus fuerat? Ad quid enim illico per venditionem alienare ab Ordine bona immobilia, huic ex devotione legata, ſi ex Pontificio indulto Minores eiſdem uti, & etiam hæreditates capere poterant? Ni ergo Seraphicum Doctorem ſibi adverſari, vel mendacem, aut hypocritam dicamus, concludendum eſt, nullum ætate ſua extitiſſe in Ordine privilegium vel utendi bonis immobilibus, vel ſuccedendi in hæreditatibus; atque adeo Bullam, *Obtentu divini Nominis*, Fratribus Minoribus non fuiſſe conceſſam, multo minus ad inſtantiam ejuſdem Seraphici Doctoris. Quis enim ſibi perſuadeat, virum Sanctiſſimum, & Evangelicæ paupertatis à ſe profeſſæ zelatorem egregium, qui hanc ubique laudat in ſancto Inſtitutore Franciſco, ejuſque obſervantiam integerrimam in omnibus ſuis operibus extollit, & Fratribus commendat, contra mentem ipſius Inſtitutoris petere voluiſſe privilegium eidem apertè contrarium? Repugnat id ſpiritui Seraphico, quo plenus erat, nec non ejus humilitati, quia ſe extuliſſet ſupra ipſum Fundatorem, qui Dei ſpiritu afflatus novum in Eccleſia induxit Ordinem, ut idem ait S. Doctor in Opuſculo de Paupertate Chriſti, * & ob mendicitatem diverſum à cæteris, qui bona immobilia vel habebant, vel habere poterant in communi. Per privilegia ſiquidem à ſe petita, mendicitatis à S. Franciſco præceptæ deſtructiva, opus correxiſſet Sanctiſſimi Patriarchæ, atque ab hoc præjactum fundamentum deſtruxiſſet, *cui ſubſtrato primariè*, eodem S. Bonaventura fatente in Legenda S. Franciſci, * *ſic omnis ſtructura Religionis innititur, ut ipſius firmitate firmetur, & everſione funditus eruatur.* Egiſſet quoque contra voluntatem Chriſti, aut ſaltem dubitaſſet de divina providentia, ac de promiſſis iſtius, qui, Fratribus nonnullis Regulam à S. Patriarcha exaratam, ob rigorem paupertatis renuentibus acceptare, è vertice Montis, ipſis refractariis audientibus, elata voce ſe velle clamavit, quod Regula illa ſervaretur *ad literam, ſine gloſſa*; quod ſi exacte eam obſervaſſent, & ſpem ſuam in Domino poſuiſſent, ipſe neceſſaria tribuiſſet eis ad vitæ ſuſtentationem; quo magis augeretur eorum numerus, eo magis annonam ſuæ providentiæ ſuper eos multiplicaſſet; quodque, ſi opus foret, ut refert etiam VVadingus, * ex ipſis lapidibus excitaſſet, ejuſdem Regulæ obſervatores. Cum igitur abſque injuria Seraphici Doctoris, quem certè hæc non latuere, & abſque horrore legentium, dici nequeat, ipſum mendicitatem à S. Franciſco præceptam abſtuliſſe, vel de divinis promiſſionibus dubitaſſe, quæ aperte ſequuntur, ſi Bullæ præfatæ interceſſor ipſe affirmetur, iterum concludendum eſt, hanc pro Minoritis, inſtante S. Bonaventura, editam non fuiſſe.

* Art. 2. ad 20. & alibi.

* Cap. 7.

* Anno 1223. num. 10.

III. Et ſane, quis iterum de eo hoc ſentire audebit, cum Romani Pontifices ipſum nedum Regulam S. Franciſci diligentiſſime obſervaſſe, ſed & alios rigores huic addidiſſe teſtentur, ejuſque zelum pro eorum obſervantia in Ordine conſervanda, & promovenda plurimum collaudent? Sixtus IV. in Bulla Canonizationis illius, *Superna cæleſtis*, de ipſo inquit: *Nec ſolum quæ ab ipſo B. Franciſco piè & ſanctè fuerunt inſtituta diligentiſſimè cuſtodivit, ſed multa etiam adinventa, quæ, creſcente Fratrum numero, neceſſaria videbantur, adje-*

adjecit. Leo X. in Conſtitutione pluries laudata, *Ite & vos*, ſub vineæ figura Minorum Ordinem deſcribens, ut alibi etiam diximus, murorum ejus utrimque ob invaleſcentes abuſus ruinam minantium, ipſum vocat reparatorem. Gregorius XIII. Bulla, *Paſtoris æterni*, zelum ejus pro tuenda Seraphica paupertate celebrare volens, eumdem appellat *Ordinis fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſorem*, utpotequi exactam Regulæ obſervantiam in ſe fideliſſimè ſervaverit, & modis omnibus in aliis indefeſsè promoverit. De ipſo enim legitur in Breviario Franciſcano editionis Romanæ 1689. tertia die infra octavam feſtivitatis ejuſdem *: *Hic vir ſanctus accingens ſe gravioribus actionibus, cum jam Religioſi cœpiſſent à Fundatoris diſciplina paululum declinare, ubi monendo, inſtando, caſtigando, ac operoſiùs laborando, ad meliorem vitæ frugem reduxit, in Capitulo Generali, quod primum Narbonæ tenuit, Religionem S. Franciſci reformavit, & Regulam expoſuit*. Et quidem tam feliciter, ut editis rigidiſſimis, ſanctiſſimiſque legibus, & Regula ad mentem ſancti Inſtitutoris pro conſcientiarum ſecuritate explanata, *jam B. Franciſci Religio*, ut ſexta die infra eamdem Octavam ibidem additur, *quam annis octo, & decem ſancto regimine gubernavit, ipſius monitis, & exemplis in ſolidiori ſanctitatis ſtatu firmata eſſet*. *S. Bonaventura*, ſcribit etiam Petrus Rodulphus a Toſſiniano Conventualis in Hiſtoria Seraphicæ Religionis, * *cum eſſet Generalis, videns Fratres nimis ſibi indulgere, atque à priori ſacri hujus Inſtituti ratione deſciviſſe, laboravit annos* 18., *quo tempore rexit Ordinem, ut Fratres reduceret ad illibatam paupertatem, quam Beatus Pater, & veri ejus imitatores profeſſi ſunt*. Adeò ſiquidem iſtius ſollicitus fuit, & pervigil cuſtos, ut cum Innocentius IV. in ſua Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, declaraſſet, poſſe Fratres Minores recurſum habere ad amicos ſpirituales, nedum pro *re neceſſaria*, vel pro *neceſſitate*, ut prius definierat Gregorius IX. in ſua Declaratione, *Quo elongati*, ſed etiam pro *re utili*, & pro *commodo*, ut idem addiderat Innocentius, ipſe Doctor Seraphicus in antedictis Conſtitutionibus, Narbonæ editis anno 1260., confirmaverit determinationem Capituli Metenſis, quod nempe expoſitio Innocentiana in his, quæ opponuntur declarationi Gregorii IX., ſuſpenſa remaneret, quodque Fratres ea non uterentur. Hinc jure meritoque Summus Pontifex Benedictus XIII. anno 1727. Libellum cujuſdam Philaletis Adiaphori, in quo S. Doctor poſtulator aſſeritur præfatæ Bullæ, *Obtentu divini Nominis*, mandavit inhiberi, veluti propoſitiones continentem eidem injurioſas, uti legitur in Decreto hac de re edito, quod eſt hujuſmodi. „ *Cum nuper Lucæ, anno 1727. ex typis* „ *Franciſci Mareſcandoli prodierit Liber, cui titulus eſt*: „ Di qual' Ordine de' Minori ſia il B. Andrea Caccioli da Spello: Diſcorſo Iſtorico di Filalete Adiaforo. „ *Cumque in eo nonnulla impreſſa fuerint, quæ continent propoſitio-* „ *nes falſas, captioſas, injurioſas S. Bonaventuræ Eccleſiæ Doctori, piarum au-* „ *rium offenſivas, ſeditioſas, Franciſcanis contumelioſas, & ſummorum Pontifi-* „ *cum ſuper Minorum Decretis contrarias reſpectivè. Ideo nos Frater Gregorius* „ *Selleri, Ordinis Prædicatorum, ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter, Judex Or-* „ *dinarius &c. auctoritate noſtri officii, & maximè juſſu Sanctiſſimi Domini no-* „ *ſtri Papæ Benedicti XIII., poſt habitam plenam relationem, præfatum Librum* „ *ubique prohibemus, prohibitumque eſſe declaramus. Præcipientes omnibus, &* „ *ſingulis tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis, cujuſcumque Ordinis,* „ *ſtatus, & conditionis, ac dignitatis exiſtant, ne illum ex quocumque præte-* „ *xtu legere, & ſic apud ſe retinere, aut vendere, imprimere, ſeu imprimi fa-* „ *cere ubicumque, & quocumque idiomate audeant; ſed ſtatim à præſentis De-* „ *creti notitia, quicumque illum habuerit, locorum Ordinariis, aut Inquiſitori-* „ *bus tradere teneatur, ſub pœnis contentis in Regulis Indicis contra tenentes,* „ *legentes, vendentes, imprimentes &c. Libros prohibitos. In quorum fidem præ-* „ *ſens Decretum, à nobis propria manu ſubſcriptum, & ſigillo noſtro munitum*

* Lect. 2. noct.

* Part. 2. pag. 151.

Digitized by Google

„ *dedimus in Palatio Apoſtolico Vaticano die 4. Julii 1727. Frater Gregorius*
„ *Sellari &c.*

„ *Die, Menſe, & Anno, quibus ſupra, ſupradictum Decretum affixum,*
„ *& publicatum fuit ad Valvas Curiæ Innocentianæ, ac in aliis locis*
„ *ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Joannem Triſellium Apoſtol. Cur-*
„ *ſorem &c.*

Hiſce unum adhuc, vel alterum addimus ex eodem Seraphico Doctore in *Apologia Pauperum*, * poſt editam Bullam, *Obtentu*, ſcribente: *Fratrum Minorum Regula non diſcordat à vita, nec communis ipſorum vivendi modus diſcordat à Regula*. Quomodo autem hæc ſcribere potuiſſet, quoties ipſe impetraſſet à Clemente IV. privilegium ſuccedendi in hæreditatibus, quæ in Minorum Regula prohibentur? Tunc enim Regula diſcordaſſet à vita, & Fratrum vivendi modus diſcordaſſet à Regula, quia hæc unum præcepiſſet, alterum Fratres egiſſent. Cum ergo affirmet, Fratrum vitam fuiſſe Regulæ conformem, hi nullam habebant à rigore iſtius diſpenſationem, ſed hanc profitebantur prout à S. Franciſco tradita fuerat, in mendicitate ſcilicet, & abſque uſu poſſeſſionum, vel redditu um. Siquidem in Expoſitione Regulæ ſcribit idem Sanctus Doctor: *Vult etiam Deus veritatem ſuæ promiſſionis, & evidentiam ſuæ liberalitatis oſtendere, dum nobis, qui nullos certos redditus pro ipſo habere decrevimus, & totam ſollicitudinem in eo jactamus, indulgentius neceſſaria miniſtrat, quam aliis quibuſdam, qui lata prædia habent*. Hæc profectò nonniſi inſipidè, & ineptè S. Bonaventura ſcribere potuiſſet, ſi jam habuiſſent Minores uſum poſſeſſionum, & redditu um, ac etiam facultatem ſuccedendi in hæreditatibus.

* Reſp. 4. c. 2.

IV. Verum placet adhuc in examine tituli hujus Bullæ tantiſper immorari. Inſcriptum hunc exhibet Sbaralea, *Magiſtro, & Fratribus Prædicatorum, nec non . . . . Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum*; unde colligit, Bullam utrumque Ordinem afficere, ita ut iſtius vigore utriuſque Ordinis Fratres licitè ex tunc ſuccedere potuerint in hæreditatibus, in quibus ſucceſſiſſent in ſæculo, quod antea utriſque prohibitum erat. Sed hoc judicium ſupponit falſum. Supponit enim, parem fuiſſe Minorum, & Prædicatorum paupertatis profeſſionem, & hanc ſervandi obligationem, quæ proinde uno eodemque Diplomate, una eademque loquendi formula ſolvi, ac diſpenſari debuerit, quod eſt omnino falſum. Nam Fratres Minores habere bona immobilia, & hæreditates admittere ex propriæ Regulæ præcepto prohibebantur ſub mortali; Prædicatores verò tenebantur ad mendicitatem ex conſilio tantum, & Conſtitutione, quæ, ut docet S. Thomas, * etiam ad calcem Animadverſionis primæ laudatus, nec ſub veniali eos arctabat. Si ergo par non erat utrorumque profeſſio, & obligatio, uno eodemque Diplomate, ſub una eademque loquendi forma comprehendi non poterant; ſed vel reſcriptis diſtinctis facultas erat eis impartienda, vel ſi uno eodemque, quidquam inibi pro Minoritis addendum erat, quo exprimeretur, Clementem IV. vi iſtius diſpenſaſſe cum eis in arctiſſimo promiſſæ Regulæ præcepto. Dicet aliquis, jam ſuper hoc diſpenſaſſe Inocentium IV., uſum redditu um, & immobilium ipſis concedendo. Sed ex dictis in hiſce noſtris Animadverſionibus, præſertim in 3. Art. 1. falſitatis revincitur. Nunc præterire non poſſumus diſcordantiam eorum, qui ſub naſcentis Minoritici Ordinis primordiis, uſum præfatum ex Romanorum Pontificum conceſſione ipſum admiſiſſe ſcribunt. Nonnulli etenim volunt, hunc uſum admiſiſſe Minores anno primo Clementis IV., quando per Bullam, de qua agimus, eiſdem permiſiſſe tradunt hæreditatum perceptionem: Alii verò ſuſtinent, uſum prædictum obtinuiſſe ab Innocentio IV., cum eis conſtituit Syndicos, & OEconomos, atque addunt, Clementem IV. per Bullam, *Obtentu*, Innocentianum privilegium ampliaſſe tantummodo, vel confirmaſſe. Sentiunt cum primis

* 2.2. quæſt.186. artic. 9.

Digitized by Google

mis P. Franciſcus Croſati in *Tabula Annalitica Temporum*, *in Directorio Divini Officii pro anno* 1728. Romæ impreſſo; & Magiſter Julius Franciſcus Salmoirego à Lauda in Kalendario edito Brixiæ anno 1730., ambo Conventuales, cum quibus ſentire videtur Sbaralea, quia nec ad Conſtitutionem Innocentianam, nec ad Bullam Clementis IV. Prædeceſſorum quidquam adnotavit de privilegio, vel ab Innocentio, vel ab alio Minoritis conceſſo, ac in notis tantummodò ad Bullam *Obtentu* totis viribus probare nititur, hanc Prædicatoribus, & Minoribus datam fuiſſe. In hiſce, inquam, notis rationem tribuit ſuſpicandi, ipſum putaſſe, Clementem IV. omnium primum permiſiſſe Franciſcanis uſum poſſeſſionum, quoniam ſi vel Innocentium, vel alium ejuſdem Clementis Deceſſorem, hunc eis conceſſiſſe exiſtimaſſet, in notis ad Bullas reſpectivas, quæ pro hac opinione afferuntur, procul dubio advertiſſet. Sed tanti viri pace, ex Bulla *Obtentu*, etiamſi Minoritis quoque directa concedatur, uſum redditUum iſtis à Clemente IV. conceſſum fuiſſe immeritò colligit. Etenim Clemens IV. in ea declarat, quod Fratres licitè ſuccedere poſſint in hæreditatibus, *bonorum poſſeſſiones apprehendere, ac vendere liberè, & bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem propriam convertere*. Ergo ne concedit, quod bonis immobilibus hæreditariè perceptis uti poſſint, ea retinendo, eorumque fructum annuatim percipiendo? Minimè gentium; quia ſi id Fratribus impartitus eſſet, addidiſſet quoque, licere ipſis poſſeſſiones apprehenſas retinere, ac de earum fructu vitam ſuſtentare. At cum id omninò ſiluerit, atque dixerit poſſe eos bona percepta vendere, eorumque pretium in utilitatem propriam convertere, ſolum conceſſit, quod ſi aliquis, ut centies retulimus ex Divo Bonaventura in Apologetico,* eis legare vellet domum ſuam, diſponens per alium, ut ea vendita, de pretio ejus provideretur ipſis, proteſtatione præmiſſa, acceptare poſſent, ſicuti revera acceptabant. Hoc unum, dixi, ex Bulla Clementis IV., ſi rectè intelligo, legitima conſecutione deducitur, admiſſa hypoteſi, quod & Fratribus Minoribus directa fuerit, quia non deſunt, qui ad hoc tantùm Prædicatoribus revera datam fuiſſe volunt, quibus aſſentire videtur etiam Bremondus *de Conſenſu Bullarum*,* ubi referens Conſtitutionem, qua Pariſiis anno 1228. ſancitum fuit, ne Fratres Prædicatores impoſterùm poſſeſſiones, & redditus reciperent, hanc abrogatam fuiſſe ait *in primis Sixti IV. Diplomate*, nulla facta Clementinæ mentione, quam utique feciſſet, ſi per hanc eidem Conſtitutioni derogatum voluiſſet. Eadem hypotheſi exiſtente, Clemens IV. demonſtrat, nullum à ſuis Prædeceſſoribus habuiſſe Minores privilegium utendi bonis immobilibus, ex quo ipſis concedat, ut bona hæreditaria vendere poſſint, & eorum pretium in proprias convertere neceſſitates, quia ſi iſtorum uſum habuiſſent, declaraſſet quoque, eos bona percepta retinere poſſe per Syndicum Apoſtolicum adminiſtranda, ac licere ipſis fructus annuales ex eiſdem percipere. Quod ita in hypotheſi intelligenda eſſet pro Minoritis Clementina Conſtitutio, ſuadet praxis, qua tunc, S. Bonaventura docente, legata bonorum immobilium ipſi admittebant; evincunt Pontifices eamdem praxim licitam definientes; & comprobat tot ſæculorum uſus, adhuc vigens apud Obſervantes, qui innixi doctrinæ Seraphici Doctoris, ac ſuffulti Pontificiis declarationibus, cum quis legat eis Domum, aut aliud immobile modo licito, putà ut vendatur, & de pretio ejus eorum neceſſitatibus provideatur, proteſtatione præmiſſa, legatum acceptant. Si mentis oculos in hæc intendiſſet Sbaralea, laudatam Conſtitutionem ad hoc tantùm Minoritis datam fuiſſe adnotaſſet, ac etiam addidiſſet, ab Ordine non fuiſſe receptam, quia, ut in ſequentibus Articulis videbimus, etiam poſt hujus Bullæ emanationem Pontifices, Auctores, & Hiſtoria Minoritica Franciſcanos mendicos, poſſeſſionum, & hæreditatum incapaces ubique deprædicant. Sed Minoribus, & Prædicatoribus Clementis IV. Conſtitutionem datam eſſe, ac vi

iſtius

* Quæſt. 9. in reſponſ.

* Tom. 8. tit. 1. quæſt. 12. num. 2.

iſtius utriſque factam fuiſſe facultatem hæreditates percipiendi, & bona immobilia retinendi, in notis ad eamdem propugnat vir clariſſimus, idque vel maximè ſibi ſuadere fatetur parem utriuſque Ordinis tempore hujus Pontificis paupertatis profeſſionem, quam proinde unico Diplomate, iiſdemque verbis diſpenſari potuiſſe putat. *Attamen*, ſcribit in Nota (e) *caſſa omnis vitilitigatio hæc mihi ſolido prorſus argumento probatur, quod eadem altiſſimæ paupertatis profeſſio utrumque Clementis tempore teneret Ordinem Prædicatorum æquè ac Minorum*; hanc verò ſuam aſſertionem roborare nititur abrenunciatione poſſeſſionum, facta à Prædicatoribus anno 1220., & confirmata anno 1228., nec non auctoritate S. Thomæ, qui etiam paupertatem Ordinis Prædicatorum appellat * *tertii gradus, quæ*, ſcilicet, *nec in particulari, nec in Communi poſſeſſiones habet*. At mirum ſanè hæc à tanto viro aſſeri, & propugnari potuiſſe, cum cæci ipſi videant, & Mundus totus agnoſcat paupertatis utriuſque Ordinis differentiam, quam hic ſuperius tetigimus, & in concluſione Animadverſionis primæ fuſiùs expoſuimus, ubi & rationes exſcripſimus, cur etiam Prædicatorum paupertas altiſſima quandoque dicta ſit, quamvis à Minoritica longiſſimè diſpar. Si advertiſſet Sbaralea, quod Minores ex mendicis facti poſſidentes, immutare debuerunt profeſſionis formam, quod non fecerunt Prædicatores, qui eamdem retinent cum poſſeſſionibus, quam emittebant in mendicitate, intellexiſſet quoque paupertatis utriuſque Ordinis diſparitatem; quoniam ſi par fuiſſet, debuiſſent Dominicani quoque immutare formam propriæ profeſſionis cum redditus admiſerunt, ſicuti ſuam coacti ſunt immutare Franciſcani à mendicitate ad ſtatum poſſidentium tranſeuntes. Unus B. Franciſcus redditus, & poſſeſſiones in ſua Regula abſolutè prohibuit, & mendicitatem ſuis Alumnis diſtrictè præcepit, ac iſti ſoli non diſpenſati tenentur ex profeſſione, & ſub mortali ad perfectam immobilium abdicationem, & ad quæſtum quotidianum tam in communi, quam in particulari. Reliqui enim omnes, qui in Eccleſia dicti ſunt Mendicantes Ordines, exercitio mendicitatis vixerunt aliquando, non ex arcto proprii Inſtitutoris mandato, aut ex Regulæ profeſſione, ſed ex conſilio tantum, & ex Conſtitutione Regulæ ſuperaddita, conſcientias ſaltem ſub gravi, minime obligante. Denique, ſi Sbaralea cum ſuis parem eſſe contendit Prædicatorum, & Minorum paupertatem, & utramque diſpenſatam affirmat una, eademque Clementina Conſtitutione, utrumque negant ipſi Prædicatores in fine Animadverſionis primæ recenſiti, quorum unius Divi Antonini hic ſubnectimus teſtimonium dicentis: * *Ratio diverſitatis eſt, quia Prædicatores ex privilegio ſunt hæreditatis capaces, non autem Minores*. Nunc à tituli examine ad partem narrativam ejuſdem Bullæ, ut promiſimus, breviter perpendendam deveniamus.

* 2. 2. Quæſt. 188. art. 7.

* Part. 3. tit. 10. de Teſtament. §. de ſubſtitutione hæreditatis.

V. Aſſerit in ea Pontifex, ſibi ex parte Fratrum ſupplicatum fuiſſe, *quod cum nonnulli Prælati, Clerici, & Laici eos Mundo mortuos, nec valentes proprium poſſidere, occaſione hujuſmodi à quibuslibet ſucceſſionibus excludere molirentur, congruum remedium adhibere curaret, nec propter hujuſmodi præſumptionem talium aliquod incurrerent nocumentum*. Hæc tota narrationis ſumma falſum eſſe demonſtrat, Bullam *Obtentu divini Nominis* à Minoritis expetitam fuiſſe; & ſi ad ipſos directa dicatur, evidenter iterum oſtendit, nullum habuiſſe Minores ab Innocentio IV., vel ab alio Clementis IV. Deceſſore uſum bonorum immobilium, & ab ultima ut incipiamus, ſic oſtenditur. Si Franciſcani tempore Clementis IV. jam habuiſsent ex conceſſione Pontificia uſum reddituum, & poſseſſionum, Prælati, Clerici, & Laici non exiſtimaſsent, eis vetitum fuiſse proprium poſſidere, atque hinc ſuccedere in hæreditatibus, quia ratione anterioris privilegii potuiſsent utrumque, dominio, ut ajunt, penes Apoſtolicam Sedem exiſtente. Sed Mundus clamabat, Fratres Minores hæreditatum eſse incapaces, & ideò ſane, quia poſſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſiones, & redditus habere nequibant: Ergo nullum habebant ante Clementem IV. hiſce utendi privilegium. Confirmatur ex ipſa conceſſione, quam omninò parem ſimul Prædicatoribus, & Minoribus factam fuiſſe contendunt. Poſt Conſtitutionem editam à Prædicatoribus anno 1228., ut iterum diximus, in Capitulo Pariſienſi, qua, ut refert Bremondus jam laudatus *de Conſenſu Bullarum*, ſtatutum fuit, *ne Fratres in poſterum poſſeſſiones, & redditus reciperent*, ipſi Prædicatores ab hujuſmodi Conſtitutione diſpenſati fuerunt per Bullam, *Obtentu*, à Clemente IV., qui eis facultatem fecit, juxta Sbaraleam, & alios, recipiendi, ac retinendi bona immobilia: Sed hæc prima fuit diſpenſatio admittendi, & retinendi poſſeſſiones, Prædicatoribus indulta: Ergo prima dicenda eſt etiam pro Franciſcanis, niſi affirmare velimus, iſtos ante illos habuiſſe uſum bonorum immobilum. At ſi hæc fuit diſpenſatio prima, Fratres Minores nullum à Clementis IV. Prædeceſſoribus habuere privilegium poſſeſſionibus, & redditibus utendi. Hæc forſan Sbaralea ipſe pervidit, qui propterea, ut advertimus, ad nullam Prædeceſſorum ejuſdem Clementis Conſtitutionem adnotavit, facultatem Minoritis factam habendi uſum redditium, ac primum vires exerit omnes in notis ad Bullam, *Obtentu*, ut hanc Prædicatoribus æque ac Minoribus datam fuiſſe concludat, & ſic primam fuiſſe diſpenſationem oſtendat. Sed quid concludi poterit pro uſu prædicto, quem in hac Bulla Minoritis conceſſum propugnat, ſi cum Bremondo, & aliis dicamus, in ea nec Prædicatoribus indultum fuiſſe, ut bona immobilia ad vitæ ſuſtentationem retinenda reciperent, ſed tantum ut ea venderent, & de ipſorum pretio propriis neceſſitatibus providerent? Nil profecto, quia recipere immobilia teſtamento legata, ut vendantur, & pretium in Fratrum neceſſitates convertatur, non eſt recipere immobilia, ut eorum uſu annuatim percepto vita ſuſtentetur; & idcirco abſque diſpenſatione profeſſæ mendicitatis, etiam ſub initiis naſcentis Religionis Minores ea licite recipiebant, ut non una ſemel intelleximus ex Doctore Seraphico, & nunc adhuc recipiunt Obſervantes, diſciplinæ illius temporis tenaciſſimi.

VI. Venio nunc ad alterum, ad partem ſcilicet narrativam Conſtitutionis Clementinæ, ex qua demonſtrari præmonui, ipſam nec à Franciſcanis fuiſſe expetitam, nec eis per conſequens fuiſſe directam. Id luculenter evincitur ex eo, quod poſtulatores illius expreſſe dicantur exoraſſe Pontificem, ut congruum curaret adhibere remedium, ne, ſi ad hæreditates haberentur inhabiles, aliquod incurrerent nocumentum. Hiſce namque verbis declararunt, ſibi gravamen, & præjudicium inferri ab illis, qui eos hæreditatum exiſtimabant incapaces. At quidquid ſit de Prædicatoribus, incredibile omnino eſt, Fratres Minores in querelas, & inſtantias hujuſmodi erumpere potuiſſe, ac per S. Bonaventuram ad aures Pontificis eas deferre, ut facile quiſque perſpiciet, ſi animo recogitet, quæ de zelo S. Doctoris pro tuenda paupertate in Regula promiſſa, ſuperius dicta ſunt; ac ſi in animum inducat, nil frequentius habuiſſe in ore ferventiſſimos aureæ illius ætatis Minoritici Ordinis profeſſores, quam ſe ex Regulæ præcepto fuiſſe mendicos, & pauperes. Proteſtabantur enim coram omnibus, ut eorum nomine ſcripſit idem Seraphicus Doctor, & nos ſuperius pluries audivimus, ſe *nil debere, ſeu velle poſſeſſionis, vel certorum redditum recipere, vel habere*. Quis igitur credat, eos conqueri potuiſſe, quod excluderentur ab hæreditatibus, & Pontificem appellaſſe, ut earum declararentur capaces, qui in una gloriabantur mendicitate, quam veluti proprii Ordinis fundamentum aſpiciebant, ac tamquam hæreditatem ſibi à Sanctiſſimo Patriarcha paucis retro annis in perpetuum relictam, & ſummopere commendatam venerabantur? Tamdiune perduravit in Eccleſia novus in eam per S. Franciſcum invectus vivendi modus, ut ablatus fuerit, atque ceſſaverit poſt annos quadraginta ab ejus

morte vix evolutos, & quidem opera eorum, qui utpote fonti viciniores ſpiritu illius pleni erant? Poſt Clementem IV. totus Mundus firmiſſime tenuit, & plurimi etiam chartæ mandarunt, Fratres Minores eſse hæreditatum incapaces, & eorum nullus per quinque ſæcula & amplius de hac re conqueſtus eſt, vel Pontifices appellavit unquam, ut oppoſitum definirent, & viros illos ſanctiſſimos, vix è ſchola tanti Patris egreſſos, utrumque feciſſe dicendum erit? Denique, ſi Doctor Seraphicus petiit, & obtinuit à Clemente IV. facultatem, qua Fratres Minores in parentum hæreditatibus ſuccedere poſsent, cur id nunquam indicavit in tot operibus à ſe poſtea conſcriptis, ad hoc, ut ipſi Fratres opportune reſpondere poſsent Prælatis, Clericis, & Laicis eos ab hæreditatibus excludere volentibus, habere ſe ex Pontificia declaratione privilegium, vel habilitatem illas admittendi, ac retinendi? Numquid privilegium obtinuit S. Bonaventura, ut dormiret in pulvere, vel ut Fratres eo non uterentur? Ita fateri coguntur, qui ipſum per Bullam, *Obtentu*, Minoritis datum fuiſſe propugnant, quia nunquam veſtigium ejus apparet nec in Pontificiis Diplomatibus, nec apud Juriſconſultos, nec apud Scriptores Ordinis, nec in tota hujus Hiſtoria, imo potius, ut modo videbimus, contrarium ubique apertiſſime offenditur, ita ut ſi eis concedatur indultum, affirmare cogamur, ab Ordine nec fuiſſe receptum, nec executioni mandatum.

ARTICULUS SECUNDUS.

Bullam, Obtentu divini Nominis, *Franciſcanis datam non fuiſſe, Pontifices, Juriſconſulti, ac ipſius Minoricici Ordinis Auctores evincunt.*

QUoniam contrariæ ſententiæ defenſores, hac ipſa Conſtitutione una cum privilegio ſuccedendi in hæreditatibus vel primo Fratribus Minoribus conceſſam, vel à Clemente IV. confirmatam volunt facultatem utendi redditibus, & poſſeſſionibus, noſque hoc ultimum falſum oſtenderimus in præcedentibus, ne ad Lectoris nauſeam eamdem crambem recoquamus, unicè impræſentiarum oſtendere conabimur, Minores ab hoc Pontifice nullum obtinuiſſe jus ad hæreditates, ut exinde colligamus, prædictum Diploma pro ipſis non fuiſſe confectum. Mittimus propterea, quæ maxime in tota Animadverſione tertia dicta ſunt, quamque Lector volens adire poterit, ut hìc iis tantum inſiſtamus teſtimoniis, quæ Franciſcanos hæreditatum incapaces deprædicant, & falſitatem per conſequens prætenſæ conceſſionis declarant; àtque ut propoſitum teneamus ordinem, à Romanorum Pontificum incipiemus Conſtitutionibus, quarum nonnullis tantum contenti erimus.

I. Nicolaus III. in Decretali, *Exiit qui ſeminat*, * edita Pontificatus ſui anno ſecundo, tertiodecimo ſcilicet, vel quartodecimo poſt emanatam à Clemente IV. Bullam, *Obtentu*, exponens Regulam Fratrum Minorum, antequam declaret, quomodo iſti legata recipere poſſint facta eiſdem in ultima voluntate, ad rem noſtram præmittit: *Ad hæc quia fratribus ipſis interdum in ultimis voluntatibus ſub diverſis modis nonnulla legantur, neque expreſſe quid de his agendum ſit in Regula, vel Prædeceſſorum noſtrorum Declarationibus continetur, ne in ipſis dubitari contingat in poſterum, providendo legantibus, & fratrum conſcientiis præcavendo, declaramus &c.* Cum hìc aperte fateatur Pontifex, de legatis Franciſcanis teſtamento relictis nil expreſſe contineri in Declarationibus ſuorum Prædeceſſorum, dicendum eſt, aut Clementem IV. Conſtitutionem, *Obtentu*, pro Franciſcanis non ediſſiſſe, aut Nicolaum III. eam poſt annos paucos ignoraſſe. Sed quis hoc ultimum affirmabit, cum ipſe Nicolaus tempore Clementis IV. munus Protectoris Ordinis exerceret, ad quem pertinebat plenam de rebus Fratrum habere notitiam, ut in circumſtan-

* De Verbor. ſignificat. lib. 6.

Digitized by Google

ſtantiis eos juvare, ac moderari poſſet, ſuamque Declarationem ad preces totius Religionis jam Pontifex editurus, conſilium adhibuerit Miniſtri Generalis, quamplurium Provincialium, nonnullorum Prælatorum, ac duorum Cardinalium ejuſdem Ordinis Minorum? Si Clementinam Conſtitutionem eum ignoraſse dicamus, idipſum fatendum erit etiam de aliis, quos conſiliarios adhibuit, quod maxime de Cardinalibus, ac de Miniſtris Generali, & Provincialibus prædictis, eſt omnino impoſſibile. Primum igitur aſſerendum venit, nempe laudatam Conſtitutionem Minoritis datam non fuiſſe, tum ob rationem allatam, tum etiam quia Nicolaus III. ne quidem nomen Clementis IV. recenſet in tota ſua Declaratione, ubi alios commemorat Pontifices, qui pro Franciſcanis aliquid egerunt. Et ſane, ſi apertius declarare voluiſset Nicolaus, quod obſcure tantum Clemens IV. expoſuerat, ut aliqui reponunt, hanc obſcuram Clementis Declarationem, & conceſſionem indicaſset, atque addidiſset, ſe ad hanc tollendam obſcuritatem Decretalem ſuam ordinaſse; quamvis obſcuritas hæc effugium ſit miſerrimum ad veritatem obnubilandam, cum Clemens IV. claris, & rotundis verbis mentem ſuam aperiat dicens: *Declaramus, quod vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſæculo exiſtentes, licitò poteſtis ſuccedere, etiam bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere, prout vobis melius videbitur expedire*. Clarius rem exponere non poterat, & ideo inepte aſseritur, Nicolaum de legatis in ſua Decretali pertractaſse, ut clericis aperiret, quod Clemens IV. confuſe expoſuerat. Accedit, quod non ſine injuria ipſius Clementis dici poteſt, eum in ſua Conſtitutione ita rem declaraſse, ut nova poſt annos paucos indiguerit declaratione. Si ergo Nicolaus III. affirmat, in Declarationibus ſuorum Prædeceſsorum expreſsè non contineri quid agendum ſit de legatis, Franciſcanis in ultima voluntate relictis, apertè fatetur, Clementem IV. nihil de hac re definiiſse; ac propterea Conſtitutionem, *Obtentu*, ad eos non pertinere. Deinde ſi Clemens IV. juxta nonnullos conceſſit omnium primus, & juxta alios declarando confirmavit conceſſionem Fratribus Minoribus jam factam ab Innocentio IV. utendi redditibus, & poſseſſionibus, cur Nicolaus III. in hac ſua Declaratione definivit, & ordinavit, *quod ſi teſtator modum, ſecundum quem fratribus, eorum conditione inſpecta, recipere non licet, exprimat in legando, ut ſi legat fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferat, aut modos ſimiles in relinquendo ſervet, à tali legato, & ejus receptione per omnem modum fratres abſtineant*? Cur inſuper addidit: *Si verò modum licitum fratribus in legando teſtator expreſſerit, ut ſi diceret: lego pecuniam pro fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & ſimilia, ad hoc ut per certam perſonam, vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel alia fratrum neceſſaria convertatur, aut in legando ſimilibus modis, vel verbis utatur, in hoc caſu illud in omnibus, & per omnia (conſideratis eorum neceſſitatibus, & moderaminibus ſupradictis) quantum ad fratres ſervari decernimus*? Admiſso privilegio immobilibus utendi, & ſuccedendi in hæreditatibus, licitum fuiſset Minoritis quodcumque legatum admittére, quocumque modo ipſis factum, ac fruſtra idcircò diſtinxiſset Nicolaus III. inter legatum expreſsum modo licito, & legatum conceptum modo illicito; ac fruſtra pariter præcepiſset, quod omnino abſtinerent à receptione domus ipſis legatæ ad locandum, vel agri, aut vineæ ad excolendum. Utroque namque exiſtente privilegio, immobile quodcumque Minoritæ hæreditarie percipere, ac retinere potuiſsent cum reſervatione dominii ad Sedem Apoſtolicam, quod expreſſiſset Nicolaus, ſi verum eſset. Hinc rectè me dixiſſe opinor, quod etiamſi Bulla, *Obtentu*, Franciſcanis quoque conceſsa admittatur, perſtringenda ſit ad ſolam facultatem recipiendi poſseſſiones ut diſtrahan-

ſtrahantur, quo in ſenſu & Prædicatoribus, ut audivimus, datam fuiſse nonnulli ſcribunt; non verò ita intelligenda ſit, ut immobilia hæreditarie percepta, nomine Romanæ Eccleſiæ retinerent, ut ex annuo illorum fructu, Syndico miniſtrante, ſuſtentarentur. Verba Nicolai III. clariora ſunt, quam deſiderari poſſit, imo adeo clara, ut quamvis Innocentii, & Clementis IV. privilegium concedatur, utrumque Nicolaum revocaſse dicendum ſit.

* In Clement. de Verbor. ſignif.

II. Clemens V. in ſua Conſtitutione, *Exivi de Paradiſo*, * Regulæ Fratrum Minorum pariter declarativa, agens & ipſe de legatis eiſdem teſtamento relictis, ac de ſucceſſionibus hæreditariis, inquit: *Declarando dicimus, quod ſucceſſionum hujuſmodi, quæ etiam ex natura ſua indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt, conſiderata ſui puritate voti, nullatenus ſunt capaces*. Hæc verba deciſiva ſunt, & ſola ſufficiunt ad litem quamlibet dirimendam, eo vel magis, quod etiam Decretalis iſthæc edita fuit in Concilio Generali Viennenſi, ut alibi quoque monuimus, ad inſtantiam totius Ordinis, & poſt maturam omnium Patrum, Theologorum, ac Miniſtrorum Generalis, & Provincialium in eodem Capitulo exiſtentium conſultationem, atque jam edita, inſtar ſuperius laudatæ Nicolai III., ab ipſo Generali Provincialibus cunctis miſſa fuit, ut in ſingulis Conventibus Ordinis ſtatutis temporibus legeretur. Addimus nihilominus, Pontificem in ea fateri, hanc ſe condidiſſe, ut obviaret abuſibus, qui alicubi contra paupertatem irrepſerant, quoſque ſic enumerat, & recenſet: *Ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in Ordine fieri dicebantur, videlicet, ut ea proſequamur ex ipſis, quæ remedio credimus indigere, quod ſe inſtitui hæredes non ſolum ſuſtineant, ſed procurent. Item, quod redditus annuos ſuſcipiant interdum in tam notabili quantitate, quod Conventus habeant totaliter unde vivant. Item, quod alicubi non ſolum exceſſivos hortos, ſed etiam vineas magnas habeant, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligant ad vendendum*. Plura hîc habentur, quæ & privilegium Clementis IV. ſuccedendi in hæreditatibus, & aliud, quod vel ab hoc Pontifice, vel ab Innocentio IV., vel ab alio Clementis V. Prædeceſſore conceſſum jactitant, utendi nempe redditibus, & poſſeſſionibus, apertiſſime excludunt; ac unicum relinquunt effugium, aſſerendi nimirum, Decretalem, *Exivi*, emanatam fuiſſe pro ſolis Conventibus à rigidioribus Fratribus inhabitatis, non verò pro univerſa Ordinis Minorum Communitate, quod eſt adeo miſerum, ut qui ad ipſum ſe recipiunt, propriam nolentes fateantur deſperationem. Ratiocinium noſtrum confirmatur ex iis, quæ idem Clemens V. in eadem Conſtitutione poſt pauca proſequitur dicens: *Tamen Communitas fratrum, & ſpecialiter Rectores ipſius Ordinis aſſerebant, quod prædicta, ſeu plura ex ipſis in Ordine non fiebant: Quod ſi reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur: necnon contra talia, ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in Ordine multum ſtricta*. His verbis innuit Pontifex, quod ſciſcitati Superiores, an abuſus ad aures ejus delati revera eſſent in Ordine, iſti negativè reſponderunt; unde ſic procedimus. Viri Minoriticæ paupertatis zelotes detulerunt Pontifici, quod Rectores Ordinis hæreditates impunè recipi permittebant, in aliquibus Conventibus annuos redditus tolerabant, & in aliis hortos patiebantur & vineas, ex quibus olera, & vinum etiam ad vendendum Fratres colligebant; atque hæc delata Clementi V. tamquam abuſus, & corruptelæ, pro talibus habita fuerunt etiam ab ipſis Rectoribus, qui coram Pontifice negarunt ſolummodò hæc à ſe impunè in Religione permitti. At ſi communitas Ordinis habebat ab Innocentio IV., vel ab alio facultatem utendi redditibus, & à Clemente IV. etiam privilegium ſuccedendi in bonis hæreditariis, cur zelotimi delatores uſum immobilium, hæreditates, hortos quoque exceſſivos, abuſus appellabant, & in his apud Pontificem communitatem, & Superiores Ordinis accuſabant? Ipſi verò Superiores accuſati, ſi habebant jactata privilegia, cur à Ponti-

Pontifice de prædictis inobſervantiis requiſiti, illa non exhibuerunt, ut ſic ſemetipſos defenderent, accuſatores confunderent, & Clementi V. ſuaderent, non eſse abuſus, aut inobſervantias, habere ex conceſſione Pontificia uſum poſseſſionum, & hæreditates percipere? Imò cur addiderunt, quod ſi qui Fratrum reus in talibus inveniretur, ab ipſis rigidè puniebatur, quodque ſtatuta multum ſtricta contra talia in Ordine facta fuerant. Si extabant privilegia, nec puniri poterant, niſi injuſtè, qui ipſis utebantur, nec ſtatuta condi poterant contra Pontificias Conſtitutiones. Cur inſuper ſibi, & Ordini univerſo præjudicium inferri ſuſtinuerunt in tali circumſtantia, in qua declaratum fuit, reverà eſſe abuſus, & corruptelas, quæ objiciebantur, & idcirco definitum, quod Fratres Minores *ſucceſſionum non ſunt capaces: quod poſſeſſiones eis habere non licet; nec hortos exceſſivos, nec vineas ad olera, & vinum colligendum; nec granaria, nec cellaria, ubi quotidianis mendicationibus poſſunt tranſigere vitam*? Cur denique paſſi ſunt, hanc Decretalem una cum altera Nicolai III. corpori juris inſeri pro tribunalium directione, ut ſcirent nempe Judices, non licere Minoribus immobilia vel hæreditarie, vel quomodocumque percepta retinere? Si quis iterum dicat, pro ſolis rigidioribus, non pro univerſis Franciſcanis, hanc Decretalem prodiiſſe, ex ipſamet reſponſionem habet, qua ejus aſſertio falſitatis revincitur. Si addat, Minores tunc hæreditates percepiſſe, & uſum habuiſſe poſſeſſionum, apud Romanam Eccleſiam exiſtente dominio, repono, quod & Nicolaus III., & Clemens V. id expreſſiſſent pro eorumdem Fratrum non minus, quam pro Judicum regula in caſu legati alicujus, vel hæreditatis. Cum ergò Clemens V., ne facto quidem verbo de proprietate immobilium, ſibi, vel Eccleſiæ reſervata, abſolutè declaraverit, ac definierit ut ſuperius, nec ullum in tali circumſtantia coram ipſo productum fuerit privilegium, quo Superiores Ordinis oſtenderent, Fratres Minores licitè redditibus uti, & in hæreditatibus ſuccedere potuiſſe, neceſſariò concludendum eſt, ab ipſius Clementis V. Prædeceſſoribus nec privilegium utendi immobilibus, nec aliud ſuccedendi in hæreditatibus eos habuiſſe; ac propterea Bullam, *Obtentu*, in qua utrumque pro Franciſcanis contineri volunt, iſtis non fuiſſe directam.

III. Joannes XXII. in Conſtitutione, *Ad Conditorem canonum*, eamdem veritatem mirificè dilucidat. Laudatarum namque Decretalium, præſertim Nicolai III., rectum, germanumque ſenſum aperire volens, Nicolai mentem fuiſſe declarat, *omnium utenſilium, & librorum, rerumque mobilium, & præſentium, & etiam futurarum, Eccleſiarum quoque, & Oratoriorum, ac Cæmeteriorum tam præſentium, quam etiam futurorum, nec non & aliarum emptarum, & eleemoſynis divinis oblatarum, ſeu conceſſarum dictis fratribus (in quibus tamen offerentes, ſeu concedentes ipſa, nihil in ipſis ſibi ducerent reſervandum) proprietatem, & dominium plenè, ac liberè ad ſe, & Romanam Eccleſiam pertinere, ipſa in ſe recipiens, & antedictam Eccleſiam, ſimplici uſu facti dumtaxat in rebus, & bonis hujuſmodi reſervato fratribus prædictis*. Hinc aſſerens ridiculum eſſe, Nicolaum III. ſibi, & Eccleſiæ reſervare voluiſſe dominium rerum uſu conſumptibilium, puta, ut ipſe ait, *unius ovi, ſeu caſei, aut fruſti panis*, concludit, horum viliſſimorum *nullum jus, ſeu dominium aliquod Romanæ Eccleſiæ acquiri*; nec horum proinde ullam in ſe recipere proprietatem, *exceptis Eccleſiis, Oratoriis, Officinis, & habitationibus, ac vaſis, libris, & veſtimentis divinis officiis dedicatis, vel dedicandis*, quorum tantum ſibi dominium reſervare decernit, ſicuti horum tantùm ſibi Nicolaum III. reſervaſſe putat. Verùm ſi Fratres Minores jam ex privilegio Clementis IV. recipere, ac retinere potuiſſent bona immobilia ipſis teſtamento legata, cum reſervatione dominii ad Sedem Apoſtolicam, Joannes XXII., qui reijcit à ſe dominium rerum leviſſimarum, ac earum tantùm ſibi retinere intendit, quæ ſunt alicujus momenti, ſilentio profectò non præteriret domos, vineas, agros,

 alia-

Digitized by Google

aliaque immobilia, quæ jure hæreditario, aut alio modo Fratribus obvenire potuiſſent, imò hæc primo loco meritò reponeret, & inter præcipua etiam Nicolaum III. habuiſſe referret. Si ergò Joannes XXII. in prædicta ſua Conſtitutione, in qua nobiliora numerare proponit, quorum dominium ſibi, & Eccleſiæ reſervare intelligit, non affirmat, Nicolaum III. prædictæ Eccleſiæ reſervaſſe dominium bonorum immobilium, aut bona hujuſmodi, nec Bullam Clementis IV., vel alterius commemorat, ſua ſponte fluit, nec à Clemente, nec ab alio obtinuiſſe Minores uſum poſſeſſionum, aut jus iſtas hæreditarie percipiendi; proindeque Bullam, *Obtentu*, eos non reſpexiſſe.

IV. Sixtus IV., qui reverà per ſuam Bullam, *Dum fructus uberes*, conceſſit Minoritis, ut ſuccedere poſſent in parentum hæreditatibus, per Syndicos Apoſtolicos nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam earum dominium pertinebat, exigendis, recipiendis, & miniſtrandis, fatetur, Martinum IV. permiſiſſe eiſdem Fratribus uſum Syndicorum, & Martinum V. uſum reddituum, & poſſeſſionum, quin Innocentii, & Clementis IV. vel nomen quidem recenſeat. *Dudum ſiquidem*, inquit, *fælicis recordationis Martinus Papa IV. Prædeceſſor noſter, cupiens honeſta adhibere remedia, quibus dicti Ordinis pura obſervantia in ſuo vigore ſervaretur; & ut fratres ejuſdem Ordinis, excluſis quibuslibet ſolicitudinibus, liberius, & quietius divinis vacarent obſequiis .... nec non hæredum, & executorum piarum voluntatum defunctorum, etiam negligentiis obviaretur, ipſique fratres ſecundum modos permiſſos, & licitos relictis ſibi eleemoſynis gaudere valerent, per quaſdam Literas ſuas Apoſtolica auctoritate, & de poteſtatis plenitudine voluit, ſtatuit, & decrevit, quod ſpeciales perſonæ per Generales, ac Provinciales Miniſtros, ac Custodes dicti Ordinis nominandæ, in præmiſſis adminiſtrationem legitimam, generalem, & liberam dicta auctoritate gererent, & veri, legitimique adminiſtratores, OEconomi, Syndici, & actores eſſent; ac res ipſas, & earum pretium, prædictaſque eleemoſynas nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ reciperent, & in ipſorum fratrum utilitates, prout eis liceret ex Regula, vel ejus declaratione ..... convertere poſſent, & deberent &c. Et deinde*, ſequitur ibidem Sixtus IV., *piæ memoriæ Martinus Papa V., etiam Prædeceſſor noſter, per alias Literas ſuas conceſſit præfato Generali (donec aliud per Sedem Apoſtolicam foret ordinatum) facultatem concedendi procuratoribus domorum, & locorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus, hactenus præfato Ordini, & ejus Conventibus relicta, & in poſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice, & nomine Romanæ Eccleſiæ recipere, tenere, & poſſidere &c. Nos igitur volumus, ac eiſdem auctoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus inſtitutiones, & ſubſtitutiones, relicta, legata, donationes inter vivos, & cauſa mortis, aliæque piæ, et non piæ diſpoſitiones quæcumque, quocumque nomine nuncupentur ..... eidem Romanæ Eccleſiæ, & de illa Ordini, et fratribus, ac locis eorumdem factæ eſſe intelligantur, et eumdem plenarium ſortiantur effectum, quem ſortirentur, ſi nominatim, et expreſsè præfatæ Romanæ Eccleſiæ, et de illa, ac in ejus favorem factæ forent; nec poſſint prætextu incapacitatis eorumdem fratrum quovis modo de invaliditate notari. Hæreditates verò, quæ eiſdem fratribus, ſi in ſæculo forent, ab inteſtato deferrentur, præfatæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ipſorum fratrum locum quoad hoc tenet, deferantur &c.* Hæc Sixtus IV., qui in alia ſua Bulla, *Licet nos dudum*, recenſitum privilegium ſe Minoritis conceſſiſſe profitetur ob illud expetentium importunitatem, dicens: *Licet nos dudum ad importunam nonnullorum inſtantiam conceſſerimus per certas noſtras Literas, etiam quarumdam aliarum Prædeceſſorum noſtrorum confirmatorias, ut generaliter fratres Ordinis Minorum poſſint in hæreditates ſuccedere parentibus, & conſanguineis ſuis mortuis, & morituris ab inteſtato, hæreditateſque eorum adire, & tenere, prout in eiſdem Literis noſtris &c.* Argumen-

mentum hìc præſtat Sixtus IV. invictiſſimum aſſerendi, privilegium Innocentii IV., immobilibus nempe utendi, quod Minoritis indultum aſſerunt, & aliud Clementis IV. ſuccedendi in hæreditatibus, quod Innocentiani volunt confirmativum, pro fratribus Minoribus nequaquam prodiiſſe. Etenim Sixtus in priori Bulla recenſet omnes ſuos Prædeceſſores, qui benignè quoad paupertatem cum iiſdem Fratribus ſe geſſerunt, ac inter iſtos ne quidem nomen interponit Innocentii, & Clementis, qui ipſis in hypotheſi ampliora, ut patet, privilegia conceſſiſſent. Imò uſum immobilium à Martino V. conceſſum enunciat, facultatem verò ſuccedendi in bonis parentum, à ſe vigore ejuſdem Bullæ indultam fatetur *ad importunam nonnullorum inſtantiam*. Numquid ampliſſima Innocentii, & Clementis IV. Diplomata latuere Sixtum, qui Miniſtri Generalis Ordinis Minorum egerat præfecturam? Opportuniſſimum erat ei, Innocentianam, & Clementinam hìc exprimere conceſſionem, ut ſic utramque confirmaret, ſimulque aperiret poſſeſſionum originem apud Minores, quos horum Pontificum indulgentia jam ab ipſorum ætate poſſidentes fuiſſe deprædicant. Hæc argumenta ſunt negativa, ſi placet, ſed vi ſua non carent, ſi recogitemus, Pontificem, qui ſilet, Minoritam fuiſſe, ac de Innocentio, & Clemente IV. altum habere ſilentium, ubi plurimos commendat ſuos Prædeceſſores, qui, editis Conſtitutionibus, Minoriticæ paupertati diverſimode providerunt.

V. Inſuper, ſi Fratres Minores jam à Clemente IV. facultatem habebant ſuccedendi in hæreditatibus, cur importunè inſtiterunt apud Sixtum, ut hanc eis tribuere dignaretur, & cur hic importunis eorum inſtantiis acquieſcens non dixit ſe confirmare jam à Clemente conceſſum? Si Clementinum habuiſſent privilegium, non conceſſionem novam, ſed potius iſtius confirmationem à Sixto IV. poſtulaſſent, atque oſtendiſſent ipſius Clementis Diploma, quod idem Sixtus in ſuo recenſere non omiſiſſet. Sed alto ſilentio, ut diximus, & Clementis nomen, & ejus Bullam præterivit: Ergo hanc Sixtus penitus ignoravit, ipſamque ignorarunt etiam ipſi oratores importuni; ſecus unà cum libello ſupplici exhibuiſſent Pontifici, tamquam præcipuum petitionis fundamentum, cui robur addidiſſent inquiendo, vi hujus Conſtitutionis, & conceſſionis morem in Ordine Franciſcano à Clemente IV. inchoatum invaluiſſe, ac ſpatio duorum ſæculorum & amplius inveteraſſe, redditus hæreditario jure perceptos admittendi, & quoad uſum retinendi. Quare dicendum ſupereſt, eumdem Sixtum ob Fratrum importunitatem omnium primum conceſſiſſe Minoribus, ut ſuccedere poſſent in bonis parentum, diſpenſando cum eis in Regula, & paupertate promiſſa, cui indulgentia hujuſmodi adverſatur, eodem Sixto fatente in præcitata Bulla, *Licet nos dudum*, ubi ait, ſuæ intentionis non eſſe hanc facultatem ad Obſervantes extendere, *cum id, expreſſè adverſetur eorum emiſſæ profeſſioni, & promiſſæ paupertati*. Et quod revera à Sixto IV. omnium primo obtinuerint Franciſcani privilegium, de quo agimus, præter jam dicta, & inferius dicenda, probant etiam ipſius Bullæ, *Dum fructus uberes*, hæc verba: *Nec poſſint prætextu incapacitatis eorumdem fratrum quovis modo de invaliditate notari*. Nam ſi à Pontificatu Clementis IV. legata quæcumque etiam immobilium, Franciſcani recipiebant, tempore Sixti IV. haud timendum erat, ne quis in caſu alicujus inſtitutionis, legati, vel donationis eiſdem Fratribus factæ, hanc de invaliditate notare poſſet, prætextu incapacitatis eorumdem, quia ex praxi duorum ſæculorum, quæ fluxerant ab eodem Clemente ad Sixtum uſque, ſatis didiciſſent univerſi quomodo ipſi Fratres legata, & hæreditates percipperent, ac retinerent. Timens ergo Sixtus IV., ne prætextu incapacitatis Fratrum, legata ipſis facta pro invalidis haberentur, apertiſſimè innuit, Minores tunc apud omnes horum incapaces habitos fuiſſe; ac proinde indultum ſuccedendi ut hæredes in bonis parentum novum eſſe, & primùm

a ſe

Digitized by Google

a ſe eis conceſſum. At ſi ipſe omnium primus id impartitus eſt Minoritis, hi profectò iſtud à Clemente IV. non impetrarunt, nec Bulla, *Obtentu*, ad eos pertinet, & idcirco à Bullario Franciſcano eſt penitus expungenda. Tranſeamus nunc ad celebriores Juriſconſultos, qui ſcripſerunt ab ævo Clementis IV. ad annum uſque 1471., quo Sixtus IV. facultatem hæreditandi Minoritis conceſſit, ut eamdem veritatem comprobemus ex iis, qui in judiciorum praxi Pontificum ſecuti ſunt Definitiones.

VI. Archidiaconus, qui floruit circa annum 1283., teſte Alberto de Roſate in cap. *Quia ingredientibus*, fatetur, ſe vidiſſe Diploma Clementis IV., quo Fratribus Prædicatoribus conceditur facultas ſuccedendi in hæreditatibus, ac vigore iſtius conceſſionis conſilium dediſſe ſcribit, ut ipſi hæredes inſtituerentur: *Audivi à Fratribus Prædicatoribus*, ita Albertus, *quod ſuper hoc habent reſcriptum Apoſtolicum, & Dominus Archidiaconus recitat ſe vidiſſe formam reſcripti Domini Clementis IV., ubi eſt talis concluſio*: „ Nos itaque veſtris ſupplicationibus benigniùs annuentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, quod vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſæculo exiſtentes, licitè poteſtis ſuccedere &c. „ *Auctoritate cujus reſcripti idem Dominus Archidiaconus conſuluit, Fratres Prædicatores poſſe hæredes inſtitui*, quod de Fratribus Minoribus abſolutè negat, ſicut antea negaverat etiam Hoſtienſis, Divo Bonaventuræ coævus, expreſse docens in cap. *In præſentia de probationibus*, eos, utpote incapaces, ad hæreditates nequaquam admitti. Fridericus de Senis, qui ſcribebat circa annum 1319., *in Conſiliis* * hos caſus proponit, & ſolvit: *Quidam eſt ingreſſus, & profeſſus Ordinem Fratrum Minorum, & poſt profeſſionem ab inteſtato ſibi delata eſt hæreditas materna, cujus hæreditatis præfatus profeſſus, vel ipſe Ordo Minorum capax non eſt. Deinde, hæreditate jacente, & non apprehenſa per proximiorem in gradu, ille profeſſus ad Ordinem S. Benedicti, vel alium, cui licet proprium habere in communi, juris ſolemnitate adhibita, tranſivit. Quæritur, an Monaſterium ſecundi Ordinis, ex perſona iſtius, olim Fratris Minoris, nunc Monachi poſſit petere illam hæreditatem vacantem? Certum eſt, quod dum erat in Ordine Minorum, non poterat ipſe, vel Ordo capere, non ex vitio, ſed ex profeſſione Regulæ, ut in Decretali Domini Clementis*, Exivi §. Cupientes, *& per conſequens hæreditas deferebatur ad venientes ab inteſtato. Titio exiſtenti in ſæculo*, inquit ibidem, * *devoluta eſt hæreditas materna ab inteſtato. Iſte Titius, hæreditate non adita, ingreſſus eſt Ordinem Fratrum Minorum, qui Ordo non eſt capax iſtarum hæreditatum..... Illo ingrediente, & profitente Ordinem Fratrum Minorum, jus adeundi hæreditatem eſt quæſitum proximiori, & eo ceſſante, aliis proximioribus*. Ne verò ſuſpicemur, Fratres Minores incapaces fuiſſe adeundi hæreditatem nomine proprio, aut Religionis, non verò nomine Sedis Apoſtolicæ, dixerat antea: * *Præſuppoſito, quod Fratrum Minorum Religio nec quantum ad ſe, nec reſpectu Eccleſiæ Romanæ ſit capax &c.* Hinc in alio caſu cujuſdam Fratris Ordinis Prædicatorum, hunc hæreditatis capacem affirmat, non verò Minoritam, & differentiæ rationem aſſignans, ait: * *Iſte Frater Prædicator dicitur eſſe capax, habito reſpectu ad perſonam, cui debet acquirere...... benè ſequitur, quod factus ſui juris, ideſt, creatus Epiſcopus, poteſt ſibi quærere, ut dictum eſt. Et iſtud eſt verum in Prædicatoribus, qui profitentur S. Auguſtinum, & ejus Regulam, quæ poteſt habere proprium in communi, licet ex Conſtitutionibus non poſſit habere, & magis attendenda eſt Regula, quam Conſtitutio Ordinis, cum Conſtitutiones poſſint mutari..... Sed Minores nec ex Regula, nec ex Conſtitutione*. Bartolus, qui docebat anno 1330., ac libros edidit *Minoricarum Deciſionum ſupra Regulam S. Franciſci*, in quibus rem, de qua agimus, fusè, & ex profeſſo pertractat, Fratres Minores incapacès hæreditatum non una ſemel affirmat. Numeratis namque variis hominum ſtatibus, concludit: * *De his, qui in Eccleſia Domini militaverunt, nullum*

* Pag. 20. col. 4.

* Col. 4. quæſt. 26.

* Col. 2. pag. 20.

* Pag. 16. col. 3. quæſt. 20.

* Lib. 1. cap. 1. diſt. 1.

Digitized by Google

nullum genus hominum reperio conſtitutum in tanta paupertate; ſicuti Fratres Minores; ac ſubindè quærit, an iſti hæreditates uno, vel alio modo relictas adire poſſint, & ſemper negativè reſpondet. *Quidam*, inquit, * *in ſuo teſtamento Fratres Minores, vel unum eorum inſtituit hæredem. Primò quæritur, an valcat teſtamentum? Ad quod ſciendum eſt, quod Decretalis*, Exivi de Paradiſo, de Verbor. ſignificat. in Clementin., *dicit, quod Fratres Minores iſtarum inſtitutionum nullatenus ſunt capaces*. Quærens autem * inferius, an poſſint recipere hæreditatem, ipſis jure fideicommiſſi relictam? *Reſpondetur*, ait, *quod non*; *nam dicta Decretalis dicit, quod Fratres ſucceſſionum, quæ ex natura ſui indifferenter ad pecuniam, & ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt, conſiderata ſui puritate voti, nullatenus ſunt capaces*. Idem aſſerit de hæreditatibus, quæ jure legati ipſis relinquuntur, dicens: * *De hæreditate, quæ Fratribus jure legati relinquitur, dico idem per omnia quoad prædicta, quæ ſupra dixi in hæreditate jure fideicommiſſi eiſdem Fratribus relicta, quod non valet, cum ejus hæreditatis Fratres non ſint capaces eadem ratione, qua ſupra dictum eſt*; quamvis eam valere poſtmodùm dicat, ſi adſit conditio, quod vendatur, & ejus pretium in eorum neceſſitates convertatur, juxta Declarationes Nicolai III., & Clementis V. deſuper allatas. Rem autem noſtram immediate attingens, hæc habet: * *De hæreditatibus, quæ Fratribus ipſis ab inteſtato obveniunt, aliqua dubia oriuntur. Primò, an Frater Minor Parentibus, & aliis ab inteſtato ſuccedat, ſicut Monachus? .... Ecce habeo expreſſe, quod his Fratribus, vel Ordini nullatenus quæritur, & ſic legitimam debitam jure naturæ non potuit capere, vel habere; ſed ab inteſtato nihil habituri ſunt. Item ex eo, quod dixit* (Clemens V.) *eos non capaces, apparet, quod non quæritur per eos Eccleſiæ Romanæ*. Quærens tandem * *ad quos pertinebunt bona ipſorum ingredientium ipſam Religionem, & non diſponentium? Reſpondeo breviter*, adjungit, *quid juris ſit in aliis Religioſis, hic non dico: ſed quantum ad Fratres Minores dico, quod eorum Ordo ex prædictis bonis nil debeat, vel poſſit petere, ut expreſſe colligitur in dict. Cap.* Exivi. *Unde puto, quod quantum ad iſtam materiam habetur pro mortuo, ut dictum eſt: quod dicta bona pertineant ad venientes ab inteſtato, ſicut mortuus eſſet.*

VII. Baldus, qui, ut ſcribit Poſſevinus *in Apparat. Sac. litt. Bald.*, mortuus eſt Frater Minor anno 1400., ſic rem totam paucis abſolvit in *Prim. Codic. Authentic.* Ingreſſi, *de Sacroſanctis Eccleſiis*: *Circa primum pono unam concluſionem formaliter veram, quod Fratres Minores in particulari, & in communi hæreditatum ſunt penitus incapaces*. Abbas Panormitanus idem ſentit Cap. *In præſentia*, de Probat., ubi ait: *Concludo ſecundum communem opinionem, quod bona ingredientis Religionem Minorum veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato; iſti enim Fratres non poſſunt capere bona, niſi prout habetur in Clementin.* Exivi de Paradiſo, de Verb. Signific., *& dicendum ut ibi .... Fratres verò Prædicatores, & alii Mendicantes, qui non ſunt adſtricti tantæ mendicitati, poterunt capere*. Alibi verò clarius etiam, & magis ad rem inquit: * *Quædam, & ſecunda eſt Religio, quæ ex propria Regula interdicit dominium, & proprietatem alicujus rei ſingularis, & Ordinis in communi, ut eſt Religio B. Franciſci, & in iſtis communis opinio eſt, ut non admittantur ad ſucceſſiones parentum, ſed veniunt alii ſuccedentes ab inteſtato, ac ſi ipſi mortui eſſent*. Franciſcus Cardinalis Zabarella circa annum 1400. pluries eamdem aſſeruit Minorum incapacitatem, ſcribens: * *Nota, quod Fratres Minores non habent proprium nec in ſpeciali, nec in communi .... Nota, quod Fratres Minores non ſunt capaces ſucceſſionum, ſed legatorum ſic, niſi fiat in fraudem*. Auctor Gloſſæ in Lib. 5. Clementinar., * qui idem Zabarella putatur ab aliquibus, Minorum inhabilitatem ad hæreditates pluribus demonſtrat: *Quia non tranſeunt ad eos*, inquit, * *bona etiam ejus, qui profitetur eorum Ordinem .... quæ tamen bona tranſeunt ad Religioſos aliorum Ordinum: Ergo minus poſſunt capere ab extraneis*

* Lib. 1. cap. 2. diſt. 1.

* Ibi cap. 1. diſtinct. 2.

* Ibi diſtinct. 3 cap. 1.

* Lib. 4. diſt. 1. cap. 1.

* Ibi diſt. 3 cap. 1.

* 2. part. Conſilior. Conſil. 27.

* De Verbor. Signific. pag. 167. num. 9. & 10. lit. C. & E.

* tit. 11. de Verbor. ſignific.

* Ibi cap. 1. *Secundò quæro.*

Digitized by Google

neis hæreditates univerſales .... Et ſic relinquit unum ſolum, quando legatur eis aliquid de hæreditate, quod non eſt tantum, quod poſſit præſumi in fraudem hoc fieri: Omnis ergò alius modus eſt probibitus per id, quod dixi ſupra §. Cum verò. Petrus de Ancarano, qui ſuum opus exornabat circa annum 1420., idipſum repetit, & confirmat. Quærens enim *in Clementin. de Verbor. Signific. de hæreditatibus, quæ ab inteſtato ipſis Fratribus Minoribus obveniunt .... ſucceſſionum hujuſmodi*, ait, *nullatenus ſunt capaces, & ſic eſt expreſſum, quod Fratribus, vel Ordini non quærunt nec legitimam .... Fratres Prædicatores ex Regula, quia profitentur Regulam Auguſtini Canonicorum Regularium, & hodie ſuper habilitate ſuccedendi habent privilegium, ut vidi, patet, quod non ſunt ſimiles Minoribus, qui in communi, & ſingulari ſunt penitus incapaces*. Paulus de Caſtro, qui vivebat circa annum 1430., fusè probat, Fratres Minores poſt emiſſam profeſſionem eſſe mortuos, atque adeò incapaces cujuſcumque hæreditatis ſive ſcriptæ, ſive ab inteſtato, ac ſimul fatetur habiles eſſe Prædicatores vi privilegii Clementis IV. Denique ejuſdem ſententiæ fuerunt Pontanus *in Conſiliis Conſilio* 268.: Raphael Cumanus Conſilio 169.: Philippus Decius ſuper Decretales cap. *Decernimus* de Jud., & cap. *In præſentia* de Probat.: Socinus ſuper 2. Infort. de Condit., & Demonſtrat.: Nicolaus de Ubaldis tract. *de Succeſſionibus*, tractat. Magn. tit. 11.: Antonius Franciſcus in Gloſſa ſuper prædicta loca Abbatis: Sebaſtianus ibidem: Cardinalis Albanus in Lucubr. ad Bartolum de Capit. diminut.: Felinus ſuper Decret. lib. 2. tit. 19. & alibi: Bertacchinus in Repert. part. 2. verbo *Fratres* num. 6. 20. & 30.: S. Antoninus. 5. part. Summ. Moral. tit. 16. cap. *de Habitione, & retentione poſſeſſionum*, ac omnes communiter.

VIII. His addimus B. Angelum à Clavaſio in Summa verb. *Hæreditas* quæſt. 17., & Joannem Baptiſtam, Auctorem Summæ Roſellæ, verb. *Religio* num. 2., utrumque ex Ordine Minorum, qui cum vixerint Sixto IV. Pontificatum gerente, nec adnotaverint, hunc Pontificem per Bullam, *Dum fructus uberes*, Franciſcanis jam poſſidentibus conceſſiſſe, ut ſuccedere poſſent in hæreditate parentum, dicendum eſt, vel ſcripſiſſe ante hujus Bullæ emanationem, vel ipſa nondum promulgata. At ſi Clemens IV. hujuſmodi privilegium Prædicatoribus æquè ac Minoribus fuiſſet elargitus, hi duo non minus, quam ſuperius recenſiti hoc indigitaſſent, & ſucceſſionum capaces Fratres Minores non ſecus ac Prædicatores aſſeruiſſent. Cum itaque abſolutè ſcribant, Franciſcanos hæredes inſtitui non poſſe, & dum capaces hujus inſtitutionis Dominicanos affirmant ratione Bullæ Clementis IV., de Minoritis omninò ſileant, imò eorum incapacitatem unanimiter deprædicent, conſequitur, hanc Bullam ſolis Prædicatoribus datam fuiſſe, & ad Fratres Minores nullo mòdo pertinere. Nec prodeſt reponere, ideo Juriſconſultos hæreditatum incapaces dixiſſe Minoritas, quia cum, typographiæ arte nondum inventa, rara eſſent hujus Bullæ exemplaria, notitiam ejus habere nequiverunt; nam ſicuti illam pro Prædicatoribus viderunt Panormitanus, Ancharanus, & alii, ita ſi æque data fuiſſet utriſque, etiam pro Minoribus videre potuiſſent, niſi dicere velimus, Franciſcanos privilegium impetraſſe, ut ipſum abſconderent in cavernis. Deinde, ſi unicum fuit Diploma, in quo utriuſque Ordinis continebatur facultas, quì fieri potuit, ut in ea legerentur Dominicani, nequaquam verò Franciſcani? Accedit, quod licèt privilegium concedatur diù pro Minoritis occultum, & inviſibile fuiſſe, Juriſconſulti, ac totus Mundus eorum capacitatem deprehendere poterant ex praxi, videndo nempe, eos æque ac Prædicatores ab ætate Clementis IV. in dies hæredes inſtitui, & in bonis parentum ſuccedere. Nunquid non utebantur Minores expetita, & impetrata facultate? Ad quid ergò hanc expoſtularunt contra illos, qui, ut legitur in eadem Bulla, eos ad hæreditates inhabiles exiſtimabant? Ut oſtenderent ſe eſſe capaces hæreditatum, & adverſariorum opinionem fal-

ſalſam demonſtrarent, debebant & privilegium oſtendere, & eo uti, cum ad hoc, in hypotheſi, illud impetraverint. Denique cum prælaudati ſcribebant, cur Fratres Minores non exhibuerunt Clementinam Conſtitutionem, vel cur non oppoſuerunt uſum, qui per duo ſæcula eos pacificè ad hæreditates admittebat, vel cur eorum aliquis opinionem Juriſconſultorum, & Canoniſtarum non refutavit? Adeo nè ſupinæ ſocordiæ, & negligentes fuerunt in ſuis privilegiis vel cuſtodiendis, vel vindicandis, ut cum aliorum calamo quotidie impeterentur, nullus pro ipſorum defenſione ſurrexerit aliquando? Si quis modò aut voce, aut ſcripto incapaces hæreditatum aſſereret Alumnos eorum Ordinum, qui revera ſunt capaces, nunquid iſti ſilerent? At nedum ſiluere Minores, nec oppoſitum probare aggreſſi ſunt, dum viri celeberrimi communiter docebant, eos inhabiles eſſe ad hæreditates, ſed eorum plurimi etiam ex celebrioribus eamdem inhabilitatem apèrtiſſimè faſſi ſunt, ut modò pro hujus Articuli coronide videbimus. Dici ne poterit; Bullam Clementis IV., & privilegium in ea contentum, latuiſſe etiam Fratres Minores? Tam ſollicitè ad Clementem IV. habuere recurſum, & contra Prælatos, Clericos, & Laicos, eos ab hæreditatibus excludere volentes, Bullam ab eo impetrarunt, qua ad illas habiles declararentur, & poſtea cum alii eamdem inhabilitatem prædicabant, penitus obmutuerunt, & facultatem obtentam nunquam oſtenderunt, ſicuti oſtendiſſe legimus Prædicatores?

IX. Si vix credi poteſt, Clementinam Conſtitutionem latuiſſe Judices, Juriſconſultos, & exteros omnes, incredibile omninò eſt eamdem ignoraſſe etiam Fratres ipſos, qui illam ſuppliciter impetraſſent, eaque in dies uti debuiſſent. Cui namque nota eſſe poterat, ſi non illis, penes quos aſſervari debebat, & in quorum gratiam fuerat emanata. Hoc adeò perſpicuum eſt, ut ſi illam ipſos quoque Minoritas latuiſſe probetur, abſolutè concludendum ſit, in favorem eorumdem nequaquam prodiiſſe. Quare nonnullos hìc audiemus ejuſdem Ordinis Auctores, qui poſt Clementem IV. ſcriptis tradiderunt, Franciſcanos cujuſcumque ſucceſſionis eſſe penitus incapaces, ut exinde colligamus, eos nullam hujus Conſtitutionis, & facultatis habuiſſe notitiam, & idcircò nec pro eis fuiſſe emanatam, nec eis fuiſſe conceſſam. Et quoniam S. Bonaventuram jam ſuperius audivimus, unum vel alterum audire ſufficiet, & ab ejus diſcipulo F. Joanne Pechano, Archiepiſcopo Cantuarienſi, incipiemus. Hic in Expoſitione Regulæ Fratrum Minorum, de ipſis, eorumque profeſſione verba faciens, inquit: *Sed nec ipſis ſuccedere poſſunt aliqua hæreditariè .... Hæc eſt igitur ſumma paupertas Fratrum Minorum, quia communitas eorum nulli rei dominatur, nihil ſuo jure poteſt repetere, nulli tenetur tributum reddere, nihil poteſt recipere metas paupertatis excedens, nihil poteſt ſuperhæreditariè accedere, nihil immobili titulo tenere, egeſtatem ſervare debet*. Alvarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ ſcribit: * *Quidam Minorum Fratrum redditus pecuniarios annales, vel biennales, vel ultra habent, quos ſibi in teſtamento dimiſerunt parentes, aut alias a dominis dari ſibi faciunt annuatim, ſicut faciunt ſtipendiarii ſæculares, cum tamen nedum pecuniarios (quod eſt pejus) ſed nec alios redditus quoſcumque habere poſſint ſecundum eorum Regulam, quia tamquam advenæ, & peregrini, ut ibi dicitur, debent ire per Mundum mendicando, non redditus habendo, & eſt expreſſum in prædicta declaratione eorum*, Exivi de Paradiſo §. Proinde in Clement. *Et quamquam Ordines alii poſſint ſuccedere in talibus legatis, & redditibus, dimiſſis Fratribus ſuis, & per eos eorum Ordinibus acquiratur .... Non tamen Ordo Minorum poteſt ſuccedere alicui, nec per Fratres ei poteſt acquiri*. Clarius verò idem repetit infra, dicens: * *Contractus autem, & actus proprietariorum Fratribus Minoribus per ſe, & per alios totaliter interdicti ſunt, emere, & vendere, teſtamenta exequi, in quacumque hæreditate parva, vel magna ſuccedere, annuos redditus, vel cenſus habere*. In rem eamdem collimant, quæ in hiſce Animadverſionibus alla-

* Lib. 2. cap. 66.

* Ibi cap. 67.

allata, Fratres Minores incapaces evincunt bonorum immobilium, etiam quoad uſum, quia ſi certos redditus habere nequibant, profectò nec hæreditates adire poterant, cum ſucceſſionum capacitas facultatem immobilibus utendi neceſſariò ſupponat. Hinc unam repetere juvat Generalis Conſalvi Epiſtolam, datam Provinciali Etruriæ, & à VVaddingo relatam, * in qua monſtruoſam damnans reddituum abuſionem, in quoſdam invectam ejuſdem Provinciæ Conventus, ait: *Omnes redditus annuos, vel perpetuos, ſeu proviſiones, eleemoſynas, ac penſiones certa obligatione ſolvendas annuatim .... necnon poſſeſſiones quaſcumque cum donationibus inter vivos, & ſucceſſionibus hæreditariis, ac domibus ſeparatis à Fratrum habitatione, ſi quæ ſunt, per totam Provinciam tuam facias ſine dilatione moroſa plenariè alienari à Fratribus.* Cum ergo ipſimet Minores illicitum ſibi, & à Regula, & a Declarationibus Apoſtolicis prohibitum fateantur, certos redditus, & poſſeſſiones habere, necnon hæredes inſtitui, & in quacumque hæreditate ſuccedere, ac utrumque deteſtentur tamquam abuſus, & monſtra, quod repetitum legimus in omnibus Capitulis Generalibus, in quibus, ut ait Marchant in Expoſitione Regulæ, * *à tempore S. Franciſci ſemper contra privilegia relaxativa concluſum fuit*, nemo, cui ſanum ſinciput, affirmabit, habuiſſe Minores privilegium utendi immobilibus, & ſuccedendi in hæreditatibus; atque adeo Bullam, *Obtentu*, eis datam fuiſſe. Ultra quam quod, ſi Franciſcanis & Bulla, & privilegium innotuiſſent, vel Fratres zelotes contra redditus alicubi receptos nunquam exclamaſſent, vel Rectores Ordinis, ut iterum diximus, & privilegium, & Bullam opportune exhibuiſſent, præſertim Clementi V., Joanni XXII., & Martino V., apud quos ipſi zelotes Rectores Ordinis accuſabant, quodque tollerentur abuſus, & Ordo reformaretur, flagitabant. Horum nihil unquam ulibi factum adinvenimus, imò Rectores ipſos pro corruptelis, & monſtris habuiſſe legimus hæreditates, & proventus, totiſque viribus adlaboraſſe ſcimus, ut ab Ordine eliminarentur; & ex Fratribus nedum nec unum ſurrexiſſe contra docentes, eos hæreditates adire non poſſe, ſed ex ipſis plurimos hanc doctrinam ſcriptis confirmaſſe, necnon Pontifices eamdem in ſuis Conſtitutionibus definiiſſe intelligimus. Neceſſariò igitur concludendum eſt, Bullam, *Obtentu*, qua Minoritis facultatem aſſerunt impertitam in bonis parentum ſuccedendi, datam non fuiſſe.

* Anno 1310. num. 9.

* Quæſt. 7. proœmial.

ARTICULUS TERTIUS.

Bulla, Obtentu Divini Nominis, *non pro Fratribus Minoribus. ſed pro ſolis Prædicatoribus emanata, ex variis ejuſdem Exemplaribus comprobatur.*

I. ETſi rationes deſuper expoſitæ illius naturæ ſint, ut quemlibet cordatum virum, ni mea me fallat opinio, ad nobiſcum ſentiendum inducere valeant, flocci tamen eas facere videtur clariſſimus Sbaralea, qui momentis innixus à ſuis excogitatis, in notis ad hanc ipſam Bullam, utriuſque Ordinis Prædicatorum, & Minorum Fratribus eam datam eſſe propugnat. Ipſum non movent Pontifices Clementis IV. Succeſſores, qui Franciſcanos hæreditatum apertè declararunt incapaces, non Juriſconſulti, aut Scriptores Ordinis, qui poſt ipſum Clementem eamdem eorum incapacitatem ſcriptis tradiderunt, non veterum omnium tum Noſtratum, cum exterorum de hac Bulla Franciſcanis data ſilentium, non denique, ut ex Minoritica liquet Hiſtoria, contraria duorum ſæculorum praxis. Extat, inquit ipſe, hujus Bullæ autographum penes Conventuales in Archivo Aſſiſienſi, aliud quoque autographum in Conventu Panormitano, aliud in Peruſino, & aliud in Albæ Pompejano ſervatur Cænobio, in quibus, & in authenticis exemplis vel Cremonæ

Digitized by Google

monæ anni 1468., vel Romæ apud SS. XII. Apoſtolos 1470., vel Roccæ Contratæ in Piceno 1493., vel in Archivo Ordinis Prædicatorum aſſervatis, in quibus, inquam, cum hæc legatur inſcriptio: *Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicat., necnon Miniſtro Generali Ordinis Minorum*, peſſumdatis recenſitis rationibus, ſibi indubitanter concludendum eſſe putavit, Clementinum Diploma Prædicatoribus æque, ac Minoribus datum fuiſſe. Huic autem opinioni eo vel firmius ſe inhærere fatetur, quod illud pluries poſt annum 1509. impreſſum viderit cum præfata inſcriptione, opera & ſtudio Fratrum Minorum de Obſervantia, quodque anno 1728., inſtante F. Cajetano Lamberti, Conventualium in Romana Curia Procuratore Generali, & mandante Summo Pontifice Benedicto XIII., ejus autographum Aſſiſio Romam allatum, ac ſedulò perpenſum, nullo penitus falſitatis vitio laborans, pleniſſimeque concordans cum Exemplari impreſſo in Bullario Romano, viri doctiſſimi, D. Juſtus de Fontaninis, D. Dominicus Riviera, & D. Joannes Vignoli adinvenerint, & conteſtati fuerint. Hæc, dicebam, ſunt momenta, quorum vi Sbaralea devictus, Bullam, *Obtentu*, & Minoritis datam, & in Bullario Franciſcano per conſequens locandam eſſe putavit. At ſatis mirari non poſſum, virum cæteroquin eruditiſſimum, & oculatum, rationibus intrinſecis extrinſecas præferre, ac illis neglectis, iſtis contra regulas Critices adhærere voluiſſe. Docent enim Critici, nil pro Diplomatis alicujus genuinitate ex titulo, & ex aliis extrinſecis, ſive materialibus concludi, quoties intrinſece cum hiſtoriæ veritate pugnantia, vel ab ipſis factis, & graviſſimis Auctoribus diſconvenientia contineat, ut in caſu noſtro, in quo ex demonſtratis laudata Bulla apertiſſime pugnat cum doctrina S. Bonaventuræ, a quo dicitur impetrata; cum Fratrum Minorum ſtatu, profeſſione, & praxi; cum declarationibus Pontificiis; cum dictis clariſſimorum virorum; ac tandem cum determinationibus, & Statutis Capitulorum Ordinis S. Franciſci. *Felices omnes forent impoſtores*, ſcribit ad rem Venerabilis Baronius, * *ſi ex falſo tantum ſuperpoſito titulo, quod cuperent probatum haberent, & non plura intercederent, quibus luce perſpicua convincerentur eſſe falſarii. Sunt quidem complura, quæ in eodem Diplomate ſcripta reperiuntur, quæ veritati adverſari noſcuntur, inſuper alia deſiderantur, quorum omiſſio perſpicue poſſet redarguere falſitatem*. Quare ſicuti hac regula ſuffultus Baronius ipſe eodem in loco, Othonis III. Imperatoris Diploma, a Notariis, & perſonis plurimis perpenſum, ac in titulo, ſigillo, & aliis ſuis partibus extrinſecis legitimum, & ſincerum judicatum, pro vitiato nihilominus, & falſo habuit, quia in corpore illius nonnulla continebantur veritati adverſa, & alia deſiderabantur, quæ vitium, & falſitatem arguebant; ita iiſdem omnino de cauſis dicendum eſt de Bulla, *Obtentu*, quoad Fratres Minores, licet autographum Aſſiſianum abſque vitio in ſigillo, & in aliis materialibus a tribus præclariſſimis viris deſuper laudatis fuerit enunciatum.

* Tom. 11. ad ann. 1191. lit. E.

II. Titulum hujus Bullæ ſolis hiſce verbis contentum prodiiſſe, *Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum*; reliqua vero, *necnon Miniſtro Generali fratrum Minorum*, quæ leguntur in autographis, & Exemplis a Sbaralea recenſitis, additititia eſſe, & alienæ manus, rationes allatæ ineluctabiliter evincunt. Nam ſi ab initio ita prætitulata prodiiſſet à Clemente IV., ſicuti non latuit quoad Prædicatores, ita nec latere debebat quoad Fratres Minores. Sed quoad iſtos latuit Pontifices ejuſdem Clementis Succeſſores; latuit Juriſconſultos, & hiſtoricos; ac latuit etiam ipſum Minoriticum Ordinem, ejuſque Scriptores, & Generales Miniſtros, & quidem per duo ſæcula, & amplius, quia intra hoc ſpatium temporis non adinvenitur, qui eam pro Franciſcanis editam commemoret, imo plurimi offenduntur, qui contrarium aſſerunt: Igitur ſucceſſu temporis per additionem verborum, *necnon Miniſtro Generali Fratrum Minorum*, in Autographo Aſſiſiano, atque hinc

in aliis Exemplis, ejus titulus vitiatus fuit. Et ubinam erat hoc Autographum, cum Nicolaus III., Clemens V., & alii declararunt, Fratres Minores hæreditatum eſſe penitus incapaces: Cum Sixtus IV. hanc ipſis capacitatem attribuit per ſuam Bullam, *Dum fructus uberes*, in qua omnes commemorans ſuos Deceſſores, qui Minoritis aliquid indulſerant, Clementis IV. ne quidem nomen recenſet? Ubinam erat cum omnes ſcribebant, Fratres Prædicatores hæredes inſtitui poſſe, nequaquam verò Minores, ac hi ſecundi voce & ſcriptis, eorumque Rectores in Epiſtolis, & Conſtitutionibus communem ſententiam confirmabant? Denique ubinam erat cum apud Pontifices inſtabant Spirituales Fratres, ut a nonnullis Cœnobiis alienarentur poſſeſſiones, etiam hæreditario jure perceptas, quas laxa indulgentia à Superioribus Ordinis permitti dicebant? Cur in his, aliiſque circumſtantiis Clementinam Conſtitutionem, ejuſque Autographum, vel Exemplar non excitarunt a ſomno, ut Ordinis jura, & proprias perſonas vindicarent? Nunquam hoc feciſſe comperimus, nullibi hujus privilegii Minoritis conceſſi ante Sixtum IV. occurrit mentio. Ergo Bulla, *Obtentu*, ſolis Prædicatoribus directa fuit, & verba illa, *necnon Miniſtro Generali Fratrum Minorum*, circa tempora ejuſdem Sixti in aliquibus Exemplaribus addita fuerunt. Ipſemet Sbaralea rem confirmare videtur ex eo, quod antiquius hujus Bullæ Exemplum, Prædicatores, & Minores præferens in titulo, aſſervatum Cremonæ, ut ipſe ſcribit, annum 1468. non excedat, & prima illius editio facta per Fratres de Obſervantia ſit anni 1509., ſive melius 1506., ex aliquo excerpta Exemplari manuſcripto jam vitiato, à quo poſtmodum VVaddingus in Regeſto Pontificio, Cherubinus in Bullario, Confettius, & alii ex hiſce bibentes, ipſam in titulo corruptam exſcripſerunt. Siquidem ex his advertit VVaddingus, ſe illam deſumpſiſſe ex libro, cui titulus, *Speculum Minorum*, & ex Roderico, *ſed omiſſis Minoribus*, quod verificatur tantum de hoc ultimo, apud quem, ut videbimus, Fratres Minores deſiderantur; ac proinde nos admonet Annaliſta, quod cum Fratres Minores non in omnibus reperirentur Exemplis, dubitari poteſt, an revera in præfato titulo locum habere debeant. De Cherubino non eſt cur verba faciamus, cum ſatis perſpectum ſit, ipſum ſtudio partium abreptum, quam multa ad Franciſcanum Ordinem pertinentia ſine delectu, ac maturo examine Bullario ſuo inſeruiſſe. Quod verò ex Obſervantibus nonnulli Conſtitutionem, *Obtentu*, edi curaverint cum titulo Minorum nomen præſeferente, mirum videri non debet; ſcribebant enim poſt Sixtum IV., ac præcipue, ut notat etiam Sbaralea, ſub initio ſæculi 16., quando nempe Conventuales Fratres jam obtenta ab eodem Sixto facultate gaudebant; unde Obſervantes certi de privilegii veritate, parum aut nihil ſoliciti erant de nomine Pontificis, qui indulſerat illud, & idcirco nec de Clementinæ Conſtitutionis genuinitate, de qua nulla eo tunc agebatur quæſtio. Verum licèt ex Obſervantibus nullus contra tituli depravationem reclamaverit, tamen citati a Sbaralea de ſubreptionis vitio prædictam Bullam accuſarunt. Nam apud *Firmamenta trium Ordinum* * legitur: *Aliæ autem Bullæ ſubreptitiæ, relaxatoriæ, & exceſſivæ, quæ meritò velut falſæ, & nullæ repudiantur per ſanctorum Patrum Canones, & Juris Doctores .... ſunt iſtæ ſequentes, & ſimiles, videlicet Bulla Clementis Papæ IV., quæ incipit*, Obtentu divini Nominis &c. Hæc verò ſcribit Auctor poſtquam ſuperius dixerat: * *Aliqui Miniſtri, & Fratres laxiùs tunc vivere volentes, & his tantis, & ſufficientiſſimis proviſionibus non contenti, alias ampliores, & puritati Regulæ contrarias à diverſis ſummis Pontificibus, & præſertim ab eodem Martino V., & Eugenio IV., Pio II., Sixto IV., & Alexandro VI. ſubreptitie impetrarunt, tam pro receptionibus pecuniarum per ſe ipſos, & per alios, quam pro receptionibus poſſeſſionum, atque annualium redditiuum, & ſucceſſionibus parentum Fratrum*. Ubi advertendum eſt, nullam hic Innocentii, & Clementis IV., qui pri-

* Part. 4. fol. 132. col. 2.

* Ibi fol. 126. col. 2.

Digitized by Google

primi nominandi erant, ſi primi jactata privilegia Minoritis conceſſiſſent, mentionem fieri; unde cum Bullam, *Obtentu*, poſt nonnulla Auctor commemoret, ſuſpicandi tribuit libertatem, hanc non ſatis cum ipſe ſcribebat fuiſſe vulgatam, ac veluti caſu mox ad manus, & notitiam ſuam deveniſſe. Scriptor vero Operis, *Speculum Minorum*, * editionis Venetæ anni 1513. eidem Bullæ hanc rubricam præmittit: *Clemens IV. concedit, Fratres Prædicatores, & Minores Conventuales per Bullam ſequentem poſſe ſuccedere in bonis parentum ſuorum, de eis diſponere ad eorum libitum contra Regulæ, & profeſſionis eorum formam, malè informatus*: quod idem eſt ac fateri, Fratres Conventuales tunc ſucceſſiſſe in hæreditatibus ex privilegio, quod ipſi jactabant a Clemente IV. conceſſum, quodque, ut modo audivimus, tamquam falſum, & nullum *per ſanctorum Patrum Canones, & Juris Doctores repudiabatur*.

* Tract. 2. part. 2. fol. 88. col. 4.

III. Cæterum, ideo ſæculo 16. ineunte Bullam, *Obtentu*, etiam typis excudendam aliqui curarunt, quia nondum à quoquam perpenſæ fuerant rationes, quibus recentiores Obſervantes evidenter oſtendunt, ejus titulum vitiatum eſſe, & ad Fratres Minores nequaquam pertinere. Sed poſtquam in hoc egregiam navarunt operam P. Fortunatus a Soſpello, ſtrictioris Obſervantiæ Profeſſor, in ſuo Opere, *Antiquioritas Franciſcana*, edito anno 1685. contra P. Franchini Conventualem: Vir profectò illuſtris Pater Joannes Antonius Bianchi Lucenſis ex Minoribus de Obſervantia, in Epiſtolis ad Philaletem Adiaphorum: & Auctor Apologiæ pro Ordine Fratrum Minorum, ex Obſervantibus nec unus eſt, qui Clementinam Conſtitutionem Franciſcanis directam fuiſſe concedat, imo ab eorum omnibus & ſingulis animoſe pernegatur. Non audiunt ipſi Confratres, qui abſque rationum pondere arbitrati ſunt, etiam ad Fratres Minores illam pertinere, ſed eos tantùm, qui æqua lance hiſce libratis, verba illa, *necnon Miniſtro Generali fratrum Minorum*, addititia judicarunt. Nec ad oppoſitam ſententiam eorum inclinat animum hujus Bullæ recognitio, facta anno 1728. à tribus peritiſſimis viris deſuper laudatis, quoniam hæc actio materiales tantùm, ſive ſolas extrinſecas Autographi partes reſpexit, non autem ad formales, ideſt ad rationes intrinſecas ejuſdem extenſa fuit. Pro ſui namque officii debito ſigillum, chordulam, characterem, & chartam diligenter inſpexerunt, & in hiſce minimè vitiatum illud eſſe conteſtati ſunt; ſed non intellexerunt ipſi, ejus tenorem adverſari Minorum profeſſioni, pugnare cum doctrina Seraphici Doctoris, & aliorum Minoritici Ordinis Scriptorum, cum Juriſperitorum ſententiis, cum Pontificum definitionibus, cum hiſtoria, & praxi duorum ſæculorum, in quorum decurſu altum apud omnes de hac Bulla Minotitis data ſilentium habetur. Has, inquam, rationes, cum ipſorum non eſſet, viri doctiſſimi nequaquam expenderunt, quod ſi feciſſent, non dubito, quin idem protuliſſent pro autographo Aſſiſinate judicium, quod pro Othonis III. Diplomate tulit Baronius, ac pro antiquis manuſcriptis quotidie ferunt Critici accuratiſſimi, qui, quantacumque extrinſecè aliquando appareat horum antiquitas, & ſinceritas, ea nihilominus pro ſuppoſititiis habent, ac nullius fidei, quoties res in eis offendunt aut pugnantes cum ratione temporum, & factis, aut diſſentientes ab aliis monumentis authenticis, & a dictis virorum illuſtrium, maxime ſi hi vel ſynchroni ſint, vel fere ſynchroni, aut denique ſi iſtorum nemo, cum res ipſas opportune vel referre poſſet, vel deberet, eas aut ſilentio præterierit, aut potius contrarium docuerit, ut in caſu noſtro. Quare cum Bulla, *Obtentu*, apertiſſime pugnet cum rationibus intrinſecis, quibuſcum nullo modo conciliari poteſt, quidquid ſit de recognitione prædicta, ſalva tantis viris debita reverentia, in Autographo, & in aliis Exemplis a Sbaralea laudatis, vitiata dici debet per hanc additionem in titulo, *necnon Miniſtro Generali fratrum Minorum*, quod a falſariis circa ætatem Sixti IV. duplici modo fieri potuit. Nil in primis horum cuiquam facilius, quam uni ipſius Bullæ per-

Digitized by Google

pervetuſto, & genuino Exemplari, ſigillo, chordula, aliiſque extrinſecis communito, ac *Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum* directo, reliqua inſerere, vel addere verba, quæ ipſam datam exhiberent etiam Minoritis, charactere, & atramento adeo ſimilibus conſcripta, ut ab aliis ejuſdem Exemplis diſcerni haud poſſent, multo minus poſt duo ſæcula cum dimidio, & amplius, quando ejus recognitio peracta fuit. Et quidem hoc attentare quis potuit, quia cum in corpore Bullæ nec Minorum, nec Prædicatorum mentio fiat, facile intellexit, ſolam hanc ad intentum ſufficere additionem in titulo, quin vel tota Bulla exſcribenda eſſet, aut novo ſigillo, novaque chordula communienda; ex quo propterea factum eſt, ut viri etiam peritiſſimi conteſtari potuerint, Autographum ſedulo perpenſum omnes habere genuinitatis, & vetuſtatis notas, ac in nulla ſui parte vitiatum eſſe, vel corruptum. Difficillimum inſuper non fuit impoſtori, vel falſario, præpoſito ſibi Exemplo, Bullam ipſam ad hujus inſtar, cum additione tamen verborum prædictorum, etiam ex integro fideliſſime conſcribere, necnon ſigillo, & chordula vel a ſe effabre elaboratis, vel ex alia Pontificia Epiſtola ablatis ita communire, ut nec a peritioribus fraus detegi poſſet.

IV. Nemo eruditorum ignorat, quid olim valuerint impoſtores hujuſmodi vel in deturpandis, vel in confingendis veterum monumentis, & nec unus eſt hac noſtra ætate mediocris experientiæ vir, qui neſciat, & Pontificum, & Principum chartulas, monetas, numiſmata, epiſtolas, inſtrumenta, & ſimilia falſarios iſtos ita perfecte imitari, ut impoſtura vix, aut ne vix quidem ope ſenſuum diſcerni valeat. Hoc ultimum ex quotidiana experientia tam certum eſt, ut probatione non egeat; primum vero, licet ſatis probatum ſit illis, qui hiſtoriam vel a limine ſalutarunt, duobus tamen Exemplis a clariſſimo Bremondo relatis in Præfatione ad Bullarium Ordinis Prædicatorum confirmatur. Refert enim primo, quod cum in Pontificatu Innocentii III. lis quædam ageretur inter partes de quorumdam inſtrumentorum veritate, & ſinceritate, nunquam hæc definiri potuit, quamvis inſtrumenta ipſa coram litigantibus, & aliis allata, pluries diligenter perpenſa fuerint, donec ipſemet Innocentius ſigillum fregit, & falſarii artem detexit. Narrat ſubinde, Bullam quamdam eidem Innocentio III., ſuo nomine inſcriptam, quamque & ab ipſo editam idcirco aſſerebant, exhibitam fuiſſe, atque addit, quod niſi memoria juvaſſet Pontificem, qui optime recordabatur, ſe illam nunquam confeciſſe, ab apparentia, & partibus illius materialibus ipſe quoque deceptus fuiſſet. Quid non poſſunt falſarii! Accedit, quod tres laudati viri, qui ſuam in examine Aſſiſienſis Autographi impenderunt operam, ipſis fatentibus in atteſtatione, judicium tulerunt ex eo præcipue, quod Bulla, *Obtentu*, tamquam vera, & indubia afferatur à VVaddingo tom. 2. Annalium pag. 286. num 21. ad annum 1265., quod falſum eſt omnino. Nam VVaddingus, ut notavimus, in Regeſto Pontificio eidem Annalium tomo inſerto pag. 100. ſcribit, ſe deſumpſiſſe prædictam Bullam ex Speculo Minorum, & ex Roderico, atque fatetur, ab hoc ſecundo Minores haud nominari, ut hinc intelligere poſſimus, de hujus Bullæ veritate & ipſum Annaliſtam dubitaſſe. Hæc militant quoque contra approbationem D. Antonii de Monte Archiepiſcopi Sypontini, qui hanc ipſam Bullam una cum aliis plurimis ad tres Franciſcanos Ordines pertinentibus, inſtante F. Claudio Hugone, Provinciæ Franciæ Miniſtro, confirmavit. Nullus enim intra tempus ab eodem Archiepiſcopo præſcriptum comparuit, qui rationes a nobis expoſitas, contra illius genuinitatem objiceret; unde, quin de ipſa peculiare judicium inſtitueretur, in Inſtrumento ſummarie, & confuse cum aliis confirmata fuit, quæ tamen confirmatio ſuſpecta redditur ex eo, quod Auctores coævi de loco, & tempore, quo hæc facta fuit, minime conveniant. Etenim apud *Firmamenta trium Ordinum*, Lucæ impreſſa anno 1511., facta dici-

dicitur *Romæ in Palatio Apoſtolico apud S. Petrum, die* 18. *Februarii anni* 1510. *Indictione* 13., *Julii II. Pontificatus anno ſeptimo*. In Speculo verò Minorum, ſive in Firmamento trium Ordinum, edito Venetiis anno 1513., peracta ſcribitur *in Ædibus Archiepiſcopi in via Arenulæ prope Palatium Cardinalis Farneſii anno* 1508., *Indictione* 7., *die* 7. *Februarii, Julii II. Pontificatus anno quarto*. Verùm etiamſi hæc juridica, & ſincera concedantur, adhuc ſolis Prædicatoribus Clementinam Conſtitutionem datam eſſe fateri cogimur, tum ob rationes intrinſecas jam expenſas, tum ob alias, quæ ipſam in titulo vitiatam per additionem Fratrum Minorum rationabiliter ſuadent.

V. Nicolaus IV. apud Bremondum * Conſtitutione, *Cum olim*, Bullam, *Obtentu*, confirmare volens, hanc refert ad literam, ejuſque titulum ſolis hiſce terminis comprehendit: *Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum*, nulla de Fratribus Minoribus mentione facta. Martinus V. ſimiliter in corpore Conſtitutionis, *Dudum*, exſcribens eamdem Clementinam, cum hoc ſimpliciſſimo titulo illam exhibet: *Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum*, ad quæ verba idem Bremondus * hanc in margine notulam appoſuit ſub numero 4. *Nulla hìc mentio Fratrum Ordinis S. P. Franciſci*. At ſi Fratres Minores æque ac Prædicatores prætuliſſet in titulo, ambo hi Pontifices unà cum iſtis illos utique nominaſſent, præſertim Nicolaus IV., qui in Generalatus officio ſucceſſerat immediate S. Bonaventuræ, a quo pro Franciſcanis Bulla, *Obtentu*, dicitur impetrata. Nunquid latebat Nicolaum, quod, ipſo jam veterano in Ordine, Clemens IV. conceſſerat Minoritis, quorum poſt octo, vel novem annos ab ipſa conceſſione regimen aſſumpſit? Minores non omiſiſſet profecto, ſi Clementina & ipſis data fuiſſet: Omiſit ergo, quia ſolis Prædicatoribus data fuit, ut colligitur etiam ex eo, quod Franciſcani nunquam illius exquiſierint confirmationem, ſicut a duobus hiſce Pontificibus eam ſibi confirmari poſtularunt Dominicani. Inſuper, Bulla, *Obtentu*, ſolis Prædicatoribus data, affertur in Collectione privilegiorum Apoſtolicorum P. Stephani Uſuſmaris, Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum, quæ privilegia ad ipſum Prædicatorum Ordinem ſpectantia, ut legitur in eadem Collectione pag. 54., antequam ederentur in lucem, cum Autographis, & Exemplaribus authenticis collata fuere, & per Auditorem Cameræ Apoſtolicæ approbata. Abſque Fratribus Minoribus refertur etiam in nova Collectione Emmanuelis Roderici: * In Bullario Alberti Caſtellani, tum editionis anni 1505., * cum alterius anni 1516.: * In Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum: * In novo Bullario ejuſdem Ordinis, diſpoſito, & illuſtrato a clariſſimo Bremondo, * qui referens eamdem Bullam inſcriptam, *Dilectis filiis Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum*, & admonens ſe eam deſumpſiſſe *ex Archivo Ordinis lib. A. fol.* 929., in nota 2. ad hæc ipſa verba inquit: *Habes ibidem aliud exemplar authenticum lib. B. fol.* 190., *cujus Autographum aſſervatur in Cœnobio Tudenſi, vulgò Tuy, in Gallæcia ad Minium fluvium. Extat etiam apud Caſtellanum pag.* 45., *Uſuſmarem pag.* 54., *Rodericum in nova Collectione Privilegiorum Apoſtolicorum pag.* 31., *in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, impreſſis anno* 1505. *num.* 56., *in aliis editis anno* 1507. *num.* 63.. *Ejuſdem Diplomatis Exemplar authenticum invenire eſt in Cœnobio Uratiſlavienſi*. Ita Bremondus, qui ibidem nota 3. ad recitata verba, *Dilectis filiis Magiſtro &c.* addit: *Hæc inſcriptio, nulla de Fratribus Minoribus mentione facta; ſic legitur in Autographis, in Exemplaribus authenticis, in Conſtitutionibus, cæteriſque mox laudatis Adnotatione ſecunda*. Myſterium ſane! In Autographis, & Exemplaribus, quæ, referente Sbaralea, extant apud Conventuales, Bulla, *Obtentu*, inſcripta dicitur Prædicatoribus, & Minoribus; in Autographis vero, & Exemplaribus a Bremondo recenſitis, & apud Prædicatores aſſervatis, de Fratribus Minoribus ne verbum quidem occurrit, ſicutì nec in Exemplis ab Archidiacono, Ancharano, & aliis

* Bullar. Ord. Præd. tom. 2. pag. 50.

* Ibi pag. 550.

* Ad ann. 1265. in Clement. IV.

* Pag. 26. n. 63.

* Pag. 45.

* In Clement. IV. num. 56.

* Tom. 1. pag. 470.

vetuſtioribus inſpectis, qui proinde, ut notavimus, currenti calamo ſcripſerunt, Fratres Prædicatores hæreditates adire poſſe ex privilegio Clementis IV., Minores vero nequaquam. Nonne uno eodemque Diplomate par facultas utriſque collata fuit? Ita fantur. Cur ergo non in omnibus Exemplis Minores cum Prædicatoribus apparent? aut cur in plurimis ſoli nominantur Dominicani, & in nullo ſoli exprimuntur Franciſcani? Si unum prodiit a Clemente IV. Diploma, ac unum fuit iſtius Autographum, ab hoc uno antiquiora Exempla extrahi debuerunt. Cur igitur hæc tam varia ſunt, ut Minores deſint in multis, & habeantur in paucis, Prædicatores vero legantur in omnibus, & nec deſiderentur in uno? Non alia profecto de cauſa, niſi quia Exemplaria illa, in quibus Minores apparent, vitiata ſunt per additionem eorumdem Minorum in titulo, qui ſolis hiſce terminis comprehendi debet, *Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum*.

VI. Denique Bulla, *Obtentu divini Nominis*, ſolis Prædicatoribus data, habetur etiam in Archivo ſecretiori Vaticano, in Regeſto Bullarum Clementis IV. tom. 3., cujus initium eſt, *Incipiunt Capitula Regeſti anni primi Domini Clementis Papæ IV.* pag. 53. num. 204., quod, mihi perhumaniter exhibitum à clariſſimo Viro D. Calliſto Marini, uno ex ejuſdem Archivi Cuſtodibus, ego ipſe inſpexi, eamdem Bullam in eo contentam diligenter perpendi, ac iſtius authenticum Exemplar, ab eruditiſſimo D. Marino Zampinio, prædicti Archivi Præfecto benigne acceptum, nunc una cum atteſtatione ipſius hic fideliſſime reddo.

In Nomine Domini Amen. Hoc eſt Exemplum authenticum quarumdam Literarum Apoſtolicarum fel. record. Clementis Papæ IV., tenoris ſequentis, videlicet:

MAGISTRO, ET FRATRIBUS ORDINIS PRÆDICATORUM.

„ Obtentu divini Nominis, cujus cultui ſub ſacre veſtre Religionis obſervantia ſtudetis mente devotiſſima deſervire, votis veſtris libenter annuimus, & petitiones veſtras in hiis, que digne depoſcitis favorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod Nonnulli Prælati, Clerici, & Laici in diverſis Mundi partibus conſtituti aſſerentes vos fore mortuos, nec valentes proprium poſſidere, vos occaſione hujuſmodi a quibuslibet Succeſſionibus excludere moliuntur. Quare pro parte veſtra fuit a nobis humiliter poſtulatum, ut ne contingat vos propter hujuſmodi preſumptionem talium aliquod incurrere nocumentum, congruum ſuper hoc remedium adhibere paterna diligentia curaremus. Nos itaque veſtris ſupplicationibus benignius annuentes auctoritate Apoſtolica declaramus, quod vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſeculo exiſtentes, licite poteſtis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere, prout vobis melius videbitur expedire. Univerſas autem interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, quas contra preſentis declarationis tenorem per quemcumque ferri contigerit, decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre declarationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Peruſii 11. Idus Februarii Anno I.

Deſcriptum & recognitum ex Regeſto Literarum Apoſtolicarum Clementis Papæ Quarti, quod adſervatur in Archivo Secreto Apoſtolico Vaticano Tom. 3. num. 204. pag. 53., cum quo collatum concordat, ſalvo &c. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, & ſolito Sigillo ſignavi.

Dabam ex Archivo præfato Non. Junii Anno Domini 1777. Ind. X.

Pon-

Digitized by Google

Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini Noſtri Pii divina providentia PP. VI. Anno Tertio.

Marinus Zampinius Archivi Præfectus.

Loco ✠ *Sigilli.*

Cum Bulla in corpore Vaticani Codicis exiſtente, & hìc fideliter exhibita, concordat & Summarium eidem Codici, ſive tom. 3. ejuſdem Regeſti præfixum, & a me pariter inſpectum, in quo ſic legitur: *Sub numero* 204. *Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod in temporalibus bonis, in quibus ipſi ſuccederent in Seculo exiſtentes, licite poſſint ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere bona ipſa.* Aliud hujus Bullæ Exemplum ex eodem Archivo deſumptum ſub die 3. Julii anni 1727., ac ſubſignatum manu, & ſigillo D. Jacobi Antonii Prioris de Pretis, tunc Vaticani Archivi Præfecti, habetur in Epiſtolis ad Philaletem Adiaphorum tom. 1. Epiſt. 4. in fine. Cum itaque in hoc Regeſto ſoli exprimantur Prædicatores, & nulla Fratrum Minorum mentio fiat, neceſſario iterum concludendum eſt, verba hæc, *necnon Miniſtro Generali fratrum Minorum*, quæ in aliis Exemplaribus ubicumque exiſtentibus leguntur, addita eſſe, & alienæ manus. Quis enim vitiatum dixerit Regeſtum Pontificium in Vaticano aſſervatum? At ſi iſtud incorruptum: ergo deturpata, quæ extra ipſum circumferuntur, Exempla. Mos eſt enim Romanæ Curiæ pervetuſtus, nullum poſtulantibus tradere Diploma, niſi prius ab Exemplo, jam chartæ mandato, fideliter in Regeſti Volumine traducatur. Quid eſt ergo, quod in Autographo Aſſiſienſi Bulla, *Obtentu*, data dicitur Prædicatoribus, & Minoribus; & in Regeſto Vaticani Archivi Minores penitus reticentur, & ſoli exprimuntur Prædicatores? Si ex Autographo relata fuit in Regeſtum antequam Autographum ipſum traderetur poſtulantibus, aut iſtud, aut Regeſtum Pontificium corruptum dici debet. Sed nefas eſt vel ſentire, a falſariis depravatum eſſe Pontificium Vaticani Archivi Regeſtum ob graviſſima, quæ ſequerentur, abſurda: Ergo affirmare cogimur, mendoſum eſſe Autographum Aſſiſienſe. Semel enim admiſſa unius Pontificii Diplomatis in Vaticano exiſtentis depravatione, tota vacillat Vaticani Archivi auctoritas, omnium Romanorum Pontificum Diplomatum dubia redditur fides, & fons nobis præcluditur unicus, ex quo eorumdem Pontificum veras, & genuinas Epiſtolas haurire, & a falſis, corruptiſque diſcernere poſſimus. Unde namque puram attingemus aquam, ſi limoſa nobis propinatur in fonte? Merito quiſque de fide uniuſcujuſque Bullæ dubitare poterit, quoties earum una in ſecretiori Vaticano Archivo detenta, corrupta, vel non ſincera concedatur. Ni ergo periculoſa hæc admittantur, denuo concludimus, vitium eſſe in Exemplari Aſſiſienſi, ac ſincerum eſſe Vaticani Originale; ac propterea cum in hoc Bulla, *Obtentu*, ſolis inſcripta legatur Prædicatoribus, Fratribus Minoribus data non fuit, & verba illa, *necnon Miniſtro Generali fratrum Minorum*, quæ habentur in Exemplis a Sbaralea citatis, a falſarii manu aſſuta fuere.

VII. Nec deſunt hujus depravationis indicia, ſi Exemplum a Sbaralea relatum in Bullario Franciſcano, cum lectione Autographi Vaticani deſuper allati conferatur. Etenim ubi Sbaraleæ Exemplum legit: *Fuit nobis humiliter ſupplicatum*; Vaticanum habet: *Fuit a nobis humiliter poſtulatum*; & ubi in Vaticano dicitur: *Congruum ſuper hoc remedium &c.*; apud Sbaraleam particula illa, *ſuper hoc*, deſideratur; ſicuti ubi Vaticanum exprimit: *licite poteſtis ſuccedere*; Sbaraleanum exhibet: *licite poſſitis*. Sed quod magis intereſt, ubi Vaticani Autographum legit: *Bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere, prout vobis melius videbitur expedire*; Sbaralea reddit: *Bonorum ipſorum poſſeſſiones apprehendere, ac vendere libere; bona ipſa, eorumque pre-*

Digitized by Google

tium in utilitatem veſtram convertere, prout &c., quæ lectio maxime ob punctum cum commate inter *libere*, & *bona ipſa* locatum, penitus a Vaticana differt, ac ſenſum ingerit toto cælo diverſum. Aliud eſt enim in poſſeſſionem hæreditatis devenire, & ipſa bona hæreditarie percepta libere vendere, eorumque pretium in propriam utilitatem convertere, ut legit Vaticanum Autographum; aliud poſſeſſiones teſtamento relictas recipere, ſibique nedum eorum pretium, ſed etiam poſſeſſiones ipſas pro ſuis neceſſitatibus retinere, ut reddit Sbaralea. Primum tum ante, cum poſt Clementem IV. licuit Franciſcanis; ſecundum vero uſque ad Martinum V. eorum ſingulis interdictum erat, ac patet utrumque ex doctrina S. Bonaventuræ, ex declarationibus Nicolai III., & Clementis V., & ex aliis monumentis centies repetitis. At ſi vera eſſet lectio Sbaraleana, ſequeretur, Clementem IV. conceſſiſſe Minoribus nedum ut poſſeſſiones apprehenderent, ſed etiam ut ſibi illas retinerent ad vitæ ſuſtentationem, quod nec ipſis Prædicatoribus indultum fuiſſe plurimi ſcribunt, aſſerentes, Clementem per ſuam Bullam eis conceſſiſſe tantummodo, ut bona hæreditario jure perciperent, percepta vero venderent, eorumque pretium, & nihil aliud, in proprias converterent neceſſitates. Hinc etiam eruditiſſimus, & ingenuus Bremondus in Bullario Ordinis Prædicatorum cum Vaticano Autographo legit: * *Bonorum ipſorum poſſeſſionem* (non poſſeſſiones) *apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem veſtram convertere*, abſque puncto ſcilicet, & commate inter *libere*, & *bona ipſa*, appoſitis a Sbaralea, qui propterea eſt corrigendus. Præſtat hic audire clariſſimum Garampi, qui cum eſſet Vaticani Archivi Præfectus, rogatus a noſtris, ut Exemplar depromeret ex eodem Archivo præfati Diplomatis Clementis IV., illud benigniſſime exſcripſit, hac ampliſſima ſua, & eruditiſſima atteſtatione communitum:

* Tom. I.

„ Exemplum Authenticum Litterarum Apoſtolicarum Clementis Papæ IV.
„ ex Regeſto Autographo anni primi Epiſtolarum ejuſdem Pontificis Ep. 204.
„ Tom. III. pag. 53. quod in Archivo Secretiore Apoſtolico Vaticano aſſerva-
„ tur, tenoris ſequentis:

Magistro, et Fratribus Ordinis Prædicatorum.

Obtentu divini Nominis &c. ut ſupra.

Dat. Peruſii ij. Idus Februarii Anno 1.

„ Fidem facio, ac teſtor, præſens Exemplum fideliter, & quam diligentiſ-
„ ſime deſcriptum fuiſſe ex prædicto Regeſto anni 1. Clementis Papæ IV.
„ nihil penitus addito, vel immutato, immo ſervata etiam ipſamet inter-
„ punctionis ratione, cum quo collatum concordat in omnibus, & per
„ omnia. Item fidem facio, idem Regeſtum, quod in membrana ſcriptum
„ eſt, autographum eſſe, & adſervari in hoc tabulario Sedis Apoſtolicæ
„ cum cæteris omnibus Regeſtis autographis Summorum Pontificum; cum-
„ que ad calcem hujus Regeſti anni 1. deſint nonnulla folia, in margine
„ leguntur hæc verba poſteriori manu, ſcilicet circa annum 1300., adnota-
„ ta: *Regeſtum iſtud fuit ablatum de Camera Domini Bonifacii Papæ VIII. tem-*
„ *pore captionis ſuæ, & reſtitutum Domino B. Rojardi cum diminutione iſta*.
„ Item teſtor in rubricis Epiſtolarum ejuſdem Regeſti, quæ manu eadem,
„ qua totum Regeſtum, ſcriptæ fuerunt, hoc argumentum adnotari: *Ma-*
„ *giſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum. Quod in temporalibus bonis, in*
„ *quibus ipſi ſuccederent in ſæculo exiſtentes, licite poſſint ſuccedere, & bono-*
„ *rum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa*. In quo-
„ rum omnium fidem hic me ſuſcripſi, meoque ſolito ſigillo obſignavi. „

„ Dabam ex Archivo Secretiore Apoſtolico Vaticano VIII. Cal. Octo-
„ bris anni 1759. Indictione VII., Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Do-
„ mini Noſtri Domini Clementis Papæ XIII. Anno 11.

„ Ita eſt Joſeph Garampius Archivo prædicto Præfectus.

Poſt

Poſt hæc ad cavillationem quamlibet præcludendam, hanc alteram ingenuus idem, & eruditiſſimus Garampi exhibet atteſtationem.

„ Fidem facio, ac teſtor, in omnibus Regeſtis autographis Epiſtolarum
„ Summorum Pontificum, quæ in hoc Secretiore Apoſtolico Vaticano Ar-
„ chivo adſervantur, & ſingulatim in Regeſtis eorumdem Summorum Pon-
„ tificum ſæculi decimitertii, nec titulos generales competentes perſonis,
„ quibus litteræ ſcriptæ fuerunt, ſcilicet, *Venerabilis Fratris*; vel, *Dilecti*
„ *filii*; nec ſalutationis formulam, nempe, *Salutem, & Apoſtolicam benedi-*
„ *ctionem*; nec clauſulas generales, quarum initium tantummodo deſcribe-
„ bantur; nec in data, ſeu temporis nota, verba, *Pontificatus noſtri*, adnota-
„ ri conſueviſſe, cum easdem formulas, & verba ad ſingulas Epiſtolas re-
„ petere Scriptoribus Regeſtorum inutile viſum fuerit, prout cuique patere
„ poteſt ex ſola inſpectione Regeſtorum Innocentii III., quæ a Boſqueto,
„ & Baluzio in lucem producta, & evulgata fuere. In quorum omnium
„ fidem hic me ſubſcripſi, meoque ſolito ſigillo obſignavi.

„ Dabam ex Archivo Secretiore Apoſtolico Vaticano VIII. Cal. Octo-
„ bris anni 1759. Indictione VII., Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Do-
„ mini Noſtri Domini Clementis Papæ XIII. anno 11.

„ Ita eſt. Joſeph Garampius Archivo prædicto Præfectus. „

VIII. Quoniam vero non defuerunt, qui ad infirmandam Vaticani Archivii auctoritatem, ſcripſere hoc recens eſſe, & Regeſtum in eo aſſervatum Sixti V. ætatem non excedere, ut inter cæteros aſſerere non dubitavit Auctor Libri italice conſcripti, *Ragioni Iſtoriche pag.* 148. (***) qui ſubinde infert,

(***) Hic Liber ſtatim ac in lucem prodiit, ſolidiſſima ab Obſervantibus confutatus fuit pro Ordine Fratrum Minorum Apologia, contra quam nemo hactenus calamum acuit; quamvis in eo erraverint Apologiſtæ, quod ejus Auctorem non illum eſſe putaverint, cujus nomen præſeferebat, ſed alium ſub hac larva deliteſcentem Conventualem. Indignum ipſis, & incredibile videbatur, virum probum, & Epiſcopali dignitate fulgentem, cujuſmodi erat Antonius Lucci, e Conventualibus ad Bovinenſem Cathedram aſsumptus, librum conficere potuiſse, in quo, nemine incitante, antiqua, & jam ſopita excitantur jurgia, & Obſervantes perfricantur. Sed erraverunt utique Apologiſtæ, quoniam ex variis monumentis nunc certi ſumus, ipſum revera Lucci eſse illius Auctorem, atque eumdem compoſuiſſe dum Romæ in Collegio S. Bonaventuræ Regentis munere fungeretur. Hujus rei teſtimonium habemus Patrem Magiſtrum Erei Conventualem, qui, ut mihi conſtat ex quadam Epiſtola, ſcripta die 14. Julii anni 1759., apud me exiſtente, non una ſemel coram pluribus faſſus eſt, ſe, cum eſſet in eodem Collegio Lucci Auditor, eidem in ipſo Opere exſcribendo Amanuenſis operam præſtitiſſe. Ex ejuſdem Erei confeſſione edocemur quoque, Lucci Opus typis demandatum fuiſſe cura, & diligentia P. Magiſtri Amadei de Ceſare, item Conventualis, cum Auctor ſcilicet Epiſcopali infula jam decoratus eſſet, cui de eodem impreſſo Fr. Laurentius Ganganelli, tunc laudati Collegii & ipſe Regens, litteras dedit gratulatorias. Hinc cum Benedictus XIV. in celeberrimo ſuo Opere *de Canonizatione Sanctorum* lib. 2. cap. XXVIII. de libris a Servis Dei conſcriptis, & ad judicium Sacrorum Rituum Congregationis delatis, dicat, *Obſervandam eſſe Scriptoris ætatem dum ſcriberet, an in virili, vel in ſenili ætate; quare Cardinalis Bellarminus ſapienter adnotat* „ quam aliter ſapiat Auguſtinus ſenex, quam Auguſtinus juvenis „ nil prohibet, quin dicere poſſimus, Antonium Lucci Conventualem, Regentem, & juvenem ea ſcripſiſſe ſtudio partium abreptum, quæ forſan Epiſcopus, ſenex, & meliora ſapiens nunquam exaraſſet. Nil pariter vetat, quin etiam ſuſpicari valeamus, eidem Operi MS., vel antequam ederetur, vel ipſo editionis tempore plurima ab aliena manu facta fuiſſe additamenta, & quidem rerum, quas ipſe Lucci nunquam forte ſomniavit. Liber, de quo agitur, dicet quis, tamquam genuinum Epiſcopi Bovinenſis Opus, quoad omnes ſui partes, in Sacrorum Rituum Congregatione adjudicatum fuit, & ab eadem, quod magis intereſt, Decretum prodiit, nihil in eo contineri, quod Cauſam Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Auctoris impedire poſſit, quæ proinde ita procedit, ut quam primum Beatificatio ipſa expectetur. Ita ſit. Quid inde? Non me latet, ex Decreto mox laudato, & ex ſecutura Venerabilis Antonii Lucci Beatificatione ſibi ſuadere nonnullos, Librum ab eo compactum vel jam fore, vel, Beatificatione ipſa peracta, futurum eſſe tantæ auctoritatis, & ponderis, ut Obſervantes, & alios quoſcumque ad ſilentium adigere, oraque omnium obſtruere ita debeat, ut nemini liceat deinceps Conventualium antiquioritatem ſuper cæteros Franciſcanos vel denegare, vel in

Digitized by Google

fert, iſtius auctoritatem majorem non eſſe auctoritate Archivii Conventus Aſſiſienſis, ubi Romani Pontifices, ut ipſe ait, Epiſtolas omnes datas extra Ur-

in dubium vertere. At quam inſcite id in animum ſibi inducant aliqui, & in vulgus diſſeminent, probe intelligunt illi, qui tenent, ad quæ ſe extendant examen, & judicium Sacrorum Rituum Congregationis cum de Operibus a Servis Dei exaratis illud agit, & iſtud profert, quamque auctoritatem, & fidem examen, & judicium hujuſmodi ipſis Operibus adijciant. *Decreta ipſa Generalia Urbani VIII.*, inquit Benedictus XIV. loco mox laudato cap. XXVIII. num. 5., *præſcribunt ea, quæ a Reviſoribus ſunt advertenda, an in Operibus error contineatur contra Fidem, vel contra bonos mores, aut doctrina aliqua nova, & peregrina, atque a communi ſenſu Eccleſiæ, & conſuetudine aliena*. Sed nunquid hujus generis ea ſunt, quæ hiſtorice contra Obſervantes pro ſuis Confratribus Venerabilis Lucci in ſuo Opere ad trutinam revocato proponit? Nemo, cui ſanum ſinciput, id affirmabit. Hiſtoriam in eo deſcribit, quæ nec ad Fidem, nec ad mores pertinet, & cum in ipſa exaranda veterum ſuorum ſequatur veſtigia, nec nova profert, nec peregrina; & ſi nova, non utique a communi Eccleſiæ ſenſu, & conſuetudine aliena. Sacrorum ergo Rituum Congregationis Decreto enunciandum erat, nihil in Opere Venerabilis Servi Dei contineri, quod ejus Beatificationem, & Canonizationem valeat impedire. Probatum ergo erit idem Opus, inferet aliquis. Probatum utique in ſenſu mox explicato, quod nempe Cauſæ, vel ſanctitati Auctoris non obſtet; non vero, quod ea, quæ in ipſo leguntur pro Conventualibus, ita ſint vera, & pro certis habenda, ut nemini liceat amplius eiſdem contradicere. Et quin Hiſtorias hic afferamus quamplurimas a Viris jam inter Sanctos ab Eccleſia adnumeratis conſcriptas, quæ & nihilominus vel pro falſis ab eruditis habentur, vel de ipſarum veritate abſque præjudicio ſanctitatis Auctoris dubitatur, hiſtoricæ quædam narrationes in quibuſdam Breviariis, deſcriptæ, quæque in Feſtis Sanctorum recitantur, nunquid indubiæ ſunt, quia approbatæ? Ipſamet Sanctorum Patrum Opera nonnulla, quamquam ab Eccleſia cunctis legenda proponantur, nunquid ſuos non habent defectus, ac etiam errores? Habent ſane; variis enim de cauſis, quas idem Benedictus XIV. recenſet, & perpendendas exponit, Sancti ipſi Eccleſiæ Patres decipi potuerunt abſque ſanctitatis detrimento; unde Sapientiſſimus Pontifex ibidem cap. XXVIII. num. 8. *ex Facundo lib. 6.* hæc habet: *Errores Patrum ſunt ad inſtar defectus Luminarium, quæ nonnunquam ſuſtinent detrimenta ſplendoris, ſed non deſinunt eſſe, quod ſunt*. Si verum eſſet, quod alii ſentiunt, ſequeretur, Opera omnia vel Sanctorum Patrum, vel alterius Servi Dei, ab Eccleſia approbata, aut fidelibus propoſita, eſſe ab omni errore libera, & indubiæ fidei, quod falſum eſt omnino. Imo ſi Patrum ſanctitatem non lædit opinio quædam, ab ipſis ante Eccleſiæ definitionem propugnata, & chartæ commiſſa, licet poſtea falſa detecta ſit, & ab Eccleſia ipſa etiam proſcripta, multo minus aliorum Servorum Dei ſanctitatem minuere, vel inficere debent opiniones aliquæ, hiſtoricæ præſertim, ab ipſis receptæ, & aliis etiam traditæ, quæ nec Fidem, nec mores ullo modo reſpiciunt. Scribunt Viri Sancti hiſtorias humanas, & id genus alia, non ex Dei afflatu, & aſſiſtentia ſpeciali, ſed ex propria perſuaſione, & ex lumine, ſtudio & labore acquiſito; ac proinde deceptioni, & errori ſubeſſe poſſunt in ſcribendo. *In omnem hominem*, inquit S. Hieronymus ad Teophilum contra errores Joannis Hieroſolymitani, *quantumvis eximium, ſuo marte ſcribentem, aut loquentem, errorem, & falſiloquium cadere poſſe*. Quia Sancti ſunt, quis replicabit, mendacium proferre, vel ſcribere non poſſunt. Ita ſane. Sed ſi nequeunt proferre mendacium, poſſunt tamen enunciare falſum, quod non eſt mendacium, niſi proferatur contra id, quod corde creditur, & mente tenetur, & quin falſum hujuſmodi ex animi perſuaſione de rebus ad Fidem, & mores minime ſpectantibus prolatum virtutem proferentis commaculet, quia *qui loquuntur ut ſentiunt, veridici appellantur*. Hæc dicta ſint in hypoteſi quod Lucci, cum Librum ſcripſit, *Ragioni Iſtoriche* prætitulatum, cum nempe adhuc eſſet ſtudiorum Regens, in tali fuerit virtutis, vel ſanctitatis gradu conſtitutus, ut nullo ſtudio partium abripi potuerit, nullaque affici earum paſſionum, quibus nec ipſa ſanctitas quandoque caret. Denique ut certiores reddamur, quid ponderis, & auctoritatis tribuat Eccleſia ſcriptis Servorum Dei, cum poſt eorum examen decernit, eadem non obſtare, quin ad Auctorum Beatificationem, vel Canonizationem procedi poſſit, ac etiam eſſe ſancta, genuina, & ſincera, quæ in illis continentur, audiamus prælaudatum Benedictum XIV. de Libris Viſionum, Apparitionum, & Prophetiarum, ibidem cap. XXXII. num. 12. ſic dicentem: *Quod attinet ad integrum volumen Viſionum, Apparitionum, & Prophetiarum, rara ſunt exempla approbationum: & quatenus quidem præceſſerint, aut ſecutura ſint, approbatio ipſa certitudinem Fidei nequaquam expoſcit, ſed tantum efficit, ut illæ tamquam probabiles habeantur*. Hinc cum Cardinali Bona *de Diſcret. Spirit. cap.* 20. *num.* 1. concludit: *Quæ vero circumferuntur a Sanctis Viris, & Mulieribus ſcriptæ, non ideo approbatæ cenſentur, ut illis certitudine Fidei aſſentiamur, ſed ut eas tamquam probabiles recipiamus*. Et recte quidem, ſecus Revelationes Sanctarum Hildegardis, Birgittæ, Catarinæ Senenſis, & aliarum ab Eccleſia approbatæ, cum Apocalypſi S. Joannis comparandæ eſſent, eademque fide tenendæ. At ſi approbatio Revelationum, & Prophetiarum, quæ ſuper-

Urbem, tamquam in Archivo Pontificio locabant cuſtodiendas, ideo pro Vaticani Archivii dignitate, & auctoritate vindicanda, nonnulla hìc delibanda, & aperienda ſuperſunt. Et in primis, etſi concedatur, quod de utroque Archivo ſcribit laudatus Auctor, cui Sbaralea ſummopere fidit, adhuc Aſſiſienſi jure præferimus Vaticanum. Supponit namque Auctor iſte, Archivum Pontificium, olim Aſſiſii apud Fratres Minores exiſtens, unum idemque fuiſſe cum Archivo eorumdem Fratrum, ex quo nunc exemplar Bullæ, *Obtentu*, producitur, quod eſt omnino falſum, ut colligitur ex teſtificatione Joannis de Amelio Archidiaconi Forojulienſis in Provincia, quem a Benedicto XII. Aſſiſium directum, ut Diplomata nonnulla ad Romanam Eccleſiam ſpectantia inde Avenionem deferret, ſcribunt Baronius, * & Spondanus. * Siquidem hic ultimus ait, Joannem de mandato Benedicti Pontificis *viſitaſſe privilegia, & ſcripturas Romanæ Eccleſiæ, quæ ſervabantur in ejus theſauro Aſſiſii in Umbria*. Baronius vero * ipſius Joannis teſtificationem ita refert: *Nos Joannes delegatus, & Commiſſarius ſupradictus, ad Civitatem Aſſiſii, & locum Fratrum Minorum B. Franciſci, videlicet ad Cameram juxta Sacriſtiam ſuperiorem, ubi præfatus theſaurus in Archivis Romanæ Eccleſiæ conſervatur &c.* Ex his palam fit, Archivum Pontificium Aſſiſienſe aliud fuiſſe ab Archivo Conventus ejuſdem Civitatis, in loco exiſtens ad hoc deſtinato, qui ab ipſo Joanne de Amelio apud eumdem Baronium * *Palatium Domini Papæ* nuncupatur. Cum itaque Autographum Aſſiſienſe, quod tanti facit Sbaralea cum ſuis, ex privato Fratrum Archivo depromatur, quia illud Romanæ Eccleſiæ inde fuit amotum, nec unquam cum Archivo Conventus, vel Fratrum quidquam commune habuit, fere dementia eſt Archivum Aſſiſienſe Vaticano præponere, ac illius Exempla majoris auctoritatis, quam iſtius Originalia cenſere. Tandem, credibile non eſt, Sixtum V. ex chartulis hinc inde collectis, abſque delectu, & matura diſcuſſione Regeſtum Vaticanum confeciſſe; imo potius credere debemus, tantum Pontificem ex optimis Originalibus, & authenticis Exemplaribus illud perfeciſſe, ac eo majorem adhibuiſſe diligentiam in perpendenda Bulla, *Obtentu*, quo optime noverat, huic inniti rationes Conventualium, quorum Familiæ jam ipſe dederat nomen. Quare ex hoc ipſo iterum concludimus, Bullam hanc in Archivo Aſſiſienſi, & in aliis locis a Sbaralea laudatis exiſtentem, vitiatam eſſe in titulo, per additionem Fratrum Minorum, quia ſi iſti locum in ejus titulo habuiſſent, Sixtus V., rerum Franciſcanæ Religionis haud ignarus, eos in Regeſto Vaticano reddi curaſſet. At ſolum inſcribi fecit, ut apparet, *Magiſtro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum*: Ergo, etiam Sixto V. fatente, ſolis Prædicatoribus data fuit.

* Anno 1191. num. 55.
* Anno 1339. num. 4.
* Ibi num. 56.
* Ibi num. 57.

IX. Sed quid in hiſce moramur, cum falſa ſint univerſa, quæ de Sixto V., ac de Regeſto Vaticano ab eo diſpoſito nimis animoſe ſcribit Auctor prædicti Libri, *Ragioni Iſtoriche*, quem Sbaralea plura congeſſiſſe ſcribit ad Clementinæ Conſtitutionis *germanitatem, farctam tectam, firmandam, vindican-*

ſuperno tantum lumine ſcribi poſſunt, ſolam probabilitatem tribuit eiſdem, dicemus ne, quod examen, & approbatio, ſi placet, hiſtoriæ proprio marte, & humano ingenio a quodam Sancto Viro compactæ, huic talem conferat certitudinem, & auctoritatem, ut ei nefas ſit aſſenſum denegare? Si res ita ſit, jam omnium Sanctorum Libri pro Canonicis habendi erunt, nec licebit cuiquam eiſdem contraire, nec nobis proinde Scotiſtis doctrinæ Divi Thomæ, ab Eccleſia utique approbatæ, & ſummis laudibus jure meritoque celebratæ, vel minimum adverſari. Quamvis ergo Liber a Venerabili Antonio Lucci conſcriptus quoad omnes ſui partes approbatus concedatur, quod eſt falſum, quia in Sacrorum Rituum Congregatione diſcuſſa non fuit cauſa, quæ agitur Conventuales inter & Obſervantes, nec libratæ fuerunt rationes, quæ a Lucci pro ſuis afferuntur; & quamvis ipſe Lucci inter Beatos, atque hinc inter Sanctos adnumeretur, quod futurum ſpero, & vehementer exopto, non proinde tamen victoriam ſuper Obſervantes canere poſſunt Conventuales, illoſque auctoritate iſtius vel ad ſilentium, vel ad palinodiam, ut ſibi blandiuntur, compellere, quia talis approbatio certitudinem ejus dictis non confert; ſed hæc ſemper tanti valent, quantum rationibus innituntur.

candamque? Aſſervabatur Pontificium Regeſtum Avenione, cum Pius IV. omnium primus animo concepit ipſum Romam deferre, ſed morte præventus deſiderium ſuum implendum reliquit S. Pio V. Hic Avenionem legavit Cardinalem Michaelem Bonellum, ex Ordine Prædicatorum, ac iſtius opera 158. Volumina, varias complectentia Pontificum Epiſtolas, Romam delata fuere, & in Vaticana Bibliotheca repoſita, ubi tamdiu ſteterunt, donec Paulus V. ea cum aliis inde amoveri juſſit, & in Archivo ſecreto, tunc ab ſe erecto, collocari mandavit. Inter hæc Volumina, Avenione Romam allata, etiam illa numerantur, quæ conficiunt Regeſtum Bullarum Clementis IV., ac proinde comprehenditur etiam Tomus Tertius, in quo Diploma, *Obtentu divini Nominis*, ſub numero 204. reperitur, & quidem ipſius Clementis IV. tempore conſcriptum, ut ex Codicis, ac Regeſti totius membranis, characteribus, & aliis, cuique patet intuenti, & periti omnes dijudicant, quorum clariſſimus Garampi, ut audivimus, in ſua atteſtatione fatetur, *idem Regeſtum autographum eſſe*. Hæc adeo vera ſunt, ut in ipſa Vaticana Bibliotheca, in tertio ſcilicet Quadro Cameræ primæ, exiſtentis in dextera ejuſdem Bibliothecæ parte, Hiſtoria translationis horum Voluminum pennicillo exhibeatur expreſſa cum inſcriptione, qua translatio hæc legentibus declaratur. In Quadro namque prædicto, ut refert etiam Joannes Petrus Chattard in nova Vaticani deſcriptione, Romæ impreſſa anno 1777., * ſedens conſpicitur S. Pius V., cui adſtat a latere Cardinalis Bonellus, magnam eidem exhibens librorum quantitatem, ſcilicet 158. Volumina, Avenione Romam ab ipſo delata, exprimentem. Quare ſi non a Sixto V. ex diſperſis Exemplaribus Regeſtum Epiſtolarum Clementis IV. ordinatum fuit, ſed Avenione aſſervabatur, & quidem eo tunc inſcriptum, quando Epiſtolæ ipſæ ab eodem Clemente prodierunt, ignorantia eſt quammaxima, Vaticani Archivi authenticitatem allatis de cauſis infirmare velle, ejuſque auctoritatem Archivi Conventus Aſſiſienſis auctoritati, & antiquitati poſtponere. Hinc ſi Clementis IV. Regeſtum in Vaticano exiſtens vetuſtiſſimum eſt, illius nempe ætatis, qua Epiſtolæ in eo contentæ editæ fuerunt, & Bulla, *Obtentu*, inibi directa legitur *Magiſtro, & fratribus Ordinis Prædicatorum*, nulla de Fratribus Minoribus mentione facta, ſemper concludendum eſt, ſolis Dominicanis datam fuiſſe; verba illa, *necnon Miniſtro Generali Ordinis Minorum*, quæ in aliquibus habentur Exemplaribus, eſſe alienæ manus; adeoque Conſtitutionem ipſam a Bullario Franciſcano eſſe penitus expungendam.

* Tom. 3, cap. 2. pag. 60.

ANI-

ANIMADVERSIO VII.

In varias Sbaraleæ Notas.

I. TAm multa quidem ſunt, quæ in Sbaraleæ Notis occurrunt, cenſura, & correctione digna, ut ſi cuncta vel ſolum numerando percenſere vellem, nimis longum, & operoſum eſſet, ac Lectores tœdio afficerentur. Quare pluribus omiſſis, ea tantum breviter attingemus, quæ ſilentio nullo modo præteriri debent. Ipſi verba facienti de Conventu aliquo ex antiquioribus Ordinis, a ſuis Conventualibus nunc inhabitato, familiariſſima eſt ei hæc loquendi formula, *quem adhuc incolunt noſtri Conventuales*; ſi vero e contra ab Obſervantibus poſſideatur, hac altera utitur: *Qui à Conventualibus ad Obſervantes tranſivit*; ut ſic innuat, Conventuales hodiernos a Religionis primordiis floruiſſe, Obſervantes autem, veluti ab ipſis Conventualibus enatos, recentiores eſſe, & poſterioris inſtitutionis. Sed quam irrationabiliter hæc proferat Sbaralea, jam abunde liquet ex hiſce noſtris Animadverſionibus, in quibus evidentiſſime demonſtratum eſt, uſum reddituum, & poſſeſſionum, unde Conventualium ſtatus, & origo, nullum ex conceſſione Pontificia in Ordine Minorum fuiſſe ante Martinum V.; & eorumdem Conventualium nomen in ſenſu religioſo, nonniſi anno 1431. ab Eugenio IV. attributum fuiſſe uni ejuſdem Ordinis parti, altera, quæ Obſervantium dicta fuit, in pura Minoriticæ Regulæ profeſſione ſub iiſdem Miniſtris perſeverante. Ex hiſce ſequitur, nullum per duo ſæcula & amplius fuiſſe in Ordine Cœnobium, quod a Fratribus vel re, vel nomine Conventualibus inhabitaretur, ſed univerſa domicilia pertinuiſſe ad Obſervantes, ſi non nomine, certe profeſſione, atque ab iſtis potius ad Poſſidentes tranſiiſſe, cum eorum incolæ Martini V. privilegium amplectentes, ex Obſervantibus facti ſunt Conventuales. Hæc, inquam, ex demonſtratis neceſſario ſequuntur, nec infirmantur ex eo, quod nonnulli Communitatis Ordinis Conventus Obſervantibus de Familia nuncupatis deputati fuerint, quoniam, quidquid ſit de iſtis, alii fuerunt ſemper in ipſa Communitate Obſervantes Fratres, qui ſub immediata Miniſtrorum cura in Cœnobiis, etiam ex vetuſtiſſimis Ordinis, ab iſtius initio uſque ad hæc noſtra tempora perſeverarunt. Si Sbaralea Obſervantes iſtos, ut par erat, præ oculis habuiſſet, ab aliis plurimis temperaſſet, quæ ſupponunt, non alios extitiſſe in Ordine Minorum Fratres de Obſervantia, quam qui & de Familia dicebantur, quod falſum comprobant hiſtoriæ, Scriptores, & Romani Pontifices, rotundis verbis, ut audivimus, Obſervantes de Familia ſub Vicariis ab Obſervantibus de Communitate ſub Miniſtris diſtinguentes. Hinc ſi hæc perpendiſſet vir clariſſimus, abſtinuiſſet quoque ab illa, in Romanorum Pontificum Epiſtolis inaudita, denominatione, qua placet ipſi Fratres Obſervantes, *Obſervantinos* nuncupare. Cum in nullo Pontificio Diplomate nomenclatura iſthæc offendatur, nec apud ullum occurrat alicujus nominis Auctorem, ſuſpicari licet, præſertim quia jam dignoſcimus ab ungue Leonem, Sbaraleam ad irridendum voluiſſe pro Obſervantibus *Obſervatinos* inſcribere, quod eſt prorſus indignum viro, qui Pontificias evolvit Conſtitutiones, in quibus Inſtituti cujuſque profeſſores vero proprioque nomine diſignantur, & Franciſcani de Obſervantia, nunquam *Obſervantini*, ſed ubique vel Obſervantes, vel Minores de Obſervantia, vel abſolute Minores nuncupantur. Hinc pariter corrigendus eſt Sbaralea ubi loquens de Provinciis, & Civitatibus, in quibus, vel expulſis, vel reformatis Conventualibus, nunc Cœnobia habent Obſervantes, in illis, ait, *Fratres Minores*

Digitized by Google

olim habuiſſe Conventum, quæ phraſis exprimit, Minorum nomen, juxta Sbaraleam, ita proprium eſſe Conventualium, ut Obſervantibus non conveniat, cum ex Bullis Leonis X., & ex ipſa hiſtoria potius contrarium comprobetur. *Fratres Minores*, inquit Auctor Orbis Seraphici, * *antonomaſtice ac eſſentialiter illi per ſe dicuntur, qui Regulam Fratrum Minorum antonomaſtice, omnique in ſua perfectione obſervant: At Patres Conventuales Regulam Minorum non ſic antonomaſtice, ac in omnimoda ſua perfectione, imo nonniſi a primariis ſuis perfectionibus mitigatam, & diſpenſatam profitentur: Ergo non ſunt antonomaſtice Fratres Minores*. Etiam impræſentiarum habent Minores Cœnobia in Hiſpania, in Luſitania, in locis, in quibus degunt Obſervantes, nec, recedentibus Conventualibus, & iſtis remanentibus, inde receſſerunt Fratres Minores; ac propterea non adeo jejune Sbaralea agere debebat de Conventibus ab Obſervantibus inhabitatis, etiam vetuſtiſſimis, & ex celebrioribus Ordinis, cum multa ſcribat, & adnotet, ubi de Cœnobiis agit a Conventualibus cultis, etiamſi e vetuſtioribus non ſint, & quandoque origine, & celebritate inferiores illis, quos in reſpectivis locis ipſi incolunt Obſervantes.

* Tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 4. pag. 243. col. 2.

II. Idem exprimere videtur in nota (*b*) ad Bullam CCLXII. Gregorii IX., *Pia meditatione*, ubi Pontifex concedens Franciſcanis uſum Solearum, quas *Subulares*, appellat, ad hoc verbum ſic adnotat Sbaralea: *Lego ſubtulares, alias Subtalares quaſi ſub talo; Soleas, uti Fratres Minores ferre ſolebant*, quibus iterum indigitat, Franciſcanos illos, qui adhuc ſoleas deferunt hujuſmodi, non eſſe Fratres Minores, in quo ſane turpiſſime hallucinatur. Item nova, & falſa enunciat pag. 483. in nota (*c*) ad Bullam CCXXVII. Innocentii IV., *Cum omnis*, in qua agitur de Caparone a Novitiis juxta Regulæ præſcriptum deferendo, *quo*, inquit Sbaralea, *utuntur Patres Capuccini, cæterique ſtrictioris Reformationis Franciſcanæ*. Nemo namque non intelligit, hic ipſum velle Obſervantes eſſe quaſi laxioris Reformationis, ut ita ſuis Conventualibus ſupra reliquos Minoritas primatum vindicet, & antiquitatem; ſed ex integra harum Animadverſionum lectione falſitatis, & nimiæ animoſitatis revincitur. Ad evidentiam namque demonſtratum eſt, Obſervantes nec eſſe, nec dici poſſe Reformatos, cum ipſi ab initio Ordinis uſque ad præſens in ſola, & nuda perſeveraverint Regulæ S. Franciſci, & veterum Conſtitutionum profeſſione, nec unquam novas cuderint leges, rigorem ſupra ipſam Regulam, aut novitatem aliquam inducentes, quales efformarunt ſibi Patres Capuccini, & alii, qui, non *ſtrictioris Reformationis*, *ſed Strictioris Obſervantiæ*, ab iis, qui recte ſapiunt, & pro veritate ſcribunt, nec ſunt ſtudio partium abrepti, denominantur. Puram, & exactam profiteri Minoriticæ Regulæ obſervantiam abſque privilegiis relaxativis, & abſque rigoribus ſuperadditis, nec deformatum efficit, nec reformatum, ſed verum proprii Inſtituti profeſſorem, verumque Franciſcanum, ſive Minoritam. *Frater Minor Obſervans*, ſcribit laudatus Auctor Orbis Seraphici, * *nil ſuperaddit generi, nil importat, præter Fratrem Minorem in pura ſuæ Regulæ obſervantia permanentem, quod eſt de quidditate generis, ideſt Fratris Minoris: Conventualis autem lædit, ſeu minuit de quidditate generis, nempe Fratris Minoris, quia paupertatis in communi diſpenſationem importat: nulli autem dubium, quod Frater Minor per paupertatem in communi conſtituitur, & a cæteris Religionibus etiam per Concilium Tridentinum condiſtinguitur*. Hoc fatetur etiam ipſemet Sbaraleæ Continuator, qui cum Obſervantes ut plurimum, *Obſervantinos* pro ſuo lubitu appellet, quandoque tamen veluti ſui oblitus, ac forſan veritate preſſus, eos vocat abſolute Minores, ut in nota (*b*) ad Bullam Bonifacii VIII., *Ex parte dilectorum*: in nota (*c*) ad Bullam, *Sua nobis*: in nota (*g*) ad Bullam, *Quamvis grave*, ejuſdem Pontificis, & alibi. Agens enim in prima de Conventu Gerundenſi in Hiſpania Tarraconenſi, quem incolunt Obſervantes, quia

* Tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 4. pag. 243. col. 1.

quia in Hiſpania non exiſtunt Conventuales, *hac in Vrbe*, inquit, *Conventus extat Minorum*. In ſecunda pertractans de Conventu Cajetæ, ubi pariter Conventuales nullum habent domicilium, cum duo, qui ibi ſunt Ordinis Conventus, ab Obſervantibus inhabitentur, *duo*, ſcribit, *hic Minores Fratres incolunt Cœnobia*, *unum ſub titulo S. Franciſci . . . . aliud ſub titulo S. Agathæ*. In tertia vero loquens de Conventu Aurienſi item in Hiſpania, ait: *Gonzaga refert, hoc Minorum Fratrum domicilium antiquiſſimum eſſe*. Obſervantes igitur ſunt, & dicuntur abſolute Minores, ac tales hic, ut patet, eos vocat Continuator ipſe, quamvis alibi per cachinnum, eoſdem, uti diximus, ei placeat *Obſervantinos* nuncupare. Quod ſi Obſervantium pars quandoque reformata dicta ſit, ut in Conſtitutionibus Leoninis, & alibi opportune adnotavimus, ibi reformatorum nomen ſolos afficere diximus Conventuales, qui, relictis redditibus, ad primævam redibant Regulæ, & antiquarum legum obſervantiam, & idcirco lato modo Reformati dicebantur. Nam ſicut Fontana in Conſtitutionibus Ordinis Prædicatorum, * alibi jam laudatis, de reformatione ſui Ordinis verba faciens, Confratres admonet, *nihil aliud per idem reformationis vocabulum intelligi debere, quam regularis vitæ obſervantiam juxta ſacras Conſtitutiones, & Acta Capitulorum Generalium Ordinis Prædicatorum, non mutato habitu, nulliſque novitatibus, aut cæremoniis inductis, præter communiter receptas, & approbatas*; ita & de reformatione Ordinis Minorum ante Leonem X. peracta dicendum venit; ex quo ſi inferri poſſet, Franciſcanos Obſervantes eſſe novum Inſtitutum, idem inferendum eſſet etiam quoad alios Regulares, eodem modo diverſis temporibus reformatos; adeoque nullum eſſe in Eccleſia primævum Regularem Ordinem, quia omnes forent recentiores, & reformati in ſenſu a Sbaralea intellecto.

* Part. 2. pag. ult.

III. Mirum eſt etiam, quod frequentiſſime in ſuis Notis advertit Sbaralea de titulo Scholaſtico, quo Fratres Minores in illis primordiis decorabantur. Cum namque Pontifices in Diplomatibus *Lectores* nominent Minores illos, qui ſcientias in Ordine docebant, ipſe Auctor adnotat, eos nunc gymnaſii, ſeu ſtudii *Regentes* vocitari, ut in nota (*c*) ad Bullam CIII. Alexandri IV., *Cum Nos*: in nota (*f*) ad Bullam C. Gregorii X. *Cathedrali Eccleſia*: in nota (*k*) ad Bullam LXXXVIII. Nicolai III., *Intellecto dudum*, & in aliis, quin admoneat, Lectoris titulum in Ordine vetuſtiſſimum vigere adhuc apud Obſervantes, primævæ Minorum diſciplinæ etiam in hiſce minimis tenaciſſimos. Et recte quidem ait, ſcientiarum profeſſores apud ſuos Conventuales nunc Regentes appellari, & Magiſtrorum titulo inſigniri, quia ſic ingenue fatetur, denominationes hujuſmodi apud Franciſcanos eſſe recentes, & contra vetuſtam Minoritici Ordinis diſciplinam invectas. Etenim cum in ipſis Religionis incunabulis vetitum eſſet Minoritis Magiſtri nomen uſurpare, qui Theologicam, aut aliam facultatem intra Ordinis Clauſtra docebant, Lectores appellabantur, licet poſtea Regentes, & Magiſtri ii tantum dicti fuerint, qui in publicis Univerſitatibus Cathedras moderabantur. Sanctus Pater Franciſcus in Collatione 19., cui titulus: *Quod Fratres non vocentur Magiſtri*, ſuos alloquens diſcipulos, & in his futuros omnes inſtruens ſuæ Regulæ profeſſores, inquit: *Ne appetatis, fratres, vocari Magiſtri, ſcientes nomen Magiſterii ſoli ipſi Chriſto convenire, per quem omnia facta ſunt opera. Ego vellem libenter ſcire facere omnia, ſed nollem eſſe Magiſter, nec Magiſtri nomine inſigniri, ne ex tali nomine contra verbum Chriſti in Evangelio prohibentis facere viderer*. Ad mentem ſanctiſſimi Inſtitutoris in Comitiis Generalibus anno 1230. Aſſiſii celebratis ſtatutum fuit, *quod nullus Fratrum de cætero Magiſter, vel Dominus vocaretur*, uti legitur *in Chronologia Hiſtorico-Legali Seraphici Ordinis*, * apud VVaddingum, * & apud S. Antoninum, qui de Beato Joanne Parente ſcribit: * *Hic ſtatuit in Ordine, ut nullus vocaretur*

* Tom. 1.
* Ann. 1230. num. 11.
* Summ. Hiſtor. tit. 24. cap. 9.

Digitized by Google

tur Magiſter. Hujuſmodi Conſtitutio in ſubſequentibus Capitulis pluries confirmata fuit, unde S. Bonaventura *ad Magiſtrum Innominatum*, reprobat & ipſe in Fratribus Minoribus Magiſtri titulum, dicens: *Condemno tecum in Magiſterio pompam, ſed commendo officium. Damno Fratrem Minorem pomposum, & dico eum Magiſterio penitus indignum, ſed commendo ſtudioſum*; & hæc quidem ſcribit Seraphicus Doctor poſtquam dixerat ibidem: *Secundum Evangelium pompa hujus nominis condemnanda eſt, & nullatenus appetenda, ſed officium aſſumendum*. Mos propterea invaluit in Ordine Fratrum Minorum Lectores appellandi illos, qui ſcientias in Ordine ipſo tradebant, ejuſque gymnaſia ſub nomine ſtudiorum generalium denominandi, quemadmodum uſque modo apud Obſervantes denominantur. *Nullus*, habetur in Encyclica Miniſtri Generalis Fratris Bonagratiæ, relata in Chronologia prædicta, *notatus in Ordine de aliqua macula criminis, maxime de lapſu carnis, ad ſtudia Generalia, ſeu Lectoris officium, debeat aliquo modo promoveri. Cum autem ſtudentes*, legitur in Conſtitutionibus Benedicti XII. in eadem Chronologia, *in Generalibus ſtudiis conſtituti ad ſuas redibunt Provincias, ſecum deferant literas teſtimoniales Guardiani, & Lectoris loci, in quo ſtuduerint*. Tandem in Capitulo Generali Neapoli habito anno 1316., de quo ſimiliter in præcitata Chronologia, ſancitum fuit *ne adoleſcentes Fratres ad ſtudia Generalia tranſmiſſi, ullo modo equitarent .... Et ſi curſu abſoluto, ita regrediantur, ad Lectoris, & Prædicatoris officium nullatenus admitterentur*.

IV. In hiſce ſuis determinationibus meritò concordabant Fratres cum Decretis Romanorum Pontificum, qui, ubi alicujus Minoritæ Cathedræ Moderatoris mentionem faciunt, ſemper Lectorem ſimpliciter ipſum dicunt. Innocentius IV. Conſtitutione, *Lecta coram nobis*, referens injurias illatas Franciſcanis, loci Sancti Petri de Ripis habitatoribus, *accedentes*, inquit, *portis Eccleſiæ, ac omnium officinarum deſtructis, Cuſtodem, & Lectorem intrare volentes graviter percuſſerunt*. Alexander IV. Bulla, *Ad culmen*, data, *Dilecto filio fratri Alberto de Minorum Ordine, electo Tarviſin*, eum de ipſa ſua electione a Capitulo Tarviſino facta certiorem reddere volens, *te tunc*, ait, *Lectorem Fratrum Ordinis Minorum in Epiſcopum ipſius Eccleſiæ concorditer poſtularunt*, ac idem repetit etiam in alia Bulla, *Cum nos*, ubi iterum Fratrem Albertum Lectorem vocat fratrum ejuſdem Ordinis. Item omnes deputatos ad legendum in Ordine Lectores nominat in Bulla, *Exultantes ſpiritu*, qua facultatem tribuit Generali, & Provincialibus Miniſtris, *ut ſinguli fratres de Ordine, quos ſecundum Conſtitutiones ipſius Ordinis Conventibus deputandos duxerint in Lectores, ſine cujuſquam alterius licentia libere in domibus prædicti Ordinis legere, ac docere valeant in Theologica facultate*. Eadem habet etiam Clemens IV. in Bulla, *Virtute conſpicuos*, qua eamdem facultatem Lectores in Ordine deputandi confirmat, dicens: *Fratres autem de Ordine veſtro, quos ſecundum ſtatuta ejuſdem Ordinis Conventibus veſtris deputandos duxeritis in Lectores &c.* Hunc eumdem Lectoris titulum, & non alium, adhibet ſubinde & in Bulla, *Ægre ferimus*, directa *Lectori Fratrum Minorum in Monte Peſſulano*; & in alia, *Licet de quibuſdam*, ubi Rodulphum alloquens Epiſcopum Albanenſem, inquit: *Sciaſque, quod nobis frequenter extiterit ſupplicatum pro Fratre Philippo Minore, qui dicti Lector fuit in Ordine &c.* Gregorius X. in Bulla, *Ne celſitudinem*, ſicut in alia, *Petitio tua*, verba faciens de Fratre Henrico, hunc ſemper nominat *de Ordine Minorum Lectorem Moguntinum*, vel *Conventus Moguntini ejuſdem Ordinis*, quod ſervat etiam in Bulla, *Cathedrali Eccleſia*, in qua, *dilectum filium fratrem Petrum de Morano*, vocat *Lectorem Ordinis Minorum*. Nicolaus III. Bulla, *Sicut ex literarum*, data Michaeli Palæologo, ad hujus præſentiam ſe deſtinaſſe ſcribit, *Bartholomæum de Senis Miniſtrum Syriæ, Philippum Peruſinum, & Angelum Urbevetanum, Lectores Ordinis Minorum*, quos pariter & in aliis octo Epi-

Epiſtolis eodem titulo ſemper diſtinguit, quamvis in Conſtitutione, *Licet Cantoria*, Fratres Minores in Univerſitate Pariſienſi Profeſſores, Magiſtros, & Regentes appellet, dicens: *Dilectis filiis Raymundo electo Petragoricen.*, *&* *antiquiori Prædicatorum in actu regendi, ac Minorum Ordinum Magiſtris, Pariſiis Regentibus in Theologica facultate*. Ex hoc clare conſpicitur, eos tantum, qui in publicis Univerſitatibus legebant, Magiſtri, & Regentis nomine, qui vero in Ordine docendi officio fungebantur, Lectoris titulo apud Fratres Minores tunc appellari conſueviſſe. Tandem etiam Nicolaus IV., ex Ordine Minorum aſſumptus, Bullam, *Cum hora undecima*, dirigit *dilectis filiis fratri Guillelmo de Cherio Pænitentiario noſtro*, *&* *fratri Matthæo de Civitate Theatina Lectori Ordinis Minorum*. Cum itaque Romani Pontifices, qui in ſuis Diplomatibus diligentiſſime procedunt, ut cuilibet titulus conveniens tribuatur, conſtanter ſolo Lectoris nomine diſtinguant Fratres Minores, qui ſcientias in Cœnobiis Ordinis tradebant, Magiſtros vero, & Regentes dicant, qui in publicis Academiis Cathedras moderabantur, citra dubium eſt, qui nunc apud Conventuales Magiſtri, & Regentes vocantur, olim in Ordine Franciſcano Lectores nuncupatos fuiſſe, ſicuti ex veteri ejuſdem Ordinis diſciplina adhuc eos vocant Obſervantes, qui juxta diſciplinam eamdem Magiſtri titulo illos tantum diſtinguunt, qui extra Ordinem in Univerſitatibus vel Theologicam, vel aliam tradunt facultatem. Cæterum ex his, aut aliis extrinſecis nil pro Conventualibus, qui ea retinent, vel contra Obſervantes, qui ea dimiſerunt, concludi poſſe, tradit etiam deſuper laudatus Auctor Orbis Seraphici * dicens: *Equidem Inquiſitoratus*, *Magiſteria*, *&* *Baccalaureatus etſi perantiqua in Ordine Minorum, ea dimiſit potius, quam non receperit Obſervantia: cum etenim hæc non fuerint Ordini Minorum vel propria, vel coæva, ſed diu poſt inſtitutionem Ordinis; eſſe, vel dici non poſſunt ejuſdem Religionis antiquæ Minorum inſignia; ſed locus proprius in Capella Pontificia poſt Generalem*, *&* *Procuratorem Generalem reſpective Ordinis Prædicatorum*; *præcedentia poſt eoſdem ſuper cæteros Mendicantes Regulares*, *&* *ſimilia*; *quibus addere poſſemus inſignem Terræ Sanctæ Cuſtodiam, Religionis Franciſcanæ decus ſingulariſſimum. Præeminentiæ illæ cum Miniſteriatu Generali totius Ordinis Minorum fuerunt Obſervantibus adjudicatæ, quia Religionem ipſam intrinſece reſpiciunt, non vero Magiſterium*, *&* *Inquiſitoriatus, quia vere extrinſeca ſunt a benignitate Sedis Apoſtolicæ conceſſa; ideoque tandem ex cauſa ſuperius allegata ab Obſervantibus fuere dimiſſa*.

* Tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 4. pag. 242. col. 1. & 2.

V. Ut ingenue procederet Sbaralea, ad Bullam Gregorii IX., *Speravimus hactenus*, adnotare debebat, per hanc Pontificem privilegia cuncta, quibus in alia Bulla, *Is, qui Eccleſiam ſuam*, ditaverat Eccleſiam S. Franciſci prope Muros Civitatis Aſſiſii ædificatam, ut ad hanc ab illa S. Georgii ejuſdem S. Franciſci Corpus transferretur, penitus revocaſſe. Etenim cum hujuſmodi honores novæ Eccleſiæ contuliſſet intuitu prædicti Corporis in ea deponendi, & aſſervandi, audiens poſtea, quod in ipſo Translationis actu Cives Aſſiſiates, ut in eadem Bulla, *Speravimus*, idem Pontifex affirmat, *prædictum Corpus auſu ſacrilego rapientes in ſuperbia* *&* *tumultu, Translationis myſterium damnabiliter prophanarunt, non paſſi a Fratribus prædicto Sancto venerationem debitam exhiberi*, honores omnes eidem Eccleſiæ collatos revocavit, dicens: *Nos prædictam Eccleſiam, quam exemimus, Epiſcopi*, *&* *Capituli Aſſiſiatis ſubjicimus ditioni, prohibentes, ut ibi de cætero nullatenus Generale Capitulum celebretur, nec aliqui de Fratribus commorentur*, *&* *locum ſupponimus Eccleſiaſtico Interdicto*; *donec nobis de tanta injuria ſatisfiat*. Hæc enim verba dubiam reddunt Sancti Franciſci Corporis depoſitionem in ſua Eccleſia, atque nos in ignorantia relinquunt de loco, quo raptores Cives illud abſconderint, ac depoſuerint, & eo vel magis, quod in poſterioribus ſuis Conſtitutionibus Gregorius nunquam mentionem fecerit de prædicti Cor-

 poris

poris depoſitione in Baſilica Aſſiſiana; Bullam, *Speravimus hactenus*, nunquam revocaverit; & ablata privilegia per conſequens nunquam reſtituerit, quia id feciſſe legimus Innocentium IV., qui præcitatam Conſtitutionem, *Is, qui Eccleſiam ſuam*, de verbo ad verbum innovavit; ac ideo profecto, quia Gregoriana abrogata nullius erat roboris & valoris. Ad quid enim poſt annos quindecim eam verbatim repetere, ſi vigore non caruiſſet? Et quis non mirabitur, Gregorium IX., qui novam Eccleſiam in honorem Sancti Franciſci ædificandam curavit, & pro Translatione Corporis ejuſdem Patriarchæ ſanctiſſimi tot edidit Bullas, ipſa Translatione peracta, altum de illius depoſitione ſervare ſilentium? Poſt Breve, *Speravimus hactenus*, quo & favores Eccleſiæ adimit, & dubium excitat de ſancti Corporis depoſitione in prædicta Eccleſia, neceſſarium videbatur vel hoc expreſſe revocare, vel in alio aperte fateri, Sancti Franciſci Corpus in ſua Baſilica depoſitum fuiſſe, & requieſcere, atque hanc privilegiis gaudere, a ſe per Bullam, *Is qui Eccleſiam ſuam*, eidem antea collatis. Admirationem vero auget, & dubium fovet ſilentium hujus Pontificis, poſtquam ſacrum Corpus jam inibi requieſcens eum inviſiſſe, & adoraſſe nonnulli jactitant, quia, ſi hoc verum eſſet, hunc ſuum acceſſum ad Sepulchrum S. Franciſci, mirabilem ejus Corporis ſtationem, quam pariter deprædicant, in aliquo ſuo Diplomate narraſſet, quemadmodum Alexander IV. non in una ſuarum Epiſtolarum affirmat, ſe, in minori officio conſtitutum, idem S. Franciſci Corpus, adhuc vivens, ſacris Stigmatibus inſignitum conſpexiſſe. Hinc dubium de illius depoſitione in Eccleſia Aſſiſinate non tollunt Succeſſorum Gregorii IX. Diplomata, in quibus, quod in eo requieſcat, aſſeritur, quia cum Pontifex coævus, & de Translatione illius plurimum ſolicitus, ipſum non viderit, ac alto cuncta ſilentio premat, multo minus illud viderunt Succeſſores, qui proinde cum ajunt, Corpus S. Franciſci ibi requieſcere, vel aſſervari, abſque ſcientia oculis acquiſita, & abſque face Gregorii IX. id affirmantes, hypothetice loquuntur, & ſibi a poſtulantibus narrata referunt. Nec nos de ſtatione, & exiſtentia hujuſmodi certos reddunt, quæ circumferuntur de Nicolao IV., vel V., de Sixto IV., deque aliis vel Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus Perſonis, quas ad idem Sepulchrum acceſſiſſe, & S. Franciſci Corpus mirabiliter ſtans inſpexiſſe, contrectaſſe, ac veneratos eſſe proclamant. Tot enim tantiſque, meo quidem judicio, ſcatere videntur relationes iſtæ inconvenientibus, & abſurdis, tot ac tantas redolere fabellas, & commenta, ut mirum ſit VVaddingum noſtrum hæc in illis non ſubodoraſſe, & relationes hujuſmodi Annalibus inſeruiſſe.

VI. Verum ut a Corpore S. Franciſci ad Cor ejus, & Inteſtina tranſeamus, ubi Nicolaus IV. in ſua Bulla, *Summæ devotionis*, Eccleſiæ Portiunculæ privilegium elargitur, & in ea Sanctum Patriarcham *non modicam moram traxiſſe* ait, ad hæc ipſa verba Sbaraleæ Continuator adnotat: *Hic mihi locus videtur aptus Pontifici recenſendi inter cauſas largitionis privilegii depoſitionem etiam cordis, & inteſtinorum ſancti Parentis, quemadmodum in ſuperiori Bulla quietem ſancti Corporis ipſius in Eccleſia Sancti Franciſci adhibuit pro conceſſionis motivo; ſed cor, & inteſtina ejus continere non dicit, uti de Corpore ejus in præcedenti Bulla.* Hæc in nota (*b*) ad Bullam prædictam Continuator, qui anſam præbet ita contra ipſum, & Sbaraleam ratiocinandi. Innocentius IV. in ſuis Conſtitutionibus, *Decet*, & *Conſervationes*, in quarum prima concedit Fratri Philippo de Campello, ut recipere poſſit oblationes pecuniarias, pro conſtructione Aſſiſienſis Eccleſiæ S. Franciſci impendendas, & in ſecunda Indulgentias elargitur viſitantibus eamdem Eccleſiam a ſe dedicatam, nil omnino habet de Sancti Parentis corpore in ea requieſcente, quamvis in utraque hujuſmodi requiem commemorandi locus eſſet opportuniſſimus. Alexander IV., qui pluries, ut dicebamus, in ſuis Epiſtolis fatetur,

tur, ſe Stigmata vidiſſe in Corpore vivo S. Franciſci, in earum nulla, in quibus de Aſſiſienſi illius Eccleſia pertractat, de Corpore in ea exiſtente mentionem facit. Clemens IV. in Conſtitutione, *Decet & expedit*, qua conceſſionem de oblationibus pecuniariis in Aſſiſienſi Eccleſia recipiendis ad tempus ampliat, ne indicium quidem præbet de exiſtentia Corporis S. Franciſci in eadem Eccleſia. Honorius IV. in ſuo Brevi, *Veſtram non credimus*, quo mandat Epiſcopo, & Clero Peruſino, ut Corpus Martini IV. Peruſio ad Aſſiſiatem Eccleſiam transferri curent, prout Martinus ipſe in ultima voluntate diſpoſuerat, cum opportuniſſimum illi eſſet edicere, hoc ſuum Prædeceſſorem deſideraſſe, ut ſuis exuviis prope Corpus S. Franciſci requieſceret inibi aſſervatum, hoc ultimum ne verbo quidem indigitat. Nicolaus IV. in Diplomate, *Suſcepimus nuper*, quo ſe nonnulla mittere ſcribit pro ornamentis, & indigentiis ejuſdem Eccleſiæ, ne quidem nominat Corpus Sanctiſſimi Patriarchæ, quod nominare debuiſſe videtur, ut motivum aperiret ſuarum largitionum. Facillimum etiam erat eidem Pontifici idem ſacrum pignus exprimere & in alia Bulla, *Eximiæ devotionis*, qua Indulgentias concedit accedentibus devotionis cauſa ad eamdem Eccleſiam in die Feſto Sancti Franciſci, ac per ſeptem alios ſubſequentes, & nihilominus de ipſo Corpore in hac quoque ſilet omnino, quemadmodum ſilent etiam alii Pontifices de eadem Eccleſia pertractantes, quos, ne infiniti ſimus, reticemus. Si ergo per Sbaraleam, ejuſque Continuatorem ex hoc tot Pontificum ſilentio non ſequitur S. Franciſci Corpus in ſua Baſilica non aſſervari, multo minus ex unius Nicolai IV. omiſſione inferri poteſt, Cor, & Inteſtina Seraphici Parentis in Baſilica S. Mariæ Angelorum non cuſtodiri. Accedit, quod cum Nicolaus IV. in præcitata Bulla, *Summæ devotionis*, penitus taceat, Sanctum Patrem Franciſcum in Eccleſia Portiunculæ Ordinem ſuum inchoaſſe, in ea huic mortali vitæ finem impoſuiſſe, ipſamque ſuis Fratribus ante obitum ſummopere commendaſſe, ſi cum Sbaraleæ Continuatore argumentari liceret, hæc omnia falſa eſſent, & rejicienda, quamvis a Scriptoribus innumeris tum extraneis, cum noſtratibus comprobata. *Hic eſt locus*, inquit S. Bonaventura de Portiuncula ſcribens, * *in quo Fratrum Minorum Ordo a S. Franciſco per divinæ revelationis inſtinctum inchoatus eſt. Hunc locum*, proſequitur, *vir ſanctus amavit præ cæteris Mundi locis. Hic enim humiliter cœpit, hic virtuoſe profecit, hic feliciter conſummavit. Hunc in morte Fratribus, tamquam Virgini chariſſimum, commendavit. Ad Sanctam Mariam de Portiuncula*, addit ibidem Seraphicus Doctor, * *ſe portare popoſcit; quatenus ubi acceperat ſpiritum gratiæ, ibi redderet ſpiritum vitæ*. Hæc S. Bonaventura, ut uni ipſius innitamur teſtimonio, quod tamen, juxta laudatum Continuatorem, ob ſilentium Nicolai IV., falſum eſſet, & rejiciendum. Sicuti ergo citra dubium eſt, S. Franciſcum in Eccleſia Portiunculæ Ordinem ſuum fundaſſe, hanc ſuis Alumnis veluti in hæreditatem reliquiſſe, in eaque ad Cœlum evolaſſe, quamvis de his nihil enunciet Nicolaus IV., ita, ſilentio iſtius non obſtante, certiſſimum eſt, Cor, & Inteſtina ex voluntate ipſius Beati Franciſci in eadem Eccleſia ſepulta fuiſſe, & adhuc in ejus Sacello, in quo ex hac vita migravit, religioſe aſſervari.

* Legend. Sancti Franc. cap. 2.

* Ibi cap. 14.

VII. Hæc veritas olim ibidem inſculpta legebatur in vetuſto lapide, quem cum anno 1704. Fratres Portiunculæ habitatores una cum inſcriptione innovare voluiſſent, de novitate, ac falſitate accuſati fuerunt apud Sacram Congregationem, quæ ſtatim rei notitiam ab ipſis accuſatis requiſivit. Scriptam obtulerunt iſti informationem, mox Venetiis anno 1723. typis impreſſam, in qua validiſſimis rationibus, probatiſque monumentis, & Auctoribus, Cordis, & Inteſtinorum Sancti Patris Franciſci exiſtentiam in prælaudato Sacello comprobarunt, ac relatione ipſa ab eadem Congregatione accuſatoribus exhibita ut reſponderent, non habentes hi quid rationibus in ea

ea contentis objicerent, penitus eo tunc obmutuere, & lapis appoſitus ad hæc uſque tempora ibidem a cunctis inſpicitur, & inſcriptio perlegitur. Oſtendit ſane hujus relationis Auctor, Illuſtriſſimus nempe, & Reverendiſſimus Dominus Octavius Jadertinus, Epiſcopus Aſſiſienſis, ex Minoribus de Obſervantia aſſumptus, oſtendit, inquam, exiſtentiam præcordiorum S. Franciſci in Eccleſia Portiunculæ certiorem eſſe exiſtentia Corporis illius in Eccleſia Aſſiſinate, quia, ſcribit ipſe, illa ante præfatam accuſationem a pluribus aſſerta fuit, & a nemine oppugnata, vel in dubium revocata; hæc vero ſemper habuit, qui vel ipſam denegarunt, vel de ipſa dubitarunt, quos inter Petrus de Natalibus, Montojanus, Antonius Yepetus, Gabriel Bucelinus, & alii, qui S. Franciſci Corpus in Eccleſia Portiunculæ requieſcere ſcribunt; & Pius II., ſub nomine Joannis Gobellini in Commentariis, ubi
* Lib. 2. §. Hæc Civitas pag. 75. S. Franciſco inquit: * *Huic nobile Templum erectum eſt, in quo ferunt ſua Oſſa jacere, & duplex Eccleſia eſt, altera ſuper alteram*. Cæterum, quin cuncta hic exſcribamus, quæ in hanc rem tum ex VVaddingo, cum ex aliis dici poſſent, quæque a nobis in Manuali Fratrum Minorum, & alibi dicta ſunt, id unum advertimus, extare etiam traditionem a pluribus receptam, nec omnino contemnendam, Corpus nempe S. Franciſci in loco deliteſcere cunctis ignoto, atque in eo permanſurum uſque dum Deo placuerit pro ſuæ Eccleſiæ utilitate illud revelare, quemadmodum cum ei placuit, in Revela-
* Lib.4.cap.107. tionibus S. Birgittæ * manifeſtaſſe dicitur Corpora Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ diu abdita jacuerant in Catacumbis. Hæc namque de S. Franciſco vera ſint, vel falſa, quod noſtra parum intereſt, ſaltem oſtendunt, traditionem exiſtentiæ ipſius Corporis in Eccleſia Aſſiſienſi nec eſſe conſtantem, nec univerſalem; ac propterea in nota (*e*) ad Bullam CCCCLXXIV. ejuſdem Nicolai IV., *Eximiæ devotionis*, nonniſi gratis aſſerere ipſum Continuatorem, idem Corpus requieſcere in ſua Baſilica *incorruptum, in pedes erectum, apertis oculis, vulneribuſque recentem ſanguinem manantibus*. Licet enim ex VVaddingo * iſta depromat, nihil tamen certi de
* Ann. 1230. num. 4. hac re ex ejus auctoritate conficere poteſt, cum in eodem numero hæc etiam habeat idem Annaliſta: *Quonam modo tunc conditum Corpus, nullus, quem viderim, expreſſit; nec ex noſtris ullus eſt, qui memoriæ tradiderit ſe illud vidiſſe*; quæ vero addit inferius de Corporis incorruptione, de ſtatione prodigioſa, deque aliis mirabilibus, non aliunde hauſit, quam ex commentitiis relationibus, in quibus Pontifices, & Viros Principes prædictum Corpus viſitaſſe, & inſpexiſſe narratur. In eodem loco ex Rodulpho refert ipſe Annaliſta, *veniſſe Pio V. in mentem ſacrum hoc videre Depoſitum, ſtrictéque mandaſſe Joanni Pico Camerti, Generali Patrum Conventualium, cui Auctor tunc erat a ſecretis, ut in hanc curam obnixe incumberet, ſi forte inveniret viam tantum adeundi, vel aperiendi theſauri. Effodit die noctuque inceſſanter bonus ille vir, ſed inanis fuit omnis ejus conatus, & induſtria, quia divino Numine factum eſt, ne pretioſum Depoſitum furibus, vel hoſtibus pateret*. Si ergo, VVaddingo fatente, Sancti Pii V. ætate impervius erat locus depoſitionis Corporis S. Franciſci, quomodo cum relata ſcribebat certus eſſe potuit, & nos modo certi eſſe poterimus de illius incorruptione, ſtationeque mirabili? Et ſi incorruptum, & in pedes erectum aſſervabatur in tertia Eccleſia, ut ajunt, ſubtus Altare majus Eccleſiæ ſecundæ, ad quid die noctuque effodere, atque hinc inde illud inquirere, cum ſtatim, & facillime, uno vel altero ſublato lapide circa, ſive prope ipſum Altare, via & deſcenſus ad inferiorem Eccleſiam, vel ad Sepulchrum S. Franciſci adinveniri poſſet? Mira confuſio, quæ Corporis Sancti Patris exiſtentiam in Aſſiſiana Baſilica dubiam magis
* Ann. 1467. num. 4. magiſque reddit. Referens idem VVaddingus, * Sixtum IV. ſacrum Corpus viſitaſſe, & inſpexiſſe, hæc habet: *In Pontificatus auſpiciis cogitavit Sixtus de exponendo omnium conſpectui hoc ſacro pignore in nobili Mauſoleo. Recol-*

collata cum Jacobo Piceno, reſponſum a Viro Sanctiſſimo poſt longam orationem accepit, id nequaquam Deo placere, qui uſque ad præfinitum a ſe tempus, magiſque neceſſarium, volebat occultum. Fatetur hic iterum Annaliſta, etiam tempore Sixti IV. Sepulchrum Sancti Patris occultum fuiſſe, & impervium; quamquam, bona ſua pace, hic ſibi non conſtare videtur vir doctiſſimus. Nam ſi Corpus S. Franciſci jacebat in loco occulto, qui ad illud accedere potuerunt tot Pontifices, ipſemet Sixtus IV., & alii tum dignitate, cum ſanguine conſpicui, atque hinc tot mirabilia, quæ in relationibus habentur, de ipſo referre? Si ſacrum pignus hi videre potuerunt, locus igitur, in quo aſſervabatur, erat utique notus, & patens cuilibet, dummodo claves, & licentia præſto eſſent. Quin igitur Sixtus IV. de novo illi conſtruendo Mauſolæo cogitaret, ut omnium conſpectui ipſum exponeret, ſat illi erat Fratribus præcipere, ut deinceps liberum cuilibet ad inferiorem Eccleſiam permitterent acceſſum, ut quiſque prodigium inſpicere, ac venerari poſſet. Rurſus, cum Sixtus ignoraret, an Corpus illud ſanctiſſimum in tertia Eccleſia mirabiliter ſtans, alio translatum eamdem ſtationem ſervaturum eſſet, illud transferre ad novum Mauſolæum, idem fuiſſet ac Deum tentare. Semper igitur occultum, & ignotum fuit Sancti Franciſci Sepulchrum, quia ab initio, ut ait Bartholomæus Piſanus, * *ſic fuit clauſum, ut nunquam deinceps patuerit alicui*; adeoque commentitiæ mihi videntur, quæ circumferuntur pagellæ, in quibus nonnullorum ad illud acceſſus deſcribuntur.

* Conformit. 34.

VIII. Et re quidem vera, ſi illuc acceſſiſſent, & ſacrum Depoſitum viſitaſſent Gregorius IX. præſertim, Nicolaus IV., & V., Sixtus IV., & alii Pontifices, ut in pagellis prædictis aſſeritur, iſtorum aliquis tantum prodigium a ſe inſpectum in aliquo Diplomate certe non ſiluiſſet. Cum itaque nec Gregorius IX., ut dictum eſt, nec alius Romanus Pontifex quidquam unquam vel de ſuo deſcenſu ad Sepulchrum S. Franciſci, vel de ſtatione Corporis ejus mirabili in ſuis Bullis vel indigitet, liquido conſtat, eorum nullum Sepulchrum viſitaſſe, aut Corpus in eo requieſcens inſpexiſſe. At ſi nemo Corpus, aut Sepulchrum pervidit, gratis aſſeritur quidquid de gemmis, aliiſque Sepulchrum ipſum exornantibus, de incorruptione, de ſtatione, & ſanguine fluente, ac de inſcriptione a Gregorio IX. anno 1223. vel 1228. ibi appoſita, deque Sancti Patris Dominici, ac duodecim Sociorum Seraphici Parentis exuviis inibi exiſtentibus, venditatur, cum hæc affirmari non poſſint, niſi videantur. Inſuper, cum ante Sixtum IV. Sepulchrum patuerit univerſis Romanis Pontificibus, ac Magnatibus ſacrum Corpus videre volentibus, cur poſt eumdem Sixtum ita fuit occluſum, ut nemo amplius illuc accedere potuerit, & ignoretur etiam ubinam eſſet janua, cujus nec ſignum, nec vetuſtæ claves modo apparent? Forſan quia ex revelatione S. Jacobo Piceno facta didicerat Sixtus IV., voluntatem Dei fuiſſe, ut Corpus illud uſque ad præfinitum tempus maneret occultum? Belle quidem. Sed ſi antea erat occultum abſque obſtructione aditus, & forium, ita ut a dignioribus videri poſſet, cur ita ignotum, & occultum etiam temporibus ſubſequentibus manere non potuit? Et ſi uſque ad Sixtum IV. cunctis volentibus viſibile fuit, cur poſtea abditum, & impervium eſſe debuit? Denique, cum a Sixto via, quæ ad Sepulchrum ducebat, præcluſa fuit, cur ipſe, aut alii vel in lapide, vel in charta hanc obſtructionem una cum tempore, & cauſa, ad poſterorum memoriam in Archivo, aut alibi aſſervandam, non adnotarunt? Nunquid a S. Jacobo audierat Sixtus IV., quod locus ita obſtrueretur, ut ne quidem memoria de ſitu januæ remaneret, cum Sancto viro unice revelatum fuiſſe ſcribant, ne Corpus ad novum Sepulchrum transferretur? Cur ergo memoriam facti ſcriptis non tradiderunt? Tam ſocordes ne erant, & craſſæ Minervæ? Viderit cuja intereſt, noſque unum addimus, inter Pontifices nempe, qui S. Franciſci Corporis in Sepul-

chro quieſcentis inſpectores, & veneratores dicuntur, percenſeri etiam Leonem III., qui juxta Sandinium *in Vitis Pontificum Romanorum*, * & alios, Petri ſolium aſcendit anno 795., ac illi per mortem ceſſit anno 816., annis videlicet trecentis & ſexagintaſex ante ortum S. Franciſci. Typographorum hic errorem eſſe quis dicet, ſed immerito prorſus, tum quia in Libello, cui titulus: *Breve Relazione del gran Santuario, e ſacra Baſilica d' Aſſiſi*, bis impreſſo, primum Fulginii, deinde Faventiæ anno 1724. ſemper, in utraque ſcilicet editione, legitur *Leo Tertius*; tum quia Leo III. in prædicto Libello præponitur Nicolao IV.; tum etiam quia poſt ortum, & obitum Seraphici Patris nullus regnavit hujus nominis Pontifex uſque ad Leonem X., qui tamen Sepulchrum S. Franciſci, eo quod ex iiſdem relatoribus a Sixto IV. jam eſſet obſtructum, videre non potuit.

* Part. 1. Sæcul. VIII.

IX. Sed tempus mihi deficeret, ſi abſurda omnia, & pugnantia, quæ de ſtatione Corporis, deque Sepulchro S. Franciſci in pagellis, & in opuſculis venditantur, vel recenſere vellem. Interim contra Sbaraleam, ejuſque Continuatorem concludo, citra omne dubium non eſſe, venerabile pignus in Eccleſia Aſſiſienſi cuſtodiri, atque nos magis in dubio confirmare, quæ de modo illius exiſtendi, aliiſque mirabilibus, varia admodum, & inconvenientia, narrantur, quia licet modus ſubſtantiam rei non afficiat, hæc tamen valde claudicat, ubi, ut ſubſiſtat, fabellis indiget, & inventis, quæ cum non occurrant ubi agitur de ipſius Cordis, & Inteſtinorum exiſtentia in Eccleſia Portiunculæ, hæc certior erit, quam illa. Denique ludere videtur idem Continuator, cum ad Bullam XXVIII. Nicolai IV., *Reducentes*, ex quo Pontifex in ea *Miniſtro Provinciæ, ac etiam dilecto filio Cuſtodi Beati Franciſci* injungat, ut eligant idoneas perſonas extra Ordinem, quæ colligant, & conſervent oblationes pecuniarias, in Eccleſiis Aſſiſienſibus tam Sancti Franciſci, quam Portiunculæ fieri ſolitas, pro iſtarum reparatione, vel ornamentis æque expendendas, in nota (*b*) hæc infert: *Quibus apparet ſubjectio Eccleſiæ Portiunculæ, ſeu Sanctæ Mariæ Angelorum præfatis Cuſtodi, & Fratribus ſacri Conventus*, ideſt, S. Franciſci juxta phraſim apud ſuos receptam. Sed qui logicam a limine ſalutarunt, ingenue fateri poterunt, an hoc ejus ratiocinium recte concludat: Nicolaus IV. per Bullam, *Reducentes*, mandavit Cuſtodi Eccleſiæ B. Franciſci de eleemoſynis colligendis in Eccleſia Portiunculæ: Ergo Eccleſia Portiunculæ eidem Cuſtodi ſubjecta erat. At, quidquid ſit de privilegio, quo, non a Gregorio IX., utpotequi per Breve, *Speravimus hactenus*, revocaverit, ut audivimus, Bullam, *Is qui Eccleſiam ſuam*, ſed ab Innocentio IV. Sancti Franciſci Eccleſia decorata fuit, & Mater, & Caput Ordinis Minorum declarata, nullum hinc Baſilicæ S. Mariæ Angelorum, ſive de Portiuncula majoritati, & præeminentiæ inferri dicimus præjudicium. Qui namque de Eccleſia S. Franciſci prædicantur honores, ex gratia, & privilegio illi acceſſerunt; quæ vero de Portiuncula aſſeruntur prærogativæ, naturaliter ipſi competunt, & ab eodem Seraphico Parente eidem collatas fuiſſe didicimus. Nam ex Divo Bonaventura, & ex aliis innumeris edocemur, Sanctum Franciſcum in loco Portiunculæ Ordinem ſuum inchoaſſe, & idcirco hunc eſſe primum Minoritici Ordinis Conventum, vita, geſtis, & morte ejuſdem Patriarchæ venerabilem, & ab ipſo morti proximo ſuis filiis veluti in hæreditatem legatum, & ſummopere commendatum. Ex VVaddingo vero, * & ex aliis pariter intelligimus, ea lege Patres Benedictinos Portiunculam S. Franciſco incolendam tradidiſſe, *ut ſi illorum Sodalitium amplius, & copioſius fieret, huic loco tamquam primo, & Capiti id nominis tribuerent*; Sanctum Patriarcham ratum habuiſſe pactum, Caput nempe, & Matrem ſui Ordinis Portiunculam declaraſſe, & de hoc Diſcipulos admonuiſſe, ut ibidem addit Annaliſta dicens: *Ratum habet Franciſcus pactum, & gratiis, quas potuit, maximis redditis, lætus reverſus ad ſuos totam*

* Ann. 1210. num. 27.

Digitized by Google

tam rei ſeriem narrat, cordiſque jubilum pandit, quod primam ſui Ordinis pauperem Ædem ipſa obtinuerit mendicitate. Igitur cum Portiuncula ſit primus Ordinis locus, ejuſque Caput illam conſtituerit ipſemet Sanctus Franciſcus, nullum ei, ut dicebamus, præjudicium afferunt privilegia, Eccleſiæ ejuſdem Sancti Franciſci poſt Ordinis inſtitutionem, & Fundatoris obitum collata. Nec audiendus eſt larvatus ſub Advocati nomine ſcriptor, non ſemel in his Animadverſionibus nominatus, qui ut hæc eludat, ex hiſce unice probari affirmat, locum Portiunculæ eſſe primum Franciſcani Ordinis Conventum, non vero Caput ejus, & Matrem, quem honorem uni Eccleſiæ Aſſiſienſi vindicare contendit paritate deſumpta ex Baſilica Lateranenſi, quæ, inquit ipſe, eſt Caput Eccleſiarum Urbis, & Orbis, licet innumera tum Romæ, cum alibi fuerint loca, in quibus primævi Chriſtiani divina Myſteria celebrarunt, & ad Synaxim convenerunt, antequam Lateranenſis Eccleſia conſtrueretur. Quare, proſequitur ipſe, ſicut Catacumbæ, & Cryptæ Romanæ ſunt prima quidem Chriſtanorum Oratoria, & loca, ſed earum nulla Mater, & Caput Eccleſiarum Urbis, & Orbis dicitur, vel dici poteſt, quia hæc unius eſt Lateranenſis Baſilicæ prærogativa; ita, concludit, Eccleſia Portiunculæ eſt quidem Ordinis antiquior, ſed iſtius Mater, & Caput dici non debet, quia hic honos uni reſervatus eſt Aſſiſinati Eccleſiæ, licet poſterius ædificatæ. Sed non eſt audiendus, quia paritas Baſilicæ Lateranenſis non militat contra Portiunculam, ſed contra larvatum ipſum, qui falſum ſupponit, & ſuper hanc falſam ſuppoſitionem totum ſuum conſtruit ratiocinium. Supponit ipſe, Portiunculam, Seraphico Patri a Benedictinis collatam, locum fuiſſe privatum, & occultum, uti erant Cryptæ, Catacumbæ, & veterum Chriſtianorum Oratoria, quod falſum eſt quammaxime, quia cum Sanctus Franciſcus illam acceptavit, Eccleſia erat publica, cunctis nota, & aperta, ab eodem Patriarcha ante Ordinis inſtitutionem reparata, & a pio Sacerdote Petro Mazzangoli adeo culta, ut ſanctiſſimus Inſtitutor, ejuſque Sodales in ea ſtatim omnes Eccleſiaſticas functiones peragere potuerint. Addendum, quod etiamſi Eccleſia Portiunculæ Cryptarum inſtar tunc fuiſſe concedatur, adhuc paritas non concludit, niſi probetur ita perduraſſe uſque ad Eccleſiæ S. Franciſci conſtructionem; tunc enim hæc prima dicenda eſſet Minoritici Ordinis Eccleſia, reliquarum omnium Mater, & Caput, ſicuti omnium Eccleſiarum Orbis dicitur Lateranenſis, quia prima fuit, in qua ſacra myſteria publice a Chriſtianis celebrata fuere. At ſi neutrum affirmari poteſt, contra ipſum larvatum Portiunculæ dignitas, & præeminentia eadem paritate ſic invictiſſime oſtenditur. Eccleſia Lateranenſis eſt Caput Eccleſiarum Urbis, & Orbis, quia prima fuit Eccleſia, in qua Chriſtiani palam ſacra fecerunt: Ergo Eccleſia Portiunculæ eſt Caput Eccleſiarum Ordinis Minorum, quia eſt Eccleſia ab ipſius Ordinis ortu patens univerſis, in qua S. Franciſcus cum Sociis omnes Eccleſiaſticas functiones publice peregit.

X. Nec valet inventum ejuſdem larvati, cui & Anonymus Conventualis adhæret in ſuis ad nos Litteris Apologeticis Patavii impreſſis, dicentis, Portiunculam eſſe quidem primum Franciſcani Ordinis locum, ſed non Caput; quoniam ſi Eccleſia Lateranenſis, ut eidem inſiſtamus paritati, eſt Caput Eccleſiarum Mundi, quia eſt primus Orbis locus, in quo Sacra publice peracta fuere; ita & Portiuncula, quia eſt primus locus, & prima Eccleſia publica Minoritici Ordinis, eſt etiam omnium Eccleſiarum iſtius Mater, & Caput. Et ſane talis dici non poſſet, niſi eſſet prima Eccleſia, & primus Ordinis locus; nullus enim, qui fungum pro cerebro non habeat, inficias ibit, ideo eſſe Caput, quia eſt locus primus. Sed quid iſta congerimus, cum a Patribus Benedictinis hoc pacto Portiunculam acceptaverit S. Franciſcus, ut ſui Ordinis Caput eam conſtitueret? Hoc adeo verum eſt, ut admoniti Diſcipuli, Portiunculam ex tunc tamquam totius Ordinis Matricem habe-

Digitized by Google

habere, ac venerari cæperint. Quis namque filiorum ratum non habebit, quod tantus Pater inſtituit, voluit, & mandavit, quodque tot viri ſanctiſſimi confirmarunt, & traditione non interrupta, & univerſali ad Ordinem, ne dicam ad Orbem univerſum, tranſmiſerunt? Hinc propterea cum Innocentius IV., vel Gregorius IX., ex gratia Matrem, & Caput Ordinis Eccleſiam S. Franciſci conſtituerunt, non derogarunt præeminentiæ, qua de jure Portiuncula gaudebat, nec ullo modo credibile eſt, hos Pontifices, Sancto Parenti addictiſſimos, ejus voluntati contraire, ejuſque determinationem abrogare voluiſſe. Quare ut ſua ſingulis reddantur, dicendum eſt, Eccleſiam Portiunculæ eſſe primum Ordinis locum, ac per conſequens iſtius Caput, & Matrem naturalem, ab eodem S. Franciſco agnitam, & declaratam; ejus vero Aſſiſienſem Eccleſiam eſſe Matrem, & Caput ex gratia, & privilegio, atque ita obtemperabimus etiam Summo Pontifici Benedicto XIII., qui in ſua Conſtitutione, *Dilecti filii*, alibi etiam laudata, directa *Miniſtro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci, necnon Generali Miniſtro Fratrum Conventualium ejuſdem Ordinis*, hæc habet: *Ne quis denique Baſilicam Beati Franciſci Civitatis Aſſiſienſis, ubi ſacrum ejus Corpus requieſcit.... ita ſupra cæteras ejuſdem Ordinis Eccleſias verbis, aut ſcriptis extollat, & efferat, ut debitus honor, ac reverentia denegetur Baſilicæ B. Mariæ de Portiuncula extra muros ejuſdem Urbis, in qua conſtat Seraphicum Patrem Inſtitutum ſuum inchoaſſe; præcipimus, & mandamus, ut ambæ Baſilicæ, diverſis licet rationibus, B. Mariæ quidem propter Ordinis primordia, Aſſiſienſis vero propter ſacrum Corpus Sanctiſſimi Inſtitutoris, tamquam Ordinis Matrices ab omnibus Fratribus Minoribus agnoſcantur, & obſerventur.* Atque ita ſentire, & loqui debent, quicumque veritatem diligunt, & Summorum Pontificum venerantur determinationes, contra quas, & contra veritatem ipſam agunt, qui Portiunculam eſſe Matrem Ordinis negant, & hunc honorem ſoli Eccleſiæ Aſſiſienſi attribuunt.

XI. Ne vero contra id, quod hic a me traditur, ego ipſe efficere videar, Summi Pontificis Benedicti XIII. determinationi, ut par eſt, & filium obedientiæ decet, libentiſſime, & humiliter adhæreo nedum quoad ea, quæ habet de excellentia Eccleſiæ S. Franciſci, ſed etiam quoad ea, quæ enunciat de exiſtentia Corporis Sanctiſſimi Patriarchæ in eadem. At quoniam ex hac ſincera confeſſione quis contradictionis me accuſare poſſet, utpotequi alibi docere viſus ſim, Corpus Sancti Parentis in Eccleſia Aſſiſinate haud aſſervari, placet hic repetere, quæ in Declaratione Octava Manualis Fratrum Minorum a me confecti de hac ipſa exiſtentia ingenue faſſus ſum: *Se aveſſi a dire qualche coſa intorno al luogo, in cui ripoſa il Sacro Corpo di S. Franceſco in Aſſiſi, mi accorderei coll' Autore de' Secoli Serafici, il quale dimoſtra, eſſer molto probabile, che ripoſi ſotto l' Altar Maggiore, non già nel Sotterraneo, ma ſotto la Menſa del medeſimo, che vale a dire dentro l' iſteſſo Altare.* Hæc qui æquo pacatoque animo perpenderit, facile perſpiciet, quæ mea ſemper fuerit opinio de exiſtentia Corporis S. Franciſci in ſua Baſilica Aſſiſienſi; ac proinde mihi ipſi non adverſari, dum hic tanti Pontificis mandato humiliter obtempero, & firmiter adhæreo. Quod ſi aliquando in meis ſcriptis de eadem dubius, & anceps apparui, cauſa fuit Diploma Gregorii IX. deſuper laudatum, *Speravimus hactenus*, ubi de Civibus Aſſiſienſibus, ut audivimus, affirmat, quod cum Corpus S. Franciſci ab Eccleſia S. Georgii ad novam Baſilicam in ejus honorem conſtructam transferretur, ipſi hoc rapuerunt *in ſuperbia, & tumultu*. Cauſa fuerunt Petrus de Natalibus, Montjoanus, Antonius Yepetus, Gabriel Bucelinus, & alii pariter laudati ſcribentes, Corpus S. Franciſci in Eccleſia Portiunculæ ſepultum eſſe, ibique multis clarere miraculis, quorum Petrus de Natalibus cum hæc ſcribit, ſui Operis Prologum ita concludit: *Libellus noſter nulla refert novo edita, niſi quæ ſola novit*

vit magnis ab Auctoribus compilata. Cauſa fuit Pius II. in Commentariis lib. 2. §. *Hæc Civitas*, ubi de exiſtentia Corporis S. Franciſci in ſua Baſilica dubitare videtur dum ait: *Templum, in quo ferunt ſua oſſa jacere*. Cauſa fuerunt aliæ rationes plurimæ, ac præſertim vulgaris opinio, quæ fert, idem Sacrum Corpus jacere in loco impervio, & cunctis ignoto; ac etiam illius perquiſitio facta in eadem Eccleſia juſſu S. Pii V. a Joanne Pico Camerte, Miniſtro Generali Patrum Conventualium, & de iſtius mandato a Guardiano Conventus Aſſiſienſis, qui, ut illud inveniret, quemadmodum ex Toſſiniano Conventuali refert VVaddingus noſter ad ann. 1230. num. IV. *effodit die noctuque inceſſanter, ſed inanis fuit omnis ejus conatus, & induſtria*, ut etiam ſuperius dictum eſt. Et quamquam me non lateret, plura eſſe Romanorum Pontificum Diplomata, in quibus Sancti Franciſci Corpus in ſua Baſilica Aſſiſienſi jacere, & aſſervari dicitur, adhuc a dubio dimoveri non poteram, edoctus a Ludovico Antonio Muratorio in ſuo Tractatu, cui titulus: *Motivi di credere tuttavia aſcoſo, e non iſcoperto in Pavia l'anno 1695. il Sacro Corpo di S. Agoſtino Dottore della Chieſa*, ubi ait, Pontifices in Diplomatibus hujuſmodi non loqui ex certa ſcientia, ſed ex relatu Poſtulatorum; ac proinde in hypotheſi, quod res ita ſit, ut ab ipſis Poſtulatoribus in libello ſupplici exponitur. Hinc cap. 3. ejuſdem Tractatus ad rem hæc habet: *Se non foſſe così, noi avremmo troppe Bolle, che l'una diſcorderebbe dall'altra, oppure combatterebbe colla verità delle coſe, quando in fatti gl'impetratori ſoli ſono quelli, che combattono fra di loro, oppure contro la verità, e non già le Bolle de' Papi. A queſto propoſito egregia è l'oſſervazione del P. Papebrochio al dì 11. Aprile, dove prova che il Corpo di S. Leone Primo ſi conſerva in Roma, quantunque la Città di Perigueaux in Francia pretenda di poſſederlo con allegare le Bolle di Papa Siſto IV.* Hæc Muratorius, qui objicienti Bullam Bonifacii IX. pro certo aſſerendo loco Sepulchri S. Auguſtini, cap. 11. ſic reſpondet: *Conviene ricordarſi, che il venerabile nome de' Papi in ſimili eſpreſſioni, non accreſce punto di peſo, o di credito alle coſe. Perciocchè non ſono parole in caſi tali, che procedano da eſame fatto da eſſi Sommi Pontefici, ma ſolamente aſſerzioni di chi fa la petizione della Bolla al Papa*. Verum quidquid ſenſerit in hac re Muratorius, ego, ut jam dixi, Benedicti XIII. præcepto reverenter obedio, ut virum decet Franciſcanum, qui in primo ſuæ Regulæ capite nedum obedientiam, ſed etiam reverentiam ſpecialem Romano Pontifici profitetur, contra quam tamen me non agere puto, ſi aperte negem, ut jam negavi, quæ de mirabili ſtatione Corporis Beatiſſimi Parentis in tertia Eccleſia ore, & ſcriptis circumferuntur. Tot enim ſcatent iſta fabellis, contradictionibus, & abſurdis deſuper ex parte indigitatis, ut nullam meo judicio fidem ſibi concilient, cujuſmodi eſt, ut cætera ſileam, lapis ille, qui in libello jam citato, *Breve Relazione del gran Santuario, e Sacra Baſilica d'Aſſiſi*, Faventiæ impreſſo anno 1724., a Gregorio IX. poſitus dicitur anno MCCXXIII. ante Altare, ſuper quod ſtare aſſeritur erectum in pedes S. Franciſci Corpus, cum nempe ipſe Seraphicus Pater adhuc mortuus non eſſet, & Gregorius nondum ad Pontificatum aſſumptus; & a VVaddingo, & ab Auctore *Collis Paradiſi lib.* I. *tit.* VI. poſitus dicitur anno MCCXXVIII., cum ſcilicet nec Eccleſia, nec Altare, nec S. Franciſci Corpus, quod translatum fuit anno MCCXXX., ibi extarent. His addo contradictionem, qua ſe aperte implicat Auctor hujus Faventinæ Relationis, ubi cum aſſeveranter dicat, S. Franciſci Corpus aſſervari ſubtus Altare Majus ſecundæ Eccleſiæ in quadam Tribuna, poſt pauca addit: *Non v'ha chi dubiti, che il glorioſo Corpo del Serafico Padre, e Santo Patriarca Franceſco ſia ſepolto nella Città d'Aſſiſi, e nel ſuo Moniſtero de' Frati Min. Conventuali; ma in qual luogo della detta Chieſa, e come ſtia, non è a tutti noto*.

XII. Multo magis contra Pontificias determinationes, & veritatem ipſam

agunt illi, qui locum Rivi-torti pro totius Minoritici Ordinis Capite efferunt, & extollunt, inibi etiam lapide appoſito cum inſcriptione, qua talis declaratur, ut ſic, ne Portiunculæ noſtræ tribuant quod juſtum eſt, Franciſcanum Ordinem potius hydræ ſimilem exhibeant. Quare mittimus, præſentem Rivi-torti locum antiquiorem non eſſe Pontificatu Calixti III., utpote qui, hoc Pontifice, una cum hodierna Eccleſia illi adhærente, ſæculis duobus cum dimidio poſt Minoritici Ordinis fundationem, a Fratre Nicolao de Sebenico Dalmata fuerit ædificatus, nec ibi certe, ubi vetuſtus erat Rivus-tortus Sancti Franciſci præſentia decoratus, qui adhuc ubinam revera eſſet ignoratur. Mittimus etiam, nullam per conſequens in tot Romanorum Pontificum Diplomatibus ante Calixtum III. de Rivo-torto mentionem fieri, quia per ducentos annos & amplius nulla ibi fuit vel Eccleſia, vel habitatio a Franciſcanis culta, cum nec Seraphicus Pater, nec ejus Diſcipuli Cœnobium, aut Ædiculam ibi ædificare curaverint. Et ideo ſane, quia in eo ſe receperunt tamquam in publico Diverſorio, ſive ſtabulo, ut eum vocat Bartholomæus Piſanus, neglecto, ac pene diruto, ad quod Ruſtici omnes una cum brutis ipſis animantibus neceſſitate compulſi adventabant, & uſum illius nunquam Sancto Franciſco, vel Sociis ejus Dominum ceſſiſſe conſtat, ut veluti locum proprium, & ipſis addictum inhabitarent. Et ſi res ita ſe habet, quomodo primum Ordinis Cœnobium, ac iſtius Mater, & Caput dici poteſt? Prius probandum eſt, uſum illius Dominum a ſe abdicaſſe, & ad Seraphicum Patrem, ejuſque Aſſeclas transtuliſſe, hoſque proinde eum tamquam locum Ordinis & habuiſſe, & inhabitaſſe; quia ſi ex quo S. Franciſcus in Rivo-torto, in loco ſcilicet non ſuo, aliquandiu moram traxit, ſat eſſet, ut primus dicatur Ordinis locus, vel Conventus, potius aliis Cryptis, & Diverſoriis, prius ab ipſo eodem jure inhabitatis, tantus honor deferendus erit. Hiſce de cauſis, ut inquiebam, paritate ab Eccleſia Lateranenſi deſumpta mucrone ſuo ſe vulnerat Scriptor præfatus; nam ſi, ipſo fatente, Catacumbæ, & Cryptæ, in quibus Chriſticolæ in Eccleſiæ primordiis ad orationem conveniebant, pro primis non habentur Chriſtiani Orbis Eccleſiis, nec iſtarum Capita, & Matrices dicuntur, ſed hujuſmodi nomen uni debetur Lateranenſi Baſilicæ, quia hæc prima fuit Chriſtianorum Eccleſia publica, illæ vero Oratoria tantum, & loca privata; eadem ratione primus Minoritici Ordinis locus, ac hujus Mater, & Caput dicendus non eſt Rivus-tortus, ſed Portiuncula, quia hæc fuit prima Eccleſia, in qua Franciſcani, tamquam in loco proprio, palam & publice divina Myſteria celebrarunt; ille vero locus ipſis Catacumbis inferior, in quo nec Cænobium, nec Oratorium, nec Altare a primis Minoritis unquam erecta fuere. Hanc veritatem illi ipſi admittere debent, qui pro Rivo-torto propugnant; quoniam ſi hunc Franciſcani Ordinis Caput eſſe contendunt, quia primum fuiſſe ejuſdem Ordinis locum ratum habent, concedant quoque neceſſe eſt, quod ſi Portiuncula ex demonſtratis eſt omnium Eccleſiarum Ordinis prima, eſt etiam earumdem Mater, & Caput. Hoc ipſum confirmatur etiam ex eo, quod ſicuti univerſus Chriſtianus Orbis Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Lateranenſis, tamquam Eccleſiarum primæ, ſemper celebravit; ita univerſus Franciſcanus Ordo officium Dedicationis Eccleſiæ Portiunculæ, tamquam omnium ſuarum Eccleſiarum Capitis, & Matricis, ab antiquo recitavit, & adhuc recitat; quod cum alterius Eccleſiæ Ordinis haud feciſſe legamus, quia officium Dedicationis Baſilicæ Aſſiſienſis nonniſi diebus hiſce noviſſimis in univerſa Franciſcana Familia Clemens XIV. recitandum præcepit, patet aperte, Fratres Minores omnes pro Capite, & Matrice Ordinis unam Portiunculæ Eccleſiam habuiſſe.

XIII. Animadvertendum eſt ulterius, Sbaraleam ſcilicet in nota (*e*) ad Bullam Clementis IV., *Obtentu divini nominis*, ut hanc etiam Fratribus Minori-

noribus datam fuiſſe probet, plura, ut audivimus, congerere, atque ad hæc pag. 72. adhuc addere: *Nec ullius momenti eſt quod opponunt præfati Diplomatis Oſores, in Regeſto Vaticano reperiri datum Prædicatorum, non Minorum Ordini*. Rationem vero proferens hujus aſſertionis, ſic immediate proſequitur: *Etiam ejuſdem Clementis Bulla*, Providentia laudabilis &c. *ann.* 1268. *apud VVadd. data dicitur Ordini Prædicatorum & Minorum, quæ in Bullario Dominicano, & alibi uni Prædicatorum Ordini conceſſa legitur; & alia Alexandri IV.*, Exhibita nobis &c. *ann.* 1257. *Non. Januar. apud Dominicanos Authores ſolis Prioribus Ordinis Prædicatorum, apud Franciſcanos vero, alioſve, & illis, & Guardianis Fratrum Minorum data reperitur. Item alia ejuſdem Alexandri in 6. Decret. tit. de Regul., & transl. ad Relig. c.* 2., Non ſolum &c. *data dicitur Fratribus Prædicat. & Minor.; at in Tabulario Cœnobii Claramontani Ord. Prædicat. miſſa legitur Generali Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum tantum, teſte Martene tom.* 1. *Anecdot. col.* 1067., *ut plures alias conſimiles omittam*. Hæc ipſe, qui exemplis hujuſmodi ſe demonſtraſſe confidit, nullius eſſe momenti, quod Bulla, *Obtentu*, in Regeſto Vaticano reperiatur data Prædicatorum, non Minorum Ordini. At bona ipſius venia, maximi momenti eſt, quod controverſum Diploma in Vaticano Regeſto uni datum appareat Ordini Prædicatorum, & quidem ob rationes allatas in Animadverſione Octava, ob hanc præſertim, quod Regeſtum Vaticanum Epiſtolarum Clementis IV., ut jam vidimus, Avenione Romam una cum aliis delatum, hujus Pontificis ætate exaratum fuerit, & Diplomata contineat a Scriptore Originalia præ oculis habente fideliter in eo conſcripta, quod in exemplis a Sbaralea productis minime verificatur, & idcirco latiſſima inter utrumque caſum diſparitas intercedit. Aliud eſt enim, quod nonnulla Diplomatis alicuius exemplaria hinc inde diſperſa lectionem habeant, & inſcriptionem inter ſe diverſam, aliud, quod unius Diplomatis autographum differat maxime in titulo, in re ſcilicet adeo eſſentiali, ab Autographo in Vaticano, in proprio nempe fonte, a quo & originem, & authenticitatem deſumit, a tempore quo editum fuit ad hæc uſque noſtra fideliter aſſervato. Poſſunt enim exemplaria variis in locis conſcripta vel ab Amanuenſibus, vel ab aliis vitiari, & corrumpi, quo nil facilius; at corruptum, & vitiatum dici non poteſt Diploma in Regeſto Vaticano ex Originali præ oculis poſito exaratum ſtatim ac Diploma ipſum originale editum fuit. Exemplaria a Sbaralea indicata ab unoquoque pro ſtudio partium, & proprio affectu, vel ſenſu conſcribi potuerunt, uti paſſim contingit, aliquid nempe addendo, vel detrahendo; ſed hujuſmodi cauſæ Regeſtum Vaticanum in caſu, de quo agimus, vitiare non poterant. Et cur namque Clementis IV. Conſtitutio, ipſo Pontifice vivente & cum primum in Regeſto adnotata fuit, depravari debuit, ac ſolos Prædicatores exprimere, ſi iſtis æque ac Minoribus data fuerat? Nec dici poteſt, caſu, & ex inadvertentia Scriptoris Fratres Minores ibidem omiſſos, & ſolos Prædicatores expreſſos fuiſſe, quia incredibile eſt omnino, hunc dormitaſſe in ipſa tituli inſcriptione, ac præterire debuiſſe perſonas, ad quas Diploma directum erat, quo nil magis neceſſarium, & advertendum. Accedit, quod ſi hæc admittatur ratio, quilibet ſuſpicari poterit de genuinitate, & integritate Diplomatis cujuſcumque in Regeſto Vaticano conſcripti; ac proinde, ut etiam diximus in Animadverſione Octava Art. 3. num. VI., fons præcludetur unicus, ex quo Pontificum Epiſtolas veras, & genuinas haurire, & a falſis, corruptiſque diſcernere tutiſſime valeamus. Et ſane ſi ex variis exemplaribus Diplomatis alicujus dubium oriatur, & contentio de vera iſtius lectione, non alio confugiendum eſt, ut hæc habeatur, & dubium enodetur, quam ad Regeſtum Vaticanum. At ſi hoc vitiatum affirmetur, ejuſque fides idcirco ſuſpecta reddatur, locus non erit amplius, ad quem tuti confugere poſſimus pro vera aſſequenda Diplo-

Digitized by Google

Diplomatum lectione, & dubiis circa eadem occurrentibus extricandis. Id ipſemet Sbaralea experiri ac fateri debuiſſet, ſi peroptaſſet judicium ferre de exemplaribus a ſe prolatis; non alia enim via recte de his judicare potuiſſet, ac tuto pronunciare quænam eorum lectio vera ſit, quænam falſa, quam Regeſtum Vaticanum conſulendo. Hinc cum de variis exemplaribus Apoſtolicarum Conſtitutionum, quæ diverſis in locis exhibentur, dubium oritur, vel controverſia, uni dicimus Regeſto Vaticano ſtandum eſſe, quoties Conſtitutiones ipſæ eodem tempore, quo prodiere, in eo relatæ ſint, atque ex Originali antequam poſtulantibus traderentur conſcriptæ, ſuo loco ſignatæ conſpiciantur, quemadmodum in Regeſto Clementis IV. ejus Conſtitutio, *Obtentu divini nominis*, cum prodiit, exarata & appoſita fuit, ſolis Prædicatoribus, nequaquam vero Minoribus directa. Ut igitur paritates a Sbaralea productæ vim habeant ad probandum, nullius eſſe momenti, quod hæc Clementina Conſtitutio in Regeſto Vaticano data reperiatur Prædicatorum, non Minorum Ordini, oſtendendum eſt, exemplaria omnia in medium allata verum habere ſenſum, licet inter ſe varia, & diſcordantia, & quamvis differant etiam a Regeſto Vaticano, quod eſt omnino impoſſibile, quia una & ſimplex eſt veritas. Diſcordant, inquit ipſe, inter ſe, graviſſimis referentibus Auctoribus. Quid ergo? Ex hoc id unum ſequitur, nulli eorum fidem eſſe adhibendam in iis, in quibus differunt, donec cum Autographo authentico, vel cum Regeſto Vaticano conferantur, atque hinc quænam eorumdem lectio vera ſit deprehendatur, quod niſi fiat, argumentum cum Sbaralea ex eorum varietate deſumere pro enodanda quæſtione, de qua agimus, idem eſt ac ad inconveniens confugere, ac habere pro certo, & inconcuſſo, quod probatione indiget, & eadem laborat infirmitate.

XIV. Idem clariſſimus Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 77. ordine LXVII. Bullam recenſet Gregorii IX. incipientem, *Sacroſancta Romana Eccleſia*, anno 1232. ſub IV. Kalendas Februarii datam *Dilectis filiis Prioribus, & Fratribus Eremitarum S. Nicolai de Scopulo Ortanæ Diœceſis*, qua Pontifex ſuſcipit ſub protectione Sedis Apoſtolicæ locum, & bona eorumdem Eremitarum. At hujuſmodi litteras immerito prorſus Bullario Franciſcano aſſutas eſſe facillime quiſque perſpiciet ex perſonis, quibus directæ fuerunt. Eremitæ namque illi S. Franciſci regulam non profitebantur, ut liquet ex eo, quod eorum Præpoſiti nuncupentur *Priores*, ipſi vero dicantur Eremitæ, quibus nominibus Franciſcani nunquam audierunt. Quare ſi Eremitæ S. Nicolai de Scopulo Ortanæ Diœceſis non erant Franciſcani, Bulla Gregorii IX. modo laudata, ipſis directa, fruſtra in Bullario Ordinis Minorum locum occupat; ac proinde ab eo penitus expungenda eſt. Audio ipſum Sbaraleam in nota (*b*) ad eamdem Bullam dicentem: *Prope hunc locum adhuc Fratres Minores Conventuales prædium S. Franciſci nuncupatum poſſident cum dicta Eccleſia S. Nicolao dicata. Hanc enim ſub initium Ordinis, & ante præfatos Eremitas tenuerant ipſi Fratres*. Ita ipſe, ſed quid hinc inferre velit, profecto non intelligo. Si contendat, Fratres Minores ſub initium Ordinis prope locum S. Nicolai poſſediſſe prædium nunc S. Franciſci nuncupatum, ut innuere videtur per particulam illam *adhuc*, ſequitur, quod cum locum illum ante præfatos Eremitas non coluerint, niſi S. Pater Franciſcus, & Sociorum ejus nonnulli, uti ſcribit etiam Theuli in Apparatu Minorico part. 1. cap. 4., ſequitur, inquam, vel ipſum Seraphicum Parentem, vel ejus Diſcipulos, ipſo adhuc in terris agente, prædia, & poſſeſſiones habuiſſe, quod nemo hactenus auſus eſt affirmare. Et ſane qui pro antiquioritate reddituum, & poſſeſſionum in Ordine Franciſcano propugnant, ad Gregorii IX. Pontificatum non aſcendunt, ſed privilegium eis utendi repetunt primo a Gregorii Succeſſore Innocentio IV. Nec audiendi ſunt, qui inter vulgares homines venditare nituntur, S. Antonium Patavinum omnium primum a Gre-

Digitized by Google

Gregorio IX. redditus, & poſſeſſiones pro Franciſcanis impetraſſe, quia falſitatis revincuntur ab zelo ipſius pro tuenda puriori Seraphicæ Regulæ obſervantia, ac ab iis, quæ pro eadem cauſa Vir Sanctiſſimus paſſus eſt. Ultra quam quod oſtendere debent hæc vendentes Pontificium diploma, quo Sanctus Thaumaturgus uſum redditIuum impetraverit, quod nunquam certe exhibebunt, ac ſemper fruſtra perquirent. Imo cum illud obtinere debuerit S. Antonius ante annum 1231., quo ad cœleſtia regna migravit, concludendum erit, Regulam a S. Franciſco ſuis alumnis traditam, tribus, aut quatuor annis tantummodo viguiſſe poſt ejus obitum, qui contigit anno 1226. Dicet quis, ideo Sbaraleam inſeruiſſe Bullario Franciſcano Epiſtolam Gregorii IX. pro Eremitis S. Nicolai de Scopulo emanatam, quia Minores Conventuales Civitatis Hortarum poſſident Eccleſiam ipſam S. Nicolai cum prædio propinquo. At ſi hac de cauſa diploma illud aliis ad Franciſcanos pertinentibus addendum fuit, innumeras propemodum ſui Bullarii paginas implere poterat, univerſa in illo diplomata exſcribendo, jam a Romanis Pontificibus edita pro poſſeſſionibus olim diverſorum Dominorum, mox ab ipſis Conventualibus ſucceſſu temporis acquiſitis. Bulla igitur præfata in Bullario Franciſcano locum non habet, ac immerito prorſus eidem inſerta fuit; & ſi locum habere propugnent, legendum erit in nota, *nunc*, non *adhuc* poſſident Minores Conventuales prædium S. Franciſci nuncupatum, ut legit Sbaralea, quia S. Pater Franciſcus nunquam habuit prædia, imo hæc, & redditum quemcumque tum quoad proprietatem, tum quoad uſum ſuis filiis diſtricte prohibuit in Regula, quam omnes ad annum uſque 1430. in ſua puritate, & abſque ulla mitigatione, vel relaxatione profeſſi ſunt, ut in noſtris hiſce Animadverſionibus abunde demonſtravimus. Id unum ex hiſce hic repetere neceſſum puto, Sanctiſſimum ſcilicet Patriarcham nedum proprietatem, ſed etiam uſum quemlibet bonorum immobilium ſuis Fratribus inhibuiſſe, ut hinc magis magiſque falſum appareat, quod Anonymus Conventualis, de quo etiam alibi in his Animadverſionibus egimus, in ſuis ad nos Apologeticis Litteris Patavii impreſſis auſus eſt affirmare; ſub initio ſcilicet naſcentis Religionis habuiſſe Minores uſum reddituum, & poſſeſſionum non ex privilegio, ſeu diſpenſatione Pontificum, uti confratres ejus omnes hactenus docuerunt, ſed ex propriæ Regulæ indulgentia, & permiſſione. Vult Anonymus, Regulam S. Franciſci juxta Romanorum Pontificum declarationes ſolam inhibere ſuis profeſſoribus immobilium proprietatem, nequaquam vero uſum omni jure carentem, itaut quæ Seraphicus Pater in ſexto ſuæ Regulæ capite mandat quoad paupertatem ſervanda, hoc uno contineantur præcepto, *Fratres nihil ſibi approprient*, reliqua vero ab ipſo ibidem addita, *Vadant pro eleemoſyna confidenter*, novum ac diſtinctum præceptum haud contineant, ſed ita intelligenda ſint, ut etiamſi poſſeſſiones, abſque tamen proprietate, recipiant, eiſque ſimpliciter utantur, & Regulam ad litteram ſervent, & voluntatem Patris perfecte impleant. At decipi, Mundoque imponere Anonymum hæc ſibi fingendo, & aliis venditando, ipſimet affirmare coguntur Conventuales, qui ratum, firmumque habentes, uſum immobilium Franciſcanis a Regula inhiberi, totis viribus huc uſque pugnarunt, ut hunc in Minoriticum Ordinem a privilegiis, & Pontificiis diſpenſationibus invectum comprobarent. Licet ex his noſtris Animadverſionibus, maxime vero ex Secunda, opinio hæc Anonymi falſa comprobetur, placet nihilominus ad hanc falſitatem clarius aperiendam adhuc ſequentia ex iiſdem hic iterum exſcribere.

XV. Nicolaus III. in ſua Decretali, *Exiit qui ſeminat*, aliique Romani Pontifices definierunt, quod Fratres Minores *ex profeſſione Regulæ ad ea Evangelica obſervare conſilia ſunt adſtricti, quæ in ipſa Regula præceptorie, vel inhi-*

 bito-

bitorie, *ſeu verbis æquipollentibus exprimuntur*; ac per conſequens etiam ad mendicandum, cum id ita exprimatur in Regula, *Vadant pro eleemoſyna confidenter*, quæ verba, ut patet, imperativa ſunt, & vim præcepti continent, quemadmodum Doctores Ordinis ea intellexerunt. Etenim S. Bonaventura in Expoſit. Regul. FF. Minor. cap. 6. *Fratres nihil ſibi approprient etc. Vadant pro eleemosyna confidenter*, duo præcepta contineri fatetur, dicens: *Hæc pars habet quatuor*: *Primo inhibet appropriationem*: *Secundo imponit mendicitatem etc.* At ſi vera eſſet Anonymi doctrina hic unum tantum contineretur præceptum, inhibitio ſcilicet appropriationis, & nihil aliud. Ante Seraphicum Doctorem idipſum tradiderant Quatuor Magiſtri in Regulæ Expoſitione, ubi poſt diſtinctam Minorum paupertatem ab ea, quam cæteri Regulares profitentur, concludunt, quod Minorum paupertas *attenditur in duobus*: *Unum eſt, ut non recipiant aliquid fixum, ſicut redditum, et hoc eſt, quoniam tamquam advenæ, et peregrini in paupertate debent Domino famulari*: *Aliud, quod debent habere paupertatem quantum ad uſum, ut taliter ſint pauperes, quod etiam ſint mendici*; *unde etiam additur*: *Vadant pro eleemosyna confidenter*. Eadem ferme habent quotquot eamdem Regulam expoſuerunt, & hos inter, ne infiniti ſimus, F. Joannes de Pechano Sancti Bonaventuræ diſcipulus, moxque Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui ait, *quod ſicut dicit Regula, neceſſaria victui, et veſtitui ſunt ex mendicitate eleemosynarum perquirenda*; & F. Bartholomæus Piſanus, cujus Expoſitio anno 1399., ut vidimus, ab univerſo Ordine, in Generali Capitulo Aſſiſii congregato, approbata fuit. Regula igitur inhibet Minoritis rerum appropriationem, præcipitque mendicitatem; ac propterea ſunt hæc duo præcepta diſtincta, ad quorum obſervantiam ipſi tenentur ex ejuſdem Regulæ profeſſione. Hæc autem cum ita ſint, ex dictis veluti ſua ſponte fluit, uſum quemlibet bonorum immobilium Franciſcanis a propria Regula interdictum eſſe, quia vinearum, & agrorum uſu recepto, jam habetur unde & vino cellaria, & horrea frumento pro totius anni curſu abundanter implere, quin proinde neceſſarium ſit pro victu, & veſtitu ulterius mendicare. Nec prodeſt, quod ait Anonymus, Minores videlicet juxta Regulam mendicaſſe etiam vivendo ex poſſeſſionum uſu, quia cum iſtarum nullum jus haberent, adhuc ex alienis in eleemoſynam acceptis vitam ſuſtentabant. Non prodeſt, inquam, nam S. Bonaventura in Opuſculo *de Paupertate Chriſti*, mendicitatem Fratrum Minorum ita declarat: *Voco mendicare, eleemosynam quærere, ſeu de quotidianis eleemosynis vivere*, quod cum uſu agrorum, & vinearum nullo modo, ut recti intelligunt, conciliari poteſt, quia ſic non de quotidianis, ſed de annalibus vivitur eleemoſynis contra Regulam, & mentem S. Franciſci, qui cum in capite 5. ejuſdem Regulæ præcepiſſet laboritium pro vitæ ſuſtentatione, mox in ſuo Teſtamento declarat, quod *quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini petendo eleemoſynas oſtiatim*; unde S. Antoninus in Summ. Hiſtor. tit. 24. cap. 1. §. 1. de S. Franciſco verba faciens, ad rem inquit: *Extremam paupertatem elegit in ſe, et in Ordine ſuo*, quæ, ut ipſe addit, in eo conſiſtit, *nec in communi mobilia habere pro tempore aliquo prolixo*, *ſed dietim per quæſtum ſibi victum procurare*. Hinc Alexander IV. in ſua Conſtitutione, *Ille ſpecialis*, cujus vigore poſſeſſiones, & redditus omnes Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Civitatis Tiburtinæ, Franciſcanis a ſe collatæ, Capitulo Baſilicæ Vaticanæ attribuit, hanc affert rationem, *quod ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones eiſdem Fratribus habere non licet*, quam repetit etiam Urbanus IV. in ſuo Diplomate, *Sua nobis*, quo mandat Epiſcopo Traguirienſi in Dalmatia, ut vel per ſe, vel per procuratores vendere faciat poſſeſſiones, & bona Franciſcanis illius Civitatis teſtamento legata, & de pretio ex eorum venditione percepto locum aliquem ipſis emat, in quo commode ipſi Fratres

tres habitare poſſint, *quia*, inquit, *Fratres ipſius Ordinis de poſſeſſionibus ſe nullatenus intromittunt, nec eis licet poſſeſſiones habere*.

XVI. Rem denique extra omnem dubitationis aleam ponit Clemens V. in ſua celebri Decretali, *Exivi de Paradiſo*, ubi Regulam declarans Fratrum Minorum hæc habet: *Cumque annui redditus intra immobilia cenſeantur a jure, et hujuſmodi redditus obtinere paupertati, et mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quod prædictis Fratribus redditus quoſcumque, ſicut et poſſeſſiones, vel earum etiam uſum, cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere, conditione conſiderata ipſorum, non licet*. En igitur ex hac apertiſſima definitione, quod redditus, immobilia, eorumque uſus mendicitati repugnat Fratrum Minorum; ac proinde & eorum Regulæ, quæ mendicitatem ipſam ſuis profeſſoribus diſtricte mandat, uti faſſus eſt etiam Sixtus IV. in ſua Bulla, *Licet nos dudum*, qua Conventualibus facultatem tribuens ſuccedendi in hæreditatibus, utendique immobilius abſque dominio, hanc ad Obſervantes extendere ſe nolle proteſtatur dicens: *Cum id expreſſe adverſetur eorum emiſſæ profeſſioni, et promiſſæ paupertati*. Obſervantes, quidquid Anonymus ipſe cum ſuis venditet, nil aliud unquam profeſſi ſunt, quam unam puramque Sancti Franciſci Regulam; ac proinde nil clarius exprimere poterat Sixtus IV. ut nos edoceret, uſum utcumque ſimplicem bonorum immobilium Minoritis interdictum eſſe a propria Regula, & profeſſione, quemadmodum & Mundus univerſus ſemper faſſus eſt. Inſuper, quoniam ipſe Anonymus propugnat, primævam fuiſſe Fratrum Minorum diſciplinam utendi bonis immobilibus, dummodo horum jus, & dominium penes alios reſideret, atque contendit eos ita ſervaſſe mendicitatem in Regula præſcriptam, audiamus iterum Quatuor Magiſtros, qui in ejuſdem Regulæ Expoſitione ſuper illa verba, *Fratres nihil ſibi approprient*, hæc in caſu noſtro excitant dubia: *Quæritur quid ſit iſta paupertas, ad quam tenentur Fratres, an ſcilicet prohibeatur eis ne poſſint aliquid fixum ad ſuſtentationem habere, ſicut aliquæ perſonæ voluerunt ordinare redditum perpetuum, quo in aliquo loco ſuſtentarentur Fratres, itaut aliqua proprietas apud eos non reſideret. Item quæritur, an paupertas iſta, ad quam tenentur Fratres, prohibeat eis, ne poſſint habere territoria, de quibus per culturam, & induſtriam ſuam omnis ſuſtentationis hæc neceſſaria procurent, itaquod proprietas penes alium reſideat, & ſicut habent hortos, & olera, & fructus, ita haberent vineas, & agros*. Reſpondent ad hæc affirmative, *quia debent habere paupertatem quantum ad uſum, ut taliter ſint pauperes, quod etiam ſint mendici*. At quomodo Fratres Minores vineis, & agris utentes, atque hinc in cellaria, & horrea congregantes mendici eſſe potuerint, & paupertatem ſervare *quantum ad uſum*, profecto non intelligo, niſi dicere velimus, S. Franciſcum ſuis paupertatem obſervandam tradidiſſe apparenter mendicam, quod vel ſuſpicari non licet. Etenim mendicitatem veram, & realem ipſum in ſua Regula præcepiſſe adhuc magis confirmatur ex eo, quod Clemens V. in ſua prælaudata Conſtitutione aperte declaravit, Franciſcanis vetitum eſſe etiam *habere cellaria, & granaria, quando poſſunt vitæ neceſſaria aliter invenire*. Idipſum legimus & in quadam Regulæ Expoſitione, quæ a Sanctis Patribus Ordinis appellatur, ubi quoad caput ſextum ſic habetur: *Ex toto iſto Capitulo, & pluribus locis Regulæ extrahunt Quatuor Doctores, & Magiſter Joannes de Pechano, quod interdicta ſunt nobis granaria, & cellaria*; quibus adhæret etiam F. Joannes Perini Doctor Pariſienſis in ſuo Tractatu *ſuper Diſpenſatione Fratrum Minorum*, in quo ſcribit: *Nullus reperitur in Ordinum inſtitutionibus, qui tam arcte paupertatem ſit profeſſus, ſicut B. Franciſcus, & ſui Ordinis profeſſores..... Perfectio, & obligatio noſtræ profeſſionis eſt reſpectu talium non habere aliquam certitudinem, ſive recurſum aliquem, ſed in divina providentia ponere ſpem noſtram, ſicut manifeſte tota Re-*

Digitized by Google

Regula, *& omnes ejus Declarationes clamant*. Hinc ſi ex Regula interdicta ſunt Minoritis granaria, & cellaria, a fortiori vinearum & agrorum uſus eiſdem vetitus eſſe debet, quia ex hoc, non ex dominio, hæc & illa replentur, mendicitas proinde quotidiana omnino tollitur, & ſpes in divina providentia ridicula prorſus evadit. Hæc ad novi ſiſtematis confutationem ex noſtris Animadverſionibus repetere placuit, atque adeo inferre, eumdem Anonymum decipi etiam in eo, quod in iiſdem Apologeticis addit, Regularem ſcilicet Obſervantiam, in caſu de quo agimus, eſſe praxim, & executionem eorum, quæ S. Franciſcus in Regula præcipit obſervanda, quod abſolute denegatur. Minores enim, qui, ut ſe a Conventualibus diſtinguant, vel Obſervantes, vel Regularis Obſervantiæ dicuntur, a profeſſione, quæ ad praxim, & executionem ejuſdem Regulæ eos adſtringit, tales denominantur; ſicuti Chriſtiani a profeſſione fidei, & legis Chriſti, non a practica obſervantia iſtius, tali nomine gaudent, niſi dicere velit Anonymus, peccatores nec eſſe, nec appellari Chriſtianos, vel tales eos tantum eſſe, ac dici debere, qui fidem Chriſti operibus tenent. Quemadmodum igitur, ut contra ipſum concludamus, Eccleſia Chriſti conſtituitur per fidem, & legem Chriſti; & harum profeſſione per ſe, vel per alium in Baptiſmate emiſſa ſtatim quilibet eſt, & dicitur Chriſtianus, ita & S. Franciſci Religio conſtituitur per legem, ſive Regulam ab ipſo traditam, ac iſtius profeſſione dicitur quis, & eſt Minorita, quia ſocietas quælibet ſupponit legem, quæ inſtar vinculi homines uniat, & ejuſdem ſocietatis efficiat. Quoniam vero lex præcedit diſpenſationem, ideo Societas per legem conſtituta, vetuſtior eſt illa, quæ ab ipſa diſpenſatione originem, & eſſe recognoſcit. Ad hæc addi poteſt, quod ſi ex Regula, ſaltem non prohibente, Fratres Minores uſum poſſeſſionum habere potuiſſent, ut vult Anonymus, Pontificum aliquis, præſertim Gregorius IX., S. Franciſco, ejuſque Ordini addictiſſimus, poſſeſſionis, aut prædii alicujus uſumfructum Minoritis conceſſiſſent, quod minime feciſſe ex ipſa hiſtoria colligimus apertiſſime, unde Auctor *Orbis Seraphici* hæc ipſa perpendens tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 4. pag. 245. col. 2. inquit: *Adde ad evidentiæ argumentum, quod nec ipſe Gregorius Papa, qui ſuæ ad S. Franciſcum devotioni ſatis unquam ſe feciſſe ſibi videtur, etſi datis ad ædificium illud* (Eccleſiæ ſcilicet Aſſiſienſis) *ex Spoletani Ducatus Ærario Pontificio ſumptibus, immenſas ad idem pecunias, atque pretioſiſſima diætim ad ornamentum donaria tranſmitteret, nunquam tamen poſſeſſiones, annuoſve proventus aſſignavit, in quo præcipue PP. Conventualium mitigatio paupertatis conſiſtere non dubitatur* : *imo ann. eodem* 1230. (quo S. Franciſci Corpus translatum fuit) *quamvis S. Claræ proprietatem in communi diſpenſandam, annuoſque redditus obtuliſſet, Minoriticæ tamen Regulæ primam Declarationem Apoſtolicam, petente B. Joanne Parente Miniſtro Generali, expediens in ſua Conſtitutione*, Quo alongati a ſæculo &c. *declaravit & definivit expreſſe, Fratres Minores cujuſcumque poſſeſſionis, & dominii vel in particulari, vel in communi eſſe prorſus incapaces, & ita obſervari mandavit*. Tandem Anonymi inventum falſum omnino declaratur ex verbis Leonis X., qui in ſua Bulla, *Licet alias*, uti dictum eſt in Animadverſione V. num. IX., inquit, ſe ſuaſiſſe Fratribus Conventualibus, *ut dimiſſis proprietatibus, poſſeſſionibus, et aliis directe contra præcepta dictæ Regulæ militantibus, ad electionem Miniſtri Generalis totius Ordinis celebrandam accederent*. Cum namque eo tunc Conventuales reddituum, & poſſeſſionum non haberent niſi uſum, quia earum dominium ipſis poſtmodum a Concilio Tridentino conceſſum fuit, ſequitur ex Leone X., uſum præfatum directe militare contra præcepta Regulæ S. Franciſci; ac proinde ab ipſa Regula ſuis profeſſoribus vetitum eſſe, ac Anonymum per conſequens lectoribus imponere. Hæc, ut præmiſi, in Sbaraleæ Notis abſque cenſura, & ſub ſilentio prætereunda non erant;

Digitized by Google

erant; & idcirco brevi calamo duximus corrigenda; ſicuti alia nonnulla, quæ in eiſdem occurrunt pari cenſura, & correctione digna, in Notis tum in hoc Supplemento, cum in Bullarii continuatione locandis, pro ingenii noſtri tenuitate eodem veritatis amore caſtigabimus. Nunc ad Animadverſionem ultimam properamus, in qua B. Joannem Angelum Clarenum cum aliis nonnullis Ordinis Minorum Profeſſoribus ab illata eis tum a Sbaralea, cum ab aliis calumnia, & Ordinem ipſum a nigra macula vindicare conabimur.

Digitized by Google

ANIMADVERSIO VIII.

B. Joannes Angelus a Cingulo, Clarenus dictus, ejuſque Aſſeclæ ab hæreſis nota vindicantur.

I. SCribendi hanc Animadverſionem occaſionem præbet, quod Sbaralea in nota (*b*) ad Bullam Gregorii IX., *Sacroſancta Romana*, * de Clarenis aſſerere videtur, quamvis æquivoce, hos nempe Fraticellos fuiſſe, vel ſaltem adeo iſtis affines, ut promiſcuo nomine Clareni dicerentur Fraticelli, & Fraticelli Clareni. Ibidem namque referens, quoſdam Eremitas deſeruiſſe locum S. Nicolai de Scopulo Hortanæ Diœceſis, unde & ipſi Eremitæ nomen trahebant, his, addit, ab eodem loco recedentibus *ſucceſſerunt Fraticelli, forſan qui & Clareni dicebantur*. Licet enim hæc, ut dicebam, æquivoce ſcripta ſint, quia tamen Clarenum cum ſuis vel tantiſper labefactare poſſunt, idcirco rectum duxi, hanc pro ipſius, & ſuorum defenſione inſtituere Animadverſionem, in qua nedum non hæreticum, ſed virum ſanctiſſimum ipſum Clarenum fuiſſe breviter oſtendam. Miſſis proinde, quæ ad pleniorem ejus notitiam deſiderari poſſent, ea tantum proferam, quæ ſanctitatem ejus, ac ipſius, & ſuorum innocentiam, & rectam fidem in luce collocant meridiana. Et quoniam impia Fraticellorum præcipua dogmata erant, Eccleſiæ ſanctitatem, ejuſque ſupremi Paſtoris Romani Pontificis denegare auctoritatem, quam in Romana Eccleſia jamdudum ceſſaſſe, & ad eorum ſectam tranſiiſſe blaſphemabant; an ita ſenſerit Clarenus, & an proinde Fraticellus dici poſſit, haud melius perſpici poterit, quam ex ejus Epiſtolis numero octogintaſeptem, quæ variis perſonis datæ, manuſcriptæ ſervantur Florentiæ in Stroziana Bibliotheca, quaſque, ut in fine legitur earumdem, *miſit Dominus Robertus de Mileto Fratri Gentili de Fulgineo modico tempore poſt obitum Fratris Angeli de Clarino*. Non defuerunt ſiquidem vel invidi, vel obcæcati homines, qui ipſum Clarenum cum Fraticellis, aliiſque illius ætatis nebulonibus, de Catholica Fide male ſentientem, ac tamquam apoſtatam, & excommunicatum, nedum per univerſum Franciſcanum Ordinem, ſed etiam apud Romanos Pontifices, Bonifacium VIII., Clementem V., & Joannem XXII. diffamarunt, coactus proinde exulare, vincula, & carceres experiri, Inquiſitorum Fidei, & eorumdem Romanorum Pontificum præſentiam non una ſemel adire. Cum namque zelo Seraphicæ paupertatis affectus ad S. Cœleſtinum V. cum aliis acceſſiſſet, atque ab eo impetraſſet, ut ſub nomine Eremitarum Cœleſtini Papæ, independenter a Minoritici Ordinis Rectoribus, puram S. Franciſci Regulam ſub immediata Epiſcoporum juriſdictione ſibi cum aliis obſervare liceret, aliquorum ſubiit invidiam æmulorum Fratrum, qui, ut ad Ordinis obedientiam redire compellerent, miris modis, atrociſſimiſque calumniis, & perſecutionibus eum cum ſociis divexarunt. Sed invictus Clareni animus a concepto propoſito nunquam dimoveri potuit, ac inter procellas, quibus annis multis jactatus fuit, ſemper impavidus, calumniantium, & perſecutorum artes qua voce, qua ſcriptis pluries detexit, propriamque, & ſuorum tam egregie vindicavit innocentiam, ut ejus Aſſeclæ, relicto Eremitarum Cœleſtinorum nomine, ab ipſo tandem dicti fuerint Clareni, & uſque ad S. Pium V., qui eos Obſervantibus adjunxit, perduraverint. Quin igitur plura congeramus, placeat audire Clarenum ipſum, ſe, & Socios ab illatis calumniis egregie in ſuis Epiſtolis vindicantem, ſimulque charitatem ſuam, cæteraſque religioſi hominis

* Bullar. Franc. tom. 1. pag. 77.

minis virtutes exprimentem de corde puro, de conſcientia bona, & fide non ficta.

II. Coram Joanne XXII. die quadam conſtitutus Clarenus, & ſeverius, ut ait VVaddingus, * interrogatus in multis, in quibus ab æmulis fuerat accuſatus, omnia variis reſponſionibus, ut licuit, calumnias eſſe monſtravit. Quoniam vero dum id apertius probare vellet, juſſit ei Pontifex ut taceret, in ſcriptis huic aperire decrevit, quod oretenus explicare non valuit. Scripſit propterea Epiſtolam, quæ habetur in Stroziano Codice a pagina 50. uſque ad paginam 58., quamque integram dabimus in Appendice ad hanc ipſam Animadverſionem, & prætitulatur *Epiſtola excuſatoria ad Papam de falſo impoſitis, & Fratrum calumniis*, in qua ſuam cauſam viriliter agit, æmulorum perſecutiones, harumque originem, durationem, & acerbitatem liberrime aperit, & ingenue deſcribit, ac propriam, Sociorumque innocentiam evidenter oſtendit. *Reverendiſſime, & Sanctiſſime Pater*, ſic incipit Epiſtola, *Sciat veſtra Apoſtolica Sanctitas, & Sacrum Fratrum veſtrorum Collegium, quod ſententia apoſtaſie, & hereſis, & excommunicationis mee, & Sotiorum meorum, que continentur in literis felicis recordationis Domini Pape Bonifatii, & beate memorie Domini Petri Patriarche Conſtantinopolitani, coram Sanctitate veſtra, & Fratrum Collegio repente mihi primo recitata, que etſi animo veſtro inheſit, & credibilis omnino eſt facta, intantum quod firmiter teneri videmini quod fera peſſima devoravit nos; & quod ſumus apoſtate a Religione, & Fide, excommunicati a jure, & ab Eccleſia. Quia tamen veritas vincit omnia, & immutabilis eſt, clareat Sanctitati veſtre, ac Fratrum veſtrorum Collegio ſacro, quod in veritate, que Deus eſt, totum contrarium de nobis eſſe ſine dubitatione ſentimus, & nec apoſtatas, nec hereticos, nec excommunicatos nos eſſe, aut fuiſſe cognoſcimus, niſi forte ſit hereſis excommunicatione digna, credere, confiteri, diligere, & operari cum humilitate, & abſque judicio aliquod ſapientium, id, quod ſanctus Franciſcus de ſue Regule obſervantia credidit, & confeſſus eſt, docuit vivens, & moriens, amavit, & ſervari mandavit, & operatus eſt: hanc hereſim me habuiſſe ſemper, & me nunc habere profiteor. Ceterum de reliquis, que in literis Domini Bonifatii Pape, & Domini Petri Patriarche Conſtantinopolitani, & Fratrum petitione contra me, & Sotios meos factis continentur, bono animo, & leta conſcientia proteſtamur omnia eſſe mendacia, de corde impio, & conſcientia mala, primo ipſi Domino Pape de nobis delata fallaciter, & mendoſe, quia unquam nulla macula nec in me, nec in aliquo Sotiorum meorum, me conſcio, eſt, aut fuit unquam, nec erit in perpetuum de omnibus, que in prefatis literis, & Fratrum petitione ponuntur.... Nec loca conſtruxeramus tunc aliqua allo modo, ſed in alienis habitabamus ut peregrini, & pauperes, nec in populo predicabamus, nec in Clero, nec confeſſiones audiebamus, nec audivimus, nec auctoritate nobis conceſſa, nec modo aliquo, niſi forte hoc Epiſcopus, cui obedimus, preciperet. Quod autem auctoritas Papalis non eſſet, & Dominus Papa Bonifatius non eſſet Papa, & quod jam diu ab Eccleſia auctoritas defeciſſet, & in nobis reſideret, quandiu reformaretur Eccleſia, & quod nos ſoli, & ſimilem nobis ſpiritum habentes, erant veri Sacerdotes, & Sacerdotes facti auctoritate, & ordinatione Papali, & aliorum Epiſcoporum, non vere eſſent ordinati, nec Sacerdotes, & quod Eccleſia Orientalis eſſet melior, quam Occidentalis, nec Angelis, nec Apoſtolis iſta mihi cum miraculis aſſerentibus credidiſſem, & nunquam fui tam levis, vel ſtultus, & hebes, quod iſta ab aliquo audire ſupportaſſem; ſed ſemper contrarium non ſolum verbis, ſed defendiſſem per mortis ſuſtinentiam alacrem. Veruntamen certus ſum, & ſemper certus fui de fide Romane Eccleſie, & nunquam dubitavi de ea; & unam eſſe ſolam Romanam Eccleſiam, non aliam; & ſciſmaticum eſſe, & vacuum nomen Eccleſie Orientalis, & in ſolis Romane Eccleſie Prelatis juſtis, & peccatoribus eſſe, & ſemper fuiſſe auctoritatem unam, & plenam, & perfectam, & in ſolis ordinatis*

* Anno 1318. num. 23.

tis ab eis eſſe in ſalutem eternam, veros Ordines, & veram Clavium poteſtatem, & Decreta, & Decretales credo, & credidi eſſe divinas, & ſanctas, & ſanctorum Pontificum, & Doctorum Eccleſie regulas, & ſanctiones ſanctas, juſtas, & neceſſarias, & nunquam me aliter ſenſiſſe, nec ſuſtinuiſſe aliquem aliter ſapientem.

Et quia nobis impoſita ab eis quoad Fidei catholice maculam, & errorem ſunt nobis morte amariora, & Chriſti in nobis negationem inducentia ex conſenſu, & taciturnitate; poſtulo a veſtra Sanctitate, & toto ſacro Collegio ipſa omnia, & ſingula mihi dari in ſcriptis, & preſertim ea, que ſunt perſonam meam tangentia, & que me eſſe hereticum denuntiant, cum nomine teſtium, quia ad purgationem meam me offero verbo, & facto reſponſurum, & ſi opus fuerit per venenum, & ignem, vel aliud quodcumque juris, & Eccleſie judicium, & examen ad purgandum infamiam hereſis mihi, & Sotiis nequiter, & mendoſe impoſite. Hæc in laudata Epiſtola Clarenus, qui ſubinde alias referens æmulorum artes, & calumnias, quibus in partibus Achajæ, ad quas confugerat, apud Eccleſiaſticas, & laicas perſonas eum cum Sociis infamare tentarunt, ita proſequitur: *Cum Epiſcopis, & Baronibus illius regionis ſuo more nos turbare conati ſunt, accuſaveruntque nos ex ſuis malis, et falſis ſuſpicionibus, quod eramus Manichei, quia non comedebamus carnes, & non dicebamus Miſſam, nec credebamus Sacramento Altaris, & quod fugiebamus Eccleſiam, & alia ſimilia multa, ſicut omnium malorum pejor, et injuſtior eos docebat invidia. Et quia inventi ſunt a Principibus, & Epiſcopis, et Clericis de nobis cum multo peccato iſta ex invidia dicere, a quorum cautis Exploratoribus repente ad Inſulam venientibus reperti, et inventi Miſſas dicere, et pro Domino Papa Bonifatio, et pro tota Eccleſia orationes, et memoriam in Miſſis facere, et Horas Canonicas dicere, turbati amplius emuli fuerunt. Videntes vero ad purgationem infamie, quam nobis impoſuerant, quod Epiſcopi, et Principes voluerunt nos Miſſas coram omni Populo cantare, et carnes, et cum eis comedere, et Populo Fidem Catholicam, quam tenebamus, confiteri, et coram omnibus predicare, penitus ſuſtinere non potuerunt, ſed turbati, et plus ſolito contra nos amare furentes, adierunt Dominum Papam Bonifatium, primo dicentes quomodo quidam Ordinis Apoſtate ad Achaje Provinciam venerant, qui a Domino Celeſtino ſe talem modum vivendi licentiam oſtendebant. Quibus prefatus Dominus Bonifatius, ſicut qui aderant viri fide digni cum eo retulerunt, reſpondit: Sinite eos, quia ipſi melius quam vos faciunt. Tunc Fratres mendacia, de quibus ante confuſi fuerant, contra nos iterum coram tanto viro proponunt, addicientes: Domine ſancte Pater, heretici, et ſciſmatici ſunt, et in tota terra illa predicant quod vos non eſtis Papa, et quod auctoritas non eſt in Eccleſia, et cetera ſimilia; que manifeſta in literis Domini Pape Bonifatii, et Domini Patriarche Conſtantinopolitani, et Fratrum petitione vobis facta ex parte Miniſtri Generalis, et totius Ordinis continetur. Quorum fallaciis tantus homo deceptus, literas, quas primo coram veſtra Sanctitate audivi, ipſe Dominus Papa Bonifatius tribus Prelatis illius Provincie commiſit, & ſonus ad noſtras aures pervenit, quod a Domino Summo Pontifice contra nos emanaverunt litere multum amare; quod audientes in unum convenimus omnes, & deliberavimus Summi Pontificis literis uſque ad mortem, quecumque nobis mandantibus penitus ſtare, & in omnibus, & per omnia obedire.* Hinc ad ea deſcendens, quæ egerunt poſt Epiſtolas Bonifacii VIII. in Græciam directas, inquit: *Statim miſimus duos Fratres ad Dominum Papam Bonifatium cum literis noſtris ex parte omnium, nos ſue voluntati, & obedientie offerentes, & alios duos, quos Fratres capi, & detineri fecerunt, ne ſe prefato Domino poſſent preſentare. Tunc Frater Liberatus ſecreto aſſumpſit iter, & venit uſque Peruſium ad Dominum bone memorie Benedictum, ſed feſtine poſt ſuum adventum ſubtractus, procuravimus toto poſſe venire, & nos Romane Curie preſentare cum multis periculis, laboribus, & dolore, de preſentis vite miſeria pre-*

preſatus Pontifex migravit ad Dominum, quare impeditus, coram eo facta ſua, & Sotiorum exponere non valuit. Electo vero Domino Papa Clemente, aſſumpto ſecum Fratre Paulo pro Sotio viam ad Curiam arripuit, & in itinere infirmatus eſt, & duobus annis infirmus languit, interim vero & ipſe ad Deum vocatus obiit. Ego vero uno anno plene laboravi antequam poſſem Fratrum reditum procurare, omnibus vero Fratribus jam premiſſis, ultimus omnium redii, & inveni quod F. Liberatus a F. Thoma de Adverſa Inquiſitore hereticorum fuerat vocatus cum omnibus Sotiis, quos in illis partibus habebat, preſentavit ſe ei, & examinatus ab eo de Fide Catholica, & pluribus diebus detentus, inventus eſt ab eo fideliſſimus cum omnibus ſuis Sotiis Chriſtianus. Qui F. Thomas ultimo vocavit cum Sotiis omnibus, & dixit ei omnibus audientibus: Frater Liberate, Frater Liberate, juro tibi per illum, qui me creavit, quod nunquam hominis unius pauperis fuerunt vendite carnes ita care, ſicut ego potui vendere tuas: ſanguinem tuum biberent Fratres, ſi bibere te poſſent. Vade igitur, & ad Papam ne tardes cum tuis Sotiis ire, quia in partibus portabilis eſt tribulatio, quam Fratres tibi, & Sotiis inferre procurant. Qui eadem die de Regno egreſſus, ad Curiam juxta Inquiſitoris conſilium veniens, ad aliam Curiam vocatus acceſſit; iterum vero rediens prefatus Inquiſitor, omnes, quos habere potuit, cujuſcumque generis homines cepit, qui habitum Religionis non approbate ab Eccleſia portarent, inter quos cepit plures de Sotiis noſtris, et Neapolim ductos menſibus pluribus captivos detinuit, et poſtea qui naturales erant in Regno reliquit; qui Inquiſitor ſtatim ſine medio infirmatus, ſe injuſte Sotios noſtros a Fratribus incitatum afflixiſſe cum amaritudine, et dolore confeſſus eſt. Cum igitur veniſſemus Peruſium, ad Dominum Patrem Reverendum Neapoleonem acceſſi, reducens ei ad memoriam facta noſtra: qui me benigne recipiens, et voluit me ducere ſecum, ſed infirmitate gravatus eum ſequi non potui. Remanſi igitur in Romanis partibus, ubi cum de multis, & falſis articulis cum Sotiis omnibus fuiſſem in Curia diffamatus a Fratribus, placuit Summo Pontifici, quod de me, & de omnibus Sotiis meis inquiſitio fieret de omnibus his articulis, in quibus nunc rurſus accuſor, & facta fuit diligens inquiſitio per Reverendum virum Dominum Hyſirlandum Patriarcham, tunc Urbis Vicarium, et per Dominum Epiſcopum Reatinum, et Dominum Petrum Capoccium, et per primarios Ordinis Predicatorum, et Minorum, et per alios quatuor Inquiſitores de Ordine Fratrum Predicatorum, et facta eſt inquiſitio de Fratribus, qui erant per alia loca Regni, et inventi fuerunt omnes eſſe fideles, et Catholici Chriſtiani. Veni igitur ad Curiam in illo anno, in quo Concilium Viennenſe celebratum fuit, et per prefatum virum Dominum Hyſirlandum propoſitum eſt meum negotium, et Sotiorum Domino Clementi Pape, & placuit ei quod Domino ſerviremus in ſtatu, in quo eramus, nec ex hoc cor meum quietatum fuit. Et licet ſemper odiverim toto corde eſſe in Curia, pluſquam aliam aliquam penam, quam nunc uſque in Mundo probaverimus, nec fuerim cum aliquo, niſi ſicut unus pauperculus pauper, & non ut familiaris, ſed ut advena, tamen Deus volens, ut ad clarum finem mea, & Sotiorum negotia pervenirent, ad Sotios redire tardavi, & cognoſco fuiſſe divinum, quod recedere non valebam, Deo propter melius omnia diſponente. Nunc igitur in pace, ex quo per veſtram Sanctitatem detentus ſum, letatum eſt cor meum, et anima mea plenius, et perfectius in Deo letata, quia ſub manu, et obedientia Paſtoris cuſtoditur. Et quamvis teſtimonium Chriſti Spiritus, quem in me eſſe arbitror, teſtimonium reddat ſpiritui meo, quod non ſum apoſtata, nec hereticus, nec excommunicatus, eo quod nunquam retro a Chriſto vivifico amore, et ipſius cultu ſanctificante converſus ſim, et in fide Sancte Romane Eccleſie nunquam heſitaverim, et ipſius ſanctam obedientiam non ſpreverim, ſed queſiverim, et adoraverim, et paratus ſemper fuerim pro confeſſione ſue ſancte Fidei, et obedientie mori; Non tamen meo teſtimonio quero quod credatur, ſed ſupplex poſtulo, quod videatur inquiſitio de me, et Sotiis facta, et quod iterum fiat, et quod

 den-

Digitized by Google

dentur mihi in ſcriptis quecumque contra me plene poſſe probare dicunt Fratres; et ſicut invenerit per viros non emulos, et ſubverſores judicii, Sanctitas veſtra, et ſacrum Collegium ita judicet. Sed ut plena de Clareni, ejuſque Sotiorum cauſa, & innocentia habeatur notitia, hanc ejus Epiſtolam, ut præmonui, in fine hujus Animadverſionis exhibebimus ad litteram, & integram, prout in Stroziano Codice legitur exarata.

VI. Eamdem fidem, eumdemque ſenſum exerit Clarenus etiam in Epiſtola, quæ tertia eſt in Codice Stroziano, ſuis data Diſcipulis, quos ad patientiam in tribulationibus, & ad perſeverantiam in vocatione ſic adhortatur: *Eccleſia, et Summus Pontifex non prohibent bene facere, nec Deo ſancte promiſſa perſolvere, caſtitatem, humilitatem, et obedientiam ſuam, et fidei, et mandatorum Dei, unitatem, quam fides Chriſti et charitas pariunt, et formant in fidelibus, et in Eccleſia, et perfectionem vite Chriſti ſervare, et imitari; non enim eſt poteſtas contra Chriſtum, et contra Evangelium; ſed novam Religionem facere, & novum habitum aſſumere. Non enim mandatum novum, Joannes Evangeliſta ait, ſcribo vobis, ſed quod habuiſtis ab initio. De Eccleſia, & Sacramentis, & auctoritate, & fide male ſentire, ſpernere, & judicare, Prelatorum auctoritatem, et vitam frangere, & ſcindere fidei & Eccleſie unitatem, & charitatem, curam animarum arroganter, & inſipienter aſſumere, animaliter, & damnoſe contra Chriſti Spiritum, et fidelium ſubverſionem, et ſcandalum ſegregari, et Superiorum regimen contemnere, et correctionem, et diſciplinam, hec Eccleſia, et Deus odit, hec Chriſto, et fidelibus ſunt inimica, hec Spiritui Sancto, et Catholicis omnibus adverſantur, et Sanctis Angelis contrariantur. Talia de nobis dicta ſunt, talia propoſita contra nos, talia confecta, et faſcinata. Quare ad oſtendendum veſtram innocentiam, et comprobandum ſcelera, et mendacia vobis impoſita, neceſſitatem habetis amplius ſolito in bonis operibus abundare*. In ſeptima vero eiſdem Fratribus directa, eos admonet de obitu Clementis V., ac immediate addit: *Orate Deum inſtanter, quod provideat Eccleſie ſue de bono et Sancto Paſtore, qui verbo et opere Chriſti exempla ſectetur, et doceat*. In decimaoctava ad Fratrem Gentilem de Fulgineo, circa quæſtiones a communi amico ſibi propoſitas, quarum prima eſt *de Primatu Romani Pontificis*, pro hoc acerrime pugnat, atque tum rationibus, cum teſtimoniis ex Evangelio, Divo Paulo, Ulpiano, & aliis deſumptis, invictiſſime probat Romanæ Urbis Epiſcopum habere auctoritatem, & juriſdictionem ſuper omnes Patriarchas, Primates, & Epiſcopos Eccleſiæ. Similia paſſim habet etiam in aliis Epiſtolis, quorum nunc eas tantum indicabo, in quibus ſuam, & Fratrum ſuorum innocentiam agnitam fuiſſe declarat. In Epiſtola vigeſimatertia ſcribens eidem Fratri Gentili, eum certiorem facit de Statutis a Clemente V. confectis in favorem ſuæ Congregationis, & eorum omnium, qui vitam eremiticam ducere volebant, dicens: *Conſtitutiones in Viennenſi Concilio edite per Dominum Summum Pontificem correcte, confirmate ſunt, et publicate, in quibus hi, qui in ſolitariis locis Domino famulantur, et ſunt bone fame, et vivunt ſub obedientia Epiſcoporum, a moleſtia quarumcumque perſonarum eximuntur .... ex quibus omnibus refrigerium, et pax Servis Dei accreſcet, et Sotiis meis tribulationis alleviatio erit*. In quinquageſimaoctava, *Omnium Cardinalium*, inquit, *Latinorum corda converſa ſunt ad favendum nobis loco, et tempore opportuno*. In ſeptuageſimanona ſcribit: *Dominus Summus Pontifex excuſavit ſe mihi de eo, quod factum eſt, et dixit, ſe bonam, et ſanctam de me habere opinionem*, id quod confirmatur etiam ex Epiſtola Fratris Gentilis modo laudati, quæ inter Clarenas in eodem Codice eſt vigeſimaſecunda, ubi legitur: *Noveritis, quod Reverendus in Chriſto Pater noſter Frater Angelus in vigilia S. Joannis Baptiſte de domo Domini Albani a Summo Pontifice fuit revocatus, certitudine habita de calumniis Fratrum, et more ſolito moratur in domo Venerabilis Patris Domini*

Digitized by Google

mini Jacobi de Columna. Multa contra ipſum fabricaverunt, et compoſuerunt emuli, et ſcripto tradiderunt Summo Pontifici, et ſuo Collegio, que omnia, et ſingula ſunt probata eſſe falſa, et figmenta mendacii. Quare omnia redundarunt, et redundabunt amplius in confuſionem ipſorum, quoniam veritas omnia vincit, et velut lumen tenebras, ſic et ipſa fugat, et reſerat obfuſcationes falſarias, et nunc quinque principaliores Cardinales totius Collegii fuerunt, et ſunt ei nimium favorabiles, et familiares, et ſummus Pontifex, qui hactenus auditum dederat mendaciis Fratrum contra ipſum impoſitis, et fidem, cognita eorum nequitia, et veritate perſpecta, eum modo reveretur, et diligit, et confeſſus eſt, omnia impoſita fuiſſe mendacia, et mandavit Domino Neapoleoni, quod introducat ipſum coram ſua preſentia, et tunc cognoſcet plenius voluntatem ſuam de ſe, et ſuis Sotiis.

IV. Hæreticos ne Fraticellos dicemus viros, qui Fraticellorum errores aperte deteſtantur, quique Romani Pontificis primatum, & auctoritatem agnoſcunt, & voce & ſcriptis profitentur, ac defendunt; eidem in omnibus parati ſunt obedire; ejus quærunt præſentiam, & judicium; ad ipſum accedunt; & in ejus obedientia, & ſubjectione lætantur? Hæretici Fraticelli illi dicendi ſunt, qui ſemper certi de fide Romanæ Eccleſiæ, hanc unam fatentur eſſe Eccleſiam veram, & non aliam; in ſolis iſtius Prælatis juſtis, & peccatoribus ſemper fuiſſe profitentur auctoritatem, & in ſolis ordinatis ab eis eſſe veros Ordines, & veram Clavium poteſtatem; ejus Decreta, & Decretales fatentur eſſe divinas, & Sanctorum Pontificum, & Doctorum Eccleſiæ regulas, & Sanctiones ſanctas, juſtas, & neceſſarias; atque ita firmiter credunt, ut aliter docentem non ſuſtineant, etiamſi Angelus iſte ſit, vel Apoſtolus, qui ſuam prædicationem miraculis confirmet; & pro hac fide ſanguinem fundere, & animam ponere peroptant? Nonniſi injuria Fraticelli dicuntur, qui ita ſentiunt, ita fantur, ita ſcribunt, quique pro Romano Pontifice vel electo, vel eligendo, ac pro tota Eccleſia preces ad Deum fundere, & veri Catholici, viri piiſſimi, & Religioſi optimi inventi, munus accipiunt fidem Catholicam, quam tenent, publice prædicandi. Manifeſta injuſtitia eſt, hæreticos Fraticellos appellare homines, toties a Theologis Ordinis Prædicatorum, & Minorum, ab Inquiſitoribus, ab Epiſcopis, a Cardinalibus, a Concilio Viennenſi, & ab ipſis Romanis Pontificibus fideliſſimos in fide, & vere Catholicos poſt de eis inſtitutum examen ſolemniter declaratos. Et ſane, quomodo hæretici illi, quos Clemens V. prius per ſe, deinde per Prælatos, per quatuor Inquiſitores, & per alios probavit in fide, ac fideles invenit, ideoque permiſit eis, ut Domino deſervirent in ſtatu, in quo tunc erant? Si Fraticelli fuiſſent, eorum vitæ genus reprobaſſet, & nedum eis non permiſiſſet in eodem ſtatu, & vivendi ratione perdurare, ſed abſolute eorum damnaſſet errores, & vitam; Congregationem diſſolviſſet; & perſonas aut carceribus mancipaſſet, aut aliis pœnis affeciſſet. Si ergo Clemens V., calumniis detectis, quæ contra Clarenum, & Aſſeclas opponebantur, & eorum comprobata innocentia, ipſum cum ſuis in propoſito, & inſtituto reliquit, Fraticellorum, aut aliorum labe minime conſperſi erant, ſed viri utique Catholici, & Religioſi perfecti, quales habiti ſunt etiam a Joanne XXII., qui licet prius a calumniantibus informatus, male de Clareno, ejuſque Diſcipulis audierit, tandem eorum innocentiam, & calumniantium perfidiam ipſe quoque cognovit, & ſententiam mutavit, qui propterea, cum in ſua Conſtitutione, *Sancta Romana*, damnaſſet Fraticellorum ſectam, cujus etiam recenſet errores, Clareno tamen & ipſe permiſit, ut cum Sociis idem vitæ genus in ſua profiteretur Congregatione, quæ, uti diximus, uſque ad Sanctum Pium V. pacifice perduravit, nec finem vidit, niſi Obſervantibus adjuncta, & incorporata. Hæc cum ita ſint, luce clarius apparet, Clarenos a Joanne XXII., ſicut jam a Clemente V., viros de fide recte ſentientes, pios, & opti-

& optimos judicatos fuiſſe. Et quid aliud ſpirant Clareni Epiſtolæ, niſi pietatem, & mentem Evangelio perfecte conformem?

V. Præter allata, Clareni virtutem, & ſenſum adhuc magis aperiunt, quæ hic ex aliis ejus Epiſtolis in eodem Stroziano Codice deſcriptis, ſubnectimus. In Epiſtola prima, cæleſti ſapientia referta, data *Reverendis, et chariſſimis Fratribus in Chriſto Jeſu pauperibus, peregrinis in ſpe divine Miſericordie, in S. Joanne ante Portam Latinam, et in S. Jacobo de Marino, et in aliis locis*, inter alia relatu digna hæc habet: *Chriſtus Jeſus vita eterna, et ſplendor glorie, figura paterne ſubſtantie, et Regnum Celorum, qui eſt Templum pacis, concordie medium, omniſque conſummationis principium, & finis, Celum ſuper Empyreum.... in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat, & omnes theſauri ſapientie, et ſcientie Dei requieſcunt. Ipſe dedit, et dat nobis ſe ipſum, et apprehendit fugientes, tollens peccata noſtra, et purgans ea in ſanguine ſuo, ut ſanctificati, in virtute ambulemus, ſicut ipſe ambulavit, imitantes eum a quo accepimus poteſtatem filii Dei fieri, et eſſe ſuſcepturi in fine per gratiam ſue inhabitationis nomen, et laudem acquiſitionis glorie, et Regni ejus; et ſicut donat nobis gratis fide, ſpe, et charitate vivere, et manere in eo, et hic conſortes, et participes nos facit ſacratiſſime Paſſionis ejus, et Incarnationis, et Baptiſmatis, et doctrine, ita gratiam neceſſariam ad perfectionem ſubadjungit. Ad modicum nos infirmitatibus, tentationibus, periculis, et perſecutionibus, et doloribus derelinquens, et in nobis ſecretus, et abſconditus manens, ut communicemus myſterium Paſſionis, Crucis, et Mortis ejus. Sacramentum hoc ſanctiſſimum, & ſacratiſſimum neceſſarie probationis noſtre examen, & purgationis ſcrutinium eſt, & divine pietatis arcanum, & venerandum conſilium, & amabile Miſericordie Dei juſtiſſimum medium, quod coluerunt, & tenuerunt omnes ſancti, & cum gratiarum actione ſuſceperunt omnes Juſti, & Magiſtri, & ideo vite Calicem bibentes, & paſſionibus communicantes, reſurrectionis, & glorie coronam conglorificati cum Chriſto poſſederunt. Et quoniam ab ipſo accepimus unde ad ipſum convertamur, & converſi imitemur, teneamus quod habemus, & ſequamur ex virtute charitatis Chriſtum Dominum, nihil habentes, nihil querentes, niſi eum qui amat, & querit nos. Concordemus cum eo, & ferventer, ac reverenter, & perſeveranter amemus quod ipſe amat, & pro nomine ejus infirmitates, & tentationes letantes portemus. Verecundias, dolores, labores, & mortem ſuſtineamus patienter, facientes quod fecit, & docuit ipſe Dominus, & Magiſter pro nobis, videlicet de infirmitate virtutem, de verecundiis honorem, de ſervitute, & obedientia voluntatem, & libertatem, de doloribus requiem, de tentationibus refrigerium, de paſſionibus teſtimonium, de morte vitam, de Cruce victoriam; ita enim erimus ex ipſo in eo initium aliquod creature ejus. Sicuti enim omnis creatura plus dicit Creatorem, quam ſeipſam, ita omnis potentia, & operatio noſtra, ſive ſpiritualis, ſive corporalis, ſi ex Deo eſt nata, in nobis Chriſtum dicit, & non ſeipſam, & talis potentia, & operatio in ſenſu fidei facta humilitas eſt, que mentem Chriſto cum cognitione, & confeſſione proprie vilitatis, & injuſtitie jungit, & per Crucis ſcientiam verificatur, ut Chriſto que ſua ſunt reddat, & ſibi ipſi que ſunt Chriſto oppoſita teneat; & quia ſoli bono vero per gratiam appropinquat, ſe pulverem, & cinerem eſſe pronunciat &c.* In Epiſtola ſeptuageſimaſecunda Sociis nonnullis inſcripta, circa finem inquit: *Mitto vobis copiam accuſationum, & criminationum impiarum mihi, & vobis impoſitarum pro eo quod querimus, & amamus juxta Chriſtiane perfectionis conſilia Domino famulari. Similiter reſponſiones, & ſatisfactiones contra criminationes prefatas, veraciter & ſimpliciter per me factas, ut videatis, & legatis eas, & oretis ad Dominum pro ſalute, & converſione emulorum, qui tam fraudulentas confeſſiones, veritate contempta, contra veſtram ſimplicitatem, & meam innocentiam fabricaverunt nequiter, & mendoſe, ſicut & nunc jam claret, & perfectius in magni Judicii die.* Hæc Clarenus, quæ commento non indigent, utpo-

utpotequæ viri ſanctitatem, & ſpiritum Evangelicum legentibus per ſe patefaciant, non minus ac ea, quæ ſcribit in alio ſuo Opere, *De Septem tribulationibus Ordinis*, toties a VVaddingo in Annalibus citato, cujuſque exemplar vetuſtiſſimum aſſervatur in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe.

VI. Epiſtolis abſolutis, hic in eodem Codice habetur titulus: *Miracula aliqua, que ad me venire potuerunt ex multis hucuſque patratis ex fideli relatione, que dignatur operari Omnipotens & miſericors Deus ob merita ſervi ſui Patris noſtri ſancti Senis Fratris Angeli*, quibus numero triginta ibidem immediate recenſitis, eorum ſeries, ad calcem hujus Animadverſionis afferenda in Appendice, una cum ipſo Codice ita concluditur: *Ego Frater Philippus aſſiſtens ſancto Seni Fratri Angelo, feria 6. infra Octavam Pentecoſtes, & in Feſto S. Antonii.* Inter hæc deſcribit etiam affluentiam, & devotionem Populorum, qui audito Clareni obitu ex finitimis non minus, quam diſſitis regionibus turmatim ad funus illius convenerunt, pedes extincti corporis tantum ob reverentiam deoſculantes, Beatum, & Sanctum ipſum omnes acclamantes, ejuſque apud Deum patrocinium implorantes. Prophetia quoque, & ſpirituum diſcretione ipſum in vita præditum fuiſſe refert, & modum, quo his donatus fuerat, ſic enarrat: *A multis etiam aliis Fratribus audivi, quod denudabat cogitationes, & corda ſingulorum. Et dum ego ſuper iſta materia conferrem ſecum, ſatis efficaciter, & devote perquirendo, quomodo hec fieri poterant, poſt multa verba, & longam enarrationem vir ſanctus mihi narravit, quod dum ipſe eſſet in partibus Romanie, ubi aufugerat cum cunctis Sotiis a fatie perſequentium, & eſſet in una Eccleſia dirupta, & derelicta ſub vocabulo B. Virginis, circa horam nonam, et eſſet ante Imaginem ipſius Virginis, poſt longam orationem cum multis ſuſpiriis, et gemitibus Chriſtus familiariter apparuit ſibi, et multa ei aperuit magna, et alta. Et ex illa apparitione, et familiari locutione remanſit ibi ex tunc, quod ita fuerant ſibi manifeſta, et nuda corda ſingulorum, ſicut ſunt facies exteriores hominum. Et narravit mihi de tempore, et multa alia, que propter brevitatem omitto.* Præter hæc dona, illud etiam linguæ græcæ in iiſdem Romaniæ partibus Clarenum a Deo accepiſſe ſcribit VVaddingus: * *Divinitus edoctus idioma Græcum in nocte Nativitatis Dominicæ ſub anno* 1300. *plures aliorum Elucubrationes latinitate donavit, præſertim Dialogum quemdam B. Macharii, Libellum devotum S. Joannis Chryſoſtomi, Opuſculum unum, & alterum Joannis Climaci, a quibuſdam Scalaris cognominati.* (***) Cum hæc ita ſint, quis Clarenos, eorumque Du- * Anno 1289. num. 34.

O o cem

(***) Præter Waddingum, linguæ Græcæ peritiam laudant in Clareno Papebrochius tom. 2. Menſis Junii die 15., ubi & ejus Acta recenſet: Fabricius in Bibliotheca Græca tom. 8. pag. 260., qui etiam ſcribit, translationem prædictorum Opuſculorum a Græco in latinum idioma a Clareno factam nondum typis impreſſam eſſe: Ambroſius Camaldulenſis in Prologo ad Interpretationem a ſe factam Operum S. Joannis Climaci, quæ habetur in Collectione *Veterum Scriptorum Martene, & Durand* tom. 3. Raderus cap. 4. Præliminarium ad Opera *Joannis Climaci*, editionis primæ Pariſienſis anno 1633.: ac Vir clariſſimus Joannes Hieronymus Gradonicus, Clericus Regularis, nunc Utinenſis Archiepiſcopus, in ſuo Opere, *Ragionamento Iſtorico-Critico intorno alla Letteratura Greco-Italiana* cap. 12. §. 2., ubi eruditiſſimus Auctor alios nunc recenſitos commemorat Scriptores, qui de Clareno noſtro in Græca lingua perito mentionem faciunt. Ex citato Raderi loco exſcribit ipſe nonnulla, quæ & nobis hic referre placet: „ Primus omnium Interpres Climaci, quod „ ſciam, fuit Angelus de Cingulo e S. Franciſci contubernio, Patrum Clarenorum „ Conditor, qui ſub annum Chriſti 1294., „ Adulpho Imperatore, arctius vitæ genus, „ Cœleſtino V. Pontifice Auctore, in Monte Claro Anconitanæ Provinciæ molitus „ eſt: ita de hoc Gonzaga in Hiſtoria Ordinis ſui. Horum Patrum Clarenorum Anteſignanus fuit doctiſſimus quidam Pater, „ ac Frater Angelus de Cingulo, quod Anconitanæ Marchiæ oppidum eſt, cujus in „ ſacris Concionibus facundia, ac doctrina, „ necnon Græcæ linguæ peritia illis temporibus mirabilis fuit. Nam & Joannis Climaci piiſſimum opus, & Macarii Dialogum, & libellum quendam D. Joannis „ Chryſoſtomi polito, elegantiſſimoque ſtilo „ ex græco in latinum tranſtulit. Hæc Gonzaga. Legi de eodem alicubi, & adnotavi

cem Fratrem Angelum de hæreſi vel ſuſpectum affirmabit ? Hæreticum Fraticellum putabimus illum , qui tot virtutibus, & donis exornatus in vita, poſt mortem ſignis, & prodigiis tantis a Deo glorificatus fuit? De Fraticellorum grege habendus erit Clarenus , quem in feretro Sanctum , & Beatum prædicarunt Populi , & Deus miraculis ſanctitatem ejus confirmavit, ac nedum noſtrates, ſed exteri quoque Scriptores Beati titulo eum appellarunt ſemper, & adhuc appellant ? Epiſtola jam relata , & infra integra & ad litteram exſcribenda in Appendice , Joanni XXII. ab eo directa, ipſa una ſufficit ad oppoſitum comprobandum. Si enim Fraticellus , quomodo Romano Pontifici ſcribere poterat, cum hæretici iſti, ut notavimus , præcipue in ipſum peccarent, impie blasphemantes, hunc non eſſe audiendum, & multo minus venerandum , utpotequi verus non eſſet Eccleſiæ Paſtor, ſed Mercenarius, & Antichriſtus, qui idcirco auctoritatem omnem , & juriſdictionem amiſerat , quam pari impietate , & impudentia ad eorum ſectam, & Auctores tranſiiſſe delirabant? Si Fraticellus, cur non appellavit Fraticellorum Caput , ſed communionem & voce, & ſcripto cum Romano Pontifice ſervavit? Laudatus Annaliſta refert, * a Joanne XXII. cum aliis Fratribus vocatum fuiſſe etiam Angelum de Cingulo , Clarenum nuncupatum , *a quo Fratres Clareni , qui uſque ad Pii V. tempus perſeverarunt , & qui ſanctiſſime audivit in Religione* , ubi etiam hodienum non aliter audit, quam ſub titulo *Beati Angeli Clareni*.

* Anno 1317. num. 15.

VII. Et re quidem vera, Arturus in Martyrologio Franciſcano ſub die vigeſimaſexta Aprilis ſic elogium ejus exornat : *Neapoli in Campania Beati Joannis Angeli de Cingulo Confeſſoris, qui ſcientia & pietate multos ad pænitentiam convertit, & zelo purioris obſervationis Regulæ ſuæ ductus Clarenæ Refor-*

,, tavi in notis ad Paſtorem Climaci, tunc
,, eundem Angelum de Cingulo Græcæ linguæ
,, cognitionem velut Ephræm olim divinitus
,, accepiſſe. Sed enim Ambroſius Camaldulen-
,, ſis inficias it Climacum ab Angelo de Cingu-
,, lo polito, & elegantiſſimo ſtilo e græcover-
,, ſum : negat Clarenum hunc aperte, & plane
,, tranſtuliſſe; ſed obſcure potius, & intricate
,, dumverbum verbo redderet, valde fieri ne-
,, ceſſario, ut linguæ nativæ, ſeu latinæ ge-
,, nius pareat. Negat utriuſque linguæ pe-
,, ritum fuiſſe, & quamvis Angeli nomen
,, non exprimat, ita tamen deſcribit, &
,, depingit illum, ut res oculis tangi poſſit.
,, Accipe Camaldulenſis ad venerabilem P.
,, Matthæum Præſidem ipſius ... Cæterum Ca-
,, maldulenſis vixit anno CIƆCCCCXXC. du-
,, centis nempe uno & triginta annis poſt
,, Angelum de Cingulo. Interpretationem
,, Angeli de Cingulo editam non vidi, ſed
,, exiſtimo illam, cujus exemplar habemus
,, Ms. in Eberſpergenſi Sede. ,, Hæc ex Radero laudatus Gradonicus, qui ulterius advertit, Ambroſium Camaldulenſem in Prologo ad ſuam S. Joannis Climaci interpretationem ſatis innuere, non defuiſſe viros, qui Clareni translationem laudibus celebrarent. Tandem doctiſſimus idem Archipræſul de Angelo Clareno, quem Beatum ſemper appellat, narrationem concludit, inquiendo, Paitonium in Bibliotheca Auctorum Græcorum & Latinorum, quæ legitur, ut ipſe ibidem adnotat, in Collectione Calogerana tom.23. pag. 50., nos admonere, in Codice Bibliothecæ Patrum de Somaſcha Domus Venetiarum translationem quamdam in idioma Italicum Sermonum S. Joannis Climaci reperiri, factam a quodam Fratre Angelo, qui an fuerit Clarenus noſter definire non audet. Adnotat etiam in eodem loco eruditiſſimus Auctor, Clarenorum Congregationem a B. Angelo ſub Cœleſtino V. inchoatam, perduraſſe uſque ad Pontificatum S. Pii V., qui eamdem Franciſcanis de Obſervantia univit. Contigit id anno 1568. die Januarii 23., quando Sanctiſſimus Pontifex, ut habet etiam P. Caſimirus Romanus, *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e dei Conventi dei Frati Minori della Provincia Romana* cap. 21. pag. 323. & 324. ſuppreſſit Congregationem *Amadeorum*, & *Clarenorum S. Petri in Monte Aureo*, & *S. Hieronymi, ſive S. Bartholomæi in Inſula de Urbe*. S. Hieronymi dicebantur Clareni Romæ inhabitantes, quia domicilium habuerunt aliquando in Eccleſia S. Hieronymi de Charitate nuncupata, a qua ad illud tranſierunt S. Bartholomæi in Inſula, Paulo III. regnante, qui de hac re anno 1536. Nonis Martii Diploma dedit, *Sacri Apoſtolatus miniſterio*, relatum a Waddingo in Regeſto Pontificio, & a prælaudato P. Caſimiro loco mox indicato pag. 325., & ſequentibus. Incoluere Clareni S. Bartholomæi Domum ab anno 1536. uſque ad annum 1568., quo, ut etiam infra audiemus, S. Pius Clarenos adjunxit Obſervantibus, atque his Domum eamdem attribuit, quam ad hæc uſque tempora incolunt, & in qua ego ipſe Scriptor inhabito.

Digitized by Google

formationi initium dedit, in qua ſanctitate illuſtris deceſſit e vita. Pater Petrus Antonius a Venetiis in Legendario Franciſcano tom. 4. die 25. Aprilis Clareni vitam deſcribit, quam, ejus virtutibus meritiſque recenſitis, ita concludit: „ Viſſe queſto buon Religioſo ſantiſſimamente in eſtrema povertà, fer-„ vore di ſpirito, e gran perfezione, e con tale concetto terminò il corſo „ della ſua vita in Napoli l'anno 1340., ſecondo ſcrive l'Annaliſta„ qui falſum ſcribit, cum obierit Clarenus in Conventu S. Mariæ de Aſpro, ut infra conſtabit, in Provincia Baſilicatæ, quæ & Lucania dicitur. Sed ut multa compendioſe in Clareni laudem congeramus, placet hic ex Reſponſione ad Animadverſiones Promotoris Fidei, in Cauſa Camerinen Canonizationis S. Liberati de Lauro, integrum numerum 43. exſcribere, ubi dum Reſponſionis Auctor eumdem S. Liberatum cum aliis Ordinis Minorum profeſſoribus ab hæreſis macula egregie defendit, de B. Angelo Clareno hæc habet: „ Su-„ latis oppoſitionibus, quæ gratis, ut ſuperius oſtendimus, contra noſtrum „ Sanctum Liberatum factæ fuerunt, ne quid inſalutatum relinquamus, quod „ in eiſdem Animadverſionibus perpenditur, reliquum erit, nonnulla adde-„ re in defenſionem Angeli Clareni, quem Raynaldus aſſerit fuiſſe *Hyppo-„ critam, atque reſtituendi Ordinis fuco, illum diſſipaſſe, perſonatamque tantum „ Religionem geſſiſſe*, ut refertur in dictis Animadverſionibus §. 15.; ſatis „ enim ab impoſita calumnia eumdem vindicant omnes Auctores Ordinis „ Seraphici, unanimiter teſtantes, ipſum fuiſſe Religioſum undequaque per-„ fectum, & Sanctum, ut refert Piſanus *lib.* 1. *Conformit. fruct.* 11. *part.* 2. „ *Provinc. March.*; Marcus Ulyſſiponenſis *Chronic. Min. lib.* 5. *cap.* 18. §. 2., „ *& lib.* 7. *cap.* 23. *ad ann.* 1311.; Gonzaga *de Origin. Seraph. Relig. part.* 1. „ *pag.* 4. *&* 19., Toſinianenſis *Hiſtor. Seraph. lib.* 2., VVaddingus, Villotus, „ Volaterranus, Algezira, Rapineus, & Joannes a Sancta Maria, quos allegat „ Arturus in *Martyrologio Franciſcano ad diem* 26. *Aprilis*, quibus addimus „ Haroldum *Epitom. Annal. Minor. anno* 1289. *num.* 17., 1290. *num.* 3., „ 1294. *num.* 3., 1302. *num.* 6., 1317. *num.* 3., & de Gubernatis *Orb. Seraph. lib.* 5. *cap.* 5. *a num.* 75. *ad num.* 88. Et cum id aſſerant deprom-„ pſiſſe ex Regeſtis, Chronicis, aliiſque documentis antiquiſſimis Ordinis, „ quorum auctoritatem late oſtendimus in præterita Informatione a §. 88. „ & ſeqq. indubitabile redditur, ipſum Raynaldum, ſicuti in iis, quæ ſu-„ perius retulit de Liberato Maceratenſi, ita etiam in hoc, quod de dicto „ Angelo Clareno recenſet, iterum dormitaſſe; proindeque de illo recte „ dici poteſt, quod obſervant Sanctus Auguſtinus *lib. de Ord. cap.* 9. *&* 10., „ & Sanctus Hieronymus *ad Theophilum contra errores Joannis Hieroſolymi-„ tani*, in omnem hominem, quamtumvis eximium ſuo marte ſcribentem, „ aut loquentem, errorem, & falſiloquium cadere poſſe. „ Etiam Bollandiani Tomo ſecundo Menſis Junii, ſub die 15. agunt de Beato Angelo Clareno, ejus Acta deſcribunt, ſe vidiſſe fatentur Strozianum Codicem Manuſcriptum, & Epiſtolas in eo contentas, ac etiam miracula a Deo per ipſum patrata, quæ inibi recenſent. Siquidem §. 1. num. 5. hæc habent: *Præ cæteris tamen commemorandus hic nobis unus, numero* 12. *ſignatus, continens Epiſtolas Beati Fratris Angeli de Clarino Ordinis Minorum*. Loquuntur hic de laudato Codice, & ſub eodem numero 5. referunt etiam Antiphonas proprias cum Oratione, quas numero 6. ſe ignorare fatentur an eas inter divina cum Commemorationibus poſt Laudes, & Veſperas uſitatis recitaverint fratres, an vero ſolum ad Sepulchrum ejus pro accurrentium devotione appenſæ fuerint. Placet hic eaſdem Antiphonas, & Orationem, prout in ipſo Codice leguntur, fideliter exſcribere. *Ad Magnificat Antiphona. Salve Pater humilis, fervor charitatis, amator mirabilis ſanctæ paupertatis: Alme Pater Angele, prece pietatis, ora Deum jugiter noſtris pro peccatis.* ℣. *Ora pro nobis Beate Angele.* ℟. *Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

ORA-

ORATIO.

Deus, qui Beatum Angelum famulum tuum multis tribulationibus examinaſti, & cor ejus ſanctarum intelligentia Scripturarum cælitus imbuiſti, tribue quæſumus, ut ejus meritis, & precibus mens noſtra a pravis cogitationibus ſeparetur, & ea quæ tibi ſunt placita jugiter contempletur. Per Dominum &c. Ad Benedictus Antiphona. „ *Chriſti cultor, lux pænitentiæ, morum fultus Angelus* „ *acie, poſt labores, poſt Mundi tædium Paradiſi lætatur requie* „. Ex his nunc facile quis intelligit, quam inepte pluries nominatus ſub Advocati nomine ſcriptor mihi illudat, quia Clarenum Beati titulo ſemper diſtinxi, & appellavi. Harum Antiphonarum & Orationis Auctor fuit F. Thomas Monachus Cœleſtinus, Prior Marſici, uti legitur in Cathalogo miraculorum in Appendice ad hanc ipſam Animadverſionem afferendo.

VIII. Poſt hæc de Clareno recitata, aliqua perfunctorie de præcipuis ejus Diſcipulis, & Sociis attingemus, de Beatis nempe Conrado de Offida, Liberato de Lauro, & Thoma Tolentinate, necnon de Fr. Liberato Maceratenſi, ut hinc magis pateat, quam immerito Fraticellorum nomen, vel umbra ipſis tribuatur. De Beato Conrado ſcribit VVaddingus, * quod *Deus Optimus Maxi-*
* Anno 1213. num. 36. *mus quinque mortuos ad ejus preces huic mortali vitæ reſtituit, ſibique glorioſa Virgo in die Purificationis apparuit, atque Puerum Jeſum in ſuis ulnis excipiendum*
* Anno 1306. num. 7. *tradidit*. Alibi vero de illius tranſitu verba faciens, inquit: * *Plenus meritis, & virtutibus 65. ætatis ſuæ anno obiit in Inſula Baſtia dicta, honorifico donatus ſepulchro, curante funus magna hominum multitudine. Ipſo obitus die apparuit Fratri Andreæ, pro eodem oranti, totus glorioſus in Cælum conſcendens. Multis miraculis coruſcavit, ex quibus illa præcipua, quod quinque mortuos ſuſcitavit, & plurimos a variis morbis liberavit. Hinc moti Peruſini, multa milite, & potentia freti, violenter ex Inſula in ſuam Civitatem ſanctum Corpus tranſtulerunt, ubi digno tumulo a Philippo Maſſiano Juriſconſulto celeberrimo, & primario legum Ticinenſis, & Piſanæ Academiæ Profeſſore, extructo donatus fuit. Quo tamen honore videtur voluiſſe carere, & primo gaudere ſepulchro; Peruſiis etenim nullum patravit miraculum, in Inſula vero omnibus devote invocantibus opportunum quotidie præſtat auxilium*. De Beato Tho-
* Anno 1321. num. 1. & ſeqq. ma Tolentinate ibidem Annaliſta plurima refert, * ubi fuſe deſcribit ejus martyrium, quod pro Catholicæ Fidei confeſſione una cum tribus Sociis
* Ibi num. 15. ejuſdem Inſtituti in partibus Indiæ ſubiiſſe recenſet, atque addit: * *Actum fuit eodem anno cum Joanne XXII. de illorum Canonizatione a Fratribus, quorum votis ſe ſuſcripturum judicavit, ſed orta controverſia de Paupertate Chriſti, facere diſtulit, quod ante promiſerat*. Hiſce tamen non obſtantibus, memoria Beati Thomæ, quem Sanctum communiter appellant, Tolentini, quo ejus Reliquiæ delatæ fuerunt, & in tota Diæceſi quotannis Dominica prima Junii, tamquam Tertii ſuæ Patriæ Protectoris, ab utroque Clero Eccleſiaſtico Officio, & Proceſſione in qua ſacrum ejus Caput circumfertur, ſolemniter celebratur.

IX. De Sancto Liberato a Lauro ipſemet Annalium Scriptor hæc ha-
* Anno 1374. num. 16. bet: * *Obtinuiſſe Patres Clarenos loca multa in Piceno ob reverentiam Angeli Clareni .... ſatis liquet ex multis, quæ nos ſparſim retulimus, domiciliis. Inter hæc commemorandum venit humile Cænobium Sancti Liberati .... Prodierunt ex eo viri pietate inſignes; inter quos eminet S. Liberatus, clariſſimis ortus natalibus, quem in ejuſdem loci Eccleſia jacere, miraculis multis fulſiſſe, & a quodam Summo Pontifice Sanctum appellatum, atque hinc Cænobiolo, & adjacenti regioni Sancti Liberati nomen adhæſiſſe ſcribit Gonzaga. Quis hic fuerit Liberatus non comperio, alium omnino a Liberato Maceratenſi repeto, uterque tamen fuit Angeli Clareni Sectator*. Prius autem, ubi de eodem pertra-

tractat Sancti Liberati Cœnobio, in quo duorum Sanctorum Fratrum corpora requieſcere narrat, de eodem dixerat: *Cum iiſdem jacet Frater Liberatus vir ſanctiſſimus, & nobiliſſimus, Comes fuit loci, qui nunc Sanctus Liberatus dicitur ob Comitis ſancti reverentiam, & memoriam; tanta enim humilitate, & ſanctitate vixit in Religione, ſpretis Mundi divitiis, & honoribus, ut Sanctus ab omnibus proclamaretur. Horum trium Feſtum recolitur in dicto loco quotannis; cum magno Populi concurſu, in prima die infra Octavam Paſchatis Reſurrectionis, quo die profluit ab eorum Sepulchro Manna ab hora ſexta diei uſque ad Veſperas, idque in tanta quantite, ut a Populo colligatur*. Hoc Feſtum cum eadem Populi frequentia adhuc ſingulis annis die prædicto celebratur in eodem Conventu, qui una cum Eccleſia a Sancto Liberato denominatur, ſicuti aliæ plurimæ Cappellæ, & Ædiculæ ab eodem nuncupatæ in univerſa occurrunt Piceni Provincia, ubi ſub Sancti Liberati nomine communiter invocatur & colitur, quam denominationem etiam Summus Pontifex Clemens XI., edito ſub die 2. Septembris anni 1713. ſpeciali diplomate, *Alias & nuper*, eidem attribuit, & jure meritoque attributam fuiſſe, & convenire decrevit, nihil in contrarium præcipiens innovari. Cum namque, occaſione prædicti Feſti, calumniator quidam Sacrorum Rituum Congregationi anno 1697. retuliſſet, quemdam e Fraticellorum ſecta, ſive unum ex ejus Auctoribus, ſub Sancti Liberati nomine a Franciſcanis Obſervantibus publice venerandum proponi, eadem Sacra Congregatio facti informationem ſub pæna ſuſpenſionis cultus, & Feſti, ab iiſdem Obſervantibus requiſivit; ſed hac ab iſtis exhibita, & diligenter a Conſultoribus perpenſa, mendax inventa eſt delatoris iniquitas, & B. Liberati ſanctitas, & innocentia a Sacrorum Rituum Congregatione, ac etiam per Breve Summi Pontificis Clementis XI., ut dictum eſt, qui in eodem Brevi Sanctum ipſum appellat *Ordinis Minorum de Obſervantia*, anno 1713. ſolemniter declarata fuit. Hæc autem dicta ſint pro iis, qui cum VVaddingo exiſtimant, Liberatum a Lauro fuiſſe Angeli Clareni Sectatorem, atque hinc cum Liberato Maceratenſi ipſum confundentes, e Fraticellorum ſecta, cui Maceratenſem nomen dediſſe ſcribunt, eumdem fuiſſe ajunt. At quoniam hæc omnia anachroniſmo laborant, erraſſe Annaliſtam, & quotquot cum ipſo in hac re ſenſerunt, ingenue fatemur, & ſuperfluum idcirco putamus, B. Liberatum de Lauro a Fraticelliſmi nota vindicare. Siquidem ex Clareni Epiſtola inferius afferenda in Appendice, ex Arturo in Martirologio Franciſcano ad diem 26. Auguſti §. Tertio pag. 408., ex VVaddingo in Annalibus Minorum, ex Haroldo in Epitom. eorumdem Annalium ad annum Chriſti 1307., & ex aliis conſtat, Liberatum Maceratenſem obiiſſe in Oppido S. Angeli *della Vena* prope Viterbium hoc eodem anno 1307.; ex ſequenti vero Inſtrumento luce clarius apparet, Liberatum a Lauro ad Cœlum evolaſſe in Conventu Suffiani anno MCCLVIII., annis videlicet quadraginta novem ante obitum Liberati Maceratenſis. En Inſtrumentum, quod extat in Archivo Terræ Sarnani, quodque legitur in Animadverſionibus Promotoris Fidei in Cauſa Camerinen Canonizationis ejuſdem S. Liberati de Lauro num. 21., anno MDCCX. Romæ impreſſis.

„ In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Amen. Anno a Chriſto
„ nato MCCLVIII. Septimo Kal. Octobris.

„ Intimato, & convocato per publicum Præconem, & ſonata de more Cam-
„ pana generali Conſilio in Palatio noſtræ Reſidentiæ Terræ Sarnani, habi-
„ tus fuit ſermo de quodam Viro Religioſo, qui paucis ab hinc diebus fa-
„ ma ſanctitatis obiit in Conventu Fratrum Minorum Rivi Suffiani, & re-
„ ſolutio unanimis fuit, nemine diſcrepante, aut contradicente, videlicet.
„ Cum proximis diebus Octavo Idus Septembris in loco Suffiani Fratrum
„ Minorum Sancti Franciſci in pede Montis Ragnoli Comitatus Camerinen

Digitized by Google

„ deceſſerit eſtaticus, & contemplativus Servus Dei cognomento Incognitus
„ Sanctus Liberatus de Lauro de Nobili, & potenti Familia de Brumfortis
„ noſter Concivis, divinitus dum agebat Animam a Matre Dei conforta-
„ tus, & recreatus; Commune, & Populus Terræ Sarnani in obſequium
„ Seraphici Patris Sancti Franciſci, qui nobis cœlitus dedit inſigne Seraphi-
„ num, ob benemerentiam potentis Familiæ de Brumfortis, ob devotio-
„ nem, & venerationem tanti Servi Dei convocato ſpecialiter ad hoc Ge-
„ nerali Conſilio, decretum, & plena, ac publica voce reſolutum fuit, ut
„ ad Sepulchrum ipſius ad perpetuam rei memoriam ſumptibus, & expen-
„ ſis ipſius Communis Terræ Sarnani fieret, & poneretur tabula lapidea cum
„ titulo nominis Familiæ, apparitionis, geſtorum, & mortis ipſius.

„ Actum in Publico Palatio dicti Communis Terræ Sarnani Septimo
„ Kal. Octobris MCCLVIII. Et ego Munaldus Garullj de Gualdo publi-
„ cus Dei, & Imperiali auctoritate Notarius, & Procancellarius ſcripſi,
„ & ſignum dicti Communis Terræ Sarnani appoſui. „

Ex hoc Inſtrumento palam fit, Sanctum Liberatum a Lauro alium omnino eſſe a Liberato Maceratenſi, ac ipſum perperam inter Fraticellos, & B. Angeli Clareni Diſcipulos adnumerari. Licet enim incerta ſit apud Auctores Fraticellorum Epocha, omnes tamen conveniunt, hanc circa initium Sæculi XIV., vel circa finem XIII., & non prius, locandam eſſe; de Clareno vero certi ſumus, ipſum, & F. Liberatum Maceratenſem anno 1294. obtinuiſſe a S. Cœleſtino V. facultatem ducendi vitam eremiticam, & ad hanc recipiendi Alumnos, qui Cœleſtini prius dicti, mortuo deinde ipſo Maceratenſi anno 1307., ut ſuperius audivimus, Clareni appellari cæperunt. Ex his, aliiſque rationibus in Cauſa Camerinen deſuper laudata Canonizationis S. Liberati de Lauro demonſtratum fuit, hunc ex Clareni Diſcipulis non fuiſſe, cum Liberato Maceratenſi inſcite confundi, & inter Fraticellos injuria prorſus adnumerari.

X. Ne quis vero hinc inferat, Liberatum Maceratenſem fuiſſe Auctorem damnatæ Fraticellorum Sectæ, ut immerito cum Jordano ſcribit Raynaldus tom. 14. ad ann. 1294. num. 26., Benedictus XIV., immortalis memoriæ Pontifex, qui fidei Promotoris Coadjutor fuit in prædicta Cauſa S. Liberati de Lauro, perpenſis Monumentis a Poſtulatoribus exhibitis, in aureo ſuo Opere *de Canonizatione Sanctorum*, * de Fratre Liberato Maceratenſi hæc habet: *Ex pluribus, probatiſque Scriptoribus demonſtrarunt Poſtulatores, neque hunc, neque alium ex Ordine Minorum fuiſſe illius hæreſis auctorem.* Idem ſcribunt etiam Bollandiani in Actis ejuſdem Sancti Liberati, ab ipſis tom. 5. menſis Auguſti die 26. deſcriptis ſub hoc titulo: *De BB. Liberato de Lauro, Humili, & Pacifico ex Ordine Fratrum Minorum in Marchia Anconitana.* De loco ſepulchri, de generis nobilitate, deque virtutibus, feſto, & miraculis B. Liberati §. 1. num. 4. eadem habent ac VVaddingus jam relatus: §. 2. referunt Decreta Clementis XI., & Sacrorum Rituum Congregationis ſub die 3. Auguſti 1713. de ejus cultu, & Sancti titulo minime innovandis: §. vero 3. num. 19. contra eos, qui Liberatum de Lauro cum alio confundebant Liberato Maceratenſi, quem Fraticellorum Auctorem indigne venditabant, inquiunt: *Ad objectionem de Liberato Maceratenſi Poſtulatores Cauſæ dixerunt .... Primo, nec Liberatum Maceratenſem, nec ullum alium ex Ordine Seraphico, ſed probabilius loquendo Hermannum quemdam Pongilupum fuiſſe auctorem nefandæ ſectæ Fraticellorum, ex Antonio Hiqueo ibidem citato: ſecundo, Liberatum Maceratenſem nec hæreticum, nec apoſtatam fuiſſe, ſed potius virum optimi nominis ex teſtimonio Auctorum Franciſcanorum, qui ibidem aſſignantur.* Hæc ultima verba etiam illos falſitatis redarguunt, qui noviſſime diebus iſtis aſſerere, & ſcriptis tradere auſi ſunt, hunc ſecundum Liberatum, a S. Cœleſtino V. Eremitarum Cœleſtinorum, qui poſtea Clareni, ut innui-

* Lib. 2. §. 34.

innuimus dicti fuerunt, Caput, & Anteſignanum conſtitutum, apoſtatam fuiſſe, ac forſan Fraticellorum Coriphæum, & in apoſtaſia, & excommunicatione obiiſſe in Regno Neapolitano. Sed modo, an iſti hæretici Fraticelli dici poſſint, prudens lector dijudicet. Hiqueus a Bollandianis, & in Reſponſione ad Animadverſiones Promotoris Fidei in Cauſa S. Liberati de Lauro num. 12. citatus nil certi, ſcribit, apud Hiſtoricos haberi de tempore, origine, & Auctore impiæ ſectæ Fraticellorum, quod etiam alii fatentur Hiſtorici, atque in *Nitela Franciſcanæ Relig. cap.* 1. *pag.* 77., *& cap.* 2. *pag.* 85. 86. *&* 87., uti legitur in eadem Reſponſione loco mox laudato, *ulterius comprobat auctoritate Prateoli, Bergomatis, Crantzii, Fratris Bernardi a Lutzemburgo, Bellarmini, Angeli de Paz, Sanderi, Gonſalvi Ileſcas, Binii, Jacobi Gualterii, Matthæi Palmerii, Sabellici, Platinæ, & Genebrardi, nullatenus ex Fratribus Minoribus Sancti Franciſci eamdem Sectam proceſſiſſe, ſed Auctorem illius fuiſſe Hermannum Pongilupum Ferrarienſem, cujus Cadaver viginti ab ipſius obitu annis, mandante Bonifacio Papa VIII. exhumatum, & combuſtum fuit*. Hinc in Reſponſione præfata num. 31. habetur, Liberatum Maceratenſem cum S. Liberato de Lauro a nonnullis ita confundi, ut Eccleſiam ab hoc ſecundo denominatam putaverint ſub nomine Maceratenſis dedicatam fuiſſe, in quo erraverunt Gonzaga, & Arturus, eo quod ipſe Maceratenſis *in benedictione ſemper fuerit apud omnes in Ordine Seraphico, & pro Sancto habitus*. In Reſtrictu vero *Omnium Scripturarum* &c. *ſuper Signatura Commiſſionis Introductionis ejuſdem Cauſæ S. Liberati de Lauro* num. 20. ratio, cur Jordanus, ejuſque ſectator Raynaldus dicant, Liberatum Maceratenſem fuiſſe Auctorem Fraticellorum, hæc aſſignatur. „ Cauſa, ob quam „ dicti duo Scriptores ita cenſuerint, redditur a Dominico Bernino in Ope„ re *dell' Iſtorie di tutte l' Ereſie cap.* 16. *Secol.* 13. *pag.* 404., nimirum quod „ eo tempore, quo per Italiam ſerpere cæpit eadem Secta, graves inſurre„ xerunt in Ordine Seraphico diſſenſiones ſuper interpretatione Regulæ San„ cti Franciſci; & Liberatus ipſe Maceratenſis ob zelum, quem oſtendit, „ purioris obſervantiæ ejuſdem Regulæ, & paupertatis Seraphicæ non leves „ perſecutiones paſſus fuit; & nihilominus ex conceſſione Sancti Cœleſtini „ Papæ V. Congregationem Cœleſtinorum inſtituit, quæ poſtea Clarenorum „ ab Angelo Clareno nuncupata, duravit uſque ad Pontificatum Sancti Pii V., „ ut inferius probabitur. Cum autem eo tempore nefarii homines Fraticel„ lorum ſectæ zelum hujuſmodi religioſæ paupertatis ex induſtria fingebant, „ ut virus hac ſanctitatis larva incautis affunderent, ex hoc, nec alio ducti „ motivo, Jordanus ipſe, atque Raynaldus, neſcientes quinam vere Auctor „ illius fuerit, cenſuerunt a Maceratenſi prædicto, eximio, ut diximus, Se„ raphicæ paupertatis zelatore, originem habuiſſe. „ Numero autem immediate ſequenti in eodem Reſtrictu ita legitur. „ Præter hanc tamen a Bernino „ aſſignatam, alia, & verior eſt cauſa, ob quam dicti duo Scriptores ita cen„ ſuerint, nimirum quia rerum omnium, quæ ad Ordinem Seraphicum „ ſpectant, vel quæ ſcitu neceſſaria ſunt Hiſtorico de illo ſcribenti, ipſi aut „ penitus ignari, vel non ſatis de illis inſtructi fuerint. Hoc enim ex plu„ ribus dignoſcitur, & præſertim ex quo Fratrem Petrum Maceratenſem, „ eumdemque Liberatum pariter Maceratenſem, unam eamdemque fuiſſe „ perſonam exiſtimaverint; qui tamen non una, ſed duæ, & diverſæ per„ ſonæ fuerunt, ut ex Chronicis, & Monumentis Ordinis probavimus in „ dicta *Reſponſione* §. 15. Dignoſcitur etiam, ex quo prædictos Fratres Pe„ trum, & Liberatum Maceratenſes, atque Angelum Clarenum *Apoſtatas*, „ *& Hæreticos* iidem inſcribant, qui tamen non Apoſtatæ, nec Hæretici, „ ſed Sancti ab omnibus Auctoribus Franciſcanis, nullo quidem excepto, „ dicuntur, atque commendantur ob eximias virtutes, quibus ipſi floruerunt, ut habetur in dicta *Reſponſione* §. 31. *&* 43., *& in Secundo Sum-*

„ *ma-*

Digitized by Google

„ *mario num.* 1. *per tot.* Et, ut cætera prætereamus, liquet etiam ex quo
„ Congregationem Cœleſtinorum a Liberato Maceratenſi inſtitutam, quæ
„ Clarenorum, ut diximus, ab Angelo Clareno ſubinde dicta fuit, & a
„ pluribus Summis Pontificibus approbata, ipſi *Sectam* aperte nominent, quod
„ ſane quantum ſit in Auctoribus Catholicis damnabile, nemo Catholicus
„ eſt qui non videat; quoniam ea non Secta, ſed Congregatio, & Societas
„ fuit Virorum Religioſorum a Summis Pontificibus, ut dictum eſt, ap-
„ probata, & plures Conventus, & Monialium Monaſteria obtinuit in Diæ-
„ ceſibus Firmana, Aſculana, Fulginatenſi, Spoletana, Amerina, Narnienſi,
„ Aquilana, & Reatina, atque etiam in Urbe; proprioſque Vicarios, & Pro-
„ vinciales habuit, & Locorum Ordinariis ſubjecta ſemper fuit, duravitque,
„ ut ſuperius innuimus, uſque ad Pontificatum Sancti Pii Papæ V., qui
„ eam anno 1568. univit, & incorporavit Familiæ Minorum Obſervantium
„ S. Franciſci, & Conventum, & Eccleſiam Sancti Bartholomæi in Inſula,
„ ab ipſis Clarenis inhabitatum, eiſdem Obſervantibus tradidit, ut habetur
„ in *Bullar. tom.* 2. *Conſtit.* 53., & refert Pater de Gubernatis in *Orb. Se-*
„ *raph. lib.* 7. *cap.* 5. a num. 75. ad 89., allegatus in dicta *Reſponſione* §. 44.
„ Hæc enim, ſi vel a longe ſalutaſſent prædicti duo Scriptores, profecto
„ Liberatum Maceratenſem, qui Sanctus fuit, & Sanctus in toto Ordine
„ Seraphico habitus, non ea, ut ipſi fecerunt, audentia, damnaſſent. Alia
„ tamen ſunt, quæ in Ordinem prædictum finxit Raynaldus &c. „ Ita in Reſtrictu prælaudato num. 21. de Liberato Maceratenſi Auctor illius, quod ſi ſciviſſet nuperrimus quidam obtrectator, Liberatum ipſum, ejuſque Socios, & Aſſeclas tot coviciis & calumniis non affeciſſet in capite 16. part. 2. Operis inſcripti, *Saggio Compendioſo della Dottrina di Giuſtino Febbronio, e Confutazione della medeſima*; ab eadem ipſis inurenda prius Sbaralea ipſe abſtinuiſſet, & nunc alii quoque abſtinerent Conventuales. Verum larvati obtrectatoris inſcitia, necnon Sbaraleæ, & aliorum deceptio clarius patebit ex Monumentis in ſequenti Appendice legendis, ubi cum Clareno ejuſque diſcipulis univerſus, a macula abſtergitur Minorum Ordo, cujus Clareni ipſi Alumni fuerunt.



AP-

APPENDIX.

Ad Animadverſionem Octavam.

QUoniam Clarenus ſuam, et ſuorum cauſam pleniſſime exponit, & egregie pertractat in Epiſtola ad Summum Pontificem Joan. XXII., cujus in præcedenti Animadverſione num. 2. fragmenta plurima ad rem facientia exſcripſimus, eamdem idcirco, ut promiſſa impleamus, atque ut calumnia perfectius detegatur, & veritas magis magiſque elucidetur, placet ex laudato Stroziano Codice totam fideliter hic repetere, & legentium ob oculos ad litteram ponere, quæ eſt hujuſmodi.

Epiſtola excuſatoria ad Papam de falſo impoſitis, & Fratrum calumniis.

„ *REverendiſſime, & Sanctiſſime Pater*. Sciat veſtra Apoſtolica Sanctitas,
„ & ſacrum Fratrum veſtrorum Collegium, quod ſententia apoſtaſie,
„ & hereſis, & excommunicationis mee, & ſotiorum meorum, que con-
„ tinetur in litteris felicis recordationis Domini Pape Bonifatii, & beate
„ memorie Domini Petri Patriarche Conſtantinopolitani, coram Sanctitate
„ veſtra, & Fratrum Collegio repente mihi primo recitata (1) que etſi
„ animo veſtro inheſit, & credibilis omnino eſt facta, intantum quod fir-
„ miter tenere videmini, quod fera peſſima devoravit nos; et quod ſumus
„ Apoſtate a religione, & fide, & excommunicati a jure, & ab Eccleſia. (2)
„ Quia tamen veritas vincit omnia, & immutabilis eſt, clareat Sanctitati ve-
„ ſtre, ac Fratrum veſtrorum Collegio ſacro, quod in veritate, que Deus
„ eſt, totum contrarium de nobis eſſe ſine dubitatione ſentimus; et nec

(1) Cum ſcilicet a Joanne XXII., ut ait Waddingus ad annum 1318. num. XXIII., vocatus Clarenus, & de ſe, ſuiſque Sociis interrogatus fuit, ut etiam dicemus in ultima nota, & in ſequenti.

(2) Hanc ſiniſtram in Pontifice opinionem intellexit Clarenus, cum ante ipſum conſtitutus, & ab eo interrogatus fuit, ut inquit Waddingus loco mox laudato, ubi ait: „ A „ Fratre Angelo ſeverius quæſivit Pontifex „ an eſſet Minorita? & affirmative reſpon- „ denti ſubjunxit, *quare ergo a Minoritis receſ- „ ſiſti? Ego*, inquit Angelus, *non receſſi ab „ eis, potius interroga ipſos, Pater Sancte, „ ipſi me repulerunt*. Ad hæc parumper ſi- „ luit Pontifex, & paulo poſt ſubjecit: *Præ- „ cipio tibi, ut dicas an aliorum confeſſiones ſa- „ cramentaliter excepiſti?* Cui ille: *Pater „ Sancte, non ſum Sacerdos, & potiſſima ra- „ tio, quare a Sacerdotio abſtinui, fuit ne ad „ confeſſiones excipiendas a Superioribus poſſem „ compelli*. Objecit ei Pontifex, quod Boni- „ facio VIII. & Patriarchæ Conſtantinopo- „ litano ſub graviſſimis cenſuris præcipienti- „ bus, ut ad Religionem regrederetur cum „ Sociis, noluerint obedire, & propterea ex- „ communicatos eſſe, juxta tenorem littera- „ rum, quas coram omnibus juſſit ibidem re- „ citari. Angelus ait, ſe nullatenus excom- „ municatum, neque item excommunicabilem „ eſſe, cum nullo unquam tempore voluerit, „ nec excogitaverit contraire præceptis Supe- „ riorum: ſed firmiter ſecum ſtatuerit in „ omnibus & per omnia recta præcipienti- „ bus obedire. Illas vero litteras, licet ſu- „ breptitie obtentas, dixit nunquam perveniſ- „ ſe ad ſuam notitiam, neque legitime ſibi „ intimatas, alios vero viros doctos contendiſ- „ ſe, minime eas obligare, quia inique & ma- „ litioſe impetratæ ſunt. Quod dum apertius „ vellet probare, juſſit Pontifex ut taceret. „ Ille hoc ægre tulit, & dixit, ſuam Sancti- „ tatem adverſarios falſa crimina objicientes „ plenius audiviſſe, ſe vero veritatem narran- „ tem debuiſſe auſcultare. Erat tunc hora po- „ meridiana ſexta, voluitque Pontifex ſe a ne- „ gotiis retrahere, & juſſit detineri Angelum, „ donec ab excommunicatione, quam incur- „ riſſe judicabat, abſolveretur; ſed die ſe- „ quenti re omni diſcuſſa, pacifice dimiſit, „ data ad cautelam abſolutione a cenſuris „. Ex quo interrogatus fuerit Clarenus, an aliorum confeſſiones ſacramentaliter excepiſſet, ac reſponſum dederit, Sacerdotio initiari noluiſſe, ne ad excipiendas confeſſiones compelli poſſet, colligimus, Diaconatus Ordine ipſum fuiſſe inſignitum.

Digitized by Google

„ Apoſtatas, nec hereticos, nec excommunicatos nos eſſe, aut fuiſſe co-
„ gnoſcimus, niſi forte ſit heresis excommunicatione digna, credere, confi-
„ teri, diligere, & operari cum humilitate, & abſque judicio aliter ſapien-
„ tium, id, quod Sanctus Franciſcus de ſue regule obſervantia credidit, &
„ confeſſus eſt; docuit vivens, & moriens amavit, & ſervari mandavit, &
„ operatus eſt; hanc hereſim me habuiſſe ſemper, & me nunc habere con-
„ fiteor, (3) & de hoc judicio veſtro ſto, & promptus obedienterque ſuſti-
„ neo. Ceterum de reliquis, que in litteris Domini Bonifatii Pape, & Do-
„ mini Petri Patriarche Conſtantinopolitani, & Fratrum petitione contra
„ me, & ſotios meos factis continentur, bono animo, & leta conſcientia
„ proteſtamur, omnia eſſe mendacia, de corde impio, & conſcientia mala,
„ primo ipſi Domino Pape de nobis delata fallaciter, & mendoſe, quia un-
„ quam nulla macula nec in me, nec in aliquo ſotiorum meorum, me
„ conſcio, eſt, aut fuit unquam, nec erit in perpetuum de omnibus, que
„ in prefatis litteris, & Fratrum petitione ponuntur.

„ Que papales littere non ſolum tacita veritate, ſed cum falſitatibus,
„ & calumniis ſceleratis, & impiis diffamationibus impetrate fuerunt. Quia
„ nec dicebamus, nos Fratrum minorum regulam obſervare, nec dicimus,
„ ſed pauperes heremitas viventes ſicut conceſſerat, & voluerat Dominus
„ Celeſtinus Papa. Nec loca conſtruxeramus tunc aliqua ullo modo, ſed in
„ alienis habitabamus, ut peregrini, & pauperes, nec in populo predi-
„ cabamus, nec in Clero, nec confeſſiones audiebamus, nec audi-
„ mus, nec auctoritate nobis conceſſa, nec modo aliquo, niſi forte hoc
„ Epiſcopus, cui obedimus, preciperet. Quod autem auctoritas papalis non
„ eſſet, & Dominus Papa Bonifatius non eſſet Papa, (4) & quod jamdiu
„ ab Eccleſia auctoritas defeciſſet, & in nobis reſideret, quandiu reforma-
„ retur Eccleſia, & quod nos ſoli, & ſimilem nobis ſpiritum habentes,
„ erant veri ſacerdotes, & ſacerdotes facti auctoritate, & ordinatione papa-
„ li,

(3) Acerrimus ſemper fuit Minoriticæ paupertatis zelator Clarenus, ac relaxationibus contra ipſam in Provincia Marchiæ graſſantibus viriliter cum aliis ſeſe opponens, orta eſt acerrima illa perſecutio, quam in hac ipſa Epiſtola deſcribit, cujuſque cauſam, & initium ſic refert Waddin. ad an. 1289. n. XXIII. *Peccatum eſt tunc multipliciter in ſanctam paupertatem impenſius a Sancto Franciſco commendatam, admiſſa oblationes pecuniarum in miſſis primis novorum Sacerdotum; appoſiti cippi, vel gazophylacia in Templis; conventiones inita de celebrandis miſſis propter ſtipendia pecuniaria; tunc ire cæptum ad anniverſaria, ſtatuto pretio, more Presbyterorum Secularium; conſtituti pueruli ad valvas Eccleſiarum, qui a tranſeuntibus pecuniam emendicarent, cereolos, ſubtileſve lychnos ad Sanctorum memorias, uti moris eſt, accendendos in diſco offerrent emendos: ſed & ipſi Fratres multis in locis publicum exercebant quæſtum pecuniarum in compitis platearum & foris, circumductis pueris, qui denarios acciperent, & expenderent. Tunc etiam derelicta multa domicilia ſolitaria & paupercula, conſtructis in Civitatibus ſumptuoſis, et capaciſſimis ædificiis, in quibus indigenæ ſolum habitabant, neque alienigenas admittebant, neque erat qui extra patriam, vel procul a parentibus vellet habitare.* Hæc Annaliſta, qui numero immediate ſequenti proſequitur: *Pii quique Viri ſui Inſtituti zelatores, quorum copioſa ſeries nunquam defuit in Ordine, ad tot manifeſtas Regulæ tranſgreſſiones vehementer affligebantur, præſertim in Provincia Marchiæ*, quia videlicet hiſce inobſervantiis animoſe adverſabantur, quorum unus fuit ipſe Clarenus.

(4) Cum Bonifacius VIII. ad primam ſibi factam contra Clarenum, & Socios relationem reſpondiſſet, ut refert etiam Waddingus ad ann. 1302. num. VII., *debere in ſuæ ſtrictioris vitæ propoſito permitti, ſibique certo relatum, perfectiores eſſe Regulæ obſervatores iis, quos moleſtos ſentiebant perſecutores*, relatores ut Pontificis animum averterent, & contra accuſatos prævalerent, ad calumniam malitioſe excogitatam confugerunt, quam Annaliſta ibidem ſic recenſet. *Quid vero hos excogitaſſe putes, ut Pontificis animum flecterent? Suggeſſerunt, hos, tamquam Cæleſtini germen, omnino Cæleſtino adhæſiſſe, et Cæleſtinam excogitare factionem, neque ſuam Sanctitatem apud eoſdem verum reputari Pontificem, quem doloſe dicebant ad ſacram dignitatem perveniſſe. Nihil ægrius audiebat Bonifacius, quam vel leviſſime de ſua auctoritate, et canonica electione dubitari..... Annuit itaque ut revocarentur ad Religionis obedientiam, datis litteris ad Petrum Conſtantinopolitanum Patriarcham, et Athenarum, ac Patrarum Archiepiſcopos.*

Digitized by Google

„ li, & aliorum Epiſcoporum non vere eſſent ordinati, nec Sacerdotes, (5)
„ & quod Eccleſia Orientalis eſſet melior quam Occidentalis, nec Angelis,
„ nec Apoſtolis, iſta mihi cum miraculis aſſerentibus, credidiſſem, & nun-
„ quam fui tam levis, vel ſtultus & hebes, quod iſta ab aliquo audire ſup-
„ portaſſem. Sed ſemper contrarium non ſolum verbis, ſed defendiſſem
„ per mortis ſuſtinentiam alacrem, & defenderem, etſi totus mundus ad
„ contrarium verteretur. Veruntamen certus ſum, & ſemper certus fui de
„ fide Romane Eccleſie, & nunquam dubitavi de ea; & unam eſſe ſolam
„ Romanam Eccleſiam non aliam; & ſciſmaticum eſſe, & vacuum nomen
„ Eccleſie Orientalis, & in ſolis Romane Eccleſie Prelatis juſtis, & pecca-
„ toribus eſſe, & ſemper fuiſſe auctoritatem unam, & plenam, & perfectam,
„ & in ſolis ordinatis ab eis eſſe in ſalutem eternam veros ordines, & ve-
„ ram clavium poteſtatem, & decreta, & decretales credo, & credidi eſſe
„ divinas, & ſanctas, & ſanctorum Pontificum, & Doctorum Eccleſie re-
„ gulas, & ſanctiones ſanctas, juſtas, & neceſſarias, & nunquam me aliter
„ nec ſenſiſſe, nec ſuſtinuiſſe aliquem aliter ſapientem.

„ Et quia nobis impoſita ab eis quo ad fidei catholice maculam, & er-
„ rorem, ſunt nobis morte amariora, & Chriſti in nobis negationem in-
„ ducentia ex conſenſu, & taciturnitate; poſtulo a veſtra ſanctitate, & toto
„ ſacro Collegio, ipſa omnia, & ſingula mihi dari in ſcriptis, & preſertim
„ ea que ſunt perſonam meam tangentia, & que me eſſe hereticum de-
„ nuntiant, cum nomine teſtium; quia ad purgationem meam me offero
„ verbo, & facto reſponſurum, &, ſi opus fuerit, per venenum, & ignem,
„ vel aliud quodcumque juris, & Eccleſie judicium, & examen ad purgan-
„ dum infamiam hereſis mihi, & ſotiis nequiter, & mendoſe impoſite.
„ Noverit etiam veſtra Apoſtolica Sanctitas, & ſacrum Fratrum veſtrorum
„ Collegium, quod neque apoſtatam, neque excommunicatum me eſſe, vel
„ fuiſſe a jure, vel ab Eccleſia intelligo, vel cognoſco, quia nunquam obe-
„ dientiam alicujus Prelati contempſi, vel fregi, licet in manifeſtis peccatis
„ aliquando, ſicut debui, obedire noluerim, perſecutionem vero paſſus ſum
„ propter hoc ſervandum, & inhumanam, mihi licitum, & conſultus
„ Deum, credidi declinare. Invidia enim diaboli ſuſtinere nequit, quod no-
„ lebamus ad ea, que retro ſunt, converti, & ad inferiora relaxari, ſed ad
„ anteriora nos extendere, & ad ſuperiora conſurgere ardenter quereba-
„ mus. Nam cum obedire tam ego, quam Frater Liberatus in omnibus eſ-
„ ſemus parati, & prompti, & nullius inobedientie, vel alterius criminis
„ macula inveniretur in nobis, gratis, & penitus ſine cauſa, tanquam ſciſma-
„ ticos, & hereticos carcere perpetuo fratres damnaverunt, & confeſſione,
„ & omni Eccleſiaſtico Sacramento tam in morte, quam in vita, & collo-
„ quiis Fratrum omnium, & etiam illius, qui nobis vite neceſſaria miniſtra-
„ bat, privaverunt, mandantes ſub pene ſimilis punitione, ne quiſquam
„ hoc, quod factum erat de nobis, injuſtum, aut male factum dicere pre-
„ ſu-

(5) Hos errores tunc temporis venditabant nebulones nonnulli, ac Sectarum diverſarum hæretici, præſertim vero Fraticelli, quorum Natalis ab Alexandro tom. 16. Sæc. 13. art. 10., quamvis Franciſcanos eos fuiſſe, vel habuiſſe a Franciſcanis originem, immerito ſcribat, ita enumerat deliria. „ Primus error „ duas fingit Eccleſias, unam carnalem af„ fluentem deliciis, ſceleribus maculatam, „ cui Romanum Pontificem, alioſque Præla„ tos dominari aſſerunt: aliam ſpiritualem „ virtute decoram, paupertate ſuccinctam, „ in qua ipſi ſoli, eorumque complices con„ tinentur; cui etiam ipſi ſpiritualis vitæ „ merito principantur. Secundus error Ve„ nerabiles Eccleſias, Sacerdotes, alioſque „ Miniſtros ſic juriſdictionis, & Ordinis cla„ mitat auctoritate deſertos, ut nec ſenten„ tias ferre, nec Sacramenta conficere, nec „ populum inſtruere valeant; illos fingentes „ omni Eccleſiaſtica poteſtate privatos, quos „ a ſua perfidia viderunt alienos; quia apud „ ipſos ſolos (ut ſomniant) ſicut ſpiritualis „ vitæ ſanctitas, ſic auctoritas perſeverat. „ Hos, inquam, errores Clareno, aliiſque cum eo ſentientibus Fratres æmuli apponebant, ſed quam injuſte, Clarenus ipſe in hac ſua Epiſtola, & in aliis in præcedenti Animadverſione delibatis, ineluctabiliter oſtendit.

Digitized by Google

„ ſumeret, vel auderet. (6) Quia vero Frater quidam, nomine Thomas
„ de caſtro Nali, (7) ſpiritu fervens, ſententiam audiens, que ſemel in eb-
„ domada legebatur Fratribus in capitulo congregatis ad terrendum ſimilem
„ voluntatem habentes, & quod factum erat Deo diſplicere, & male eſſe
„ factum firmaret, ipſum propter talis opinionis occaſionem in carcere ſi-
„ mili uſque ad mortem tenuerunt. Hujus rei teſtimonium eſt tota Pro-
„ vincia, nec poſſunt negare, nec latere eos poteſt.

„ Quia vero Frater Ramundus, Generalis Miniſter, & examinavit, &
„ inquiſivit de noſtra iniqua punitione, & ſententia omnes Fratres illius Pro-
„ vincie, in provinciali capitulo per eum congregatos, & teſtimonio tam
„ miniſtri provincialis, quam omnium aliorum Fratrum invenit, quod nul-
„ lius offenſionis, aut peccati alterius cauſa, ſeu occaſione taliter nos punie-
„ rant; ſed ſolum quod petebamus regulam juxta voluntatem Dei, & fun-
„ datoris in ſuo vigore, & rigore ſervare; & ideo tali nos hereticorum im-
„ piorum pena damnaverant. Quare tunc Generalis Miniſter ipſos dure in-
„ crepans, abſolvit omnes tali penitentia, ſeu pena damnatos, (8) & Fra-
„ tres Thomam, & Angelum de Tolentino, Fratrem Marchum, & Fra-
„ trem Liberatum, & me ad Regem Armenie miſit cum ſua obedientia,
„ & licentia ſpeciali, (9) quam neque hereticis, neque apoſtatis conceſſiſſet.
„ Qui Rex de noſtra converſatione, & vita edificatus, quantas prefato Mi-
„ niſtro Generali gratias retulerit pro eo quod tales ad eum Fratres direxerat,
„ & quantis nos laudibus extulerit apud eum in ſuis litteris, quas miſerat
„ ad eum per ſuos nuntios ſpeciales, omnibus in Capitulo Generali Pariſiis
„ con-

(6) Manſit Clarenus cum aliis in carceribus uſque ad electionem in Miniſtrum Generalem Fratris Raymundi Gaufridi Galli, quæ contigit Reate anno 1289. coram Nicolao IV. *Raymundus Gaufridi*, inquit Waddingus ad annum 1290. num. x. *Generalis Miniſter nihil ſtatim a ſua electione tam curavit, quam turbas Ordinis, & præſertim Provinciæ Picenæ conſopire. Indictis itaque Comitiis Provincialibus, illius tractus Patres objurgavit, quod ita ſenſim, & facile abuſus pleroſque ex nimia incuria, & extinto zelo ſubrepere in ſubditos permiſerint. Deinde examinavit cauſam, propter quam illi Religioſi viri, quas ſupra diximus, conjecti eſſent in vincula: neque aliam ſolidam reddere poterant illi Patres rationem, quam quod illorum zelus nimius erat, & ſuperſtitioſus circa obſervantiam paupertatis. Atque utinam, inquit, Ego, & univerſus Ordo hoc peccato laboraremus, juſſitque ut ad ſe afferrentur. Accedentes apertis excepit brachiis, affabilia & placida eis loquutus, perſuaſit ut perſequentibus ignoſcerent ex corde, in pio propoſito firmiter perſiſterent, ſeque in obſervantia ſanctæ paupertatis promovenda ſcirent habituros ſedulum adjutorem.*

(7) Waddingus ad ann. 1289. num. XXIV., ubi hoc idem narrat, eum vocat Thomam *de Caſtro Marini*, ac de ipſo ſcribit, quod cum hæc, de quibus loquitur Clarenus, legerentur, zelo accenſus in fervore ſpiritus in conſeſſu exurgens, *Ego*, inquit, *vitam meam non facio pretioſiorem, quam juſtitiæ tutelam: neque poſſum huic legi tamquam æquæ aſſentiri, quam omnino iniquam exiſtimo. Non dixit impune*, addit Annaliſta, *etenim ex tempore conjectus eſt in carcerem ad aliorum terrorem, ubi poſt paucos menſes gaudens & exultans ſpiritum emiſit*, quod Clarenus ipſe narrat, ut patet.

(8) Quod nunc in nota (6) didicimus etiam a Waddingo, qui hanc Clareni Epiſtolam non vidit, quia nullibi eam indigitat, & ubi de Clareni, ejuſque Sociorum perſecutionibus agit, citat ſemper Chronicam antiquam, Marianum, Marcum, & aliud Clareni Opus, *De Septem Tribulationibus Ordinis*.

(9) Et hæc quoque habet Waddingus ad ann. 1290. num. x., ubi ait: *Ut vero aliorum perſecutiones effugerent*, Fratres nempe Regulæ zelatores, e carcere a Generali Gaufridi educti, *deſtinandos duxit cum aliis tribus ejuſdem ſpiritus viris, Angelo Clareno, Marco de Monte-lupone, & quodam Petro ad Regem Armeniæ, a quo paulo antea litteras accepit, quibus rogabat, quoſdam ſibi mitti hujus Inſtituti viros, tum propter animæ ſuæ, & ſuorum ſolatium, tum ad inſtituendum populum, multum nimis, qui ad Chriſtianorum fidem quotidie accedebant*. Hic ſentire videtur Waddingus, Clarenum haud fuiſſe unum e carceribus mancipatis, atque hinc eductis, in quo certe decipitur, Clareno ipſo, ut legitur in hac ejus Epiſtola, ſcribente: *Cum obedire tam ego, quam Frater Liberatus in omnibus eſſemus parati, & prompti, & nullius inobedientiæ, vel alterius criminis macula inveniretur in nobis, gratis, & penitus ſine cauſa, tamquam Sciſmaticos, & Hæreticos carceri perpetuo Fratres damnaverunt*, atque hinc ſe cum aliis a Generali Gaufridi libertate donatum fuiſſe refert.

Digitized by Google

„ congregatis claruit (10). Et predicte littere ipſi Generali fuerunt materia,
„ & toto Ordini ad gloriam, & favorem. Cum igitur Rex prefatus, &
„ Principes, & Clerus, & Religioſi de nostra converſatione gauderent, &
„ edificarentur intantum quod ipſe Rex deliberaverat in Dei obſequio, re-
„ gno relicto, vivere, & mori nobiſcum; tanta Fratres Sirie contra nos
„ turbatione, & ira commoti ſunt, ut Miniſter cum conſenſu, vel potius
„ impulſu Fratrum, qui nomen, & vitam noſtram audire non poterant,
„ litteras diffamatorias ex parte ſua, & omnium Fratrum, Regi, & omni-
„ bus Baronibus miſerunt, quod a nobis tamquam ab apoſtatis, & ab Or-
„ dine ſeparatis, & olim ab Ordine pro ſciſmaticis, & hereticis carceratis,
„ ſibi, & ſuo regno vigilanter & caute cavere ſtuderet. Tunc Rex habito
„ ſuper Fratrum litteris cum ſapientibus ſuis conſilio, & vocari nos fecit,
„ & audita noſtra ſuper litteris Fratrum placatus ſatisfactione, dilexit nos
„ plus poſtea, quam antea dilexerat. Sed furor Fratrum ſemper magis ac-
„ cendebatur. Unde nos iſta ſentientes vale fecimus Regi, & in Italiam
„ venimus, & tranſeuntes infirmi per noſtram provinciam, a Fratre Mu-
„ naldo provincie Vicario nullo modo potuimus impetrare, in aliquo loco
„ recipi quouſque nos poſſemus Generali Miniſtro preſentari: Sed ab eodem
„ reſponſum accepimus . . . .
„ . . . . Ex
„ hac igitur tali Fratrum pertinaci diſplicentia, & ſui Generalis inobedientia,
„ ipſi Fratri Ramundo, Generali Miniſtro, placuit, quod ad Summum Pon-
„ tificem, bone memorie Celeſtinum, poſſemus accedere, & ab ipſo pro
„ noſtrarum animarum ſalute, & ſotiorum remedium poſtulare. Unde de
„ ſua obedientia ad Dominum Celeſtinum ivimus, & expoſuimus eidem
„ Domino in Aquila exiſtenti (11) noſtras conditiones, propoſitum, afflictio-
„ nes, affectum, & votum, qui audita examinavit coram omnibus, qui
„ aſtabant, & invitavit nos, quod in ſuo habitu noſtram regulam, & vi-
„ tam ſervaremus; & audiens a nobis differentiam voti, (12) & omnia,
„ que Sanctus Franciſcus in ſua regula, & teſtamento mandavit, & in aliis
„ ſuis ſcriptis, & quomodo Fratres teſtamentum patris ſui deteſtabantur, ac-
„ ceptavit noſtrum propoſitum, & votum ſuſcepit coram aſtantibus omni-
„ bus, & mandavit nobis, omnibus diebus vite noſtre juxta voluntatem, &
„ mandatum Sancti Franciſci, abſque nomine Fratrum Minorum, ſervare fi-
„ deliter, et ſincere, et ſuperaddere, ſi poſſemus, ad regulam, et teſta-
„ mentum.

„ Et abſolvit nos coram omnibus ab omni Ordinis vinculo, et obedien-
„ tia dicens: *Mihi ſoli volo quod obedire teneamini, & fratri Liberato, ſi-*
„ *cut mihi; & ipſi concedo quod poſſit abſolvere a pena & culpa ſemel omnes*
„ *ſotios, & fratres veſtros, & quod poſſit recipere omnes volentes penitentiam,*
„ *& vitam, quam vos promiſiſtis, facere*; & reverendo Patri Domino Nea-
„ poleoni (13) recommendavit nos, et voluit, ſicut ipſe nobis dixit, quod Do-

(10) Celebratum fuit hoc Pariſienſe Generale Capitulum anno 1292, die 25. Maii, *rogante Philippo Pulchro Rege*, inquit Waddingus ad hunc annum num. XIII., *qui cupiebat tot graves & ſanctos Viros, qui tunc in Ordine florebant, in unum collectos videre.*

(11) Electus fuit Cœleſtinus V., antea *Petrus de Murrone*, anno 1294. 3. Nonas Julii, & Aquilæ conſecrari voluit, quam Urbem iniit aſello vectus, Regibus Siciliæ, & Hungariæ præeuntibus ad frena, *non quidem ſuperba ſingularitate, ſed ſingulari humilitate*, ut ſcribit Petrus de Alliaco lib. 2. cap. 11. apud Raynaldum ad ann. 1294. §. 11.

(12) Erat enim ipſe ante Pontificatum profeſſione Monachus, & Regulam ſervabat S. Benedicti, ut norunt omnes, imo ſub hac ipſa Regula Ordinem inſtituerat, quem Summus Pontifex electus confirmavit, ab eoque Cœleſtinorum dictus eſt.

(13) Fuit hic Neapoleo Urſinus Romanus, ex Canonico Pariſienſi, ac Pontificii Sacelli Sacerdote a Nicolao IV. renunciatus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani. Hæc de ipſo Ciaconius, agens de prima creatione Cardinalium Nicolai Papæ IV. num. V., ubi etiam

Digitized by Google

„ minus Neapoleo de nobis gereret, et haberet curam, tamquam piarum
„ cauſarum ſpontaneus, et liberalis promotor. Et precepit nobis, quod in-
„ terrogantibus nobis, qui eſtis? Reſponderemus, quod ſumus pauperes,
„ ſive Fratres heremite, promiſſam vitam, et paupertatem in deſertis ſer-
„ vantes, et in ſimplicitate fidei Domino ſervientes. Recommendavit Ab-
„ bati ſui Ordinis verbo, et ſcripto, et voluit, quod nos, ſicut ſuos Fratres,
„ pauperes heremitas reciperet, et haberet, et quod de ſuis heremitoriis ad
„ talem vitam diſpoſitis nobis providere teneretur. Quare uſque hodie nos
„ alicujus Ordinis apoſtatas nec cognovimus, nec ſentimus.

„ Sed credimus, quod eſſemus vere coram Deo apoſtate, & a tali ſtatu
„ heremitico profugi, ſi de noſtra voluntate modum vivendi, ad quem,
„ Deo inſpirante, & Summo Pontifice concedente, vocati ſumus, relinque-
„ remus, et inveniremur coram Chriſto perjuri, et damnatione digni. Qua-
„ re ſupplicamus Sanctitati veſtre, quatenus provideatur nobis modus aliquis,
„ per quem facta de nobis ab impoſitis purgatione legitima, poſſimus emiſ-
„ ſum votum, et a Summo Pontifice ſuſceptum, et confirmatum ſervare.
„ Movemur autem ad tenendum, et credendum quoadusque per veſtram
„ Apoſtolicam Sanctitatem auditi fuerimus, his rationibus, quod non ſumus,
„ neque fuimus excommunicati. Tum quia nunquam contempſimus aliquod
„ preceptum, nobis ab aliquo executore factum, tum quia nunquam aliqua
„ citatio, vel proceſſus miſſus, vel datus eſt nobis, quod ſi miſſus, non
„ datus; tum quia uno anno expectavimus, et poſtulavimus, quod fieret
„ de nobis quod Dominus Papa mandaverat; tum quia malitioſe expulſi
„ ſumus, et poſt diſperſionem factus eſt proceſſus, quando non erat poſſi-
„ bile dari nobis. Nam poſt obitum Patriarche, per multos dies vix nos po-
„ tuimus ad aliquem locum reducere, et in unum convenire; tum et quia
„ ſi illa excommunicatio taliter facta aliquid fuiſſet, ab ipſa fuimus abſolu-
„ ti. (14) Si vero queratur, quare de partibus ita receſſiſtis? ſit perſecutio
„ Fratrum animoſa pro ratione querenti, et conſulta a Chriſto fuga a facie
„ perſequentium, (15) et quietis, ac pacis amor, qui eſt finis prefixus ante
„ finem ultimum omnium filiorum Dei. Cum enim audiſſent Fratres,
„ quod Dominus Celeſtinus nos a ſua obedientia, et a ſuo Ordine abſolve-
„ rat, ſtatim manu armata venerunt nos capere, Dei timore, et Summi
„ Pontificis reverentia, et mandato contempto.

„ Quare, ipſo renuntiante, viſum fuit Fratri Liberato, quod pro noſtra
„ ſalute, et Fratrum pace ad loca remota iremus, ubi abſque omnium
„ hominum tumultu, & ſcandalo Domino libere ſerviremus. Igitur, tranſ-
„ fretato mari, in quadam Inſula (16) Domino famulantes, poſt duos an-
„ nos ad aures Fratrum de nobis fama pervenit.

„ Qui

etiam ait, quod vixerit Cardinalis circa ſexaginta annos, objeritque Avenione anno 1347., ſedente in Petri Cathedra Clemente hujus nominis Sexto. Waddingus ad ann. 1318. num. XXIII. ſcribens, Joannem XXII. ad ſe vocaſſe Clarenum, & interrogaſſe, ut ſuperius dictum eſt in nota (1) & (2) addit, Pontificem per Neapoleonem Urſinum Cardinalem juſſiſſe Clareno, ut habitum Eremitarum Cœleſtinorum aſſumeret, eoquod ipſe Clarenus dixerat, ſe eſſe ex Fratribus Cœleſtini V., ſeu Beati Petri de Murrone, ac in iſtius manibus emiſiſſe profeſſionem vitæ eremiticæ, quod idem Clarenus in hac ſua Epiſtola, ut legenti patet, aperte fatetur.

(14) A Fratre Jacobo de Monte, Vicario Orientis, qui cum ex Italia in Græciam perveniſſet, ubi Clarenus cum ſuis morabatur, apud ipſum ſex menſium ſpatio diverſatus eſt, ut infra in hac Epiſtola narrat Clarenus ipſe.

(15) Matthæi cap. 10. v. 23: *Cum autem perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam*.

(16) Cum Waddingus ad ann. 1302. num. VIII. ſcribat, Fratrem Jacobum de Monte, de quo in nota præcedenti, percepiſſe tumultus excitatos contra Clareni aſſeclas a Fratribus Provinciæ Romaniæ, cum ipſe Jacobus applicuit Nigro-Ponto, deinde Thebis, conjicere poſſumus, Clarenum, cum ſeceſſit in partes Orientales, moram duxiſſe non procul ab Urbe Athenienſi, quæ Achajæ eſt caput, & a Thebis decem leucis diſtat; ac proinde in quadam Inſula Maris Ægei, quod & *Archipelagus* appellatur, commoratum eſſe cum ſuis.

„ Qui ſtatim cum Epiſcopis & Baronibus illius regionis more ſuo nos „ turbare conati ſunt, accuſaveruntque nos ex ſuis malis, & falſis ſuſpicio- „ nibus, quod eramus Manichei, quia non comedebamus carnes (17), & „ non dicebamus Miſſam, nec credebamus Sacramenta Altaris, & quod fu- „ giebamus Eccleſiam, & alia ſimilia multa, ſicut omnium malorum pejor, „ & injuſtior eos docebat invidia. Et quia inventi ſunt a Principibus, & „ Epiſcopis, & Clericis de nobis cum multo peccato iſta ex invidia dicere, „ a quorum cautis exploratoribus, repente ad Inſulam venientibus, reperti, „ & inventi Miſſas dicere, & pro Domino Papa Bonifatio, & pro tota Ec- „ cleſia orationes, & memoriam in Miſſis facere, & horas canonicas dicere, „ turbati amplius emuli fuerunt. Videntes vero ad purgationem infamie, „ quam nobis impoſuerant, quod Epiſcopi, et Principes voluerunt nos Miſ- „ ſas coram omni populo cantare, et carnes cum eis comedere, et populo „ fidem catholicam, quam tenebamus, confiteri, et coram omnibus pre- „ dicare, penitus ſuſtinere non potuerunt, ſed turbati, et plus ſolito con- „ tra nos amare furentes, adierunt Dominum Papam Bonifatium, primo „ dicentes, quomodo quidam Ordinis apoſtate ad Achaye provinciam ve- „ nerant, qui a Domino Celeſtino ſe talem modum vivendi licentiam oſten- „ debant. Quibus prefatus Dominus Bonifatius, ſicut qui aderant Viri fide „ digni cum eo retulerant, reſpondit: *Sinite eos, quia ipſi melius, quam vos,* „ *faciunt*. Tunc Fratres mendacia, de quibus ante confuſi fuerant, contra nos „ iterum coram tanto viro proponunt, addicientes: *Domine ſancte Pater,* „ *heretici, & ſcimatici ſunt, & in tota terra illa predicant, quod vos non eſtis* „ *Papa, & quod auctoritas non eſt in Eccleſia*, (18), & cetera ſimilia, que „ manifeſta in litteris Domini Pape Bonifatii, & Domini Patriarche Conſtan- „ tinopolitani, & Fratrum petitione, vobis facta ex parte Miniſtri Generalis, „ & totius Ordinis, continentur. Quorum fallaciis tantus homo deceptus, „ litteras, quas primo coram veſtra Sanctitate audivi, ipſe Dominus Papa „ Bonifatius tribus Prelatis illius provincie commiſit, (19), & ſonus ad no- „ ſtras aures pervenit, quod a Domino Summo Pontifice contras nos ema- „ naverunt littere multum ſevere. Quod audientes, in unum convenimus „ omnes, & deliberavimus Summi Pontificis litteris uſque ad mortem, que- „ cunque nobis mandantibus, penitus ſtare, & in omnibus, & per omnia „ obedire.

„ Unde poſt receptas a Dominis executoribus litteras, uno anno contra „ voluntatem dominorum terre, qui dicebant ſe a Dominis Epiſcopis habe- „ re, quod nos expellerent, expectavimus, & preſentavimus nos ſemel & „ duo Domino Athenienſi, & Domino Patracenſi frequentius, qui dicebat „ quod prius dimitteret ſe Epiſcopatu privari, quam contra nos propter lit- „ teras cum tantis mendaciis impetratas procederet, de quorum fide, & in- „ nocentia certus erat. Dominos terre rogavimus, quod in aliquo nos loco, „ quaſi carceratos tenerent, & de nobis Summo Pontifici ſcriberent, & neu- „ trum horum impetrare valuimus. Coacti igitur receſſimus, & cum nulla „ nobis pateret via, qua poſſemus mare tranſire, tum quia nobis omne con- „ ſilium humanum, & auxilium ſubtractum erat, & Fratres undique para- „ bant inſidias, ut nos caperent, intravimus terram *ſevaſtatorem*, que magis „ propinqua illi Inſule, in qua Domino ſerviebamus, erat. Nobis igitur „ jam

(17) Ab animalium carne & a lacticiniis, a vino, & aliis rebus, quas a principio malo ab eis confiсto productas ſomniabant, abſtinebant Manichæi, docebantque his uti, natura ſua juxta ipſos impuris, peccatum eſſe.

(18) Hæc omnia habet etiam Waddingus ad annum 1302. num. VII., ut ſupra vidimus in nota 4.

(19) Fuerunt hi tres Prælati, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Patracenſis in Pelopponeſo, vulgo *Morea*, & Archiepiſcopus Athenienſis, ut ait ipſe Clarenus, & ſcribit etiam Waddingus ad annum 1302. num. VII.

Digitized by Google

„ jam diſperſis, rediit Dominus Patriarcha Conſtantinopolitanus a Venetiis,
„ ad quem Fratres accedunt ſtatim cum quodam viro perverſo, per omnia
„ Torquato ſimili, nomine Fratre Hieronymo, quem fratres illius provincie
„ ſuum contra nos fecerunt ducem. Hic de provincia Cathalonie oriundus
„ receſſerat a Fratribus, & venit in illas regiones in habitu Clericali cum
„ pluribus mulieribus, quarum unam dicebat matrem, & aliam filiam ma-
„ tris ſue portans ſecum libros, quos, ut poſtea audivi, furatus fuerat, vel
„ rapuerat, & nobis miſſos a ſancte memorie Petro Joanne (20) menda-
„ citer dicebat. Poſt aliquot vero dies Sacerdos parochianus, qui erat in
„ confeſſione audienda, Dominus Henricus nomine, venit ad nos cum mul-
„ ta amaritudine dicens. *Fratres, cavete vobis ab homine iſto, quia nec illa*
„ *eſt mater, nec alia filia matris, homo iſte mendax eſt, & baratator eſt*, qui
„ ut vidit ſe deprehenſum, reprehenſiones, & verecundiam ſuſtinere non fe-
„ rens, nobis relictis intravit Ordinem, & omnem erroris ſui ſectam nobis
„ imponere deliberavit, ut Fratrum nos odientium gratiam inveniret. Nam
„ cum mendax, perjurus, & impudens fuit repertus, ſuum in nobis mali-
„ gnitatis effudit venenum, & xviij. erroris articulos, quos de corde ſuo
„ excogitaverat, vel cum ſeductis ab eo mulierculis, cum ſuo ſotio, qui
„ eum ſequebatur, delirans a fide, compoſuerat, depoſuit contra nos, &
„ illas perſequi, & infamare de hereſi ipſe noverat, quas & ante dilexerat,
„ et commendaverat ſicut ſanctas, impetuoſe converſus eſt, eo quod ma-
„ la ipſius detexerant, et ipſum mendacem, et falſum, perjurum, et rapto-
„ rem eſſe manifeſte probabant. Fratres vero poſtquam cum ipſo iniquita-
„ tis vaſe, et mendacii teſte, a domino Patriarcha ſuum habuerunt inten-
„ tum, de proceſſibus factis in abſentes expulſos, et incitatos; ipſum Hie-
„ ronymum, et matrem ejus ſuſtinere non valentes, ad Tartharorum par-
„ tes miſerunt eum, ſua mala opera aſtute celantes, ejecta matre cum fi-
„ lia de omnibus confinibus illius, ut tanti obbrobrii memoria de illis re-
„ gionibus tolleretur. Hic eſt teſtis juſtus contra nos, et ibi mala ordinans,
„ et hic pejora perficiens, quia ſicut ibi propter falſum teſtimonium illius
„ provincie principatum ſubripuit, ita hic in Romana curia propter depoſi-
„ tionem, quam fecit in manu Inquiſitoris contra nos innocentes pro oſtina-
„ ta, et impia depoſitione mortis ſue, accepit Epiſcopatum. (21) Dominus
„ vero Patriarcha contra nos ſuo, ut putabat, impleto officio, ſtatim mi-
„ gravit a ſeculo; ipſo vero mortuo, venerunt de partibus Romanis Fratres
„ Minores, ad infideles cum ſuis privilegiis papalibus miſſi; Vicarius videli-
„ cet Orientis cum XI. ſotiis ſuis, & de voluntate provincialis miniſtri, &
„ omnium Fratrum illius provincie, rogati tranſierunt per nos, & ſteterunt
„ nobiſcum ſex menſibus. Ipſe vero igitur Frater Jacobus de Monte, Vica-
„ rius in partibus Orientis (22) pro nobis pie cogitans, cum audiſſet a Fratri-
„ bus

(20) Loquitur hic de Fratre Petro Joanne Olivi, tunc in Gallia commorante, de quo egimus in Animadverſione III. art. 3. num. 3. & de quo inferius in hiſce notis ſermo redibit.

(21) Hieronymus, quem Clarenus miſſum fuiſſe ſcribit ad Tartarorum partes, ubi Epiſcopatum accepit, ille profecto eſt, quem Waddingus ad annum 1311. num. III. creatum fuiſſe ſcribit Suffraganeum Fratris Joannis a Monte Corvino, Archiepiſcopi Camballenſis, ampliſſimæ Civitatis Magni Regis Tartarorum. *Alios tres*, inquit, *ejuſdem Suffraganeos creavit hoc anno ex eodem Ordine Pontifex* (Clemens V.) *videlicet Fratrem Thomam, Fratrem Hieronymum, & Fratrem Petrum de Florentia*. Hunc Hieronymum a Joanne XXII. promotum deinde fuiſſe ad Eccleſiam Urbis Caphæ ad Pontum Euxinum, ab eodem Joanne in Cathedralem erectam, & ampliſſima Diæceſi decoratam, ſcribit idem Annaliſta ad ann. 1320. num. VII.

(22) De Fratre Jacobo, ejuſque Vicariatu Waddingus ad ann. 1302. num. VIII. ita loquitur: *In initio harum perturbationum*, quæ ſcilicet exortæ erant inter Fratres Romaniæ, ſive Græciæ, & Clarenum, ejuſque Socios, *volentes adverſariis cedere Frater Jacobus de Monte, & Thomas Tolentinas, peragrata Armenia, in Italiam transfretarunt, & præſtita obedientia Miniſtro Generali, ſimul cum Conrado Offidano, licentiam petierunt in Orientem ad*

Digitized by Google

„ bus omnia, que contra nos fuerant perpetrata, condoluit Fratribus, & exe-
„ cratus eſt mala preſtita, & ſcelera hominis impudentis, & certificavit Fra-
„ tres de noſtra fide, & moribus, & veniens ad nos, ad cautelam abſolvit
„ nos auctoritate papalium privilegiorum, quia habebat hoc poſſe facere de
„ omnibus extra Romane Eccleſie juriſdictionem, in terris infidelium com-
„ morantibus, licet nullius excommunicationis nos crederet vinculo innoda-
„ tos. Ipſis vero a nobis recedentibus, ſtatim miſimus duos Fratres ad Do-
„ minum Papam Bonifatium cum litteris noſtris ex parte omnium, nos ſue
„ voluntati, & obedientie offerentes; & alios duos, quos Fratres capi, &
„ detineri fecerunt, ne ſe prefato Domino poſſent preſentare. Tunc Frater
„ Liberatus ſecreto aſſumpſit iter, & venit uſque Peruſium ad Dominum
„ bone memorie Benedictum, ſed feſtine poſt ſuum adventum ſubtractus,
„ procuravimus toto poſſe venire, & nos Romane curie preſentare cum
„ multis laboribus, & dolore, de preſentis vite miſeria prefatus Pontifex
„ migravit ad Dominum; (23) quare impeditus, coram eo facta ſua, &
„ ſotiorum exponere non valuit. Electo vero Domino Papa Clemente (24),
„ aſſumpto ſecum Fratre Paulo pro ſotio, viam ad curiam arripuit, & in
„ itinere infirmatus eſt, & duobus annis infirmus languit, interim vero &
„ ipſe ad Deum vocatus obiit (25). Ego vero uno anno plene laboravi,
„ antequam poſſem Fratrum reditum procurare, omnibus vero Fratribus
„ jam premiſſis, ultimus omnium redii, & inveni quod Frater Liberatus a
„ Fratre Thoma de Adverſa inquiſitore hereticorum fuerat vocatus cum om-
„ nibus ſotiis, quos in illis partibus habebat, preſentavit ſe ei, & exami-
„ natus ab eo de fide Catholica, & pluribus diebus detentus, inventus eſt
„ ab eo fideliſſimus cum omnibus ſuis ſotiis Chriſtianus.

„ Qui frater Thomas ultimo vocavit cum ſotiis omnibus, & dixit ei,
„ omnibus audientibus: *frater Liberate, frater Liberate, juro tibi per illum*

ad partes infidelium abeundi cum duodecim ſociis, allegantes, ſe dum in illis partibus converſaretur, perſpexiſſe meſſem eſſe copioſiſſimam, & ſegetes jam albas ad meſſem, neque quidquam deeſſe præter operarios. Facile annuit pro deſiderio Primicerius, permiſitque ut ipſi, quos probos, & perfectos viros eſſe cognoſcebant, duodenos illos ſocios eligerent, præficiens eis in Vicarium & Patrem Fratrem Jacobum de Monte, virum venerabilem, puritate & pietate eminentem. Electis ſociis, dum abire vellent, cælitus monetur Offidanus ut remaneat, cæteri vero transfretantes applicuerunt Nigro-Ponto, deinde Thebis. Perceperunt hic tumultus excitatos inter Fratres illos Eremitas, & Provinciæ Romaniæ, & rogati ſuam interpoſuerunt operam ut diſſidentes conciliarent. Suſcepit in ſe laborem omnem Frater Jacobus Præfectus, atque illuc abiit, ubi Eremitæ deliteſcebant.

(23) Obiit Benedictus XI. pridie Nonas Quintilis anno Chriſti 1304., ætatis ſuæ ſexageſimo quarto, menſe Pontificatus octavo, die decimo, ſeptimoque.

(24) Clemens V. electus fuit Nonis Junii anno 1305. poſt menſes nempe undecim a morte Benedicti XI. elapſos.

(25) Obiiſſe Liberatum Maceratenſem anno 1307., non in Regno Neapolitano, ut nonnulli imperite ſcribunt, ſed prope Viterbium, habemus ex variis Auctoribus, relatis in Superiori Animadverſione num. IX., et ex Waddingo, ibi pariter laudato, qui ad annum 1307. num. II., de ipſo inquit: *Aſſumpto ſocio, feſtinanter properabat in Galliam, donec apud Viterbium gravi oppreſſus infirmitate, figere oportuit greſſus, & jacere per aliquot menſes in loco Hermineorum occulte. Inde valetudinarius abiit ad oppidum Sancti Angeli* della Vena, *ubi poſt unum vel alterum annum infirmitatis ſuæ, hoc ipſo, receſſit a ſæculo*. Fratre Liberato jam mortuo, & Sociis in Regno Neapolitano varie afflictis, ut ex hac Epiſtola liquet, & inferius ex ultima nota clarius apparebit, Clarenus a Deo ſervatus in Montibus Aſculum inter & Nurſiam in quodam Eremitorio ſe recepit, ibique juxta Clarenum flumen, unde & ipſi Clareni nomen, cum Sociis aliquibus moram fixit. Ex hoc tempore qui Cœleſtini ab anno 1294. dicti fuerant, Clareni vocari cæperunt, vixeruntque ſub Epiſcoporum cura, & obedientia uſque ad ætatem Sixti IV., qui eorum partem Superiorum Ordinis regimini ſubjecit, aliis ſub Epiſcopis manere volentibus, ſub quorum juriſdictione manſerunt ad annum uſque 1568., quo S. Pius V., ut dictum eſt in nota ad præcedentem Animadverſionem, Franciſcanis Obſervantibus adjunxit. Piiſſime tandem obiit Clarenus in Eremitorio, vel Conventu S. Mariæ de Aſpro in Montibus Lucaniæ, quæ & *Baſilicata* vulgo dicitur, multis miraculis a Deo ante & poſt obitum illuſtratus, ut ex eorum Cathalogo in Appendice exſcribendo, in quo & locus mortis ejus nunc expreſſus deſignatur, apertiſſime conſtabit,

Digitized by Google

„ *qui me creavit, quod nunquam hominis unius pauperis fuerunt vendite carnes*
„ *ita care, ſicut ego potui vendere tuas; ſanguinem tuum biberent fratres ſi bi-*
„ *bere te poſſent. Vade igitur, & ad Papam ne tardes cum tuis ſotiis ire, quia*
„ *in partibus portabilis eſt tribulatio, quam fratres tibi, & ſotiis inferre pro-*
„ *curant*. Qui eadem die de regno egreſſus, ad curiam juxta inquiſitoris
„ conſilium veniens, ad aliam curiam vocatus acceſſit; iterum vero rediens
„ prefatus inquiſitor, omnes, quos habere potuit, cujuſcumque generis Ho-
„ mines, cepit, qui habitum religionis non approbate ab Eccleſia portarent.

„ Inter quos cepit plures de ſotiis noſtris, & Neapolim ductos, men-
„ ſibus pluribus captivos detinuit, & poſtea qui nati erant in regno reliquit:
„ Qui inquiſitor ſtatim ſine medio infirmatus, ſe injuſte ſotios noſtros a
„ Fratribus incitatum afflixiſſe, cum amaritudine, & dolore confeſſus eſt (26).
„ Cum igitur veniſſemus Peruſium, ad Dominum Patrem Reverendum
„ Neapoleonem (27) acceſſi, reducens ei ad memoriam facta noſtra. Qui
„ me benigne recipiens, voluit me ducere ſecum, ſed infirmitate gravatus,
„ eum ſequi non potui. Remanſi igitur in Romanis partibus, ubi cum de
„ multis, & falſis articulis cum ſotiis omnibus fuiſſem in curia diffamatus a
„ Fratribus, placuit Summo Pontifici (28) quod de me, & de omnibus ſo-
„ tiis meis inquiſitio fieret de omnibus his Articulis, in quibus nunc rurſus
„ accuſor, & facta fuit diligens inquiſitio per Reverendum Virum Dominum
„ Hyſirlandum Patriarcham (29) tunc Urbis Vicarium, & per Dominum
„ Epiſcopum Reatinum (30) & Dominum Petrum Capoccium (31) & per
„ primarios Ordinis Predicatorum, et Minorum, et per alios IV. inquiſi-
„ tores de Ordine Fratrum Predicatorum, et facta eſt inquiſitio de Fratri-
„ bus, qui erant per alia loca regni, et inventi fuerunt omnes eſſe fideles,
„ et Catholici Chriſtiani. Veni igitur ad curiam in illo anno, in quo Conci-
„ lium Viennenſe celebratum fuit (32) et per prefatum virum Dominum
„ Hyſirlandum propoſitum eſt meum negotium, et ſotiorum Domino Cle-
„ menti Pape, et placuit ei, quod Domino ſerviremus in ſtatu, in quo
„ eramus, nec ex hoc cor meum quietatum fuit. Et licet ſemper odiverim
„ toto corde eſſe in curia, pluſquam aliam aliquam penam, quam nunc
„ uſque in mundo probaverimus, nec fuerim cum aliquo, niſi ſicut unus
„ pau-

(26) Univerſa, quæ hic habet Clarenus de Fratre Liberato, aliiſque Sociis, ab Inquiſitore examinatis, & varie afflictis confirmat Waddingus, ut audiemus in ultima nota.

(27) Erat hic Neapoleo Urſinus Diaconus Cardinalis S. Adriani, de quo etiam ſuperius in nota (13).

(28) Fuit hic Clemens V., immediatus Benedicti XI. Succeſſor, & Joannis XXII. Anteceſſor.

(29) Amanuenſis vel alterius hic error eſt, cum apud Labbeum, & Harduinum in Collectione Conciliorum legatur *Isnanus*, & *Isnardus*. Labbeus enim tom. 15. in Hiſtoria Concilii Generalis Viennenſis, Epiſtolas referens convocatorias ejuſdem, poſt illam Philippo Regi Francorum inſcriptam, in fine inquit: *In eodem modo Venerabili Fratri Isnano Archiepiſcopo Thebano, Vicario noſtro in Urbe*. Poſt aliam vero immediate ſequentem, datam *Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Nicoſienſi, & ejus Suffraganeis* ita legitur: *In eodem modo Isnardo Archiepiſcopo Thebano, Vicario noſtro in Urbe*. Utrumque habetur ad calcem earumdem Epiſtolarum etiam apud Harduinum laudatum, in Actis Concilii Viennenſis tom. VII.

(30) Regebat eo tunc Reatinam Eccleſiam Joannes Mutus de Papazuris Romanus, qui, ut ait Ughellus *Italiæ Sacræ* tom. 1. de *Epiſcopis Reatinis num.* 41., electus Epiſcopus Reatinus anno 1302., Cathedram illam tenuit ad annum uſque 1326., quo, ut advertit ibidem Adnotator, Epiſcopale onus ſponte depoſuit.

(31) Putarem hunc eſſe Petrum Capoccium anno 1286. 9. Kal. Septembris ab Epiſcopatu Anconitano ad Viterbienſem ab Honorio IV. translatum, ut ſcribit Ughellus tom. 1. *Ital. Sacr. de Epiſcopis Anconitanis* num. XXII., & *de Epiſcopis Viterbien.* num. XX., ubi etiam ait, extrema clauſiſſe Petrum anno 1311.

(32) Concilium Viennenſe Œcumenicum XV. celebratum fuit anno 1311., ſexto ſcilicet poſt electionem Clementis V., inchoatumque Kalendis Novembris, quamvis alii menſe Octobris inchoatum fuiſſe ſcribant, ut advertunt prælaudati loco deſuper citato, dicentes: *Auctor Anonymus, qui MS. extat in Vaticana Bibliotheca, cum alia de hoc Concilio docet, primam ejus ſeſſionem inchoatam eſſe die 16. Octobris*. Alii ibidem allati Kalendis Octobris inchoatum fuiſſe ſcribunt Viennenſe Concilium, quod, ut ait Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, biennio duravit.

Digitized by Google

„ pauperculus pauper, et non ut advena, ſed ut advena, tamen Deus
„ volens ut ad clarum finem mea & ſotiorum negotia pervenirent, ad ſo-
„ tios redire tardavi, & cognoſco fuiſſe divinum, quod recedere non vale-
„ bam, Deo propter melius omnia diſponente. Nunc igitur in pace, ex quo
„ per veſtram Sanctitatem detentus ſum, letatum eſt cor meum, & anima
„ mea plenius, & perfectius in Deo letata, quia ſub manu, & obedientia
„ Paſtoris cuſtoditur. Et quamvis teſtimonium Chriſti ſpiritus, quem in me
„ eſſe arbitror, teſtimonium reddat ſpiritui meo, quod non ſum Apoſtata,
„ nec hereticus, nec excommunicatus, eo quod nunquam retro a Chriſti
„ vivifico amore, & ipſius cultu ſanctificante converſus ſim, & in fide ſan-
„ cte Romane Eccleſie nunquam heſitaverim, & ipſius ſanctam obedientiam
„ non ſpreverim, ſed queſiverim, & adoraverim, & paratus ſemper fuerim
„ pro confeſſione ſue ſancte fidei, & obedientie mori; non tamen meo te-
„ ſtimonio quero quod credatur, ſed ſupplex poſtulo, quod videatur inqui-
„ ſitio de me, & ſotiis, & quod iterum fiat, & quod dentur mihi in ſcri-
„ ptis quecumque contra me plene poſſe probare dicunt Fratres. Et ſicut
„ invenerit per viros non emulos, & ſubverſores judicii, Sanctitas veſtra, &
„ ſacrum Collegium ita judicet. Quia non ſolum meum, & ſotiorum meo-
„ rum judicium ſubverterunt Fratres, ſed primo Sancti Bernardi de Quin-
„ tavalle (33) primi ſotii Sancti Franciſci; & Fratris Ceſarii, qui fuſte per-
„ cuſſus vitam finivit (34) & omnium ſotiorum (35) quorum aliquos ego
„ vidi, & ab ipſis accepi, qui viderunt, & paſſi ſunt. Secundo ſubverterunt
„ ju-

(33) Nullam moleſtiam Bernardo de Quintavalle illatam in Hiſtoria noſtra reperio. Waddingus ad ann. 1230. num. IX. de ipſo refert, quod cum Frater Elias *ex collecta undique pro Baſilicæ ſtructura pecunia, abundanter in ſuos uſus profundens, laute vivere, famulos & equum bene habitum alere, in cubiculo vitam ſplendidam agere cæpiſſet, id ſibi ex neceſſitate licere, & ad regiminis auctoritatem conducere prætendens*, ipſe Bernardus, quem S. P. Franciſcus ſuum Primogenitum appellabat, utpote qui omnium primus ei adhæſiſſet in Ordinis fundatione hæc ipſa lepide, ſed ſincere redarguebat in Elia, qui *valde cruciabatur interius, ſed exterius riſu rem diſſimulabat, timens ne ſi quid in tantum Virum, & adeo a Franciſco commendatum moliretur, excitaret contra ſe Fratrum indignationem, qui hominem Deo carum & ſanctum veluti ipſum venerabantur Inſtitutorem.*

(34) De Fratre Cæſario a Spira fuſte interfecto in carcere, in quem ob zelum regularis obſervantiæ a Fratre Elia conjectus fuerat, agit Waddingus ad annum 1239. num. V. Numero vero præcedenti inquit: *Bernardus a Quintavalle, primus Franciſci Diſcipulus, apprehenſum audiens Cæſarium, fugit a facie inimici, et perſequentis in montem Sephrim, ubi confecto ſibi tuguriolo ex arborum ramis, vixit per biennium, ex licentia ſibi data in morte ab Inſtitutore vivendi ubi placeret.*

(35) Nimium longum eſſet omnes hic recenſere tribulationes, quibus obſervantiæ regularis cauſa ſinguli Sancti Franciſci Socii afflicti fuerunt, unde videri poteſt in locis reſpectivis Waddingus toties laudatus, qui accurate, & exacte eas deſcribit. Ea tantum ex eodem hic afferemus, quæ ad ann. 1230. numer. VIII. de S. Antonio Patavino, & Adamo de Mariſco narrat. *Cum Frater Elias*, inquit Annaliſta, *quædam privilegia contra genuinam Regulæ obſervantiam, præcipue circa res pecuniarias obtinuiſſet, & perſuadere vellet Fratribus non adeo ad unguem, neque ad literam obſervabilem eſſe normam vivendi a Sancto Franciſco traditam..... Metum omnem excutientes duo viri præſtantes Antonius Luſitanus, a Padua dictus, & Adam de Mariſco Anglus, reſtiterunt homini in faciem. Non fecerunt tamen impune*, adijcit poſt pauca, *nam et malo verbo, et duro verbere affecti, complices Eliæ ſenſerunt moleſtos contradictores, qui tamquam in ſchiſmaticos, et Ordinis diviſores animadvertendum contendebant. Videntes illi nihil ſe proficere, imminereque ſibi periculum, et Religionis detrimentum, contra quaſdam ſententias ſevere in ſe latas appellationem ad S. Sedem interpoſuerunt &c.* De B. Andrea Caccioli de Hiſpello, qui primus fuit in Ordine Minorum Sacerdos, quique morienti Seraphico Patri adſtitit omnibus pietatis officiis, præter ea, quæ de ipſo Waddingus habet, refert in ejus Vita iterum Fulginei impreſſa anno 1776. cap. 18. Joſephus Antonius Marcheſelli, quod cum videret altiſſimam paupertatem in Ordine relaxari, totis viribus adlaboravit, ut intacta ſervaretur, unde Miniſter Generalis Creſcentius Æſinus *ſtimò bene di farlo cuſtodire. Ordinò pertanto, che foſſe poſto in carcere, che ben di cuore egli accettò, godendo d' imitare in qualche parte il ſuo Signore, che fu anch' egli maltrattato dagli Uomini col preteſo delitto d' eſſere un Seduttore. Ivi fu trattenuto per tre anni continui &c.*

Digitized by Google

„ judicium Sanctiſſimi viri Fratris Symonis de Aſſiſio (36) & Fratris Sy-
„ monis de Comitiſſa (37) & omnium ſotiorum, quos fraudibus preven-
„ tos, auctoritate Apoſtolica tanquam hereticos per totum Ordinem diffama-
„ tos diſperſerunt, ex quibus plures miraculis claruerunt. Tertio Fratrem
„ Joannem de Parma, & ipſius ſotios, hereſis infamia obſcuratos, quem
„ Fratrem Joannem Deus Omnipotens miraculis Apoſtolicis illuſtravit (38).
„ Quarto virum Sanctum Petrum Joannem (39) quem in vita ſua tamquam
„ male de fide ſentientem laceraverunt, & ipſum diligentes oppreſſerunt in
„ vita, & nunc poſt mortem, quantumcunque Deus ipſum miraculis multis
„ clarificet, perſecuntur ipſum, & omnes ipſius moribus, & doctrine adhe-
„ rentes, & faventes, tamquam ſciſmaticos, & heretjcos, & apoſtatas in
„ moribus, & fide, mactare credunt, & perdere. Unde non eſt mirum ſi
„ me, & ſotios, viros ſimplices, & abiectos audacter perſecuntur, & mor-
„ dent, tamquam omni humano auxilio deſtitutos, & tamquam hereticos,
„ & excommunicatos accuſant, quia hoc gladio ſuas didicerunt voluntates
„ perficere, & vindictas cum damno animarum ſuarum, & Dei, & Ec-
„ cleſie ſue contumelia implere. Summus vero Pontifex, & ſacrum Roma-
„ ne Eccleſie Collegium pervertere homines in judiciis ſemper ignorarunt.
„ Sed liberavit pauperem a potente, pauperem cui non erat adiutor. Ita po-
„ ſtulo a veſtra Sanctitate liberari cum ſotiis ab ira ipſorum, & provideri
„ mihi, & eis qualiter, & quomodo emiſſum votum ſervare poſſimus; alio-
„ quin Deus ipſe judicet, & requirat ſanguinem animarum noſtrarum de
„ manibus veſtris (40). „

Ad

(36) Waddingus ad ann. 1244. num. XV. de hoc Fratre Simone, & aliis ejuſdem ſpiritus, ſic narrationem inſtituit: *Zelatores Regulæ, communicato cum Sociis Beati Patris Franciſci conſilio, ſeptuaginta duos Fratres informando Pontifici, et Protectori deſtinarunt.... Frater Creſcentius, præfatos, qui Genuam recta ad Pontificem contendebant, ſcriptis ad Cuſtodes, & Guardianos litteris, mandat comprehendi omnes, quos acriter reprehenſos, in exilium ad longinquas Provincias ablegavit. Inter eos fuere Frater Simon de Aſſiſio, Frater Matthæus, & Frater Jacobus de monte Rubiano, Frater Lucidus dictus antiquior, & Frater Manfredus, Viri ſcientia, & ſanctitate præclari.*

(37) Hunc idem Annaliſta ad ann. 1240. num. VI. vocat *Fratrem Simonem de Collazzono Virum ſanctum, & nobilem, qui Matrem, Comitiſſam Collazzoni, Ottonis Imperatoris Conjugi valde caram, Sorores, & neptes ad Inſtitutum Damianitarum reduxit, Patrem item, Fratres, & conſanguineos alios Minoritis addixit. Multis in vita, & poſt mortem miraculis ejus ſanctitatem Dominus patefecit, quæ ut indagarentur, & ſerius examinarentur ſcripſit Innocentius IV. anno IX. ſui Pontificatus ad Epiſcopos Spoletanum, & Eugubinum, & Abbatem de Ferentillo.* Hæc Waddingus, qui ſubinde has Pontificis Epiſtolas ibidem refert, & miracula ipſa ex proceſſu eo tunc confecto ſub numer. VIII. recenſet.

(38) De Beato Joanne Parmenſi, deque calumniis, & perſecutionibus, quibus affectus fuit, agit Waddingus ad annum 1256. a numero II. uſque ad XVII., & alibi. At vero hujuſmodi calumniæ ipſi tum a Fratribus, cum ab exteris illatæ, perfectiſſime exſufflatæ fuerunt anno 1775. in Sacra Rituum Congregatione, in qua Cauſa illius Canonizationis pertractata fuit, ſucceſſu adeo felici, ut poſt rigidum examen approbatus fuerit religioſus cultus, eidem ab immemorabili tempore exhibitus, permiſſumque poſt biennium, Sanctiſſimo Domino Noſtro PIO Papa VI. approbante, quod ejus Feſtum, & Officium quotannis celebraretur, ut ex Decretis ipſis afferendis in hoc Supplemento in nota (2) ad Bullam Alexandri IV., *Dilecti filii*, datam Regi Francorum, ubi & de eodem B. Joanne fuſius agemus, evidenter oſtenditur.

(39) Etiam de Fratre Petro Joanne Olivi pertractat Waddingus tom. 5. Annalium pluribus in locis, præſertim vero ad annum 1297. a numero XXXIII. uſque ad LI. incluſive, ubi egregiam pro ipſo exornat Apologiam, uti dictum eſt etiam in Animadverſione 3. art. 3. num. VII.

(40) Hanc Epiſtolam miſiſſe Clarenum Joanni XXII. anno 1319. ineunte, vel 1318. exeunte, colligimus ex Waddingo. Ad hunc annum num. XXIII., ut ſuperius etiam tetigimus, ſcribit Annaliſta, quod cum Clarenus a Pontifice vocatus, & interrogatus de ſe ſuiſque Sociis, parum aut nihil reſpondere potuiſſet, ſuam cauſam, & innocentiam eidem in ſcriptis aperire decrevit, quod in hac Epiſtola perfeciſſe putamus. Ne vero quis hujus Epiſtolæ narrationem ſuſpectam habeat, utpote quæ a Clareno ſcripta ſit in cauſa propria, audiamus Alvarum Pelagium, teſtem coævum, & omni exceptione majorem, quidquid nonnulli, ut ab ejus auctoritate, qua præmuntur,

ſe

Digitized by Google

Ad Clareni Epiſtolam adijcere putavi Miraculorum a Deo per ipſum patratorum Catalogum, qui in eodem Stroziano Codice, expletis Epiſtolis, numero Octoginta ſeptem, ſub hoc titulo, etiam deſuper citato in Animadverſione octava num. vi., ita indicatur: *Miracula aliqua, que ad me venire potuerunt ex multis huc uſque patratis ex fideli relatione, que dignatur operari Omnipotens, & miſericors Deus ob merita ſervi ſui Patris noſtri Sancti Senis Angeli.*

„ Fr. Franciſcus de Saponaria, qui moratur in Eccleſia S. Nicolai Solitarius, dum moleſtatus foret a Demoniis per annos multos, ſicuti mihi narravit, in tantum quod non ſinebant eum in Eccleſia orare, nec in Cella

T t „ quie-

ſe extricent, in contrarium vendere præſumant. Inſignis hic Minorita in celebri ſuo Opere *de Planctu Eccleſiæ* lib. 2. cap. 67. Clareni dicta ſic mirifice confirmat, dicens: *Hodie jam diu in Ordine puritatis Regulæ zelatores, & prævaricatorum Regulæ Contradictores perſecutionem ſæpe a Prælatis Ordinis quibuſdam, & carnalibus Fratribus patiuntur, nedum verbales, ſed reales, quia Fratres Zelotypi Regulæ, Spirituales, & pœnitentiam facientes, niſi ſileant, et de prævaricationibus Fratrum aliorum aliquoties connivendo ſe non intromittant, aut incarcerantur, aut de Ordine expelluntur, aut diverſis tribulationibus affliguntur per quoſdam malos Prælatos, ut et ipſi cogantur quaſi de Ordine recedere, et deſerta, et diverticula quærere, ſicut et ego Scriptor frequenter expertus ſum in me ipſo, maxime cum morarer in Monte Alvernæ, ubi almus Franciſcus recepit Stigmata Chriſti. Exempla patientiæ quærantur in Provincia Provinciæ, in Provincia Tuſciæ, in Provincia Marchiæ, et Beati Franciſci.* Hinc Waddingus ad annum mox laudatum 1318. num. XIV. de Fratribus Regulæ Zelatoribus, ab aliis Fratribus laxioris vitæ etiam tamquam hæreticis inſimulatis, & afflictis verba faciens, hæc habet: *Aliquid hic ſuum repetere poſſunt livor, et paſſio Adverſariorum, quorum illa fuit conſuetudo ſtatim de crimine hæreſeos, tamquam magis odioſo, et minus tolerabili quoſcumque accuſare, qui ſecum non ſentiebant, aut de reſtauranda vera Regulæ obſervantia efficacius inſiſtebant. Exempla occurrunt pleraque in Beato Joanne Parmenſi, Petro Joanne, Beato Thoma Tolentinate cum Sociis Martyribus, Beato Conrado Offidano viro ſanctiſſimo, Vrbertino Caſalenſi, Angelo Clareno, Fratre Liberato, et Sociis, de quorum rebus, vita, et moribus, illatiſque calumniis, et perpetuis erga eos excitatis perſecutionibus, ſuis egimus locis. Futuris etiam Sæculis alii recenſebuntur, qui plurima in hoc genere perpeſſi clarius oſtendent, indigne, et multis confictis ſceleribus Filios Agar ſemper inſectare Filios Saræ, et qui laxiorem vivunt vitam perſequi ſanctiores Inſtituti zelatores, dicentes: Venite, occidamus eos, et eradamus eos de terra viventium, quia contrarii ſunt operibus noſtris.* Ad annum vero 1307. de Clareni Sociis varie in Regno Neapolitano afflictis agens Annaliſta num. II. ſcribit, Fidei Inquiſitorem *illorum vitam, et mores examinaſſe, et in nihilo Fidei adverſos comperiſſe*. Deinde num. III. proſequitur, quod idem Inquiſitor *a Fratribus inſtigatus* egit contra eoſdem, *quos promiſcue adjunxit aliis maculatæ famæ Religioſis, de Sancto Onofrio nuncupatis, et hæreticis de ſecta Apoſtolorum. Tulit deinde judicium abſque diſtinctione perſonarum, atque omnes una involvens ſententia condemnavit tamquam ſchiſmaticos, et hæreticos, invehens etiam in eos, qui eis favebant, vel in ſuis retinebant dominiis, tamquam in fautores, aut protectores hæreticorum.* Hæc Waddingus, qui poſt pauca eamdem narrationem ita concludit: *Hic mira quadam feritate, inauditis pœnis torquere non deſtitit*, in Arce ſcilicet Mainardi, quo poſt horridum & tenebricoſum carcerem Triventinum, ut ait idem Annaliſta, eos duxerat vinctos, *conſtantiſſime negantes ſe quidquam unquam contra fidem feciſſe, aut credidiſſe, donec tandem in tormentis duo vacillarunt adoleſcentes, qui ſe reliquoſque hæreticos eſſe dixerunt, quod tamen ſui compotes retractarunt. Nihilominus poſt quinque menſes variarum afflictionum, et carceris inedias a Feſto Pentecoſtes uſque ad Nativitatem Virgineam toleratos, lata eſt hæc ſententia, nulla culpa prolata:* „ Denudantor, per plateas Neapolitanas ducuntor, virgis cæduntor, ex univerſo Regno expelluntor „. *Sed juſtus Dominus, qui juſtitiam diligit, et æquitatem videt vultus ejus, ulciſci non omiſit illatam miſellis tantam injuriam: etenim paulo poſt obiit Inquiſitor elata voce confeſſus, inique ſe oppreſſiſſe, et injuſte condemnaſſe viros, quos non potuit juridice de culpa ulla convincere, neque de ſui Inſtituti, aut Fidei injuria redarguere. Qui ſuperfuerunt tormentis (quidam enim in illis ſuccubuerunt) perrexerunt in Galliam, ut Pontifici ſe ſiſterent, ſuæ vitæ, et perpeſſæ injuriæ rationem reddituri.* Ex pœnis, quibus hi Minores Fratres ex Inquiſitoris ſententia affecti fuerunt, & quidem abſque perſonarum diſtinctione, una involuti ſententia cum aliis malæ famæ religioſis, & hæreticis de ſecta Apoſtolorum, affirmarem, ortam eſſe opinionem, quæ fert Minoritas nonnullos fuiſſe Fraticellos; ac ideo invaluiſſe adderem, quia Fratres ejuſdem Ordinis aliqui laxioris vitæ, ut contra Spirituales, & Regulæ zelatores Fratres prævalerent, hanc ipſam de iſtis confirmabant opinionem, & in vulgus venditare conabantur. Suſpicio hæc noſtra validiſſimum habet fundamentum in Clareni Epiſtola, in Alvari Pelagii, & Waddingi teſtimoniis, ac in ipſa Chronologia, quæ cum hæc evenerunt, Fraticellos inſurrexiſſe, & turmas excitaſſe nos docet.

Digitized by Google

„ quieſcere, nec extra deambulare, quin ſtrepitus, & diverſos ſtridores ei „ inferrent, in tantum quod videbatur ſibi, quod Cellam ipſam vellent di- „ ruere, & tectum ipſius totaliter diſſipare, ac per Eccleſiam eamdem dum „ in oratione prædicta ſtaret ſtrepitus in Choro tales faciebant, quod ipſum „ multimode perturbarent, & dum moleſtiam ipſam ſic ſuſtinuiſſet, tandem „ de conſilio Fratris Danielis ipſam ſuam moleſtiam Sancto Seni ſerioſius „ narravit, aſſerens ſe eam non poſſe ulterius ſuſtinere, & quod propterea „ omnimode & Cellam, & Eccleſiam deliberaverat relinquere; & dum con- „ fortaretur per eum quod propterea locum non relinqueret, ſed patienter „ portaret, & ſuſtineret, quia ſibi erat ſupportatio meritoria; nullo modo „ deliberavit requieſcere, & aſſerebat vexationem eſſe valde gravem, & jam „ moleſtaverant eum per quatuor continuos annos, ita quod nullo modo „ portare ulterius poterat. Verum ſupplicabat eidem provideri ſibi de aliquo „ remedio, ut liberatus ab iſtis moleſtiis ſecurius permaneret. Qui Vir San- „ ctus, & pius ex compaſſione motus ex afflictione patientis, cordaliter ſibi „ dixit: *Or vade ad Cellam, & ſecurus eſto, quia de cetero non venient, nec* „ *moleſtiam ulterius ſenties ab eis*. Ivit juxta verbum imperantis, ſecurus ſte- „ tit, & pacifice habitavit, nec unquam de cetero minimam moleſtiam in- „ de ſenſit. Et ſic colligitur, quod Demones per orationem ipſius prohibi- „ ti ſunt de cetero moleſtare Fratrem eumdem.

„ Magiſter Laurentius fabricator de Caſtro Briyani habebat fiſtulas in „ manibus, & eas habebat ſatis plagatas ex diverſis plagis, & ſuſtinuerat per „ ſpatium multi temporis, nec poterat invenire remedia ex curatione medi- „ corum; venit ad Virum Dei cum devotione in Heremitorio S. Marie de „ Aſpro, ubi tunc morabamur, & petiit, ut tangeret plagas predictas, & „ eas ſigno Crucis ſignaret: poſt nimiam reluctationem, & contradictionem „ maximam factam per eum, in fine vicerunt importunitas petentis, & ro- „ gationes aſtantium. Tetigit eum cum palma ſue manus, ſignando in mo- „ dum Crucis. In paucis diebus rediit vir ad referendum gratias Deo, & „ Viro Sancto de beneficio ſanitatis, ita quod vix apparebant loca cicatri- „ cum ipſarum.

„ Fr. Nicolaus de Calabria ſocius ſuus dum ſtaret in Cella ſua, & ora- „ ret, cogitavit in mente ſua ire ad Cellam Viri Dei, & petere licentiam „ ab eo, ut ire poſſet ad viſitandum Corpus Beati Franciſci in Aſſiſio. Qui „ cum intraret Cellam ipſius Viri Sancti, & verecundaretur aperire ſibi co- „ gitationem ſuam, & peteretur ad quid venerat, & quid volebat, reſpon- „ dit, quod nihil. Tunc Vir Sanctus dixit eidem: *Revertere ad Cellam tuam,* „ *& ſta in pace tua. Bene ibis in Aſſiſium, ſed non modo; poſt mortem meam* „ *ibis*; & ſic factum eſt.

„ Fr. Petruccius de Roccha Montis Draconis, dum erat cum eo una „ dierum in Heremitorio S. Michaelis, & Vir Sanctus vellet unum quater- „ num ligare in uno libro greco, qui ad manus ejus pervenerat accomoda- „ tus, & acus, quem ipſe habebat, eſſet nimis ſubtilis, & dictus Frater „ groſſiorem haberet in ſuo acuario, & cogitaret in mente ſua, ut eum ac- „ comodaret ſibi, & ex alio latere formidaret, ne rumperetur in opere ſu- „ pradicto, in predicta dubitatione manente Vir Sanctus ſubito dixit eidem: „ *Non peniteat te*, & dum ipſe peteret, de quo? reſpondit ſibi: *de accomo-* „ *datione acus, in qua formidas. Ego enim reſtituam tibi incontinenti quod per-* „ *fecero opus iſtud*.

„ A multis etiam aliis Fratribus audivi, quod denudabat cogitationes, „ & corda ſingulorum. Et dum ego ſuper iſta materia conferrem ſecum, „ ſatis efficaciter & devote perquirendo, quomodo hec fieri poterat, poſt „ multa verba, & longam enarrationem Vir Sanctus mihi narravit, quod „ dum ipſe eſſet in partibus Romanie, ubi aufugerat cum cunctis Sotiis a

„ fa-

Digitized by Google

„ facie perſequentium, & eſſet in una Eccleſia dirupta, & derelicta ſub vo-
„ cabulo Beate Virginis circa horam nonam, & eſſet ante imaginem ipſius
„ Virginis; & poſt longam orationem cum multis ſuſpiriis, & gemitibus
„ Chriſtus familiariter apparuit ſibi, & multa ei aperuit magna, & alta. Et
„ ex illa apparitione, & familiari locutione remanſit ſibi ex tunc, quod ita
„ fuerant ſibi manifeſta, & nuda corda ſingulorum, ſicut ſunt facies exte-
„ riores hominûm. Et narravit mihi de tempore, & multa alia, que pro-
„ pter brevitatem omitto.

„ Fr. Thomas Anglicus de Ordine Beati Confeſſoris Petri de Murro-
„ ne, tunc Prior Marſici, venerat ad viſitandum nos in Heremitorio S. Ma-
„ rie predicte, & dum ſtetiſſet per duos dies, & vellet ſe a Viro Sancto
„ licentiare, in mei preſentia dixit ſibi: *Pater, volo recedere, precipis aliquid?*
„ Qui reſpondit: *Volo quod ordines quod omnes Sacerdotes tui dicant Miſſam*
„ *pro anima mea*. Et dum Prior ipſe reſponderet: *Non, Pater, ego redibo,*
„ *& iterum videbo vos, & loquar, & conſolabor vobiſcum*: Reſpondit: *Ve-*
„ *rum eſt, tu redibis, & videbis me, ſed de cetero non loquar tecum*, quod
„ ſecutum eſt. Rediit ad exequias cum multitudine miraculoſe currentium:
„ Vidit eum, & non eſt locutus cum eo.

„ Idem Prior, qui maximam devotionem conceperat in Virum Dei,
„ quando rediit in die exequiarum, & ipſum vidit ſic migratum, alta voce
„ clamabat: *Mi Pater, ecce prophetia tua, quam mihi narraſti, completa eſt.*
„ *Ecce video te, & mecum non loqueris.*

„ Et unum mirabile non ſileam. Cum Vir ignotus, peregrinus, & ſe-
„ queſtratus a congregationibus, & tumultibus ſeculi, & tranſitum faceret
„ in loco deſerti, ab omni habitatione remoto, per ſpatium trium dierum
„ ante exitum ipſius anime de corpore factus eſt tantus concurſus hominum
„ venientium ad videndum eum, cum fama inde volaverit, *in loco S. Ma-*
„ *rie de Aſpro quidam Sanctus migrat*, quod fuit de neceſſitate, ut cuſtodes
„ poneremus ad oſtium Celle, ne homines poſſent intrare, fuerunt concur-
„ rentes ex diverſis locis, & caſtris cum proceſſionibus, quod juxta extima-
„ tionem multorum pluſquam duo millia perſonarum ibi fuerunt congre-
„ gate.

„ Sed quod narrabo quis cogitare poterit, quod non abſque occulto my-
„ ſterio ſecundum proviſionem divinam ſit actum? videlicet, quod cum
„ aliqui eſſent, qui notarent, viderunt, quod nullus remanſit a maximo uſ-
„ que ad minimum, quin ab introitu Eccleſie uſque ante Altare, ubi cor-
„ pus jacebat, flexis genibus cum devotione maxima veniret obſculando, &
„ amplexando pedes illius, & facies in eis ponendo, & dicendo: *Sancte be-*
„ *nedicte adjuva me*. Et cum manus ipſius diſcoperte eſſent, non potui per-
„ pendere, quod aliquis ad obſculandum ipſius manus irrueret, niſi ad pedes
„ tantum, ut dictum eſt. Et in ipſa hora ſue ſepulture, contra morem il-
„ lius Patrie, que in montanis poſita eſt, & homines ſunt ibi laboratores,
„ & groſſi, & non in talibus aſſueti, quamplures venerunt induti ſaccis, &
„ biſaccis, cum diſciplinis verberando, & percutiendo ſe.

„ Quidam de terra Marſici novi, qui infirmabatur ad mortem, & deſ-
„ peratus erat ab omnibus, et etiam tractum facere incipiebat, et de ſepul-
„ tura illius procurabatur, dum Monachus ſupradicti Prioris, qui amicus
„ ejus erat, veniſſet ad viſitandum eum, & vidiſſet eum fere proximum
„ morti, ex dolore receſſit, et dum pergeret, in via recordatus eſt de Sancto
„ Viro, et dixit ſocio ſuo: *Redeamus cito, & dicamus quod voveat ſe Sancto*
„ *Viro Dei, & a faucibus mortis liberabit eum*. Quo voto cum devotione
„ emiſſo, incontinenti cepit meliorari, & reſtitutus eſt priſtine ſanitati.

„ Vir Deo devotus Fr. Thomaſius, pauper Chriſti Fraticellus, audiens
„ in Calabrie partibus, ubi morabatur pro ſua ſalute, penitentiam agendo,
„ quod

„ quod Vir Sanctus venerat ad partes Baſilicarum , & ibi morabatur in
„ Heremitorio S. Marie de Aſpro, eſtuans videre eum, pro qua viſione jam
„ multum laboraverat abſque fructu, dum applicuit ad dictum locum, in-
„ venit quod jam tranſierat ex hac vita. Et dum ſic pernoctaret ſuper ſe-
„ pulcrum, nunc flendo amare, nunc lamentando, dum pauperes conveni-
„ rent ad Eccleſiam pro Matutino dicendo, exivit de Eccleſia, & poſuit ſe
„ in oratione ſequeſtratus retro Tribunam Eccleſie, retro in pedibus cum
„ una *gambetta* ſubtus tibiam. Et dum ita ſtaret elevatus ſuper ſe, ecce vi-
„ dit Virum Dei cum Beata Virgine, que ducebat eum per manum, & di-
„ xit ei: *Frater Thoma, veniſti ad videndum me, & multum laboraſti per*
„ *multas vices, nolo quod redeas deſolatus: Dices Ruberto ex parte mea hec, &*
„ *hec; & ad hoc quod credat tibi, dabis ſibi ſignum, quod hec verba habui ſe-*
„ *cum in tali loco, ad litteram ſicut fuerat; que ſcire non poteras, niſi habuiſ-*
„ *ſes ab eo, vel a me*. Et tunc Virgo Mater Chriſti dixit ei: *Quidquid dicit*
„ *tibi hic Vir Sanctus, ſic dicas, quia omnia vera ſunt*. Qui Frater ita nar-
„ rando depingebat eum, ac ſi per totam vitam ſuam ſtetiſſet cum eo.

„ Idem Fr. Thomas, Prior Marſici, de quo tibi ſuperius feci mentio-
„ nem, dum per aliquos dies poſt tranſitum Viri Dei ex devotionis cauſa
„ veniret ad viſitandum ſanctum ejus tumulum, & ſupra ſepulcrum poneret
„ ſe proſtratus in oratione immediate poſt horam Completorii, & ibi quaſi
„ per totam noctem pernoctaret, non abſque conſolatione non modica, &
„ profuſione multarum lacrymarum, dum pauperes ad Matutinale officium
„ perſolvendum convenirent, petiit pugillarem, & ſcripſit ſicut Spiritus Do-
„ mini eum docuerat in illa pia, & compaſſiva meditatione Antiphonas, &
„ Orationes in hunc modum. Ad Magn. Ant. *Salve Pater humilis* &c. „ cum
alia *ad Benedictus*, & Oratione ſuperius legendis num. VI. præcedentis Ani-
madverſionis, poſt quæ proſequitur ſcriptor: „ Quis igitur ſane mentis, &
„ pie vivens in Chriſto, aliud cogitare valebit, niſi quod verba ipſa ſic pro-
„ prie dicta, ab illo ſpiritu divino data ſint, cujus ſolum tetigiſſe, docuiſ-
„ ſe eſt?

„ Mulier quedam de caſtro Voyani ſic a ſpiritibus vexabatur, quod hor-
„ ribile erat videre, adducta ad ſepulcrum Viri Sancti cum violentia non
„ modica, & ibi cum teneretur a multis, cepit ſe voluctare, & expuma-
„ re, & ſic loquebatur malignus ſpiritus per os ejus: *Exeo, plus ſtare non*
„ *poſſum: Ecce dies, quo ejicior de habitatione mea: Dimittatis me parum, exi-*
„ *bo*, & faciebat eam revolvere in manibus tenentium, ſicut pilam, & ape-
„ ruit os ſuum, & dum exiret, terribilia, que projecit, longum eſſet enar-
„ rare, & remanſit mulier ſicut mortua, & dormivit parum, deinde ſur-
„ rexit, & comedit, & que captiva ducta fuerat violenter, ſana & libera,
„ & cum gratiarum actione leta rediit ad propria.

„ Blancula uxor Thomaſii de Voyano, dum quodam ſero percuteret
„ eam vir ejus, & daret ſibi cum pugillo in ore, & percuſſione ipſa unus
„ de dentibus ex parte ſuperiori eijceretur, flebat amare, & vociferabat.
„ Videns autem dictus maritus ejus afflictionem uxoris, lucernam accendit,
„ & ad os ejus reſpexit, & in ſolo diligenter pro dente, qui ceciderat, per-
„ quiſivit, & eo invento, cum multa devotione, et amaritudine cordis ad
„ Sanctum Virum recurrit, vovendo ſepulcrum ejus una cum uxore ſua
„ viſitare. Repoſuit dentem, quem violenter ejecerat, in loco ſuo cum ge-
„ nuflexione, et emiſſione voti. Contra omnem naturam ſic incontinenti
„ firmatus eſt, et ſolidatus, et ſtabilitus, quod ſicut ego vidi, et multi alii,
„ mulier ipſa cum digitis apprehendebat eum, et oſtendebat omnibus, et
„ dicebat: *Videatis quod in ore meo non eſt dens firmior iſto*.

„ Quidam puer de terra Saturni patiebatur infirmitatem non modicam
„ in uno ex oculis ſuis, et amiſerat viſum ex eo, et erat tumefactus. Ve-
„ nit

„ nit ad ſepulcrum Viri Sancti cum devotione, & vovit ſe ei, & inconti-
„ nenti in preſentia multorum vermis cecidit ex predicto oculo, & videre
„ cepit, & perfecte liberatus eſt.

„ Quedam mulier de terra Saponarie patiebatur in gutture ſuo, & erat
„ quaſi in periculo mortis, vovit ſe Sancto Viro, & liberata eſt.

„ Quidam puer de terra ipſa Saponarie patiebatur infirmitatem in tibiis
„ a longo tempore, & erat quaſi leproſus in eis, vovit ſe Sancto Viro, &
„ perfecte curatus eſt.

„ Quidam homo de terra Boyani captus a malandrinis, et vulneratus
„ ab eis, dum ſic teneretur captivus, et vulneratus, vovit ſe Sancto Vi-
„ ro, et non tantum captivitate liberavit eum, ſed a plaga perfecte cura-
„ vit.

„ Quedam mulier de caſtro Montis Murri erat plagata diverſis ulceri-
„ bus in tota perſona ſua, & affligebatur ex eis non modicum, quod ſuſti-
„ nuerat magno tempore, vovit ſe Viro Sancto, & perfecte curata eſt;
„ que videns curationem ſic miraculoſe factam per Servum Dei fidelem,
„ Filium, qui ex morbo caduco affligebatur aſſidue, vovit Sancto Viro, &
„ perfecte curatus eſt.

„ Quidam homo de terra Saponarie patiebatur in gutture, et exinde lo-
„ quelam amiſerat, vovit ſe Sancto Viro, ſicut potuit, & liberavit eum.

„ Quidam de predicto caſtro Montis Murri plagam ſevam patiebatur,
„ & vetuſtam in ventre, nec curari poterat aliquo beneficio medicorum,
„ vovit ſe Sancto Viro, & perfecte liberatus eſt.

„ Quedam mulier de eodem caſtro Montis Murri habebat diverſos do-
„ lores in omnibus membris, & in tota perſona, vovit ſe Sancto Viro, &
„ curata eſt.

„ Quidam homo de ſupradicta terra Marſici veteris ex febre continua
„ acriter affligebatur, vovit ſe Sancto Viro, & curatus eſt.

„ Quedam mulier de ſupradicto caſtro Boyani patiebatur infirmitatem
„ in ubere, & affligebatur fortiſſime, vovit ſe Sancto Viro, & curata eſt.

„ Quidam homo de Saponaria patiebatur febrem continuam, vovit ſe
„ devotiſſime Sancto Viro, & ſtatim liberatus eſt.

„ Quedam mulier de eadem terra Saponarie patiebatur dolorem in ca-
„ pite, & affligebatur immenſe, quod ſuſtinuerat per tres annos, vovit ſe
„ Viro Sancto ut liberaret eam, & ipſa legamina capitis ſui appenderet in
„ Eccleſia, & liberata eſt a paſſione predicta.

„ Quedam mulier de predicto caſtro Boyani habebat conquaſſatum caput,
„ & quaſi memoriam perditam, vovit ſe Viro Dei, & liberata eſt.

, Duo viri in predicta terra Marſici veteris infirmabantur de febre con-
„ tinua, voverunt ſe Viro Sancto, & liberati ſunt.

„ Quidam homo de predicto caſtro Boyani infirmabatur ad mortem,
„ & deſperatus erat ab omnibus, & de ſepultura tractabatur, voverunt Viro
„ Sancto, & liberatus eſt.

„ Quidam familiaris Domini Ruberti de Sancto Severino plagam habebat
„ in pede ſevam, & profundam, quam portaverat magno tempore, vovit ſe
„ Viro Sancto, & immediate curatus eſt.

„ Jacobellus de Phylecto veniebat cum ceteris ſociis ad requirendum
„ me, quia alias fuerat mecum in ſeculo, & cum fuerunt prope Marſicum,
„ equus, quem ipſe habebat, & equitabat, ex nimia laſſitudine, ſeu dolore
„ ceciderat in terram, & ex nulla argumentatione poterat eum ſublevare,
„ ſed videbatur eis, quod quaſi mortuus eſſet, & levaverunt ſellam, &
„ frenum, dum nollent recedere propter dubium malandrinorum, quia ad-
„ veſperaverat. Tunc unus ex ſociis volvit ſe, & dixit: *O Beate Angele, iſte*
„ *ſcutifer venit ad locum tuum, non patiaris eum ita deſolatum venire, & quod*

„ *peditando vadat, quia nobilis eſt*. Immediate, vix ſermonem compleverat, „ equus ſanus ſurrexit,& poſuerunt ſe in via,& uſque ad hoſpitium devenerunt.„

Waddingus *de Scriptoribus Ordinis Minorum* ſe ignoraſſe fatetur locum, & annum, quibus Clarenus deceſſerit, dicens: *Quo loco, aut anno obierit, incertum*; & poſt hæc proſequitur: *VVillotus, & Poſſevinus ann.* 1294. *e vita migraſſe in quodam Cœnobio Regni Neapolitani conſcribunt. At anno* 1317. *vixiſſe ex monumentis Vaticanis docuimus Ann.* 1317. *num.* XVI. At de utroque jam nunc certi ſumus. Siquidem Bollandiani tom. 2. Menſis Junii ſub die 15., ubi Acta referunt ipſius Clareni, hanc recenſent miraculorum ſeriem, ut etiam diximus in Animadverſione VIII. pag. 147., ex eodem Stroziano Codice depromptam, atque exinde colligunt, obiiſſe Clarenum in Conventu, ſive in Eremitorio Sanctæ Mariæ de Aſpro in Baſilicata anno 1337., vel 1348. Cum namque in eodem Codice legatur, ipſum deceſſiſſe feria ſexta infra Octavam Pentecoſtes, die XIII. Junii, §. 1. num. 3. viri clariſſimi advertunt, toto XIV. ſæculo feriam ſextam infra Octavam Pentecoſtes non incidiſſe in hanc diem, niſi anno 1317., 1337., & 1348. Sed anno 1317. *Frater Angelus*, inquiunt, *coram Pontifice, in Gallia tunc reſidente, ſubiit ſecundum judicium*: Ergo, concludunt, vel anno 1337., vel 1348. defunctus eſt. Si deceſſit anno 1337., quod probabilius exiſtimant, obiit Clarenus, inferunt adhuc, *nonagenario proximus*; ſi vero anno 1348., *ad centeſimum fere annum vitam produxit*, & quidem virtuoſam, & laude dignam, ut miracula recenſita confirmant, & quotquot de ipſo ſcripſerunt aperte teſtantur, quos inter, ut jam allatis adhuc unum addamus, F. Simon de Caſſia, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. In Codice Membranaceo MS., quod extat Venetiis in Bibliotheca Nanniana num. XIX. hic habetur titulus: *Epiſtolæ Venerabilis Fratris Simonis de Caſſia Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini*, & has inter Epiſtolas Nona inſcripta legitur *Fratri Johanni de Salerno*, quæ incipit: *Niſi quod Origo luminis*. Auctor in hac Epiſtola Beati Angeli Clareni mentionem facit, ejuſque virtutes, & illibatam vitam celebrat, præter alia multa de ipſo ſcribens: *Fuit ille vere Angelus nomine, ſed verior re, qui illorum vitam, quantum eſt poſſibile, imitabatur ſuper terram*. Ex hoc eodem monumento palam fit, Simonem a Caſſia collegiſſe etiam Epiſtolas a B. Clareno exaratas, nam inquit ibidem: *Sed quia aliquam Epiſtolarum, & dictorum ejus eſt memoria ſuper terram, quas, ut potui, ſtudui aggregare, tam aliis, quam mihi directas, nolens ut ejus memoria de ſæculo totaliter deperiret &c.* Hic Simon, qui Beati titulo audit, fuit ipſius Clareni Diſcipulus, quemadmodum fatetur etiam Waddingus, quem laudata Epiſtola non latuit, & idcirco ad annum 1289. num. XXXIV. ſcribit: *Fuit hic vir pius Clarenus præceptor Simonis a Caſſia, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, viri docti, & celebris concionatoris, prout ipſe Simon in quadam Epiſtola lugubri de funere prædicti Angeli commemorat*. Hæc de Beato Clareno Noſtrates, & alii, quos audivimus in Animadverſione VIII., quæ ſi conferantur cum dicteriis quorumdam recentiorum obtrectatorum, quos ſub variis larvis Clarenum, & aſſeclas hæreticos, & ſchiſmaticos pleno ore proclamare non pudet, & me cachinnis afficere, quod Clarenum Beati titulo tum in Manuali Fratrum Minorum, cum in aliis opellis ſemper diſtinxerim, ſatis recte ſapientibus oſtendent, ipſos larvatos eſſe ſcurras, & amaro animo affectos ſcribere non quod debent, ſed quod ſentiunt, non amore veritatis, ſed ex præjudicata opinione, & livore, quo tabeſcunt. Clareni teſtimonium nec accipiunt, nec audire volunt, quia non loquitur ipſis placentia; imo eadem de cauſa eos quoque nigro calamo pingunt, quos ipſe Clarenus, teſtis coævus, & ocularis laudibus effert, ut jam audivimus de Fratre Petro Joanne Olivi, quem larvatorum unus hæreticum audacter appellat, & me carpit, eoquod in Appendice ad Manuale præcitatum pag. 417. Clareni teſtimo-

Digitized by Google

ſtimonio innixus ipſum Olivi dixerim *Virum Sanctum, & multis miraculis a Deo illuſtratum*. Verum, ut pateat, quanti faciam ipſius larvati obtrectationes, præter ea, quæ de eodem Olivi dicta ſunt in Articulo 3. Animadverſionis III., adhuc & alterum pro ipſo ex ejuſdem Clareni Epiſtolis, in Stroziana Bibliotheca aſſervatis, libentiſſime affero teſtimonium. In Epiſtola 34. directa *Fratribus univerſis, Chriſtum Jeſum diligentibus ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, in paupertate, & humilitate Domino ſervientibus in regione Urbis Rome, Marchie, Ancone, & Regni*, poſt nonnulla hæc addit Clarenus: *Item ſciatis, quod Dominus Papa omnes Prelatos Fratrum, qui impugnabant viam ſpiritus, & Fratris Petri Joannis doctrinam, depoſuit, & adhuc gravius punientur: & contra voluntatem Fratrum relaxatorum celebratrum fuit feſtum ipſius Fratris Petri Joannis in Narbona a Clericis, ita ſolemniter, & ab omni populo, quod numquam in his partibus fuit his diebus aliquod feſtum ita ſolemniter celebratum. Nam de tota Provincia ad ſepulchrum ejus populus confluxit, & non minus, ut dicunt, quam conſueverat eſſe in feſto Sancte Marie de Portiuncula; ex quo ſatis patet, quod adjutorium noſtrum in nomine Domini, & nunc, & in futuro, qui fecit Celum, & Terram*. In Epiſtola vero 64. in fine ſcribit: *Deus celeſtes homines Joannem de Parma, Corradum de Offida, Petrum de Murrone, Petrum Joannem clarificare miraculis voluit, cum tempus miraculorum non ſit, ut obſtrueret diffitentium ora, firmaret heſitantium corda, aggravaret impugnantium ſcelera, confunderet perſequentium audaciam, & ſimplicium innocentiam tueretur, & omne velamen excuſationis auferret ab his, qui ſe ipſos in negligentiis, & tepiditate predicant, ut peccata addant peccatis, & per iniquitatem, et complacentiam propriam augent opera perverſorum*. Hæc audiens larvatus ridebit; ſed rideat ipſe, dummodo intelligat, Clarenum hic teſtimonium reddere miraculis, & ſanctitati Petri Joannis, ubi idem reddit ſanctitati, & miraculis B. Corradi de Offida, B. Joannis Parmenſis, e S. Cœleſtini V., ex quo nos colligimus, quod ſicuti teſtimonium ejus verum eſt de iſtis, ita & de Fratre Petro Joanne Olivi. Ridebit adhuc, & riſu illationem excipiet? Reponimus, nos juxta regulas critices potius Clareno viro probo, ſynchrono, & ſancto, quam ipſi larvato fidem adhibere; atque eumdem monemus, quod ſi omnes vetuſtiores Minoritæ, qui Seraphicæ Regulæ zelatores adverſantur Conventualium cauſæ, pro hæreticis traducendi ſunt, & venditandi, hujuſmodi peſtibus Ordinem Seraphicum implere conabitur, ac inter hæreticos adnumerare debebit Socios omnes Seraphici Parentis, ipſum S. Antonium Patavinum, alioſque viros ſanctiſſimos, qui pro eadem Regulæ obſervantia, & paupertate ad mentem Sancti Inſtitutoris aſtruenda, & in Ordine ſervanda, ludibria, & verbera experti ſunt, inſuper & vincula, & carceres, egentes, anguſtiati, afflicti, ut Hiſtoria ipſa Ordinis teſtatur. Et licet hæc de primævis Minoritis dixerim, quorum nonnulli etiam occiſi ſunt, idipſum dicendum venit de zelatoribus cunctis, qui uſque ad Martinum V., ni dicam uſque ad Leonem X., & Concilium Tridentinum, redditus, & poſſeſſiones in eodem Ordine deteſtati ſunt, & impugnarunt. Nec juvat ſi reponat larvatus, ſe non habere Petrum Joannem pro hæretico ob zelum Seraphicæ paupertatis, ſed ob doctrinam. Non juvat, inquam, quia Sixtus IV., ut ait Waddingus allatus pag. 52., *ejus libros omnes diligenter examinari, et exacte percurri præcepit, declaravitque, nihil in eiſdem contineri, quod expreſſe fidei Catholice contradiceret, et cuncta ſub eo moderamine ab auctore dicta, ut in bonum ſenſum poſſint trahi univerſa, defectumque couſque proveniſſe, vel ex pravo affectu, vel nimia ignorantia legentium*. Acquieſcat larvatus definitioni tanti Pontificis, quem pro more jactat e ſuis aſſumptum fuiſſe, ni pravi affectus, aut nimiæ ignorantiæ ab ipſo taxetur. Hinc adiicere placet, in eodem Nanniano Codice alia duo contineri ejuſdem B. Clareni Opuſcula, nec a Waddingo, nec ab

Digitized by Google

ab alio ex noſtris commemorata, quorum & ipſe titulus, quem unice hic damus, Beati Clareni pietatem, & religionem adhuc magis magiſque in luce ponit, & confirmat. Primi Opuſculi titulus eſt: *Fratris Angeli de Clarino Preparantia Chriſti Jeſu habitationem, et manſionem in nobis hic*. Secundi vero: *Breviloquium ſuper doctrina ſalutis ad Parvulos Chriſti*.

Tandem quoniam Anonymus Conventualis, ſæpius in noſtris Animadverſionibus commemoratus, Clarenum carpit, ipſumque traducit cum aliis vel tamquam hæreticum, vel tamquam virum captioſum, uſum reddituum, & ſucceſſiones hæreditarias in Ordine contra Pontificias conceſſiones impugnantem, idcirco orthodoxia vindicata, nunc pauca addere placet pro zeli ipſius rectitudine oſtendenda. In primis vero dicimus, Clarenum, & alios Provinciæ Marchiæ zelatores, nec contra uſum præfatum, nec contra admiſſas hæreditates, ſed contra alios abuſus, quibus *multipliciter peccabant Fratres in ſanctam paupertatem*, inſurrexiſſe, ut ex Waddingo in nota (3) ad ipſius Clareni Epiſtolam audivimus; quia cum zelus iſtorum exarſit, nec de uſu poſſeſſionum, nec de ſucceſſionibus hæreditariis quidquam adhuc excogitaverant laxiores Fratres. Deinde addimus, quod etſi Clarenus cum aliis contra hæc exarſiſſe dicatur, rectus nihilominus, & juſtus zelus ejus apparet, quia nulla tunc erat in Ordine facultas, vel diſpenſatio redditibus, & poſſeſſionibus utendi, vel in parentum hæreditatibus ſuccedendi, ut in præmiſſis Animadverſionibus ſatis ſuperque demonſtratum eſſe putamus. Nec ad oppoſitum evincendum quidquam valent Inſtrumenta donationum, & legatorum Fratribus Minoribus ſub initio Ordinis factorum, exiſtentia in Archivis nedum Conventualium, ſed etiam Obſervantium, quibus ipſe Anonymus contendit, habuiſſe Minores eotunc uſum reddituum, & poſſeſſionum, & quidem vel ex Regulæ permiſſione, vel ex Pontificia indulgentia. Etenim ideo ſæculares perſonæ quamplurimæ domum, vineam, vel agrum Minoritis legabant, quia iſti hæc, & id genus alia immobilia recipere poterant, ut venderentur, & pretium in eorum neceſſitates converteretur, quemadmodum in iiſdem Animadverſionibus tum ex Divo Bonaventura, cum ex declarationibus Pontificiis intelleximus, & quemadmodum etiam hodienum recipiunt Obſervantes. Quid igitur ex hujuſmodi Inſtrumentis concludere vult Anonymus? Ex his non ſequitur, quod in ipſo Religionis exordio acceptaverint Minores legata bonorum immobilium, ut hæc ſibi retinerent, ac de eorum fructu annuali vitam alerent, ſicuti ipſe cum ſuis propugnat, ſed tantum quod immobilium legata ſuſceperint, ut immobilia ipſa alienarentur per venditionem, & ex eorum pretio eorum neceſſitatibus provideretur. Res patet ex facto Deſalucis Civis Traguerienſis, qui, ut dictum eſt pag. 17. num. IX., Minoritis illius loci bona ſua legavit, ut ex iſtorum pretio novus, & commodior locus ipſis emeretur; & ex voluntate Palmariæ, quæ, ut vidimus pag. 18. num. IX., bona ſua pariter donavit Fratribus Minoribus S. Mariæ Venetiarum ad hoc ut venderentur, & pretium in eorumdem neceſſitates converteretur. Quid ex ſuis Inſtrumentis inferre vult Anonymus, cum Alexander IV., & & Martinus IV., ut audivimus in locis mox laudatis, aperte dicant, quod *Fratribus Minoribus poſſeſſiones habere non licet*, & idipſum aſſerant Nicolaus III., Clemens V., & alii? Quid ex his probare vult, cum idem Nicolaus, & Clemens in reſpectivis Conſtitutionibus, *Exiit qui ſeminat*, &, *Exivi de Paradiſo*, definierint, quod ſi quis legaret Franciſcanis *vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſervaret, a tali legato, & ejus receptione per omnem modum fratres abſtineant*, & ideo, quia *reddituum, & poſſeſſionum uſus*, ut addit Clemens V., *eis non reperitur conceſſus*? Hæc erat lex, qua adſtringebantur Minores illius ætatis, cujus ſunt Inſtrumenta legatorum, ab ipſo Anonymo magno eruditionis apparatu in ſuis

Digitized by Google

ſuis contra me Apologeticis Litteris allata. Et ſi hæc erat lex, quæ Minoritis legata bonorum immobilium recipere prohibebat, ut annuatim ex eis retentis viverent ad inſtar poſſidentium, Inſtrumenta ab eo citata id unum probant, Minores videlicet illius ævi bona immobilia ſibi teſtamento legata acceptaſſe, ac per Syndicum Apoſtolicum, vel per alias idoneas perſonas vendidiſſe, & ex pretio ſibi neceſſaria comparaſſe, ſicuti in caſu, & hac noſtra ætate faciunt Obſervantes. Sed hæc praxis quid proficit ſiſtemati, pro quo P. Anonymus tam acriter pugnat? Inſtrumenta ab ipſo adducta id unum evincunt, pias, & devotas perſonas etiam in Ordinis incunabulis bona immobilia Fratribus Minoribus legaſſe. At legata iſthæc facta cenſeri debent modo licito, juxta Regulam ſcilicet, & Declarationes Pontificias, ut nempe bona ipſa venderentur, & ex pretio eorum neceſſitatibus provideretur. Recipiebant igitur eotunc Minores bona immobilia ſibi relicta, & vendebant, ſicut accipiunt, & vendunt Obſervantes. Sed ſicuti iſti ex quo legata hujuſmodi hoc modo recipiant, poſſidentes nec ſunt, nec dicuntur, ita poſſidentes nec fuerunt, nec dici debent Fratres Minores primi, & ſecundi ſæculi Seraphici Ordinis, quorum ſunt monumenta ab Anonymo citata, quia immobilia ſic recepta rationem habent bonorum mobilium, quorum uſus moderatus Franciſcanis nunquam fuit interdictus. Ut primævos Minoritas poſſidentes fuiſſe Anonymus probet, oſtendere debet, bona immobilia ipſis legata eos acceptaſſe, & ſibi retinuiſſe, itaut annuatim ex eorum fructibus vitam enutrirent. Id ipſe cum ſuis affirmabit, & ego negabo, quia a Regula, & a Romanis Pontificibus prohibitum erat. Propugnabit adhuc, priſcos Minoritas res immobiles teſtamento legatas nihilominus recepiſſe, & reſervaſſe ad vitæ ſuſtentationem? Ergo, inferam, tranſgreſſores erant propriæ Regulæ, & Papalium Conſtitutionum, atque donationes ab ipſo productæ nihil aliud ſunt, quam hujus tranſgreſſionis argumenta. Ita ipſe fateri debet, ut proprii ſiſtematis vetuſtatem defendat; at id non concedam ego, qui pro honore veterum meorum Patrum, & pro veritate contendo, vetuſtos Minoritas, ut dixi, bona immobilia ſibi ex devotione legata acceptaſſe, prout eis licitum erat ex Regula, vel ex iſtius Declaratione, nempe ut bona ipſa diſtraherentur per venditionem, atque addo, hoc, & non aliud ex Inſtrumentis ab Anonymo allatis comprobari. Quod autem ita ſe geſſerint, proindeque Regulam, & Declarationes Pontificias in legatis rerum immobilium admittendis obſervaverint, patet ex donatione Palmeriæ, Deſaluçis, & aliorum, quæ afferri poſſent. Accedit, quod ita dicendum venit, etiamſi Prædicatoribus, & Minoribus impartita concedatur facultas ſuccedendi in hæreditatibus vigore Conſtitutionis Clementinæ, *Obtentu divini nominis*. Nam ſi Clemens IV. per hanç Prædicatoribus, ipſis fatentibus, unice conceſſit, ut poſſent *bonorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in utilitatem propriam convertere*, idipſum etiam Franciſcanis conceſſiſſe dicendum eſt, & nihil aliud. Nec reponat Anonymus jam confutatus in fine Animadverſionis Septimæ, uſum immobilium habuiſſe Minores abſque ulla Pontificia diſpenſatione, quia ſi Prædicatores, qui ab hujuſmodi uſu abſtinebant tantum ex Conſtitutione, ſibi neceſſariam putarunt Pontificiam facultatem, multo magis hæc neceſſaria erat Minoritis, qui ex Regula, & profeſſione, quidquid venditet ipſe Anonymus ad totius Minoritici ſiſtematis ſubverſionem, *ita debebant eſſe pauperes, ut etiam eſſent mendici*. Ex his interim ſequitur, quod licet Clementina, *Obtentu*, Franciſcanis quoque conceſſa dicatur, cum hæc facultatem tribuat ſolummodo bona immobilia recipiendi, & alienandi, etiam poſt hujus emanationem, ſic, & non aliter legata rerum immobilium Fratres Minores admiſiſſe dicendum eſt; adeoque nihil ex ea deduci pro Anonymi, & ſuorum ſiſtemate aſſerendo. Fratres Minores, replicabit adhuc, admittebant legata bonorum immobilium, & ex hiſce ſibi

reſervatis vitam ſuſtentabant. Illicite, repono, ac propterea contra hos abuſus, & inobſervantias clamabant Ordinis Superiores, Capitula Generalia, & Fratres Zelotes, quos inter Clarenus noſter, qui proinde fuit Vir Sanctus, verus S. Franciſci Filius, & puritatis Regulæ ipſius zelator juſtus, & ſecundum ſcientiam, ut patet ex ejuſdem Regulæ Expoſitione, quam ipſe Clarenus confecit, Pontificum Declarationibus, & aliorum Doctorum Ordinis, præſertim Quatuor Magiſtrorum, ac S. Bonaventuræ Expoſitionibus omnino conformem, quæque Manuſcripta aſſervatur in Archivo Noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe, & a Waddingo de Scriptoribus Ordinis Minorum ſub titulo Commentariorum ſuper Regulam FF. Minorum indicatur.

Contra eos ultimo, qui noviſſime diebus iſtis Ordinis, & Regulæ S.Franciſci novam ideam, novamque pro lubitu ſibi cudunt intelligentiam, & hanc aliis quoque tum verbis, tum ſcriptis ingerere nituntur, cum Alvaro Pelagio *de Planct. Eccl. lib. 2. cap. 61.* rem totam abſolvimus. „ *Religio almi Franciſci*, inquit ipſe, *viri Apoſtolici, vere hominis miſſi a Deo, cui nomen primo fuit Joannes* (ita Sanctus Franciſcus in baptiſmate appellatus fuit) *qui venit in hunc mundum, ut vita, & verbo Chriſto lumini teſtimonium perhiberet, non fuit ficta, aut picta, aut mathematica, ſed digito Dei ſcripta, quia a Spiritu Sancto eidem revelata; Evangelica veritate ſubnixa; ac Innocentio III. data; ab Honorio III., & aliis quamplurimis Romanis Pontificibus approbata; a Gregorio IX., Innocentio IV., Alexandro IV., Nicolao III., Clemente V. in Vienneuſi Concilio declarata, & a Domino Joanne Papa XXII. ultimo roborata; corpore juris clauſa* Extr. de Verb. Significat. Exiit lib. VI., *& in Clementin. eo tit.* Exivi de Paradiſo; *per vitam multorum Sanctorum, & quorumdam ab Eccleſia canonizatorum, eam profitentium, authenticata; ab æmulis, & diſcolis, & male de Evangelio Chriſti ſentientibus impugnata; ſed ſemper a Sancta Romana Eccleſia defenſata.* „

Animadverſionum Finis.

AD

Digitized by Google

AD

BULLARIUM FRANCISCANUM

SUPPLEMENTUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD BULLARIUM FRANCISCANUM

A P. F. JOANNE HYACINTHO SBARALEA

Ordinis Min. Conv. Sacr. Theologiæ Magiſtro in lucem editum

SUPPLEMENTUM.

Diplomata Gregorii IX., qui anno 1227. XIV. Kalendas Aprilis ad Summum Pontificatum evectus, obiit XII. Kalendas Septembris anni 1241., poſtquam nempe illum geſſit annos quatuordecim, menſes quinque, dies duos.

I.

Commendat ſe Pontifex orationibus Fratrum in Conventu Portiunculæ commorantium. Ex Formulario Marini de Ebulo in Vaticano Archivo exiſtente, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 126. (1)

GREGORIUS PP. IX. An. Ch. 1227.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

IN præclaræ dignitatis honore, quo Nos prætulit exaltator humilium, quaſi onus importabile noſtris eſt humeris alligatum, cujus dum magnitudinem ſtupendam attendimus, ad inſtar Apoſtolorum Principis, quem pelagi fluctus exterruit (2) non immerito formidamus; ſed ubi quodammodo ex fragilitatis noſtræ conſideratione mergimur, ex fiducia divinæ clementiæ relevamur, ſperantes quod propere hujus procelloſi maris tranſire poſſimus anguſtias, ſi vos Nobis ſalutis impetratis auxilium, qui cæleſti Sponſo in conſcientiæ ſanctæ deliciis lectum floridum preparâſtis. Quid enim vobis a Dei pietate ne-

A ga-

(1) Magiſter Marinus de Ebulo, qui a Ciaconio *inter Vicecancellarios Innocentii IV.* dicitur Gallus, ab Ughello vero tom. 6. Ital. Sacr. *de Capuanis Archiepiſcopis*, Neapolitanus, *ex vetuſta, nobiliſſimaque Filamarina Familia, Patre Thoma, Matre Cajeta gente Ebula, pari nobilitate natus, ab Innocentio IV. Apoſtolicus Capellanus, ac Sacri Palatii Auditor, Theſaurarius, & Canonicus Salesburienſis in Anglia, mox ob eximiam eruditionem S. R. E. Vicecancellarius, ac denique ab eodem Innocentio anno 1252. renunciatus eſt Capuanus Archiepiſcopus*. Concinit Ughello Vita ejuſdem Marini, quæ MS. habetur in Formulario, & Compendio præcitatis, ubi legitur: *Marinus natione Italus, patria Arce Guilhelmæ Aquinatæ Diæceſis, in Campania natus, gente Ebolea.* Hic licet Archiepiſcopus, proſequitur Ughellus, *toto fere vitæ ſuæ ſpatio ſumma ingenuitate, ſummoque labore Sanctæ Sedi, decemque Pontificibus Maximis inſervivit, ut monumenta ab ipſo relicta teſtantur, quæ tribus magnis voluminibus diſtincta ſub nomine Magiſtri Marini de Ebulo MSs. in Bibliotheca Vaticana aſſervantur, unde poſteri in dictandis Apoſtolicis litteris formulam, & modum tamquam e lucidiſſimo fonte hauſerunt.*

(2) *Quem pelagi fluctus exterruit*; cum nempe *ambulans ſuper aquam*, uti legitur Matth. 14., *ut veniret ad Jeſum, videns ventum validum timuit; & cum cæpiſſet mergi clamavit dicens: Domine ſalvum me fac.*

Digitized by Google

GREGORIUS PP. IX. An.Ch. 1227.

Commendans ſe Fratribus, eoſdem laudibus celebrat.

gabitur, merentibus illam ſemper habere propitiam odore bonorum operum, & candore virtutum? Quid apud Reginam præfulgidam Matrem Domini glorioſam (3) Angelica veſtra converſatio non habebit, cum ſitis pars inclyta, pars electa Religionis mitis, & humilis, beata Redemptoris noſtri veſtigia corde, & animo proſequentis, cujus meritis ſplendet Eccleſia, cujus exemplis viget, & proficit Religio Chriſtiana? Quid beata Sanctorum acies veſtris votivum non impetrabit affectibus, quæ vobis benigna redditur, & pro laudis divinæ præconiis, & vitæ meritis innocentis? Ecce Regis æterni, & cæleſtis curiæ vos habere favorem claris argumentis præſumitur, & ſignis perſpicuis comprobatur. Digne itaque Univerſitatem veſtram per Dei miſericordiam obſecramus, quatenus divina meditatione penſantes, quantum ex eo Nobis poſſit imminere ſtuporis, quod qui carnis, & pulveris eſſentiam gerimus, regnantis in ſæcula Vicarii facti ſumus, piis orationum ſubſidiis Nobis gratiæ divinæ præſidium acquiratis; ſupplici humilitate petentes, ut ſi cujus admiranda potentia dat per gratiam eſſe firmiſſima, quæ ſunt fragilia per naturam, debilitatem noſtram & robore fulciat, & virtute perfundat, detque Nobis ſic proſequi, quod ipſe impotentiæ noſtræ credidit, & humilitati commiſit, ut inde ſuæ gloriæ proſequatur augmentum, Chriſtianus po-

(3) *Matrem Domini glorioſam*, quam ſpeciali cultu venerabantur in Baſilica vel Eccleſia Portiunculæ, eidem ſub titulo S. Mariæ Angelorum dicata, quam Eccleſiam a Chriſto, ejuſque Virgine Matre, ut ait cum aliis Waddingus ad ann. 1210. num. XXIX. Beato Franciſco, ejuſque filiis deſponſatam, his moriens amantiſſimus Pater in hæreditatem reliquit, præcipiens eis, ne unquam ab ea diſcederent, ſed eamdem ſemper ſumma religione, tamquam Chriſti, & Virginis domum, venerarentur, dicens: *Videte filii ne unquam hunc locum relinquatis: ſi ab una parte foras expellemini, per aliam reintrate*. Ita Waddingus ad ann. 1226. num. XXXI., concinitque Divo Bonaventuræ in Legenda cap. 2. dicenti: *Hunc locum in morte Fratribus, tamquam Virgini chariſſimum, commendavit. Hic eſt locus*, addit Seraphicus Doctor, *in quo Fratrum Minorum Ordo a S. Franciſco per divinæ revelationis inſtinctum inchoatus eſt. Præ cæteris locis Ordinis*, legitur in libro, cui titulus, *Speculum Vitæ B. Franciſci, & Sociorum ejus* cap. 91. *ſingularem zelum habuit in faciendo conſervari perfectionem vitæ in ſacro loco S. Mariæ de Angelis, tamquam in Capite, & Matre totius Religionis*; unde merito concludit Bartholomæus Piſanus lib. 3. Conformit. 32. *Hic locus debet eſſe cuilibet Fratri Minori vero acceptiſſimus, conſiderando primo affectum B. Mariæ ad ipſum locum præ aliis Mundi locis. Secundo amorem B. Franciſci ad ipſum, quia in ipſo incipere voluit, & terminare. Tertio propter recomendationem B. Franciſci factam Fratribus de ipſo loco in morte ſua. Quarto propter Cor B. Franciſci in ſignum dilectionis ad locum ibidem poſitum. Quinto propter remiſſionem peccatorum, quæ annuatim in dicto loco habetur. Sexto propter dona gratiarum, quæ ibidem ob reverentiam Chriſti manentes, continue percipiunt*. Has litteras datas fuiſſe *Guardiano, & Fratribus* Conventus S. Mariæ Angelorum, ſive de Portiunculæ, prope Aſſiſium, Cœnobiorum omnium Ordinis Minorum capitis, ac unici eo tunc in eadem Civitate, ex earumdem tenore, ſatis patere arbitror. Verum, ut, præter jam dicta in Animadverſione Septima, aliquid hic de loco Portiunculæ addamus, dicimus, hunc locum eſſe, in quo Seraphicus Patriarcha Franciſcus anno 1208. eumdem Ordinem inſtituit, atque a RR. Patribus Benedictinis, referente Waddingo ad ann. 1210. num. 11., ſub hac accepit conditione, *ut ſi Minorum Sodalitium amplius, & copioſius fieret, huic loco, tamquam Primo, & Capiti id nominis tribueret*, quam conditionem ratam habuit Patriarcha Sanctiſſimus, & ſuis Fratribus narravit. *Hunc locum*, inquit S. Bonaventura Legend. cap. 2. *Vir Sanctus amavit præ cæteris Mundi locis. Hic enim humiliter cæpit, hic virtuoſe profecit, hic feliciter conſummavit. Hunc in morte Fratribus, tamquam Virgini chariſſimum, commendavit. In hoc loco*, ſcribit Piſanus lib. 3. Conformit. 8. *in ſignum dilectionis B. Franciſcus voluit, quod poſt mortem ſuam Cor a Corpore amotum collocaretur, ut a Fratribus antiquis ego ipſe accepi, & eſt, ut dicitur, in Altari Cappellæ B. Franciſci ibidem locatum. In ſignum dilectionis*, ait Conformit. 32., *ut dicunt Fratres antiqui, a quibus audivi, B. Franciſcus voluit, quod ejus Cor a Corpore ſepararetur, & ibidem poneretur, & dicitur quod Cor ejus eſt in Altari Cappellæ, ubi B. Franciſcus mortuus eſt. Cor B. Franciſcus*, repetit Conformit. 34., *dimiſit ſepeliendum in loco S. Mariæ de Portiuncula, ubi deceſſit, ad oſtendendum amorem, quem habebat ad locum præfatum; & ſic eſt factum; nam, aperto Corpore B. Franciſci, Cor accipientes, et Interiora, in loco S. Mariæ ſepelierunt*. Confirmant hanc veritatem Jacobus Oddi Peruſinus in Legenda *Franceſchina* ab ipſo conſcripta pag. 379., & 384.; Leonardus Utinenſis Dominicanus in *Sermonario Sanctorum* Serm. de S. Franciſco; Petrus Rodulphus a Toſſiniano Hiſtor. Seraph. Relig. fol. 253., & alii.

Digitized by Google

populus pace, & tranquillitate proficiat, & tandem Nobis illius claritatis æternæ radius illuceſcat. Cæterum cum dignum ſit, ut qui filialis devotionis fructum in vobis exquirimus, ſinceritati veſtræ quæ ſunt paternæ dulcedinis offeramus, cordibus veſtris de Nobis volumus inheſſe fiduciam, quod vobis, ac Ordini veſtro in iis, quæ ſunt favoris, & gratiæ ſecundum Deum, Nos benignos ſemper habebitis, & benivolos ſentietis. Apoſtolicæ Sedis favorem Fratribus repromittit.

Datum .... Pontificatus noſtri anno primo (4).

I I.

Fratribus Minoribus facultatem impartitur habendi ſuis in locis Oratoria, ac in eis cum Altari Viatico Miſſas, & divina Officia celebrandi. Ex Autographo aſſervato in Conventu Urbis S. Franciſci ad Ripas Tyberis.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1235. die 22. April.

Dilectis filiis Fratribus Minoribus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NOs attendentes veſtrarum orationum ſuffragia plurimum opportuna, quoniam eo efficacior eſſe debet veſtra interceſſio apud Deum, quo perfecte viventes ejus digni eſtis gratia potiori. Conſiderantes quoque vobis ne- Cauſa conceſſionis.

(4) Hoc anno præſens Diploma datum fuiſſe, & paulo poſt aſſumptionem Gregorii IX. ad Summum Pontificatum, colligimus tum ex tenore ejuſdem, in quo nulla fit S. Franciſci mentio, quia nondum Sanctis fuerat adſcriptus; tum ex eo, quod Waddingus ad ann. 1251. num. XVII. ex eodem Formulario aliam profert ejuſdem Pontificis Epiſtolam, *Deus Pater*, inſcriptam *Dilectæ Filiæ Claræ Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum S. Damiani Aſſiſii*, in qua idem Gregorius ſe pariter commendat orationibus earumdem. Cum vero ad hanc adnotet Sbaralea, qui tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 37. eam refert ex laudato Waddingo, S. Claræ, & Sororibus ſcripſiſſe Gregorium ſub initio ſui Pontificatus, quo a Friderico II. Imperatore exagitari cæpit, eodem tempore & Fratribus Portiunculæ præſentes dediſſe litteras dicendum eſt. Siquidem in Compendio ejuſdem Formularii poſt illa ad Moniales Aſſiſienſes immediate, & in eadem pagina 126. hæc ponitur, quam hic vulgamus, directa *Guardiano, et Fratribus Ordinis Minorum*, præviis hiſce verbis adnotata, *Super eodem*, ut intelligamus, quod ſicut in prima Epiſtola commendat ſe Gregorius IX. orationibus Monialium, ſic in ſecunda ſe commendat eodem tempore orationibus Fratrum. Urbanus IV. ann. I. ſui Pontificatus Idibus Aprilis litteras dedit omnino ſimiles Fratribus Ordinis Prædicatorum, *in Generali Capitulo Bononiæ congregatis*, quæ leguntur in Bullario ejuſdem Ordinis tom. I. pag. 419. Hinc ad præſens Diploma adhuc adnotare juvat, quod jam ad prælaudatum Claræ Abbatiſſæ, ejuſque Sororibus directum, ipſemet Sbaralea prudenter adnotavit dicens: *Hæ litteræ nulla quidem temporis nota conſignatæ, & ſine loco datæ leguntur; tamen ſub initio Pontificatus Gregorii anno 1227., vel inſequenti editas crediderim, quod in eis nulla fiat S. Franciſci mentio, utpote nondum Sanctorum faſtis adſcripti, & quod eo anno 1228. Fridericus Imperator maxime vexabat Eccleſias, & Clericos, ut ex litteris Gregorii*, Aſcendit ad nos clamor, *die 7. Maii datis, & infra relatis*, pag. ſcilicet 41. ejuſdem Tom. I. Bullarii Franciſcani, quibus admonet Fridericum, ut ab Eccleſiarum, & Clericorum infeſtatione diſcedat, pro qua re duos Fratres Minores ad ipſum legatos miſit.

Cum denique hoc Diploma, ut ſupra dictum eſt, deſumptum ſit ex Formulario Marini de Ebulo, lectores admonere juvat, quod etiam in Vaticano Archivo extat Volumen magnum inſcriptum, *Formularium Magiſtri Marini de Ebulo*, ac iſtius tranſumptum aſſervatur in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe, ſignatum num. 243., in cujus dorſo notatur, *Compendium Formularii Marini de Ebulo*; intus vero, *Vita Magiſtri Marini de Ebulo, Canonici Serisbirienſis, S. R. E. Vicecancellarii Innocentii IV., & Capuani Archiepiſcopi, collecta ex Scripturis Archivi celeberrimæ Vaticanæ Pontificiæ Bibliothecæ anno 1615.* In hoc Formulario plurimas exhibet Marinus Romanorum Pontificum Epiſtolas, aliquando editas; ſed cum pro modo, & forma ſervandis in reliquis edendis litteris Apoſtolicis, ut ex ipſo liquet Operis titulo, eas conſcripſerit, nec

Digitized by Google

GREGORIUS PP. IX. An. Ch. 1235.

Indulget ut ſupra.

Abſque juris Eccleſiarum Parochialium detrimento.

negandum non eſſe unde nemini derogatur; dum veſtra expoſcit religio, ut quæ ſunt etiam de gratia ſpeciali vobis concedere debeamus; devotioni veſtræ auctoritate præſentium veſtris inclinati precibus indulgemus, ut in locis, in quibus degitis, liceat vobis habere Oratoria, in quibus cum Viatico Altari poſſitis Miſſarum ſolempnia, & alia divina Officia celebrare; omni parochiali jure Parochialibus Eccleſiis reſervato. Et ne de hoc jure poſſit quæſtio ſuboriri, illud circa oblationes, decimas, & primitias intelligimus, quæ a Laicis ſolent Clericis exhiberi, quibus defraudari nolumus Parochiales Eccleſias occaſione indulgentiæ ſupradictæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii x. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno nono (1).

III.

Poſſeſſiones, & bona Monaſterii S. Angeli de Aſculo confirmat, bonaque ipſa, Monaſterium, & Moniales ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit.

Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, nunc Monachorum Congregationis Montis Oliveti.

An.Ch. 1240. die 27. Maii.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filialibus Abbatiſſæ, ac Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. (1) *Ordinis S. Damiani* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium.

Monialium ſupplicationibus Pontifex annuit.

CUm a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilectæ in Domino filiæ, ve-

nec nomen Pontificum, quorum ſunt Epiſtolæ, nec tempus, nec locum, quibus editæ fuerunt, in eis adnotavit. Quare cum in hoc Supplemento eas referre propoſuerim Apoſtolicas litteras, quæ in eodem Formulario continentur ad Franciſcanum Ordinem pertinentes, ea cogor neceſſitate, ut Pontificum nomina, diemque, & locum ſubſcriptionis earumdem, ex circumſtantiis in eiſdem litteris recenſitis conijciam. Hinc lectores etiam admonitos volo, Ebulum noſtrum octogenario majorem, ut ait laudatus Ughellus, obiiſſe vi. Idus Martii ann. 1285., qui ultimus fuit Martini IV., & primus Honorii IV., ſive, ut habetur in præcitata ejus Vita, mortem oppetiiſſe *anno Honorii IV. Pontificis Maximi ſecundo*, qui fuit 1287. Ex hoc enim optime colligitur, verum fateri Ughellum dicentem, Marinum decem Romanis Pontificibus inſerviſſe, quia tot revera ab Innocentio IV. ad præfatum Martinum incluſive regnavere Pontifices; quod monitum pro iis omnibus valere arbitror diplomatibus, quæ ex ejus Formulario, vel ex Compendio ejuſdem in hoc Supplemento exſcribenda erunt.

(1) Idipſum conceſſerat Minoritis Honorius III. anno 1224. die 3. Decembris per ſuum Diploma, *Quia populares tumultus*, vulgatum a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 20., in quo tamen nil habetur de jure Parochiali, poſtmodum a Gregorio IX. tum in hoc, cum in aliis duobus de hoc ipſo argumento ab ipſo editis, expreſſo. Horum primum emanatum anno 1227. die 4. Maii, incipit pariter, *Quia populares tumultus*; ſecundum vero editum anno 1228. die 26. ejuſdem menſis, quoad verba ſingula concordat cum præſenti, ſed cum illud datum ſit Aſſiſii VII. Kal. Junii Pontificatus Gregorii IX. anno ſecundo, liquido apparet a præſenti aliud omnino eſſe.

(1) *S. Angeli Eſculan.*; Aſculi nimirum in Picena Provincia, quod & *S. Angeli Magni* nuncupatur, a Clariſſis inhabitatum ad annum uſque 1460., quo tempore, Monialibus in aliis Monaſteriis ejuſdem Urbis collocatis, ad Monachos S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, qui adhuc illud incolunt, juſſu Pii II. tranſlatum fuit, ut apparet ex Actis Mſs. in Archivo ejuſdem Monaſterii exiſtentibus, rogatis per Stephanum de Amodeis de Amatritio.

(2) *Ordinis S. Damiani*; ideſt, Ordinis S. Claræ, quæ ſic, vel etiam Damianitæ dictæ

Digitized by Google

veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes conſenſu, perſonas veſtras * S. Angeli, in quo divino vacatis obſequio, cum omnibus bonis, quæ in præſentium rationabiliter poſſidetis (3) vel in poſterum juſtis modis, dante Domino, poteritis adipiſci, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem terras, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut * pacifice poſſidetis, vobis, & eidem Monaſterio per vos auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Laterani VI. Kal. Junii Pontificatus noſtri anno XIII.

GREGORIUS PP. IX. An.Ch. 1240.

* *Et Monaſterium.* Monaſterii bona ſub protectione S. A. recipit, & confirmat ut ſupra.

* *Ea omnia juſte, &c.*

B IV.

dictæ fuerunt ab earum Aſſiſienſi Eccleſia S. Damiano ſacra, in qua S. Clara, poſtquam aliquandiu in Eccleſia S. Pauli primum, atque hinc in illa S. Angeli de Panſo Ordinis S. Benedicti diverſata eſſet, tandem moram fixit, & ad Cœlum evolavit, quamque modo incolunt Fratres Minores Reformati. Varias denominationes, quibus Clariſſæ ſub illis initiis audiebant, variaſque Regulas, quas ipſæ profitebantur, hortatu Joannis Cajetani Cardinalis Urſini, qui poſtea fuit Summus Pontifex Nicolaus III., tandem ademit Urbanus IV. qui omnes ad unius Regulæ profeſſionem ſub uno Clariſſarum nomine adegit, uti narrat Waddingus ad ann. 1264. num. VII. ſcribens: „ Joannes Caetanus, Minorum, & Clariſſarum Cardinalis Protector, circa hoc tempus conſiderans Sorores ejuſdem profeſſionis ſub variis militare nominibus, & regulis, quædam enim obſervabant Regulam a S. Franciſco traditam, aliæ a Gregorio IX. præſcriptam, aliæ Innocentii IV., quædam Alexandri IV., aliquæ etiam vocabantur *Sorores Recluſæ*, aliæ *Pauperes Dominæ*, aliæ *Minoriſſæ*, aliæ *S. Damiani*, quædam etiam *Clariſſæ*; egit cum Pontifice, ut uno audirent nomine, eamdemque omnes Regulam obſervarent. Dedit eidem commiſſionem Pontifex, ut Regulam ex jam præſcriptis adaptaret muliebri infirmitati, quam mox ſuo confirmavit diplomate, in quo juſſit, ut omnes eodem nuncuparentur nomine. Illud præterito anno ſub XV. Kalendas Novembris, necnon hoc anno ſub Nonis Maii datum, Cardinalis Protector, ſuis adhibitis litteris, ad omnia Monaſteria tranſmiſit. In omnibus ferme totius Ordinis Cænobiis admiſſa eſt hæc Regula, a qua ad diſtinctionem illarum, quæ ſub ſtricta S. Franciſci, vel alia Regula perſeverare voluerunt, *Urbaniſtæ*, ſunt nuncupatæ. Incipiunt Cardinalis litteræ: *Attendentes de facili* „ in quibus ipſum continetur Urbani IV. Diploma incipiens, *Beata Clara virtute clarens*, quod videre eſt apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 509.

(3) *Rationabiliter poſſidetis*; jam enim ipſe Gregorius IX. per alias ſuas litteras, *Pro Monaſterio dilectarum*, Pontificatus anno 7. ſub V. Kal. Aprilis emanatas, eidem Aſculano S. Angeli Monaſterio conceſſerat, ut recipere, ac retinere poſſet bona, legata cuidam Sorori Cæciliæ Monaſterium ipſum ingredienti, atque huic ab ipſa donata, prohibueratque Pontifex ne eadem bona alio transferrentur, ut aliqui injuſte contendebant. Verum etſi in nonnullis Monaſteriis, S. Clara adhuc in terris agente, poſſeſſiones receptæ fuerint, in quamplurimis tamen, in quibus vigebat profeſſio Regulæ a S. Franciſco præſcriptæ, locum non habuerunt. De S. Clara ſcribit Waddingus ad ann. 1243. num. XXIX. quod cum Gregorius IX., ejus compatiens paupertati, ei poſſeſſiones offerret, *illa magno, ac conſtanti animo eas refutavit, in arctiſſima ſemper vivens paupertate, ut in præfata ſua formula Pater Franciſcus præſcripſit: unde in ejus Officio canitur* „ Oblata per „ Gregorium refutat poſſidere &c. „ *quod & hiſce verbis Alexander IV. in Bulla Canonizationis teſtatur*: „ Amatrix vero præcipua, & „ colona ſedula paupertatis, ſic illam ſuo affixit animo, ſic eam in ſuis deſideriis alligavit, quod ſemper in ipſius dilectione firmior, & ardentior in amplexu adſtricta, ab „ delectabili ejus copula, pro nulla unquam „ neceſſitate diſceſſit; nec aliquibus potuit induci ſuaſibus ad conſentiendum, quod ſuum „ Monaſterium proprias poſſeſſiones haberet: „ quamquam felicis recordationis Gregorius „ Papa prædeceſſor noſter, de multa indigentia ipſius Monaſterii pie cogitans, libenter „ illi voluerit pro Sororum ejus ſuſtentatione „ poſſeſſiones ſufficientes, & congruas deputare. „ Hinc ad ann. 1253. num. I. addit idem Annaliſta, quod cum Innocentio IV., Claram infirmam, & morti proximam viſitanti, propoſitum fuiſſet *ſummum S. Virginis deſiderium de ſtabilienda in religioſioribus Monaſteriis Regula ſtrictiori a S. Franciſco præſcripta, & tollendis aliis laxioribus a Gregorio & Innocentio ipſo ſuperadditis, Pontifex conceſſit eidem, ut nullo modo Generalis Miniſter, vel alius quiſpiam cogere poſſet Sanctimoniales ad obſervantiam alterius a prima illa Franciſci inſtitutione, commiſitque Domino Protectori Raynaldo, ut ipſam inviolabiliter obſervari faceret iis in locis, in quibus antea obſervabatur. Incipiunt conceſſionis litteræ*, Recto aſſumpto tramite, *datæ XV. Aprilis. Deinde paucis diebus ante obitum ipſius beatæ Virginis Regulam ipſam ſuo diplomate confirmavit.*

Digitized by Google

GREGORIUS PP. IX. An.Ch. 1240.

IV.

Mandat Epiſcopo Aſculano, ut indebitis exactionibus Moniales S. Angeli ejuſdem Civitatis non moleſtet, ſed annuo cenſu dimidiæ libræ caræ contentus ſit.
Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, nunc Monachorum Montis Oliveti.

An.Ch. 1240. Die 13. Junii.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri (1) ..... *Epiſcopo Eſculano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exhortatio ad Epiſcopum.

Tibi ſalutis, & laudis procurabis augmentum, ſi cum de novo diſpoſitione divina ſis aſſumptus ad curæ paſtoralis officium, illa diligenter efficias, per quæ intentos laudibus divini Numinis percepiſſe gaudearis ſtatus gratiam ſalutaris. Cum itaque in noſtris deſideriis habeatur, quod dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Conventus Monialium Incluſarum (2) Monaſterii S. Angeli Ordinis S. Damiani (3) ab omnibus reddantur expeditæ moleſtiis, ut poſſint liberius laudibus intendere Redemptoris; Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus circa ipſas paternæ dirigens pietatis affectum, eaſdem indebitis exactionibus non moleſtes, ſed annuo cenſu dimidiæ libræ cæræ contentus, quem prædeceſſores tui, qui fuere pro tempore, olim, ſicut dicitur, a prædicto Monaſterio perceperunt, ſic te ipſis pium in neceſſitatibus contra perverſorum audaciam exhibeas protectorem, ut, præter favoris noſtri præmium, exinde tibi proveniat, quod pro pietatis operibus divina Clementia recompenſet.

Mandat ut ſupra.

Et ut Moniales defendat, & protegat.

Datum Laterani Idibus Junii Pontificatus noſtri anno XIII.

Di-

(1) *Venerabili fratri*; Theodino, alias Theodorino, ſeu Theodoro, qui ex Ughello tom. 1. Ital. Sacr. *de Epiſcopis Aſculanis* numer. 35., electus fuit anno 1239., anno ſcilicet hujus diplomatis emanationem immediate præcedente, ac menſibus forſan ante ipſam paucis, ut illa innuunt harum epiſtolarum verba, *cum de novo ſis aſſumptus ad curæ paſtoralis officium*.

(2) *Monialium incluſarum*. Sic appellabantur Clariſſæ, quia ipſæ omnium primæ votum emiſere ſolemne manendi in perpetua Clauſura, prout in earum regulæ capitibus 2., & 11. continetur; unde in Hymnis Veſperarum de S. Clara Anteſignana canitur: *Clauditur velut carcere: Clauditur velut tumulo.* Hoc votum poſtmodum Bonifacius VIII. in ſua Decretali, *Periculoſo*, in 6. de Stat. Regul. tit. 16. l. 3., ac tandem Concilium Tridentinum Seſſ. 25. de Regul. cap. 5. ad Moniales omnes reliquorum Ordinum extendit.

(3) *Ordinis S. Damiani*, ideſt Clariſſarum, quæ ſic, aut Damianitæ appellabantur ob rationem allatam in nota (2) ad Bullam ſuperiorem. Neque audiendi ſunt, qui Damianitas eas appellatas fuiſſe dixerunt a profeſſione Regulæ a S. Petro Damiani conſcriptæ, idque probare contendebant ex eo, quod in Epiſtolis Gregorii IX., & aliorum Pontificum, ut audiemus, Ordo S. Damiani, ſive Clariſſarum, ſub Regula S. Benedicti dicitur inſtitutus, *id namque titulo*, ſcribit Waddingus ad ann. 1243. num. XXIX., *& invocatione intelligendum venit, non obſervantia Regulæ, aut illius ſtatus rigoroſa profeſſione, ſicut Religiones militares, verbi gratia S. Stephani, ſub Regula S. Benedicti militant, licet nullum ejus particulare Statutum obſervet*. Hanc ambiguitatem, quæ emergere poſſet ex Epiſtolis Gregorii IX., in quibus Ordo Clariſſarum inſtitutus dicitur ſub Regula S. Benedicti, idem Waddingus perfecte abſtuliſſe ait Innocentium IV. in ſuis litteris, *In divini timore nominis*, datis *Reverendiſſimæ in Chriſto filiæ Agneti Sorori Monaſterii S. Franciſci Pragen. Ordinis S. Damiani*, relatis ibidem ab eodem Annaliſta num. XXVIII. & a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 315., in quibus hæc habet Innocentius: *Præceptum obedientiæ in illa* (in Regula Clariſſarum) *potiſſimum poſitum fuit, & adjectum de Beati Benedicti Regula, ut per ipſam, quaſi præcipuam de Regulis approbatis veſtra Religio authentica redderetur, nulla tamen propterea neceſſitate vobis inducta, ut ipſam teneamini obſervare &c.* Nil clarius Pontifex enunciare poterat, ut certos nos redderet, Moniales Clariſſas non fuiſſe Benedictinas, quemadmodum & nos iterum ad Bullam IX. Alexandri IV. *Religioſam vitam*, opportunius adnotabimus.

Digitized by Google

Diplomata Innocentii IV., qui Petri Clavum tenuit annos undecim, menſes quinque, dies quatuordecim, ab anno ſcilicet 1243., quo VIII. Kalendas Julii Anagniæ electus fuit, uſque ad diem ſeptimam Decembris anni 1254., qua Neapoli deceſſit.

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1245.

I.

Clariſſis Monaſterii Sancti Angeli de Aſculo concedit, ut ſingulis diebus, ſextis feriis exceptis, vino, & pulmento uti poſſint, necnon ut ſupra ſtramineam culcitram dormire valeant; earumque Confeſſario impartitur facultatem eas ab omnibus regulæ tranſgreſſionibus abſolvendi. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc Patrum Olivetanorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1245. Die 17. Julii.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Incluſarum S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

DIvinæ affluentiam pietatis habendo præ oculis, quæ Nobis licet immeritis curam generalis commiſit Eccleſiæ, ſaluti omnium libenter intendimus, ſed illorum præcipue, qui divinis laudibus frequenter invigilant, & præ vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant. (Exordium.) Exhibita ſiquidem Nobis veſtra petitio continebat, quod licet ſit in deſiderio veſtro continuum per afflictationem carnis aſſiduam mereri præmia Beatorum, tamen ex fragilitate naturæ adeo Spiritus promptitudo retunditur, quod vix abſque diſcriminis incurſu ſufficitis, ut in omnibus formulæ vitæ veſtræ (2) rigorem perpeti valeatis. (Monialium petitio.) Verum quia pium eſſe dignoſcitur, ut ex proviſione Sedis Apoſtolicæ a vobis jugum Domini cum ſuavitate feratur, univerſitati veſtræ præſentium auctoritate concedimus, quod vino, & pulmentis, non obſtante mandato abſtinentiæ (3) quod in eadem for- (Concedit uſum vini, & pulmenti, excepta ſexta feria.)

(1) *Ordinis S. Damiani*, nempe Ordinis S. Claræ, quemadmodum eas appellandas eſſe mox decrevit Urbanus IV., ſublatis *Damianitarum*, *Incluſarum*, uti hic nuncupantur, aliiſque nominibus, quibus eo tunc audiebant, ut ſuperius dictum eſt in nota (2) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*.

(2) *Formulæ vitæ veſtræ*; Regulæ nimirum ab ipſis profeſſæ. Illa namque a S. Patriarcha Franciſco anno 1224. Clariſſis tradita, adeo rigida erat, ut, referente Waddingo ad hunc ann. num. 1., cum ſcriberetur, Cardinalis Hugolinus, qui Sancto Inſtitutori aderat, & nonnulla ſuggerebat, *conſiderans Virginum fervorem, non poſſet ſe a lacrymis cohibere*. Continebat hæc Regula centum & tria præcepta, ad quorum obſervantiam ſub mortali tenebantur Moniales, mox anno 1446. ſublata ab Eugenio IV. per ſuum diploma, *Ordinis ſui*, datum ſub Nonis Februarii Fratri Jacobo de Primaditiis, quo declaravit, *quod in nullius prædictorum tranſgreſſione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota obedientiæ, paupertatis, clauſuræ, caſtitatis, ac inſuper electionis Abbatiſſæ, & depoſitionis, peccatum mortale incurrant*.

(3) *Non obſtante mandato abſtinentiæ*. In prædicta Regula ſic de jejunio præcipiebatur: „ Jejunandi autem hæc obſervantia teneatur, „ ut omni tempore jejunetur quotidie; quarta „ quidem, & ſexta feria extra Quadrageſimam „ a pulmento, & vino pariter abſtinentes, „ niſi præcipuum Feſtum alicujus Sancti in „ eis occurrerit celebrandum: in quibus diebus, quarta ſcilicet, & ſexta feria, ſi poma, aut fructus, vel herbæ crudæ adfuerint, „ reficiendis Sororibus apponantur: In Quadrageſima vero majori quatuor diebus. In „ Quadrageſima vero S. Martini tribus diebus „ in hebdomada pane & aqua jejunent, & in „ omnibus Vigiliis ſolemnibus, ſi de earum „ fuerit voluntate.„

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1345.

formula continetur, omni tempore tam ſanis, quam aliis liceat vobis uti, excepta ſexta feria, qua omnes, præter debiles, & infirmas, ſemper in pane, & aqua jejunent, non tamen infra Octavas Paſchæ, niſi forte in ipſa feria venerit dies Natalis Domini, vel aliqua Solempnitatum B. Mariæ Virginis, aut Monaſterii veſtri Feſtivitas principalis. Concedimus vobis etiam omnibus, quod Sacconum (4) & Capitalium (5) cum palea ſemper uſum liberum habeatis. Silentium vero ſecundum ſtatuta ipſius formulæ cum ſumma diligentia ſervetur a vobis, ita tamen quod Sorores infirmæ, aut ſervientes eiſdem, infirmitatis ſuæ tempore, loquendi quæ neceſſaria, & utilia fuerint, habeant in Infirmitorio poteſtatem. Liceat etiam auctoritate noſtra Confeſſori veſtro, qui pro tempore fuerit, de illorum tranſgreſſionibus, quæ ſecundum prædictam formulam, vel Ordinem veſtrum ſervare debetis, & omnibus aliis exceſſibus confeſſionem veſtram audire, & pœnitentiam vobis injungere ſalutarem, ſalvis pœnis, quarum impoſitio competit Abbatiſſæ ſecundum veſtram conſuetudinem, & obſervantiam regularem. Cæterum veſtra humilitas, quæ perhempnis obtentu Patriæ cuncta reliquiſſe perſpicitur, ad hoc intenta jugiter habeatur, ut Sponſo veſtro cœleſti mundis cordibus ſervientes, vos tales vita, & converſatione illius præſentetis oculis, quod luce prævia bonorum operum ad perhempnes ejus nuptias tandem ingreſſum liberum habeatis. Nulli ergo &c.

Datum Lugduni XVI. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno Tertio.

Singulis ſextis feriis, nonnullis exceptis, Monialibus ſanis in pane & aqua jejunandum.
Concedit, ut ſupra, ſtramineam culcitram.
Silentii obſervantia inculcatur.
Infirmis, & eis inſervientibus loqui permittit.
Confeſſario tribuit facultatem ut ſupra.
Exceptio notanda.
Exhortatio ad Moniales.

(4) *Sacconum*, ideſt Culcitrarum Stramінearum, gallice *Paillaſſe*, ut ait Freſnius in Gloſſario tom. 6. Verb. *Sacco*, idiomate etruſco *Saccone*, quaſi ſaccus magnus palea repletus.

(5) *Capitalium*, nempe Cervicalium, ut ait idem Freſnius ibidem tom. 2. Verb. *Capitale*, quod idem eſſe ſcribit ac *Cervical*, *Pulvinar*, *Plumatium*, italice *Capezzale*; unde & in Regula S. Benedicti cap. 55. ex eodem Freſnio citato in loco habetur: *Stramenta autem lectorum ſufficiant, matta, ſagum, læna, & Capitale*. Horum uſus Clariſſis interdictus erat a prima earum regula, a Cardinali Hugolino ipſis præſcripta, quam poſtmodum idem, Pontifex electus ſub nomine Gregorii IX., Monialibus S. Angeli de Aſculo anno 1239. tradidit obſervandam, datis litteris IX. Kal. Junii, *Cum omnis vera Religio*, vulgatis a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 263. In hac regula de lecto, cubandique modo ita legitur: „Super „tabulas ligneas jaceant, ſtorea, vel panno „laneo ſuper ſtrato cum aliquantulo fœni, vel „paleæ, ſi voluerint, & viſum fuerit Abbatiſſæ; vel hujuſmodi aliquo alio, quod earum „Religionem deceat, & pro loco potuerit „inveniri, habentes ad caput cervicalia plena „palea, ſive fœno. Quare hujus diplomatis vigore ab Innocentio IV. diſpenſatum fuit cum Clariſſis Monaſterii S. Angeli de Aſculo, cum aliis nonnullis ab aliis Pontificibus, cum univerſis vero ab Urbano IV. in ſua Bulla, *Beata Clara virtute clarens*, quam exhibet clariſſimus Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 509. continetque Regulam ab eodem Urbano Clariſſis traditam, & a Joanne Cajetano Cardinali Urſino, tunc Ordinis Protectore, *univerſis Abbatiſſis, & Sororibus incluſis Ordinis S. Claræ* directam per ſuas Epiſtolas incipientes, *Attendentes de facili*, quæ ibidem legi poſſunt apud eumdem Sbaraleam in nota (*a*) pag. 520.

INNO-

II.

Quod Archiepiſcopus, & Capitulum Clariſſis ineptum locum habentibus ad commodiorem ſe transferre permittant. Ex Formulario Ebuli in Vaticano Archivo aſſervato, & ex Compendio ejuſdem exiſtente in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 141.

An.Ch. 1246. die....

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo (1) *& dilectis filiis Capitulo Narbonen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium.

BEnigni promptitudo favoris circa vos in eo debet haberi potiſſime, in quo & Deus honorari conſpicitur, & animarum utilitas procurari videtur. Sane cum multæ compaſſionis affectu afflictionem audivimus, quam dil. in Chriſto Fil. Abbatiſſa (2) & Moniales Narbonæ, Ordinis S. Damiani de loci patiuntur ineptia, in quo divinis vacant obſequiis ſub extremæ ſarcina paupertatis, præſertim cum nec ipſæ leviter ad Deum timentes pro implorando ſubſidio recurſum habere valeant, nec liber aliquando ab iis ad ipſarum Monaſterium haberi poſſit acceſſus, ut iis, quod cupitur, ſubventionis remedium præbeatur. Cum itaque ipſarum ad hoc aſpiret humilitas, ut de loco ipſo ad alium tranſire poſſint idoneum pro habitatione ſua in Narbonenſi Brolio (3) pietatis intuitu a perſonis ſpiritualibus acquirendum, in quo mentibus debitis, & liberis Regi, & Reginæ Virginum religioſæ obſequium exhibeant ſervitutis; Univerſitatem veſtram affectione, qua poſſumus, hortamur, poſt menſes quatuor &c. quatenus &c. penſato prudenter, quod hu-

Cauſa litterarum Monialium paupertas.

Monialium petitio.

C

(1) *Archiepiſcopo*, Guillelmo de Broa, ex Gallia Chriſtiana tom. 6. electo anno 1245. Vigilia Aſcenſionis Domini, quæ incidit hoc anno in diem 28. Maii, qui cum obierit anno 1257. VIII. Kalendas Auguſti, duodecim annis Cathedram Narbonenſem tenuit.

(2) *Dil. in Chriſto Fil. Abbatiſſa*, Franciſca, de qua in eadem Gallia Chriſtiana loco mox laudato habetur mentio, cum de Guillelmo Archiepiſcopo Narbonenſi hæc referuntur: *Denique anno incerto Franciſcæ Abbatiſſæ Ordinis S. Damiani locum impertivit in Paræcia S. Felicis ad excitandum Monaſterium, quod modo non extat.* In his verbis rationem quoque me adinveniſſe putavi aſſerendi, hoc diploma datum fuiſſe Guillelmo Archiepiſcopo, quia unum tantum Narbonæ Clariſſarum Monaſterium in tota hiſtoria noſtra, apud Waddingum ad ann. 1290. num. XXXV., & quidem jam exiſtens, commemoratum reperio, quod aliud eſſe non potuit, quam in præſenti diplomate expreſſum, & a Guillelmo Archiepiſcopo excitatum. An vero hujus Monaſterii Sanctimoniales ſub cura, & diſciplina Fratrum Minorum vixerint aliquando, divinare non licet. In Polychronico Jordanis Cuſtodia Narbonenſis prima adnotatur ex octo, quæ Provinciam Provinciæ componebant, & octo etiam ipſa conſtabat Cœnobiis, quorum primum Narbonenſe, unde Cuſtodiæ nomen, in quo S. Bonaventura anno 1260. Generale Capitulum celebravit, ac inter alia prudenter ſancita, formam quoque Minoritici habitus inſtituit. In hoc eodem Conventu, *Frater Laicus*, inquit idem Polychronici auctor, *ſeptem Fratres curavit diverſis infirmitatibus*, atque hunc Piſanus Conform. 8. & 11. vocat *Fratrem Electum*.

(3) *In Narbonenſi Brolio*; intra gyrum nempe, vel mœnia Civitatis, aut in aliquo iſtius loco ædificiis, vel muris vallato. Hæc noſtra interpretatio conſona videtur Pontificio diplomati, in quo cum habeatur, primævum Clariſſarum Narbonenſe domicilium in loco extitiſſe ab Urbe diſſito, & quandoque etiam ipſis Civibus inacceſſo, rationi conſonum videtur, mandaſſe Pontificem, ut illis locus aptus intra ſepta Civitatis deſtinaretur. Licet enim Freſnius in Gloſſario Verb. *Brolium* ſcribat, *Brolium, Nemus, Silva, aut Saltus, in quo ferarum venatio exercetur: maxime vero Silva muris, & ſepibus cincta*; cum tamen ſubinde advertat, hujus vocis etymon græcum eſſe, ac ſignificare id, *quod nos vivarium, vel concluſum locum dicere poſſumus*, nil prohibet, quin *Brolium* pro quolibet loco muris circumdato accipere poſſimus. Dantes in Purgat. Cant. 29. cantic. 2. idem verbum uſurpat pro corona, vel florum ſerto, dicens:

„ E queſti ſette col primajo ſtuolo
„ Erano abituati: ma di gigli
„ Dintorno al capo non facevan Brolo;

quod, relicta Landini, & Vellutelli explicatione, ideo a Poeta dictum exiſtimo, quia ſertum caput circumdat, ac veluti concludit.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1246.

Mandat ut ſupra.

hujuſmodi Ancillas Domini deceat benignitatis, & gratiæ afluentia conſolari, earum in hac parte deſiderium pro divina, & noſtri reverentia ſub ejus occaſionis obedientia ducatis propere ad effectum, ipſis, quod ad prædictum locum ipſius Brolii tranſire libere, & Eccleſiam, ac Domos earum uſibus opportuna conſtruere poſſint ibidem, facultatem liberam tribuentes, ita quod eis vos ad preces noſtras juxta votum gaudentibus inveniſſe benivolos, Nos veſtra propter hoc ſinceritas gratuletur tempore opportuno invenire gratioſos. Cæterum tu Frater Archiepiſcope, qui præſentialiter noſtrum beneplacitum audiviſti (4) prædictis Abbatiſſæ, & Monialibus primarium pro ipſa Eccleſia lapidem, omni dilatione, & difficultate poſtpoſita, largiaris. Alioquin ..... per litteras noſtras ..... ut ſupra, hoc mandatum Apoſtolicum exequantur. Contradictores auctoritate noſtra &c.

Archiepiſcopus primum novi ædificii lapidem ponat.

Datum Lugduni .... Pontificatus noſtri anno Tertio.

III.

Moniales S. Coſmæ de Urbe relinquit in pacifica poſſeſſione Eccleſiæ S. Cornelii, præcipitque, ut Capitulo Baſilicæ Vaticanæ, eamdem Eccleſiam ſibi collatam prætendenti, ſilentium imponatur. Ex Chronico MS. ejuſdem Monaſterii pag. 105.

An. Ch. 1247. die 14. Julii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio (1) tituli Sanctæ Mariæ in Tranſtyberi Presbytero Cardinali Vicario noſtro in Urbe ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Commemorat litteras Gregorii IX.

PIÆ recordationis Gregorius Papa Prædeceſſor noſter dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum (2) Monaſterii Sancti Coſmæ de Urbe (3) Ordinis S. Damiani, pro inopia relevanda ipſarum, ſicut accepimus, Eccleſiam Sancti Cornelii extra Urbem Portuenſis Diœceſis (4) de fratrum ſuorum conſilio contulit intuitu pietatis, ſicut in lit-

(4) *Præſentialiter noſtrum beneplacitum audiviſti*; Lugduni videlicet, vel poſtquam Innocentius IV. die 2. Decembris Pontificatus ſui anno 2. ad eam Urbem pervenit; vel poſt abſolutum Generale Concilium, ibidem ab eodem Innocentio celebratum, cui Archiepiſcopus Guillelmus cum aliis interfuit.

(1) *Dilecto filio*, Stephano Peruſino, ab Innocentio III. Diacono Cardinali S. Adriani creato, qui antea uxorem habuit, ex qua ſuſcepit Philippum Ordinem noſtrum profeſſum. De ipſo fuſe Ciaconius in Cardinalibus Innocentii III., ac ſæpiſſime in litteris Apoſtolicis Gregorii IX. & Innocentii IV., qui eidem commiſit quoque, ut Fratres noſtros induceret in poſſeſſionem Conventus Aracœli de Urbe, ut videre eſt apud Waddingum, & Sbaraleam in litteris hac de re eidem datis anno 1248. die 23. Julii, anno 1249. die 12. ejuſdem menſis, & anno 1250. die Junii 26. Vicarius Innocentii IV. in Urbe dicitur etiam in aliis hujus Pontificis Epiſtolis, ac apertiſſime a Nicolao de Curbio in Vita ejuſdem Innocentii cap. XIII., ubi refert, Cardinales omnes, præter quatuor, Lugdunum ad Pontificem ſe contuliſſe, ac horum quatuor unum fuiſſe Stephanum, de quo agimus, dicens: *Dominus Stephanus tituli S. Mariæ in Tranſtyberim Presbyter Cardinalis remanſit in Urbe Vicarius*, quod etiam alibi adnotabimus.

(2) *Monialium Incluſarum*, ideſt Ordinis S. Claræ, quæ Incluſæ, & Damianitæ, ſive Ordinis S. Damiani, ob rationes jam alibi allatas dicebantur.

(3) *Sancti Coſme de Urbe*, in regione Tranſtyberina, in loco, qui dicitur *Mica Aurea*, verius autem, *Vicus Aureus*, ut ex Flo. van. Martinell. Roma Sacr. pag. 94. inquit P. Caſimirus Romanus, *Memorie Iſtoriche della Chieſa d'Araceli* cap. 2. pag. 7. nunc vulgo *San Coſimato*, olim celebris Abbatia Monachorum Ordinis S. Benedicti, de qua alibi ſermo redibit.

(4) *Portuenſis Diœceſis*, prope Inſulam, quæ vocabatur Caſtrum S. Petri, in loco, qui dicitur *Maceranus*, ut habetur in Bulla Gregorii

litteris Apoſtolicis (5) ſuper hujuſmodi collatione confectis plenius dicitur contineri. Cum autem dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, non facta de præmiſſis aliqua mentione, a Nobis dicantur impetraſſe litteras, ut ſibi prædicta Eccleſia (6) conferatur, & intentionis noſtræ non fuerit, nec exiſtat, quod dictæ Abbatiſſa, & Conventus (7) Eccleſia ipſa (8) deſtitui ut ſupra deberent, & ab aliquo perturbari; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, Capitulo præfato (9) imponas ſuper Eccleſia ipſa ſilentium, & obtentas taliter ab eo litteras auctoritate noſtra viribus carere decernas. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Lugduni 14. die Julii Pontificatus noſtri anno Quinto.

Capituli Vaticani prætenſio.

Mandat ut ſupra.

Litteras a Capitulo Vaticano obtentas irritat.

rii IX. *Quoties a nobis petitur*, edita ann. 1238. die 9. Auguſti, & in alia ejuſdem Pontificis ſimiliter incipiente, data die 17. Decembris ejuſdem anni, qua Gregorius confirmat permutationem Monaſterii S. Criſpoliti cum Eccleſia S. Cornelii, jam a ſe in priori Bulla approbatam, quam confirmationem, & approbationem factam a Gregorio IX., mox iterum confirmavit Innocentius IV. per ſuum diploma, *Ex parte veſtra*, a nobis in hoc Supplemento inferius exſcribendum.

(5) *In litteris Apoſtolicis*, modo laudatis, incipientibus, *Quoties a nobis petitur*, editis anno 1238.

(6) *Prædicta Eccleſia*, nempe S. Cornelii extra Urbem Diœceſis Portuenſis, ut modo dictum eſt.

(7) *Abbatiſſa, & Conventus*, Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe, vulgo *San Coſimato*, in regione Tranſtyberina, in loco, ut mox audivimus, qui dicitur *Mica Aurea*.

(8) *Eccleſia ipſa*, Sancti Cornelii ſcilicet, in Diœceſi Portuenſi, ut ſuperius.

(9) *Capitulo præfato*, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ut in ipſo Diplomate. Waddingus ad annum 1233. de traslatione hujus Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani a Patribus Benedictinis ad Moniales Clariſſas verba faciens, num. XXXVII. inquit: *Hoc item anno, vel circiter, diſtributis per alias Urbis ædes Patribus Benedictinis, datum fuit Clariſſis Monaſterium eorumdem SS. Coſmæ & Damiano ſacrum in regione Tranſtyberina, quod ex ſtructura, & loci elegantia Mica Aurea cognominabatur. Ex primis & præcipuis, quas habebant in Urbe plurimas Abbatias, hæc una erat multis locuples poſſeſſionibus, quarum magnam partem voluit Pontifex penes Sanctimoniales remanere.* Id ſe colligere addit ibidem Annaliſta ex Diplomate Gregorii IX. *De tua diſcretione*, allato etiam a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 137., quo idem Pontifex anno ſequenti 1234. Pontificatus ſui VIII. ſub die 15. Septembris conſtituit œconomum ejuſdem Monaſterii Fratrem Jacobum Ordinis Minorum, qui poſt aliquot menſes ex Pontificis facultate hujuſmodi officium tranſtulit ad alium ejuſdem Ordinis, Paulum nomine, data ſcriptura, quam refert ibidem Annaliſta, & omnino præterit in notis eruditiſſimus Sbaralea, qui tamen advertit, Monaſterium, de quo agimus, ante diem 5. Julii anni prædicti 1233. ad Clariſſas tranſiiſſe, idque optime colligit ex Epiſtola ejuſdem Gregorii, *Quia illos vere*, data 3. Nonas Julii Pontificatus anno ſeptimo, *Priori, & Fratribus Eremi Camaldulen.* ne offenſos ſe reputent, ſi Romanum Monaſterium S. Coſmæ ipſis collatum, etiam ſubductum ſit, & qua de cauſa. Sed quamvis ex hac Epiſtola, a ſe allata in eodem tomo 1. Bullarii Franciſcani pag. 112., id optime colligat ipſe Sbaralea, male tamen ratiocinatur pag. 136. in nota (*b*) ad prædictum Diploma, *De tua diſcretione*, ubi ait, Mauillonium in appendice tom. 3. num. 60., & tom. 4. num. 86. Annal. Benedict. vel a Waddingo, vel ex libro monumentorum hujus Monaſterii, a Sorore Urſula Formicini conſcripto, ſumpſiſſe, ac proinde poſt Waddingum affirmaſſe, Monaſterium præfatum ad Moniales Clariſſas tranſiiſſe anno 1234. die 25. Septembris. Male, inquam, ratiocinatur, quia Waddingus, ut audivimus, tranſlationem hanc & ipſe factam fuiſſe ſcribit anno 1233., *vel circiter*; de die vero, quo facta fuit, ne verbum quidem enunciat.

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1247.

IV.

Mandat, ut nonnullis Epiſcopis inhibeat, ne impediant Fratres Minores a celebratione in Altari Viatico, neve deinceps in eoſdem Fratres, eorumque hoſpites excommunicationis gladium intorqueant, pœnaſque comminatur non obtemperantibus. Ex Autographo extante in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe.

An. Ch. 1247. die 18. Octobr.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Epiſcopo Anagnino (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium. Fratrum querelæ ad Pontificem.

NON debent Eccleſiarum Prælati, quibus religionem plantare convenit, & fovere, viros Religioſos perſequi, & eis ſuper his maxime, quæ ad divinum cultum pertinent, obviare. Accepimus ſane, inſinuantibus dilectis filiis Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum (2) per Campaniam, Maritimam, & partes Romanas uſque ad fines Tuſciæ (3) conſtitutis, quod quidam Prælatorum earumdem Provinciarum, occaſione privilegiorum, quæ ſe habere proponunt, aliqui vero ſuo dumtaxat arbitrio, prædictis Fratribus inhibere præſumunt, ne, ubi degunt, valeant libere ſecundum noſtram indulgentiam cum Altari Viatico ſolempnia celebrare Miſſarum (4) in eos, & hoſpites ſuos in majorem Apoſtolicæ Sedis injuriam, & contemptum excommunicationis ſententiam promulgantes (5) quamquam præfati Fratres ab omni jure Parochiali contineant manus ſuas (6). Quia vero

(1) *Epiſcopo Anagnino*, Pandulpho, ex tom. 1. Ital. Sacr. *de Epiſcopis Anagninis* electo anno 1237., ad cujus preces, ut ibidem ſcribit Ughellus, *Innocentius IV. in Eccleſia Anagnina, ubi tantum unicus reſidebat Sacerdos, nec ullus Diaconus, vel Subdiaconus, paucique alii Clerici erant, duos Diaconos, totidemque Sacerdotes inſtituit*, dato eidem Pandulpho Diplomate, *Libenter petitionibus* ſub 11. Kalen. Martii Pontificatus anno VIII.

(2) *Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum*, Provinciali nimirum, Cuſtodibus, ac forſan etiam Guardianis Romanæ Provinciæ.

(3) *Per Campaniam, Maritimam, & partes Romanas uſque ad fines Tuſciæ*, quo ſpatio tota fere comprehenditur Romana Fratrum Minorum Provincia, quæ juxta Polychronicon Jordanis cum ſeptem Cuſtodiis componeretur, a Campanica, cujus caput Anagnia, & Maritima, quæ a Velitris præcipua illius Urbe *Velletrenſis* ibidem dicitur, uſque ad fines Tuſciæ ſi accipiatur, una excepta remanet Cuſtodia Reatina, ordine quarta in eodem Polychronico adnotata. Provincia namque Romana ab iſtius auctore, qui ab Anglicana incipit, unde Anglus & ipſe, vel Gallus videtur ſub Anglorum dominio, ordine decimanona ponitur, & in ſeptem Cuſtodias diſtribuitur, quarum prima eſt Romana, quæ ſex Conventus habebat; Viterbienſis item ſex; Urbevetana quoque ſex; Reatina duodecim; Tiburtina ſex; Campaniæ, vel etiam Anagnina, quinque; Veliterna ſeptem; unde Provincia Romana eo tunc Cœnobiis quadragintaduobus conſtabat juxta Jordanis Polychronicon.

(4) *Cum Altari Viatico ſolempnia celebrare Miſſarum*. Hoc privilegium conceſſit Minoritis omnium primus Honorius III. anno 1224. uti dictum eſt in nota (1) ad Bullam, *Nos attendentes*, Gregorii IX., qui pariter idem privilegium non una ſemel, ut in eadem nota jam vidimus, eiſdem Fratribus indulſit.

(5) *Excommunicationis ſententiam promulgantes*; quod etiam Epiſcopos Gallicanos feciſſe teſtatur Honorius III. in ſua Bulla, *Non deberent*, inſcripta Epiſcopo Pariſienſi. Cum namque nonnulli contenderent Galliarum Prælati, Fratres eo privilegio uti non poſſe abſque Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Eccleſiaſticorum Superiorum aſſenſu, & licentia, hanc interpretationem reprobavit Honorius III., deditque litteras anno 1225. Epiſcopis Pariſienſi, & Rhemenſi, incipientes, *In iis, quæ ad cultum*, declarans in his privilegium eſſe abſolutum, ideoque licentiam prædictorum non eſſe neceſſariam.

(6) *Ab omni jure Parochiali contineant manus ſuas*; prout mandaverat Gregorius IX. in ſuis Conſtitutionibus, *Quia populares tumultus*, & *Nos attendentes*, ac in aliis, de quo tamen jure nil occurrit in litteris Honorii III. ſimiliter incipientibus, *Quia populares tumultus*, ut etiam adnotavimus ad Bullam præcitatam Gregorii IX. in hoc Supplemento vulgatam.

Digitized by Google

ro debemus Religioſas fovere perſonas, & maxime dicti Ordinis Fratres, qui, relictis omnibus, Chriſtum ſequuntur, pro eo eſſe pauperes, & in paupertate vivere continua eligentes, ac decet Nos Apoſtolicas indulgentias conſervare; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus auctoritate noſtra inhibeas generaliter Prælatis earumdem Provinciarum, ne de cætero ſic excommunicent dictos Fratres, vel hoſpites eorumdem, nec aliquo modo impediant, quominus Fratres ipſi dicta indulgentia libere poſſint uti, quia non impune deinceps talia facerent, cum non poſſimus injuriam pauperum Chriſti, & Servorum ejus inquietudinem æquanimiter ſuſtinere.

Laudantur Minores a paupertate. Mandat Pontifex ut ſupra. Pœnarum comminatio.

Datum Lugduni xv. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno Quinto (7).

V.

Cardinali Oſtienſi omnium Clariſſarum curam, & regimen committit.

Ex Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo, nunc Monachorum Montis Oliveti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1248. die 17. Junii.

Venerabili Fratri Oſtien. Epiſcopo (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

CUm dilectis filiis Miniſtris Provincialibus Fratrum Minorum viſitationem, & cuſtodiam Monaſteriorum pauperum Monialium Incluſarum Ordinis S. Damiani per noſtras litteras (2) commiſiſſe dicamur directam, ac ob id, prout intelleximus, nec de ipſis curam geras, nec viſitationis officium Monaſteriis impendi eiſdem facias, ut ſolebas; Nos occaſione hujuſmodi nolentes illas tam utili patrocinio deſtitui, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de Monaſteriis prædictis ad plenum con-

Monialium curam Miniſtris Provincialibus ſe commiſiſſe ait.

Eamdem curam Cardinali demandat, & commendat.

D

(7) Eruditiſſimus Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani in Indiculo Diplomatum Innocentii IV., quæ diligentiam ejus aufugerunt, ſub numero 16. hoc recenſet hic a nobis vulgatum, ac pro *Non debent*, legendum putat, *Non deberent*, quia forſan ita incipit illud Honorii III. ad Epiſcopum Pariſienſem de hac ipſa re inſcriptum, ac modo in nota 5. recenſitum.

(1) *Oſtien. Epiſcopo*, Raynaldo ex Comitibus Signiæ, Anagnino, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Minorum, & Clariſſarum Protectori, Philippi Fratris Gregorii IX. filio, cujus Innocentius IV. paſſim in ſuis litteris mentionem facit, quique poſt obitum ipſius Innocentii Summus Pontifex renunciatus, dictus eſt Alexander IV.

(2) *Per noſtras litteras*, incipientes, *Paci, & ſaluti dilectarum*, emanatas ſub XVII. Kalendas Novembris Pontificatus anno 3., quarum vigore Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis noſtri etiam regiminis Monialium formam præſcribit. Hanc ipſam Clariſſarum curam anno 1. ſui Pontificatus iiſdem Miniſtris demandaverat Gregorius IX. dato Generali Miniſtro Diplomate, *Quoties cordis oculos*, ſub XIX. Kalendas Januarii, confirmato poſtmodum ab eodem Innocentio IV. per ſuas litteras directas Provinciarum Miniſtris, & Monialibus ipſis, quæ habentur apud Waddingum ad annum 1246. num. XLIII., & XLIV. In his litteris recenſentur etiam Sanctimoniales Monaſterii S. Angeli de Aſculo, regimini Miniſtri Provincialis Marchiæ Anconitanæ commiſſæ, quarum curam Franciſcanis demandatam fuiſſe anno 1245. ſcribit Waddingus ad hunc annum num. III. Hiſce tamen non obſtantibus, Innocentius IV. anno 1250. abſtulit a noſtratibus Monialium curam, ut ad hunc ipſum annum num. III. refert idem Annaliſta; anno vero 1246. per alias ſuas litteras incipientes, *Paci, & tranquillitati*, editas die 17. Julii, Fratribus noſtris indulſerat, ut in Monaſteriis, *in quibus tempore Gregorii IX. eorum aliqui deputati non fuerant, nec etiam per litteras Apoſtolicas, aut impetratas, aut impetrandas, deputari poſſent, niſi litteræ ipſæ plenam feciſſent de hac indulgentia mentionem*, quamvis hæc Pontificia determinatio, facta in gratiam, & ad inſtantiam Fratrum noſtrorum, Monialibus contra reclamantibus, effectu caruerit.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1248.

Auctoritatem a Gregorio IX. eidem Cardinali attributam confirmat, ac litteras Provincialibus datas non obſtare declarat.

conſuetam, & ſolitam curam gerens ut prius, Moniales jam dictas non deſiſtas tuo patrocinio ſalutari pro æternæ mercedis cumulo conſovere. Circa correctiones autem, ſeu reformationes per te, vel per alios faciendas in eis, confirmationes quoque Abbatiſſarum, ac Sororum receptiones, necnon utilitates alias prædictarum, illa utaris auctoritate libere ſecundum dictum, præmiſſis litteris nequaquam obſtantibus, quam olim a felicis recordationis Gregorio Papa (3) prædeceſſore noſtro tibi conceſſam ſuper iis dignoſceris habuiſſe. Contemptores vero, ſi qui fuerint, vel rebelles, eos per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, conpeſcas.

Datum Lugduni xv. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno Quinto.

VI.

Confirmat permutationem quorumdam bonorum Monaſterii Sancti Coſmæ de Urbe cum aliis Monaſterii S. Mariæ de Farneto. Ex Autographo ejuſdem Monaſterii S. Coſmæ, & ex Chronico a Sorore Urſula Formicini conſcripto, ibidem aſſervato pag. 106.

An. Ch. 1248. die 14. Julii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ (1) *& Sororibus Incluſis Monaſterii S. Coſmæ Tranſtyberim de Urbe* (2) *Ordinis S. Damiani* (3) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Monialium expoſitio.

Gregorius IX. commutationem, de qua ſupra, confirmavit.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod olim inter vos, & Abbatem, ac Conventum Monaſterii de Farneto (4) permutatio quædam de Monaſterio Sancti Criſpoliti (5) Aſſiſinatis Diœceſis cum Eccleſia Sancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur Caſtrum Sancti Petri, in loco qui

(3) *Gregorio Papa*, hujus nominis IX., qui Pontifex electus Clariſſarum curam dimiſit, & Raynaldo Cardinali Oſtienſi, Nepoti ſuo, demandavit. Ipſe namque Gregorius IX. adhuc Cardinalis, collata re cum Honorio III., ut ſcribit Waddingus ad ann. 1219. num. XLIV. regimen omnium Clariſſarum, præter Aſſiſiates, quas S. Claræ intuitu Seraphicus Patriarcha Franciſcus gubernandas retinuit, in ſe recepit, ſibi delegato quodam Fratre Ambroſio Ciſtercienſis Ordinis Monacho, quem & univerſarum Viſitatorem conſtituit; moxque Pontifex factus prædictam curam dimiſit, & Nepoti ſuo commendavit.

(1) *Abbatiſſæ*, Sorori *Jacobæ*, quæ, ut habetur in præcitato Chronico MS. Sororis Urſulæ Formicini, anno 1246. hujuſmodi munus exercebat, vel Sorori *Rugeriæ*, quæ, juxta idem Chronicon, anno 1250. eodem fungebatur officio, cum non conſtet quo anno Jacoba Præfecturam dimiſerit, eique Rugeria ſuffecta fuerit.

(2) *Tranſtyberim de Urbe*, in loco, ut habet idem Chronicon, qui dicitur *Mica Aurea*, ſive melius, *Vicus Aureus*, ut advertit P. Caſimirus Romanus in ſuo Opere, cui titulus, *Memorie Iſtoriche della Chieſa e Convento di Santa Maria in Araceli di Roma* c. 2., & nos alibi etiam adnotavimus; olim Ordinis S. Benedicti Congregationis Camaldulenſis, a qua Monaſterium S. Coſmæ, ante ipſos Camaldulenſes a Patribus Benedictinis cultum, translatum eſt ad Moniales Clariſſas, quæ ex eodem Chronico anno 1234. illud inhabitare cœperunt, licet Gregorius IX. ſuum de hac re emanaverit diploma, *Quia illos vere*, anno præcedenti 1233. die 5. Julii, editum a Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 112.

(3) *Ordinis S. Damiani*, ideſt S. Claræ, hoc nomine, ut alias diximus, aliiſque eo tunc appellatis, quæ omnia e medio ſuſtulit Urbanus IV., univerſaſque uno Clariſſarum, aut Ordinis S. Claræ nomine appellandas decrevit, ut ſupra dictum eſt in nota (2) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*.

(4) *De Farneto*, Oppido ſex milliaribus circiter Peruſio Cortonam verſus diſtante, ubi Fratres noſtri vetuſtiſſimum adhuc incolunt Ordinis Cœnobium, a Seraphico Patriarcha Franciſco inhabitatum, ejuſque geſtis, quorum adhuc veſtigia conſpiciuntur, decoratum, quod tertium eſt in Cuſtodia Peruſina Provinciæ Umbriæ juxta Polychronicon Jordanis.

(5) *De Monaſterio S. Criſpoliti*, Ordinis S. Benedicti, & juris olim Abbatiæ Sanctorum Coſmæ & Damiani de Urbe, anno 1266. Fratribus noſtris conceſſo, nunc vero a Patribus Conventualibus inhabitato.

Digitized by Google

qui dicitur *Maceranus*, auctoritate felicis recordationis Gregorii Papæ (6) prædeceſſoris noſtri, mediante quodam Magiſtro Joanne de Sancto Germano (7) Cappellano ipſius extitit celebrata; quam poſtmodum idem prædeceſſor noſter (8) ratam habens, & gratam, auctoritate Apoſtolica confirmavit (9) tenore prædictæ permutationis de verbo ad verbum litteris ſuis inſerto. Unde cum eædem confirmationis litteræ, ut aſſeritis, caſu fortuito ſint amiſſæ (10) Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, litteras confirmationis præfati prædeceſſoris noſtri ſuper permutatione jam dicta de verbo ad verbum, prout in ipſius Regiſtro in noſtra Camera repertæ ſunt, duximus innovandas, illum, quem ipſius prædeceſſoris noſtri litteræ vigorem habuerunt, habituras, quarum tenor talis eſt. „ *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Sororibus Incluſis Monaſterii Sancti Coſmæ Transtyberim de Urbe, Ordinis Sancti Damiani, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*. Quoties a nobis petitur, „ quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, Nos decet libenter „ concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri. „ Cum igitur dilecti filii Abbas, & Conventus Monaſterii de Farneto dederint, tradiderint, permutaverint, transtulerint, & conceſſerint in perpetuum Monaſterio veſtro, ac dilecto filio Magiſtro (11) de Sancto Germano, Cappellano noſtro, dicti Monaſterii veſtri nomine, auctoritate noſtra „ recipienti Eccleſiam Sancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur Caſtrum „ Sancti Petri, in loco, qui dicitur Maceranus Portuen. Diœceſis, liberam, „ & abſolutam cum Eccleſiis ſibi ſubjectis, & omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, nihil ſibi, vel dicto eorum Monaſterio, aut ſucceſſoribus ſuis in „ prædictis penitus reſervantes, conceſſo ab eodem Cappellano pro permutatione, ſeu conceſſione hujuſmodi de mandato noſtro Abbati, & Conventui prædictis, Monaſterio Sancti Criſpoliti Aſſiſinatis Diœceſis cum omnibus Eccleſiis, poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis, quocumque modo, „ vel jure ad Monaſterium illud ſpectantibus, tam in capite, quam in membris, Aſſiſinat. Epiſcopi, & Eccleſiæ jure ſalvo, prout in Inſtrumento publico confecto exinde perſpeximus plenius contineri. Nos conceſſionem, „ ſeu permutationem eamdem ratam, & gratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem Inſtrumenti prædicti præſentibus ad cautelam de verbo „ ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt.

Litteræ Gregorii IX. deperditæ. Eædem Litteræ adinventæ confirmantur.

Litteræ Gregorii IX. directæ Monialibus Sancti Coſmæ.

Commutatio bonorum Monaſterii Farneti cum illis Monaſterii S. Coſmæ de Urbe.

Salvo jure Epiſcopi, & Eccleſiæ Aſſiſinatis.

In

(6) *Gregorii Papæ*, hujus nominis IX., qui anno 1238. die 9. Auguſti commutationem hujuſmodi approbavit, edito diplomate, *Quoties a nobis petitur*, vulgato a Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 249., atque huic Innocentiano iterum inſerto.

(7) *Mediante quodam Magiſtro Joanne de Sancto Germano*, ut in prælaudatis litteris Gregorii IX., directis Abbatiſſæ, & Monialibus S. Coſmæ de Urbe, ac eidem Joanni.

(8) *Idem prædeceſſor noſter*, nempe Gregorius IX., ut ſupra.

(9) *Auctoritate Apoſtolica confirmavit*, anno ſcilicet prælaudato 1238. die 17. Decembris per alias ſuas litteras incipientes pariter, *Quoties a nobis petitur*, legendas apud Sbaraleam tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 257., qui pag. 249., ut modo dictum eſt, & aliud refert ejuſdem Gregorii IX. Diploma, mox in nota (6) laudatum, quo idem Pontifex permutationem eamdem ſub die 9. Auguſti prædicti anni 1238. approbat, datis *Abbatiſſæ, & Sororibus incluſis Monaſterii Sancti Coſmæ Transtyberim de Urbe*, Epiſtolis, quarum idem eſt initium, *Quoties a nobis petitur*.

(10) *Caſu fortuito ſint amiſſæ*; earum videlicet Exemplaria, quæ penes Moniales exiſtebant, quia alia ſervabantur in Regeſto Pontificio Gregorii IX., ex quo de verbo ad verbum ſe illud exſcripſiſſe, & hic inſeruiſſe fatetur Innocentius IV., de qua Innocentiana innovatione, & confirmatione ſcribit etiam Soror Urſula Formicini in Chronico ejuſdem Monaſterii a ſe diſpoſito, & exarato.

(11) *Dilecto filio Magiſtro*, Joanni, ut in hoc ipſo Gregorii IX. Diplomate, & in alio ejuſdem ipſi Joanni directo, & huic Innocentiano pariter inſerto.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1248.

Inſtrumentum commutationis. Anno 1238. die 23. Junii.

In Nomine Domini Amen.

„ Anno ejuſdem MCCXXXVIII. VIIII. Kal. Julii Indictione undecima tem- „ pore Domini Gregorii Papæ Noni (12) & Friderici Imperatoris (13) exi- „ ſtentium: Nos Donnus Ubertinus Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ de Far- „ neto, & Donnus Ubertus Syndicus, procurator, & actor ipſius Mona- „ ſterii ad dandum, & permutandum Monaſterium Sancti Cornelii Mona- „ ſterio Sancti Coſmæ de Urbe in Tranſtyberim, ut apparet in charta facta „ per Riccum Notarium, tenor cujus talis eſt. *In Chriſti Nomine Amen.*

Nomina Abbatis, & Monachorum S. Mariæ de Farneto.

„ Ego Donnus Ubertinus, & nos Conventus Monaſterii Sanctæ Mariæ de „ Farneto Aretin. Diœceſis, ſcilicet, Donnus Johannes Camerarius, Don- „ nus Dominicus Sancti Archangeli Abbas, Donnus Petrus Presbyter Prior „ de Curte, Presbyter Diotajuti Prior de Rivocavo, Presbyter Bonifatius „ Prior de Roncan., Presbyter Chryſtophanus Prior de Cecian., Maffeus „ Diaconus Prior de Capell., Presbyter Petrus, Presbyter Ugo, Chriſtopha- „ nus Pepus, Benedictus Subdiaconus, Johannes Ranucius, Maurus Presby- „ ter, Accurſus, & Juncta Subdiaconus Monachi, Salomon Presbyter, Jo- „ hannes Presbyter, Viva, & Johannes Converſi Monaſterii ejuſdem pro „ nobis omnibus, & Monaſterio noſtro conſtituimus, facimus, & ordina- „ mus Syndicum, Actorem, & Procuratorem noſtrum, & dicti Monaſterii „ Fratrem Ubertum ipſius Monaſterii Monachum ad dandum, & permu-

Nomen Procuratoris Monaſterii de Farneto.

„ tandum, transferendum, & corporalem poſſeſſionem tradendam, Mona- „ ſterium noſtrum Sancti Cornelii de Inſula in Maceran. Portuen. Diœceſ. „ cum Eccleſiis, & Cappellis ſibi ſubjectis, poſſeſſionibus, juribus, & perti- „ nentiis omnibus ipſius Monaſterii, & dictarum Eccleſiarum Monaſterio „ Sancti Coſmæ in Tranſtyberim de Urbe, & cuilibet recipiendi pro ipſo, „ & ad omnia gerenda, & facienda, quæ huic negotio competere poſſent, „ nihil in eis, aut de eis, nobis aut noſtris poſteris reſervantes, & ad reci- „ piendam permutationem, ſeu recompenſationem pro prædictis, quam „ Nuncius Domini Papæ nobis dederit, promittentes nos ratum habituros, „ & gratum quidquid dictus Syndicus, vel Procurator fecerit de præmiſſis. „ In cujus rei teſtimonium, & cautelam præſens ſcriptum ſigillo mei Ab- „ batis, cum aliud ſigillum proprium Conventus non habeat, & manu pu- „ blica fecimus inſignari. Dantes eidem Uberto Syndico noſtro plenam, & „ liberam poteſtatem alium ſuper prædictis omnibus conſtituendi Procurato- „ rem.

Teſtes rogati.

De Capellis habet Sbaralea.

Picto Raynerii de Qualcotoli legit Sbaralea.

„ Actum in Clauſtro prædicti Monaſterii de Farneto, præſentibus Jo- „ hanne Bernardini de Farneto, Petro de Capella, * Johanne Bertotoli, „ Ranutio Johannis Bernardi, Johanne Carbonis, Petro Raynerii de Far- „ neto, Ventura Johannis de Capella, & Petro Raynerii Gualtotoli *, te- „ ſtibus rogatis, Anno Domini MCCXXXVIII. VIIII. Kal. Julii, Indictio- „ ne XI. nomine dicti Monaſterii, & Conventus ipſius damus, tradimus, „ permutamus, transferimus, & concedimus in perpetuum Monaſterio San- „ cti Coſmæ de Urbe in Tranſtyberim, & Dominabus Incluſis degentibus „ ibidem, & tibi Johanni de Sancto Germano, Cappellano Domini Papæ „ recipienti de mandato ipſius Domini Papæ pro dicto Monaſterio Sancti „ Coſmæ, & Dominabus Incluſis, quæ morantur ibidem, Eccleſiam San- „ cti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur Caſtrum Sancti Petri, in loco, „ qui

(12) *Tempore Domini Gregorii Papæ Noni.* Chronicon prælaudatum Monaſterii Sanctorum Coſmæ & Damiani de Urbe, a Sorore Urſula Formicini conſcriptum, pro anno MCCXXXVIII. habet MCCXXXVII.

(13) *Et Friderici Imperatoris*, hujus nominis Secundi, qui Eccleſiam acerrime divexavit, ac tandem ab Innocentio IV., qui ad ejus declinandam perſecutionem in Galliam aufugit, in Concilio Generali Lugdunenſi Imperio privatus fuit.

Digitized by Google

Litteræ Gregorii IX. datæ Joanni de S. Germano.

„ qui dicitur Maceranus Portuen. Diœceſis, liberam, & abſolutam, & Ec-
„ cleſias ſibi ſubjectas, jura omnia, & ſpiritualia eiſdem annexa, nihil no-
„ bis, vel dicto Monaſterio noſtro, aut noſtris poſteris reſervato. At ego
„ prædictus Johannes auctoritate Domini Papæ, & mandato Breve dedi,
„ cujus tenor talis eſt. *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio*
„ *Magiſtro Johanni de Sancto Germano, Cappellano noſtro, ſalutem, & Apo-*
„ *ſtolicam benedictionem*. Cum noſtris tibi demus litteris in mandatis, ut
„ Monaſterium Sancti Criſpoliti de Bettona (14) Aſſiſinat. Diœceſis, cum
„ omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quod eſt lapſu temporalium immi-
„ nente in ſpiritualibus deformatum, & per Abbatem, & Monachos olim
„ habitantes ibidem non potuit reformari, dilectis filiis Abbati, & Conven-
„ tui de Farneto auctoritate noſtra conferas, & aſſignes, de ipſis, ut conve-
„ nit, reformandum, Aſſiſinat. Epiſcopi, & Eccleſiæ jure ſalvo, diſcretio-
„ ni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ab Abbate, & Conven-
„ tu prædicti Monaſterii de Farneto ſuper conceſſione ab eis de Eccleſia San-
„ cti Cornelii cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Monaſterio noſtro
„ Sancti Coſmæ Tranſtyberim perpetuo facienda, prius recipias publicum
„ Inſtrumentum. Dat. Lateran. XVIII. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno XII. Anno 1238. die 14. Junii.

„ Pro dicta permutatione, donatione, & conceſſione do, trado, pro-
„ mitto, transfero, & concedo vobis prædictis Abbati, & Syndico Monaſte-
„ rii prædicti de Farneto recipientibus nomine, & vice ipſius Monaſterium
„ Sancti Criſpoliti de Bettona Aſſiſinat. Diœceſis, & ſubjectas ſibi Eccleſias,
„ jura, & ſpiritualia eis annexa. Item nos prædicti Abbas, & Syndicus no-
„ mine dicti Monaſterii de Farneto damus, tradimus, permutamus, transfe-
„ rimus, & concedimus dicto Monaſterio Sancti Coſmæ Tranſtyberim de
„ Urbe, & Dominabus Incluſis degentibus ibidem, & tibi præfato Domino
„ Johanni recipienti de mandato Domini Papæ pro ipſis Dominabus, & Mo-
„ naſterio in perpetuum omnia temporalia, jus, proprietatem, & ipſam
„ poſſeſſionem, & rerum omnium mobilium, & immobilium Eccleſiæ præ-
„ dictæ Sancti Cornelii, & Eccleſiarum, & rerum ipſarum quocumque mo-
„ do, vel jure tam in capite, quam in membris ſibi ſubjectarum, pro qui-
„ bus ego dictus Johannes auctoritate, ac vice prædictis do, trado, permu-
„ to, transfero, & concedo in perpetuum vobis prædictis Abbati, & Syn-
„ dico, recipientibus nomine dicti Monaſterii de Farneto, omnia tempora-
„ lia, jus, proprietatem, & uſum poſſeſſionum omnium, & rerum omnium
„ mobilium, & immobilium prædictæ Eccleſiæ Sancti Criſpoliti de Betto-
„ na, & aliarum Eccleſiarum, ac rerum ipſarum quocumque modo, vel
„ jure, tam in capite, quam in membris ſubjectarum ſibi, ſalvo jure Epi-
„ ſcopi, & Eccleſiæ Aſſiſinat., & dictum Monaſterium vobis concedo, ut ſicut
„ veſtrum habeatis, & de Monachis veſtri Ordinis reformetis, ſicut in dicto
„ mandato perſpicitur contineri; quam conceſſionem, & permutationem,
„ & omnia alia ſupradicta promittimus nos dicti Abbas, & Syndicus Mona-
„ ſterii Sanctæ Mariæ de Farneto nomine ipſius Monaſterii tibi Johanni re-
„ cipienti pro dictis Dominabus Incluſis Monaſterii Sancti Coſmæ de Urbe

 „ in

(14) *De Bettona*, quæ in Polychronico Jordanis dicitur *Bictonium*, ubi Fratres Minores ab anno 1266., inquit Waddingus, habuere Cœnobium, nunc a Patribus Conventualibus cultum. Hinc deceptus eſt P. Franciſcus Antonius Ringhini, editor, & adnotator ejuſdem Polychronici, cum ad hoc Cœnobium adnotavit: *Vulgo Bettona, in qua non anno 1266. tantummodo, ut ait Waddingus, ſed longe ante habuerunt locum Minores Fratres ex Bullario Franciſcano tom. 1. pag. 249., 253., & 257.* Deceptus eſt, inquam, Ringhini, quia in nulla harum paginarum fit mentio Conventus Bettonæ, ſed tantum pag. 250. ejuſdem voluminis, in qua eruditiſſimus Sbaralea, agens de Monaſterio S. Criſpoliti, jam Ordinis Sancti Benedicti, ſic Annaliſtæ aſſertum confirmat: *Quod tandem anno 1266. conceſſum fuit ab loci Abbate Fratri Nicolao Anglo ex Ordine Minorum, Epiſcopo Aſſiſiati, pro Fratribus Ordinis Minorum; & hucuſque ab iiſdem incolitur Bettonæ in Oppido Diœc. Aſſiſiatis, ex monumentis illius Cænobii*. Hæc de Conventu Bettonæ Sbaralea, qui cum Waddingo optime concordat.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1248.

» in Tranſtyberim, ipſi Monaſterio, & ipſis Dominabus, & Monaſterio ra-
» ta, & firma tenere per nos, noſtroſque ſucceſſores, & in nullo contrafa-
» cere, vel venire aliqua occaſione, vel exceptione ſub pœna mille Marca-
» rum argenti, quam tibi pro Dominabus prædictis, ſi contrafecerimus, vel
» non ſervaverimus prædicta, nos ſoluturos promittimus ſtipulatione ſo-
» lempni, qua ſoluta, vel non, hæc omnia perpetuam obtineant firmitatem.

Teſtes Inſtrumenti.

» Actum apud dictum Monaſterium Sancti Criſpoliti in Clauſtro ipſius
» Eccleſiæ, præſentibus Johanne Dominico Miliano * Canonico Camerinen.,
» Donno Angelo de Roſſano Canonico Aſſiſinate, Petro Levi de Bettona,
» Donno Nicolao Villani Cappellano Sancti Blaſii, Mercurio de Prato Cle-
» rico dicti Domini Johannis, Donno Jacobo Cappellano Sancti Laurentii
» de Torcella * Sarracen. Domini Orvetan. * de Bettona, Ricco Notario,
» Ubertino de Montepulciano *, Donno Angelo Clerico Sancti Laurentii
» de Torcella, Donno Jacobo Monacho Sancti Quirici, ac Donno Griffoli-
» no * Milite de Cortona, teſtibus rogatis. Item eadem hora, & loco,
» & præſentibus eiſdem teſtibus, præter Donnum Nicolaum Sarracen. *,
» prædictus Dominus Johannes Cappellanus auctoritate, & mandato Domi-
» ni Papæ induxit eumdem Abbatem, & Syndicum nomine Monaſterii præ-
» dicti de Farneto in corporalem poſſeſſionem prædictæ Eccleſiæ Sancti Criſ-
» politi, inveſtiendo eos per pannos Altaris, & funes Campanarum pro ipſo
» Monaſterio, Cappellis omnibus, poſſeſſionibus, & rebus ſuis. Item præ-
» dicti Cappellanus, & Abbas, & Syndicus dederunt mihi Ricco Notario
» plenam poteſtatem, & auctoritatem, ut poſſim hoc Inſtrumentum corri-
» gere, & emendare ad mandatum Domini Papæ, vel Cappellani prædi-
» cti, ſalva natura contractus. Ego Riccus Imperiali auctoritate Notarius
» prædictis omnibus, dum agerentur, interfui, &, ut ſupra legitur, man-
» dato prædictorum Domini Johannis Cappellani, Abbatis, & Syndici ſcri-
» pſi, & authenticavi, & Inſtrumentum procurationis prædictum ſcriptum
» manu Ricci Notarii, & litteras prædictas Domini Papæ de verbo ad ver-
» bum auſcultavi, excepto ſigno, & publicatione, ſive ſubſcriptione ipſius
» Inſtrumenti. » Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

* Sbaralea, *Joanne Domino Miliano*.

* Sbaralea, *de Torella*.

* Sbaralea, *Olivetan.*

* Sbaralea, *de Monte Politiano*.

* Sbaralea, *Criffolino*.

* Sbaralea, *Nicolaum, & Saracenum*.

Clauſula conſueta.

Dat. Anagniæ v. Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

Dat. Lugduni II. Idus Julii Pontificatus noſtri Anno Sexto (15).

(15) Ne binæ hæ ſimul junctæ loci ac temporis ſubſcriptiones confuſionem excitent in legentibus, ad hanc penitus evitandam eoſdem lectores admonere neceſſum puto, primam ſubſcriptionem eſſe litterarum Gregorii IX., *Quoties a nobis petitur*, quas, approbans commutationem poſſeſſionum Monaſterii Sancti Coſmæ cum aliis Monaſterii Sanctæ Mariæ de Farneto, die 9. Auguſti Pontificatus ſui anno XII. dedit Abbatiſſæ ejuſdem Monaſterii Sancti Coſmæ; ſecundam vero eſſe præſentis Diplomatis Innocentii IV., quo, ut patet legenti, eamdem commutationem confirmare volens, inſerit hic de verbo ad verbum eaſdem Gregorianas Epiſtolas, quæ a Monialibus amiſſæ, mox a Pontifice inventæ fuerant *in Regiſtro ſuæ Cameræ*, ut ipſemet Innocentius alloquens Abbatiſſam, & Sorores prædictas fatetur, & cuilibet attendenti luce clarius apparet.

VII.

Digitized by Google

VII.

Cardinali Oſtienſi omnium Clariſſarum curam iterum committit, & ſummopere commendat. Ex Archivo Sancti Angeli de Aſculo nunc Monachorum Congregationis Montis Oliveti.

An.Ch. 1248. die 28. Octob.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri (1) *Oſtien. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*.

Clariſſarum curam Miniſtro Generali FF. Minorum ſe commiſiſſe ait.

CUM dilecto filio Miniſtro Generali (2) Ordinis Fratrum Minorum viſitationem, & cuſtodiam Monaſteriorum pauperum Monialium Incluſarum Ordinis Sancti Damiani per noſtras litteras commiſiſſe dicamur, ac ob id, prout intelleximus, nec de ipſis curam geras, nec viſitationis officium Monaſteriis impendi eiſdem facias, ut ſolebas. Nos occaſione hujuſmodi nolentes illas tam utili patrocinio deſtitui, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de Monaſteriis prædictis ad plenum conſuetam, & ſolitam curam gerens ut prius, Moniales jam dictas non deſiſtas tuo patrocinio ſalutari, pro æternæ mercedis cumulo, confovere. Circa correctiones autem, ſeu reformationes per te, vel per alios faciendas in eis, confirmationes quoque Abbatiſſarum, ac Sororum receptiones, necnon & utilitates alias prædictarum illa utaris auctoritate libere ſecundum dictum, præmiſſis litteris nequaquam obſtantibus, quam olim a felicis recordationis Gregorio Papa (3) prædeceſſore noſtro tibi conceſſam ſuper iis dinoſceris habuiſſe. Contradictores vero, ſi qui fuerint, vel rebelles, eos per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcas.

Eamdem Cardinali committit ut ſupra.

Auctoritatem a Gregorio IX. conceſſam eidem Cardinali confirmat, litteraſque Generali datas non obſtare decernit.

Datum Lugduni v. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno Sexto.

(1) *Venerabili Fratri*, Raynaldo de Comitibus, S. R. E. Cardinali, Minorum, & Clariſſarum Protectori, cui anno præcedenti aliam dedit de hac ipſa re Epiſtolam, *Cum dilectis filiis*, vulgatam in hoc Supplemento, quam hic iterum repetit, quia forſan ipſe Raynaldus, primam commiſſionem exequi detrectaverat.

(2) *Miniſtro Generali*, Fratri Creſcentio Æſino, Aymoni Anglico in Comitiis Generalibus Januæ celebratis anno 1244. ſubrogato, qui Generalis munus obivit ad annum uſque 1247., quo Lugduni coram Innocentio IV. Succeſſorem habuit B. Joannem de Parma.

(3) *Gregorio Papa*, hujus nominis Nono, qui, uti diximus in nota (3) ad præcitatam Bullam, *Cum dilectis filiis*, Pontifex electus, Clariſſarum curam dimiſit, & Raynaldo Cardinali, Nepoti ſuo, demandavit, ut ex his Innocentii litteris, & ex aliis ejuſdem modo indicatis, incipientibus, *Cum dilectis*, apertiſſime conſtat.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1248.

VIII.

Indulgentias elargitur porrigentibus manus adjutrices pro conſtructione Eccleſiæ, & Conventus Montis Florentini, ac pro ſuſtentatione Fratrum ejuſdem loci. Ex Autographo ejuſdem Conventus.

An.Ch. 1248. die 2. Decem.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romanor. 14. v. 10.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum fuerit; oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, firmam ſpem, fi-
2. Corinth. 9. v. 6.
duciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Sane cum dilecti filii Miniſtri, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Montis Florentini (1) Feretranæ Diœceſis ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam cum aliis ædificiis ſuis uſibus incœperunt conſtruere, in qua divinis poſſint laudibus deſervire. Cum itaque pro hujuſmodi ædificiis conſummandis, ac etiam pro ſuſtentatione arctæ vitæ ipſorum * . . . . fidelium juvari ſubſidiis, qui propter Chriſtum extremæ ferunt ſarcinam paupertatis; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis pias eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia *. . . ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi conſummari valeat, & alias eorum indigentiis provideri, ac vos per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpi-

Eccleſia, & Conventus Montis Florentini ædificantur.
* *indigeant.*

Extrema FF. paupertas. Hortantur fideles ad ſubſidia miniſtranda.
* *erogetis.*

(1) *Montis Florentini*, in Provincia Marchiæ Anconitanæ, qui in Polychronico Jordanis etiam *Faggiola* dicitur a loco nunc diruto Conventui propinquo, cui olim proprii fuerunt Comites, in Diœceſi, & Cuſtodia Feretrana, quæ in eodem Polychronico ordine ſeptima prædictæ Provinciæ recenſetur, & undecim conſtabat Conventibus, quorum primus Urbinas, ſeptimus vero hic, de quo loquimur. Hoc Cœnobium, quod a noſtris incolitur, Waddingus ædificatum putat circa annum 1248., ac proinde ad hunc ipſum annum numer. XXVII. de eodem ſcribit: *Conventus Montis Florentini circa hunc annum ædificatus eſt in Provincia Marchiæ, ut conſtat ex Bulla Innocentii data Avenione IV. Octobris* 1248., *quæ facultatem fecit ædificandi eo loci Conventum.* Et quidem vere, cum hoc eodem anno die 2. Decembris indulgentias conceſſerit idem Pontifex pro ædificiis perficiendis, ut in præſenti Diplomate, licet aliud, a Waddingo, & ex eo a Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 523. commemoratum, adhuc deſideretur, cum in Regeſto Pontificio eum non exſcripſerit Annaliſta, qui de eodem Conventu ita laudato in loco proſequitur: *Varii ſunt incolæ circa locum, & tempus. Ex ambigua traditione nihil tute diſſeritur. Locus eſt capax viginti Fratrum.* Hæc Annaliſta, ſed in Codice MS., cui titulus, *Monumenta Minoritica correcta, & adaucta*, qui apud me extat, ad annum 1248. num. VIII. de Conventu Montis Florentini hæc habentur: „ Chronica MS. ejuſdem Provinciæ (Marchiæ) refert, alium a præſenti CC. PP. diſtinctum extitiſſe Conventum, a Seraphico Patriarcha fundatum, prope Caſtrum Caſtellanum, ſeu Caſtellarum vocitatum, in in quo habitabant quidam Nobiles, vulgo dicti *Signoretti*, Domini ejuſdem Caſtri, & aliorum, ſcilicet, Sancti Sixti, Frontini, & & Petræ Rubbiæ. In eo ſiquidem Caſtellani Caſtro erat quoddam Monialium Monaſterium Ordinis S. Benedicti, ab iiſdem derelictum. Quare Fratres auctoritate dictorum Nobilium, aliorumque, qui juriſdictionem habebant, illud inhabitarunt, translatis Monialibus ad Caſtrum Petræ Rubbiæ, quibus pro compenſatione dicti Monaſterii conceſſa fuit quædam ſylva ſita in Territorio ejuſdem Caſtri, ac inſuper ſe obligarunt Caſtrenſes per publicum Inſtrumentum ſupplendi totum id, quod ad juſtam compenſationem neceſſarium foret. Diruto poſtmodum Clauſtro aut ob bellorum incurſus, aut ob alias cauſas, Fratres translati fuere ad locum, ubi nunc eſt præſens Conventus „ de quo num. XVII. hæc addit: *In eo Conventu diuturnam habuit ſtationem Frater Matthæus de Baſcio, qui poſtea Congregationis Capucinorum Inſtitutor fuit.*

Digitized by Google

inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eiſdem pro dicti conſummatione operis, vel pro ipſorum neceſſitatibus relevandis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies, de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Innocentius PP. IV. An.Ch. 1248.

Indulgentias concedit.

Datum Lugduni IV. Nonas Decembris Pontificatus noſtri Anno Sexto.

IX.

Admonet Fratres Prælatorum, aut Principum obſequiis in Hiſpania deputatos, ut memores propriæ profeſſionis, Miniſtris, aliiſque Superioribus Ordinis obediant. Ex Formulario Ebuli, quod extat in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe pag. 40.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

An.Ch. 1249. Die 29. April.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis univerſis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum in Hiſpania conſtitutis, qui Prælatorum, aut Principum obſequiis immorantur, vel eiſdem ſunt aliquo modo deputati, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

IN conſpectu Dei, & hominum decens, & expediens eſſe dignoſcitur, ut præclara Religio, quam Fratres veſtri Ordinis prætendunt habitu, oſtendunt effectu, in eo præcipue, quod ipſi, qui ſe, & ſua reliquerunt obtentu divini nominis nihil ſibi retineant propriæ voluntatis, ſed obedientiæ jugum cum delectatione pertrahant, ut ſic, divina propitiante clementia, perennis vitæ bravium comprehendant. Cum itaque Apoſtolici dignitas depoſcat officii, perſonas divinis adſcriptas laudibus, ſed vos ſpecialiter ad ea, quæ ſalutis exiſtunt, opportunis temporibus excitari, Univerſitatem veſtram rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus præ oculis diligenter habito, quod profeſſi fueritis, quando Religionis habitum aſſumpſiſtis, omni occaſione poſtpoſita, dilectis filiis Generali, & aliis veſtris Miniſtris Ordinis memorati ſic ſtudeatis reverenter intendere, & humiliter obedire, quod eis, & cæteris Fratribus ipſius Ordinis vertatur in gaudium, & vobis redundet ad cumulum meritorum. Alioquin ne veſtræ inconſultæ voluntatis arbitrium ſit vobis in perniciem, & pacem præfati Ordinis ſcandalo damnoſo perturbet, prædictis Miniſtris, & Vicariis eorum damus noſtris litteris (1) in mandatis, ut vos ad id per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſublationem habitus, ac per tranſlationem ad alium Ordinem congruentem, monitione præmiſſa, ceſſante appellatione, compellant (2). Non obſtante aliquo privilegio, vel indulgentia vobis,

Pontificis documentum, & inſtructio cum tacita animadverſione.

Rogat, præcipitque ut ſupra.

Comminatio in contravenientes.

Privilegiis Apoſtolicis derogatur.

(1) *Noſtris litteris*, quæ, ut advertit etiam clariſſimus Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 529. ad Bullam ejuſdem omnino tenoris, datam ab eodem Pontifice *Fratribus in Theutonia conſtitutis*, ad manus noſtras non devenerunt, niſi hæ ipſæ ſint, quæ hic a nobis producuntur, aut illæ ab eodem Sbaralea jam vulgatæ, quia Pontifex, *damus*, inquit, *noſtris litteris in mandatis*.

(2) Hoc eodem anno, & die Innocentius IV. Fratribus in Theutonia conſtitutis, & Præ-

GREGORIUS PP. IX. An.Ch. 1249.

vobis, ſeu quibuſcumque aliis ab Apoſtolica Sede conceſſis, de quibus in litteris noſtris plenam, aut expreſſam oporteat fieri mentionem &c.

Datum Lugduni III. Kal. Maji Pontificatus noſtri Anno Sexto.

X.

Præcipit Cardinali Oſtienſi, ne Sanctimoniales Clariſſas compellat ad novæ regulæ obſervantiam, ſed in antiquæ profeſſione manere volentibus hanc obſervare permittat. Ex Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo nunc ad Monachos Montis Oliveti pertinentis.

An.Ch. 1250. die 6. Junii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri (1) *Oſtien. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Suum erga Clariſſas Pontifex affectum exprimit.

INter perſonas alias ſub religione Domino famulantes, Abbatiſſas, & pauperes Moniales Ordinis Sancti Damiani ſpeciali proſequentes gratia, & favore, ſalubrem ipſarum ſtatum affectione multa diligimus, ac ne poſſit modis aliquibus perturbari, libenter opportunum, ut convenit, ſtudium adhibemus, ut eædem per aſſumptam jam dudum viam rectis greſſibus incedentes valeant ad id, quod totis anhelant deſideriis, duce Domino, pervenire. Hinc eſt quod cum eiſdem Abbatiſſis, & Monialibus novam vivendi regulam, ſeu formulam tradidiſſe, vel antiquam immutaſſe dicamur (2). Nos volentes, ut ſub illius obſervantia regulæ Altiſſimo famulentur, per quam poſſint æternæ vitæ gaudia facilius promereri, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum te velimus ſolitam curam gerere (3) de prædictis Abbatiſſis, & Monialibus, & Monaſteriis earumdem, ipſis ad ſuſceptionem, & obſervantiam prædictæ novæ formulæ, ſeu antiquæ taliter immu-

Nova regula Clariſſis data.

Mandat ut ſupra.

Prælatorum, aut Principum obſequiis deputatis, litteras dedit in ſuperiori nota laudatas, in quibus idem præcipit, quod hic mandat Fratribus Hiſpaniæ. Cum namque tunc temporis eveniret, ut Fratres noſtri, qui in Prælatorum Eccleſiis, aut Principum aulis morabantur, Superiorum Ordinis jugum excuterent, Superiores ipſi Pontificem exorandum duxerunt, ut hiſce incommodis, & abuſibus paterne dignaretur occurrere, quod præſtitit Innocentius tum litteris ad Fratres in Theutonia, & ad alios in Hiſpania conſtitutos, tum etiam aliis, *Vobis per Apoſtolicæ Sedis: Cum ſicut accepimus: & Petitionibus veſtris,* inſcriptis Creſcentio Æſino, & B. Joanni Parmenſi, Generalibus Miniſtris, necnon univerſis Provincialibus Ordinis, legendis apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani ad annos 1245. die 24. Septembris, 1246. die 16. Auguſti, & 1247. die 13. ejuſdem menſis.

(1) *Venerabili Fratri*; Raynaldo nimirum de Comitibus, S. R. E. Cardinali, Minorum, & Clariſſarum Protectori, quarum curam, & regimen eidem commiſerat prius Gregorius IX., deinde idem Innocentius IV., ut ex litteris ejuſdem, *Cum dilectis filiis*, &, *Cum dilecto filio*, jam allatis in hoc Supplemento, evidenter conſpicitur, & nos etiam ibidem adnotavimus.

(2) *Vel antiquam immutaſſe dicamur*; Clariſſis nempe traditam a Cardinali Hugolino, qui poſtea fuit Summus Pontifex Gregorius IX., quam revera anno 1247. Innocentius IV., edita Conſtitutione, *Cum omnis vera Religio*, in quibuſdam immutavit, concedens eis, ut etiam *redditus, & poſſeſſiones in communi recipere, & habere, ac ea libere retinere poſſent*, de quibus in regula ab eodem Innocentio anno 1245. per Bullam, *Solet annuere*, confirmata, ne verbum quidem occurrit, quamvis & idem Innocentius, & laudatus Gregorius IX. illa jam conceſſiſſent, ut apparet ex variis utriuſque Epiſtolis. At vero, conceſſionibus hiſce non obſtantibus, nunquam defuere Clariſſæ, quæ regulam vel a Cardinali Hugolino, vel a Seraphico Patriarca Franciſco acceptam, ad litteram ſervare voluerunt, etiam poſt mitigationes Martini IV., quia ad has admittendas nunquam Potifices Moniales ipſas compulerunt; ut ex earum liquet hiſtoria, quæ in Clariſſas primæ regulæ, & in Clariſſas Urbaniſtas eas diſtinguit.

(3) *Cum te velimus ſolitam curam gerere*, ei primo commiſſam a Gregorio IX., ac ſubinde ab Innocentio IV., ut modo dictum eſt in nota (1), & in aliis ad litteras præcitatas, *Cum dilectis*, & *Cum dilecto*.

Digitized by Google

immutatæ, niſi videris quod ſaluti earum expediat, ipſam ſuſcipere, & obſervare cogi aliquatenus non permittas (4) ſed antiquam ab eis, quam in inſti-

(4) *Cogi aliquatenus non permittas*. Innuit Pontifex his verbis, Clariſſarum regulam ſe mitigaſſe pro illis tantum, quæ mitigationes hujuſmodi ſponte amplecti voluiſſent, non autem pro illis, quibus antiquæ regulæ profeſſionem retinere placuiſſet, ut liquido apparet ex integro hujus Diplomatis contextu, & ex litteris ipſius Cardinalis Raynaldi, in præcitato Archivo S. Angeli de Aſculo exiſtentibus, in quibus & Innocentianæ ad ipſum datæ, & a nobis jam exhibitæ, continentur, quas Cardinalis Epiſtolas placet hic fideliter exarare.

„ *Raynaldus miſeratione divina Oſtien. & „ Velletren. Epiſcopus Cariſſimis in Domino „ filiabus Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii „ S. Angeli Eſculen. Ordinis Sancti Damiani „ ſalutem, & benedictionem paternam.*

„ Etſi ea, quæ pro concedenda vobis novæ „ vitæ formula Sanctiſſimo Patri noſtro Summo „ Pontifici ſunt ſuggeſta, quantum ad ſugge„ſtores, & impetratores procedentes ad hæc, „ nobis prorſus irrequiſitis, prout miniſtrat „ nobis modicitas ſenſus noſtri, in animarum „ veſtrarum ſalutem non cedent, ac Oſtien. „ Epiſcopo Patri veſtro plurimum diſplice„rent; reverentia tamen debita, ac devota „ proſequentes ordinationem Vicarii Jeſu „ Chriſti, ei, quod factum erat, in nullo reſti„timus; & quia de grege ſibi credito Domi„nus noſter diſponere poterat pro ſuæ volun„tatis beneplacito, & nos a magno eramus „ onere liberati, quod adhuc libenter velle„mus, ſi vobis ad conſolationem cederet, & „ propter depoſitionem hujus oneris Sponſa„rum, & talium Ancillarum Chriſti ſuffragia, „ Oſtien. Protectori, & iis plurimum indignati „ non deficerent, ac veſtræ orationes, & la„crymæ pro nobis apud piiſſimum Patrem, „ & juſtiſſimum Judicem non deeſſent, totum „ in humilitate, & ſubjectione omnimoda por„tabamus. Sed poſtea ſicut Domino Papæ „ placuit ſuper cura, & juriſdictione Mona„ſteriorum, & Dompnarum recepimus man„datum Apoſtolicum, quod vobis agnitum „ novimus, & tamen illud inſpiciendum, & „ rememorandum in tenore ſuo devotioni ve„ſtræ inſertum præſentibus deſtinamus. *Inno„centius Epiſcopus* &c. *Venerabili Fratri Oſtien. „ Epiſcopo* &c. *Cum dilectis filiis* &c. *Datum „ Lugduni* &c. *Innocentius Epiſcopus* &c. *Vene„rabili Fratri Oſtien. Epiſcopo* &c. *Cum dilecto „ filio* &c. *Datum Lugduni* &c. Cujus manda„ti vim, & efficaciam quidam ex dilectis filiis „ noſtris, & fratribus Miniſtri Provinciales „ pro ſua voluntate gloſſantes, & poſtillantes „ juriſdictione utebantur in præfatis Monaſte„riis, & in vobis, ac ſi non eſſent in iis aliquæ „ partes noſtræ, aut nulla interceſſiſſet aucto„ritas mandatorum. Et ecce vos recepiſtis, „ & recipitis alias Papales Epiſtolas, & nos „ recipimus alias litteras Apoſtolicas, quas vo„bis mittimus præſentibus annotatas. *Inno„centius Epiſcopus* &c. *Venerabili Fratri Oſtien. „ Epiſcopo* &c. *Inter perſonas alias* &c. *Datum „ Lugduni* &c. Cum igitur vos ad ſuſceptio„nem, & obſervantiam prædictæ novæ for„mulæ, ſeu antiquæ taliter immutatæ, co„gendas nullatenus videamus, ſed potius ob„ſervare debeatis antiquam formam vitæ, „ quam felicis recordationis veſtri Patris, & „ Benefactoris Domini Papæ Gregorii miniſte„rio, & ſollicitis ſtudiis in inſtitutione veſtri „ Ordinis ſuſcepiſtis, quia collatione, ac deli„beratione habita diligenti, nos, qui de iis „ plene ſumus inſtructi, longo tempore iterje„cto, & quantum extendere poſſumus tenuem, „ & exilem noſtræ conſiderationis intuitum, „ Monaſteriorum, & veſtrum plene initium „ novimus, & progreſſum videmus, quod per „ eam laudabiliter obſervandam melius veſtra„rum procuratur utilitas animarum, & quod „ veſtræ ſaluti non expediat præfatam novam „ regulam, vel immutatam taliter ſuſcipere, „ & ſervare, charitati veſtræ tenore præſen„tium auctoritate, qua fungimur, & virtute „ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, „ quatenus, ſicut juſſionibus Apoſtolicis, at„que noſtris parere cupitis, ſæpedictam no„vam formulam nullo modo Miniſtri alicujus, „ ſeu alterius Fratris Minoris mandato per ſe, „ vel per alios Fratres directe, vel indirecte „ ſic faciendo ſuſcipientes, vel jam ſuſceptam „ nullatenus obſervantes, ſupradictam vitæ for„mam primam a vobis in veſtri Ordinis ſuſce„ptione ſuſceptam, in quantum conceſſerit „ gratia Conditoris, ad ipſius laudem, & glo„riam, ad honorem Virginis glorioſæ, & „ Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac „ Beatiſſimi Patris Domini Innocentii Summi „ Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ, perpetuis „ temporibus obſervetis. Et cum in nova for„mula contineatur juriſdictio dilectiſſimis no„ſtris Generali, & Provincialibus Miniſtris „ Fratrum Minorum quondam in vobis, & „ Monaſteriis attributa, & nos eis prohibue„rimus expreſſe per litteras noſtras in Capi„tulo Generali, quod ſe de uſu juriſdictionis „ alicujus in vobis, & Monaſteriis intromittere „ non debeant, ſed nos, & ea potius noſtræ „ diſpoſitionis arbitrio competentia, dante „ Domino, beneplacito divino relinquant, „ nequaquam eis, quoad aliquam juriſdictionem „ de cœtero, ſed nobis, & Viſitatori noſtro de„vote, & humiliter, ac efficaciter intenda„tis. Verum, quia ſic eſt in reſcripto Apo„ſtolico, prædictum mandatum noſtrum a „ vobis impleri volumus, ut utamur verbis „ Summi Pontificis, *non obſtantibus quibuslibet „ privilegiis, vel indulgentiis, ſeu litteris Apo„ſtolicis impetratis hactenus, vel in poſterum „ impetrandis*. Et ut omnis conſcientiis ve„ſtris auferatur turbationis materia, notum „ vobis, dilectæ filiæ, facimus per præſentes, „ quod nos, qui mentem Inſtituentis agnovi„mus

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1250.

Privilegiis conceſſis, vel concedendis derogatur.

inſtitutione ſui Ordinis ſuſceperunt, ſi per eam melius ſuarum procuratur utilitas animarum, facias inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus quibuslibet privilegiis, vel indulgentiis, ſeu litteris Apoſtolicis impetratis hactenus, vel in poſterum impetrandis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Lugduni VIII. Idus Junii Pontificatus noſtri Anno Septimo.

X I.

Largitur Indulgentias miniſtrantibus ſubſidia pro Eccleſia, aliiſque ædificiis in Monte Alvernæ perficiendis, necnon pro indigentiis Fratrum ejuſdem loci relevandis. Ex Autographo in Archivo ejuſdem Sacri Conventus aſſervato.

An. Ch. 1250. die 17. Novem.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romanor. 14. v. 10.

Oportet diem ultimum miſericordiæ operibus prævenire.

2. Corinth. 9. v. 6.

Eccleſia, & Conventus Alvernæ conſtruuntur.

Hortantur fideles ad ſubſidia pro ædificiis, & FF. ſubſtentatione miniſtranda.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Sane dilecti filii Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum Montis Sancti Alvernæ Aretinæ Diœceſis (1) ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam cum aliis ædificiis ſuis uſibus opportunis cœperunt conſtruere (2) in qua divinis laudibus poſſint

„ mus, ſentimus, & ſcimus, quod Domini „ Gregorii ſupradicti non fuit intentio, nec „ eſt noſtra, laqueum vobis inijcere, & in ſi„ lentio, jejunio, lectis, & aliis pluribus, „ quæ continentur in forma vitæ ab ipſo da„ ta, cum veſter piiſſimus, & diſcretiſſimus „ fuerit, & tanta vos beneficiorum profuſione „ proſequutus extiterit, ad tranſgreſſionem „ mortalis peccati, ſi vos contrarium contin„ geret facere, ſuis ordinationibus vos, ſicut „ nobis ab aliquibus ſuggeritur, obligare, ſed „ potius ſi quid rigiditatis eſt in ſerie antiquæ „ formulæ, quod vobis, vel veſtrum aliqui„ bus ſit importabile, nos in hoc ſecundum „ Dominum ſalutem, & conſolationem ve„ ſtram libenter volumus pro loco, & tempo„ re providere. Terrorem vobis, dilectiſſimæ „ filiæ, nullus incutiat, quia ſic vobis adeſſe „ proponimus, ſicut animæ noſtræ, & corpo„ ris proprii utilitati, & commodo proficere „ cogitamus. Cæterum per indeficientem ora„ tionum, & piorum veſtrorum operum inter„ ventum continuato ſuffragio juvamen obſe„ cramus, & petimus apud Deum.

„ Datum Peruſii v. Kalendas Julii.„

(1) *Aretinæ Diœceſis*, in Etruria, quem Alvernæ locum anno 1213. Orlandus Catanius, Vallis Caſentinæ Dominus, & Comes Cluſii Novi, ad differentiam alterius Cluſii pariter in Etruria vetuſtiſſimæ Urbis, & Porſennæ Sede aliquando percelebris, Sancto Patri Franciſco dono dedit, cujus Waddingus in Annalibus ad hunc annum num. XXVIII. & ſequentibus fuſe hiſtoriam deſcribit, quamvis ab Auctore Polychronici toties laudati pro Monte Alvernæ inſcribatur *Mons Albinia*, & ex ſeptem Cœnobiis, quibus Aretina Cuſtodia Provinciæ Tuſciæ olim componebatur, ſecundo loco notetur.

(2) *Cœperunt conſtruere*. Auctor *Novi Dialogi Sacri Montis Alvernæ, impreſſi Florentiæ in Typographia Ducali anno* 1568. lib. 1. cap. 1. hanc Eccleſiam ædificatam fuiſſe ſcribit cura, & impenſis ſupradicti Domini Comitis Orlandi Catanii, ad preces Beati Patris Franciſci, qui, ſicuti alias omnes, quas ædificari curaverat, Beatiſſimæ Virgini Mariæ dedicatam voluit. Ex Antiquo vero ejuſdem Sacri Montis Dialogo idem Auctor addit, quod cum Seraphicus Pater orans in hoc Monte cogitare cæpiſſet de una Eccleſia in honorem glorioſæ Virginis Mariæ ædificanda, appa-

Digitized by Google

ſint deſervire. Cum itaque pro hujuſmodi ædificiis conſummandis, ac etiam pro ſubſtentatione arctæ vitæ ipſorum indigeant fidelium juvari ſubſidiis, qui propter Chriſtum extremæ ferunt ſarcinam paupertatis, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus omnes pias eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi conſummari valeat, & alias eorum indigentiæ provideri, ac vos per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eiſdem pro dicti conſummatione operis, vel pro ipſorum neceſſitatibus relevandis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Concedit Indulgentias ut ſupra.

Datum Lugduni xv. Kalendas Decembris Pontificatus noſtri Anno Octavo.

apparuit ei ipſa Beatiſſima Virgo, utroque comitata Joanne, Baptiſta ſcilicet, & Evangeliſta, qui eumdem ad præconceptum opus incenderunt, & Eccleſiæ conſtruendæ locum, fundamentum, & formam deſignarunt, ac in hujus apparitionis memoriam horum Sanctorum commemorationem quotidie ibidem poſt proceſſionem ad locum Sacrorum Stigmatum a Fratribus fieri teſtatur. Hinc ſibi obiiciens hoc Innocentii IV. Diploma, quod & ipſe in Archivo ejuſdem Sacri Conventus ſe vidiſſe refert, quodque totam hanc narrationem deſtruere videtur, quia ſi anno 1250. Indulgentias conceſſit Innocentius pro Eccleſia Alvernæ perficienda, aperte conſtare videtur, hoc anno, & non prius Eccleſiam inibi ædificatam fuiſſe, rem egregie explicat, & conciliat inquiendo, tempore Innocentii IV. priorem Eccleſiam ob creſcentem devotionis cauſa populorum frequentiam, cujus capax non erat, ampliatam fuiſſe, & pro hac ampliatione abſolvenda eumdem Pontificem conceſſiſſe indulgentias, de quibus in his litteris habetur ſermo. Confirmat id ex Dialogo Antiquo, in quo habetur, quod circa Eccleſiæ medietatem ex parte plateæ magnæ clare conſpiciebantur ſigna connexionis veterum parietum cum novis, & ex ipſa Eccleſiæ longitudine, quæ latitudini minime erat proportionata. Addit inſuper ex eodem Dialogo, & ex Veterum traditione, tres ſucceſſive Guardianos, qui priorem Eccleſiam deſtruere tentarunt, miſere periiſſe, ac tanto timore id cæteros affeciſſe, ut nullus deinceps id attentare præſumpſerit, ſed eamdem Eccleſiam, auctam jam, & ampliatam, omnes devote ſemper, ac religioſe ſervare ſtuduerint. Tandem concludit, eamdem Eccleſiam juſſu Alexandri IV. anno forſan 1257., quo idem Pontifex etiam Indulgentias conceſſit eam viſitantibus in feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, ac per octo ſubſequentes dies, in ſua ampliatione completam, die 20. Auguſti, Dominica infra Octavam Aſſumptionis, præſente Miniſtro Generali S. Bonaventura, conſecratam fuiſſe inſtar Eccleſiæ Portiunculæ, a ſeptem videlicet Epiſcopis, Aretino, Florentino, Feſulano, Peruſino, Aſſiſienſi, Caſtellano, & Urbinate, qui eodem die cum Clericis, Fratribus, & immenſa populi multitudine totum Montem ſuper equos circumeuntes, hunc quoque luſtralis aquæ aſperſione, & aliis ſacris cœremoniis aliquo modo conſecrarunt. Hæc autem Eccleſia tempore Innocentii IV. aucta, quæ dicitur Eccleſia parva, & antiqua, non eſt illa, quæ modo appellatur Eccleſia major, in qua Fratres quotidie divinas laudes perſolvunt. Siquidem hæc ſecunda Eccleſia inchoata fuit a fundamentis anno 1348. ære Domini Tarlati de Petramala, & Uxoris ejus, ut apparet ex lapide in proſpectu ejuſdem Eccleſiæ locato; in quo legitur: *Anno Domini MCCCXLVIII. Nobilis Miles Dominus Tarlatus de Petramala, & Domina Comitiſſa Joanna de Sancta Flora, Uxor ejus, ædificari fecerunt iſtam Eccleſiam ad honorem B. Mariæ ſemper Virginis*; & completa fuit, præter pavimentum, & alia ornamenta nonnulla, cum eſſet Guardianus ejuſdem Sacri Conventus Frater Matthæus Lucenſis, anno 1457. induſtria Fratrum, & impenſis Conſulum Artis Lanariæ Florentinæ Civitatis, ſub quorum protectione una cum Cœnobio, mandante Eugenio IV., ab anno 1431. devenerat, ut alibi fuſius videbimus in hoc Supplemento.

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1250.

XII.

Conventum, & locum Alvernæ ſub ſpeciali ſua, & Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipit. Ex Archivo ejuſdem Sacri Conventus.

An.Ch. 1250. die 3. Decemb.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum commorantibus apud Sanctum Montem Alvernæ Aretinæ Diœceſ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Univerſa Ordinis noſtri loca ſub S.A. protectione conſiſtunt.

Alvernæ locum, S. Franciſci habitatione decoratum, ſuſcipit ſub A. S. protectione.

LIcet cuncta Ordinis veſtri loca generaliter ſub Apoſtolica protectione conſiſtant (1) ad locum tamen, in quo apud Sanctum Montem Alvernæ divino mancipati eſtis obſequio, ex eo præcipue ſpecialem habentes affectum, quod B. Franciſcus, veſtri Ordinis Inſtitutor, adhuc carne mortalitatis indutus in ipſo loco, ab hominum habitatione remoto, libenter ad ſerviendum Domino morabatur, locum ipſum ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indigna-

(1) *Generaliter ſub Apoſtolica protectione conſiſtunt*; vigore præſertim Conſtitutionis ejuſdem Innocentii IV., *Ordinem veſtrum*, ſub XVIII. Kalendas Decembris Pontificatus anno tertio emanatæ, qua univerſa Fratrum Minorum domicilia cum Eccleſiis, cæteriſque ſuis pertinentiis *in jus, & proprietatem Beati Petri ſuſcepit*, quod & alios plures feciſſe conſtat Romanos Pontifices. At vero Innocentius IV. Alvernæ Montem ſub ſpeciali Romanæ Eccleſiæ protectione recipere voluit, ut ſuum erga Beatum Franciſcum, & Montem ipſum conteſtaretur ſingularem affectum, quem & Succeſſores ejus perplures variis privilegiis eidem collatis, Indulgentiarum præſertim largitione munifica, conteſtati ſunt. Alexander IV. anno primo ſui Pontificatus edita Bulla, *Si novæ militiæ*, allata a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcan. pag. 29. Sacri Alvernæ Montis protectionem in ſe & ipſe ſuſcepit, eum ſummopere Fratribus commendavit, ne unquam ab ipſis, aut ab Ordine dimitteretur, neve ejus ædificia ullo modo deſtrui ſinerent, in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandavit. At nedum Romani Pontifices, ſed ipſi quoque Sæculares Principes devotionem ſingularem erga hunc Sacrum Montem oſtendere voluerunt, quos inter, ut alios reticeamus innumeros, Henricus VII. Romanorum Imperator, qui cum anno 1312., jam ſuſcepta Mediolani ferrea Imperii corona, Romam pergeret auream, juxta pactum initum cum Clemente V., ab Apoſtolicæ Sedis Legatis acceptum, per Etruriam iter faciens, ac prope Alvernæ Montem conſiſtens, ubi tunc Guardianatus munere fungebatur B. Joannes, ob diuturnum in eodem Monte domicilium, ab Alverna nuncupatus, Guardianum ipſum, & Fratres omnes Sacri illius Cœnobii cultores ſub ſpeciali ſua, Romanique Imperii protectione recepit, datis univerſis Vicariis, & Comitibus Caſentini Imperialibus litteris, quarum extat Exemplar in Archivo ejuſdem Sacri Conventus, quod exhibetur ab Auctore Novi Dialogi in fine, tenoris ſequentis.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Nobilibus Viris, & Univerſis Vicariis Civitatis, & diſtrictus Aretii, ac Comitibus de Caſentino, de Ubertinis, de Valenzano, Talla, Bagnena, & de Cluſio, cæteriſque Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam, & omne bonum.

„ Cum nos Religioſos Viros, Joannem Guardianum, & Fratres Minorum Ordinis Domus Sacri loci Montis Alvernæ devotos noſtros dilectos in protectionem noſtram, & Imperii ſpecialem duxerimus aſſumendos, fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus (eoſdem Guardianum, & Fratres loci prædicti nobis commiſſos habentes) ipſos in perſonis, & rebus ſuis auctoritate noſtra efficaciter defendatis, non permittentes ipſis a quoquam moleſtiam, aut injuriam aliquam irrogari, ſic ut indignationem noſtram, & pœnam arbitrio noſtro inferendam volueritis evitare, præſentium teſtimonio litterarum.

„ Datum in Caſtris ante Caſtrum Montis Varchii XVII. Kal. Octobris Anno Domini 1312. Regni noſtri Anno Quarto, Imperii vero Primo.

Digitized by Google

gnationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni III. Nonas Decembris Pontificatus noſtri Anno Octavo.

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1250.

XIII.

Concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ in ſolemnitate S. P. Franciſci. Ex Archivo ejuſdem Sacri Conventus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1250. Die 5. Decem.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum commorantibus apud Sanctum Montem Alvernæ Aretin. Diæceſ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, & laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Ut igitur locus, in quo apud Sanctum Montem Alvernæ Aretin. Diœceſ., in quo degitis, ob reverentiam B. Franciſci congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in die Solemnitatis B. ejuſdem (1) ad locum ipſum cum devotione acceſſerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus (2).

Dominus in retribuendo merita, & vota noſtra excedit.

Concedit Indulgentias, ut ſupra.

Datum Lugduni Nonis Decembris Pontificatus noſtri Anno Octavo.

XIV.

(1) *In die Solemnitatis B. ejuſdem*, quarta ſcilicet Octobris, quia Feſtum Stigmatum adhuc inſtitutum non erat, quamvis Auctor *Novi Dialogi Sacr. Montis Alvernæ* lib. 2. cap. 7. ex Marco Tarviſino Miniſtro Romanæ Provinciæ referat, Gregorium IX. indulgentiam conceſſiſſe viſitantibus locum Alvernæ in die impreſſionis Sacrorum Stigmatum, & de hac conceſſione Bullam aſſervari ſcribat in Conventu Aſſiſienſi, incipientem, *Seraphim volabant*, quæ tamen deſideratur.

(2) *Miſericorditer relaxamus*. Alii etiam Romani Pontifices varias elargiti ſunt Indulgentias ſtatis diebus Alvernæ Eccleſiam viſitantibus. Alexander IV. per ſuum Diploma, *Cum ad promerenda*, concedit Indulgentias centum dierum, lucrandas in feſtis Sanctorum Franciſci, Antonii Patavini, & Claræ, totidemque per aliud incipiens, *Sanctorum meritis*, acquirendas in ſingulis Beatiſſimæ Virginis Mariæ feſtivitatibus, ac per octo dies tum prædictorum Sanctorum, cum ejuſdem Virginis feſtivitates ſubſequentes. Nicolaus IV., *Licet is, de cujus munere venit*, tribuit Indulgentias unius anni, & quadraginta dierum accedentibus devotionis cauſa ad eumdem locum in feſtivitatibus eorumdem Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ. Quin vero ſingulos recenſeamus Pontifices, Bonifacius IX. anno 4. ſui Pontificatus, Bulla, *Splendor paternæ gloriæ*, ſub Kal. Decembris, cujus extat Autographum in Archivo ejuſdem Sacri Conventus, viſitantibus Eccleſiam Alvernæ in Feſto Impreſſionis Sacrorum Stigmatum eamdem elargitur Indulgentiam, quam lucrantur viſitantes Eccleſiam Portiunculæ die 2. Auguſti, confirmatam poſtmodum a Sixto IV., *Ex injuncto nobis*, die 29. Januarii Pontificatus anno 5.; ab Innocentio VIII., *Paſtoris æterni*, die 5. Aprilis Pontificatus anno 3.; & a Clemente XI. anno 2. die 31. Maii, *Exponi nobis*, qui etiam ad tres dies Pentecoſtes eamdem extendit; ac inſuper per aliam ſuam Conſtitutionem, *Ad augendam*, editam die 2. Octobris Pontificatus anno 5. idem Clemens XI. peregrinis, aliiſque viſitantibus Eccleſiam ejuſdem Sacri Montis ſub invocatione Stigmatum, elargitus eſt Indulgentiam Plenariam, etiam pro Defunctis applicabilem, lucrandam qualibet anni die, ſed una vice dumtaxat, ideſt, ſemel tantum in anno, ut ex reſpectivis Autographis, in eodem Archivo aſſervatis, liquido apparet.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1252.

XIV.

Rogat, ut, acceptis per Fratrem Laurentium Ordinis Minorum Litteris Apoſtolicis, dictis ejuſdem Fratris Laurentii fidem adhibeat, eumdemque dirigat in agendis. Ex Formulario Marini de Ebulo in Vaticano Archivo exiſtente, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe pag. 34.

An. Ch. 1252. die....

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto Filio R. (1) Sancti Angeli Diacono Cardinali, Vicario noſtro in Urbe (2) ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

F. Laurentium Romam a ſe miſſum dicit, & laudat.

CUM dilectum filium Fratrem Laurentium Ordinis Minorum (3) Pœnitentiarum noſtrum, virum providum, & diſcretum, mittamus ad Urbem dilecto filio Senatori (4) & Conſilio, vel Populo Romano, ex ore noſtro prout tuæ circumſpectioni videbitur loquuturum, ac eiſdem Apoſtolica ſcripta (5) poſtquam illa inſpexeris, prolaturum, ſinceritatem tuam attente rogamus, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eumdem Fratrem, cui ſuper iis, quæ tibi ex parte noſtra dixerit, fidem habere te volumus, dicendis, informes juxta prudentiam tibi datam, & informes, & dirigas

Mandat Cardinali, ut F. Laurentium audiat, & dirigat.

(1) *Dilecto filio R.*, Richardo de Annibalis, ſeu Annibaldenſi de Molaria, inquit Ciaconius de Cardinalibus Gregorii IX. num. x., a quo juxta Ciaconium ipſum creatus Diaconus Cardinalis S. Angeli anno 1237., juxta Panvinium vero anno 1240., obiit Lugduni, cum ſecundum in ea Urbe celebraretur ſub Gregorio X. Generale Concilium, ejuſque Corpus Romam delatum, in Baſilica Lateranenſi, ut cum laudato Ciaconio permulti ſcribunt, ſepultum fuit.

(2) *Vicario noſtro in Urbe*. Nihil de Richardi Vicariatu apud Auctores, qui de ipſo pertractant, invenire potui. Nicolaus de Curbio in Vita Innocentii IV. cap. XIII. ſcribit, ut alibi etiam diximus, quod, Innocentio in Galliam aufugiente, *Dominus Stephanus, tituli S. Mariæ in Tranſtyberim Presbyter Cardinalis, remanſit in Urbe Vicarius*, de qua re certiores reddimur etiam ex litteris ejuſdem Pontificis pro inducendis Fratribus noſtris in poſſeſſionem Eccleſiæ S. Mariæ de Capitolio, legendis apud Waddingum, & Sbaraleam ad annos reſpectivos. Cum autem idem Curbius ibidem habeat: *Dominus Richardus, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, remanſit in Campania, & Maritima Comes*, credere debemus, Richardum Vicariatum in Urbe geſſiſſe poſt Innocentii IV. in Italiam regreſſum, qui contigit anno 1251., quoniam anno 1250. die 26. Junii in litteris hujus Pontificis, *Lampas inſignis*, datis Lugduni pro conceſſione prædictæ Eccleſiæ de Capitolio noſtratibus facienda, Pontificius in Urbe Vicarius adhuc Stephanus prædictus enunciatur.

(3) *Fratrem Laurentium Ordinis Minorum*, incertæ patriæ, quam idem Innocentius IV. anno 1246. Legatum ſuum miſit in Orientem, ut clare innuunt hujus Pontificis litteræ, *De Supernis Cœlorum*, inſcriptæ hoc anno die 6. Auguſti *Patriarchæ Græco Antiocheno, & Suffraganeis ſuis*, aliæque anno ſequenti ad ipſum Fratrem Laurentium, jam in Oriente commorantem, directæ, quæ extant in Annalibus Waddingi, & in Bullario Franciſcano clariſſimi Sbaraleæ ad annos, & dies reſpectivos.

(4) *Dilecto filio Senatori*, Petro Capizucchi Romano, qui in ſerie Chronologica Senatorum Urbis a Creſcimbene conſcripta, & nuperrime ab erudito Viro Comite Antonio de Vendectinis iterum edita, & illuſtrata, ab anno 1252. ad 1254. Senatoriam Urbis Præfecturam egiſſe dicitur.

(5) *Apoſtolica ſcripta*, quæ credentiæ, & favoris, ac etiam *Credentiales* dicuntur, *Litteræ ſcilicet*, inquit Dufreſne in Gloſſario tom. 2. Verb. *Litteræ de Credentia*, *per quas quis petit, ut Legato, aut Miſſo ſuo plene credatur, ac fides habeatur in iis negotiis, pro quibus mittitur*, cujuſmodi eſt hæc Richardo Cardinali per Fratrem Laurentium miſſa, quam propterea Ebulus prætitulat, *Litteræ Credentiæ*.

Digitized by Google

rigas in agendis, prout cauſas, & tempora, loca, & perſonas videris poſtulare &c. INNOCENTIUS PP. IV. An Ch. 1252.

Datum Peruſii ..... Pontificatus noſtri Anno Nono (6).

X V.

Proteſtatur Pontifex ſuum erga Romanos affectum, ſuamque pro eorum pace, & tranquillitate ſollicitudinem, ac mendacia eſſe inquit ab Eccleſiæ hoſtibus excogitata, quæ de ipſo in contrarium dicta fuerant.
Ex Formulario Ebuli, & ex Compendio ejuſdem pag. 203., exiſtentibus in Archivis prælaudatis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

An.Ch. 1252. die.....

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Senatori (1) *& Populo Romano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

TEtendiſſe nuper quis dicitur (2) quaſi arcum mendacii linguam ſuam, utique a gehennæ ignibus inflammatam, & in aures veſtras in livore cordium aſperum ſermonis maligni jaculum injeciſſe, diſſolvere ſatagens indiſ-

Cauſa hujus Epiſtolæ.

H

(6) *Pontificatus noſtri Anno Nono*. Has litteras hoc anno datas eſſe Peruſii, quo, Innocentius IV., teſte noſtro Nicolao de Curbio in prælaudata hujus Pontificis Vita cap. xxx. die 5. Novembris anni 1251., e Gallia redux, pervenit, & ubi *per annum, & dimidium*, moram traxit, colligimus ex aliis litteris, poſt has immediate afferendis, quas idem Frater Laurentius ſimul cum præſentibus Richardo Cardinali inſcriptis detulit Senatori, & Populo Romano. Cum namque in his agatur de Tractatu habito a Pontifice cum Nuntiis Conradi filii Friderici II. Imperatoris, ut inferius ex ipſis litteris patebit, apertiſſime ſequitur, utraſque litteras datas eſſe Peruſii, in qua Civitate Tractatus hujuſmodi habitus fuit anno 1252., quemadmodum ex præcitato Nicolao de Curbio in eadem Vita Innocentii IV., vulgata a Muratorio tom. 3. Rer. Italic., evidenter oſtenditur. *Peruſium pervenit Innocentius*, ait Curbius cap. xxx., *die 5. Novembris; & eodem anno*, ſcilicet 1251., *Menſe Octobris*, habet Auctor Chronici Veronenſis apud eumdem Muratorium tom. 8. Rer. Italic., non anno 1252., ut ad hunc ipſum annum ſcribit Raynaldus, a doctiſſimo P. Manſi in Notis emendatus, *Conradus Friderici filius ex Alemania venit in Italiam; ac tranſiens per Mare Venetiarum, & Adriaticum*, proſequitur Curbius cap. xxxi., *invaſit, & occupavit Regnum Apuliæ, & Siciliæ in jacturam, & diſpendium Eccleſiæ, cum eſſet de jure ipſum Regnum ad manus Eccleſiæ devolutum; propter quod ipſum, & omnes ſibi pariter adhærentes Dominus Papa excommunicationis vinculo innodavit*. Poſt hæc narrat ipſe Curbius ibidem, Conradum, ut ſub ovina pelle Lupum occultaret, ſolemnes ad Pontificem Nuntios deſtinaſſe, qui cum eo varia pertractarent, præſertim ut tam in Imperio, quam in Regno ſuccederet loco Patris, quod cum Pontifex admittere nequiviſſet, Nuntios Peruſio diſceſſiſſe, ac poſt dies aliquot rumorem invaluiſſe, Innocentium nihil egiſſe in hoc Tractatu pro pace, & tranquillitate Romanorum, qui proinde de eo conqueri cœperunt, & ad hanc calumniam exſufflandam, & ad paternum amorem ſuum Romanis conteſtandum Pontificem miſiſſe Nuntium in Urbem Fratrem Laurentium cum litteris, Richardo Cardinali, & Populo Romano directis. Cum itaque colloquium cum Nuntiis Conradi non habuerit Innocentius IV., niſi poſt invaſionem Apuliæ, & Siciliæ, ac poſt latam in Conradum ipſum excommunicationis ſententiam, quæ haud fieri potuerunt ante initium ſaltem anni 1252., palam fit, hanc Epiſtolam, & ſequentem hoc anno, veroſimilius autem circa medietatem ejuſdem, emanatam fuiſſe, octavo ſcilicet Pontificatus Innocentii exeunte, vel nono ineunte.

(1) *Senatori*, Petro nimirum Capizucchi, qui hoc anno, ut in nota (4) ad Bullam præcedentem, hoc munere fungebatur in Urbe.

(2) *Tetendiſſe nuper quis dicitur*, ex Fridericianis nempe, & Conradi fautoribus aliquis, ac ipſimet forſan ejuſdem Conradi Nuntii, ut circa finem harum litterarum Pontifex innuere videtur. Siquidem iſti, rebus pro Conrado infectis, ut audivimus in nota ultima ad Bullam ſuperiorem, Peruſio diſcedentes, & Romam adventantes, ut Romanorum animos averterent ab Innocentio IV., & ad Conradi partes inclinarent, multa impie contra Pontificem

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1252.

Calumnia detegitur.

diſſolubilem charitatis amplexum, quo vos continet Romana Eccleſia Mater veſtra, ut ad tale antiqui hoſtis obſequium, qui ad ſciſſuras, & ſchiſmata de perverſorum hominum linguis fabricat ſibi falces, in verbis ad malitiam præcipitantibus ille falſiloquiis ferret dolum. Nam de corde ſuo protulit homo ille, quod in Contractu nuper habito (3) inter Eccleſiam, & Nuntios, (4) Nobilis Viri C. (5) Nati quondam Friderici, olim Imperatoris (6) nihil pro Romano Populo agebatur, ſed eo præterito, ipſiuſque pace neglecta, pacem ſuam Sedis Apoſtolicæ privatis affectibus ſectabatur. Hoc locutus eſt ille paternæ dilectionis æmulus, filialis devotionis infector, & ſubverſor impius ventalis, quia Diabolus hoſtis antiquus, pater mendacii, & animarum a prin-

Joann. 8. v. 44.

cem excogitarunt, ac fraudolenter vendiderunt, aſſerentes inter alia; nullam huic fuiſſe curam de Romani Populi felicitate, utpotequi in colloquio cum ipſis Peruſii habito pro pace, & tranquillitate Romanæ Gentis, ne verbum quidem protulerit, quod hujus rei vel minimum præberet indicium. Hinc Ebulus in ſuo Formulario merito his litteris titulum præfixit, *De maledictis*, ut ſic indigitaret, ſibi falſo impoſita hic Pontificem referre, de his conqueri, & apud Romanos honorem ſuum vindicare, quod optime agit, & mendaces oſtendit, qui maculaverant illum, Tractatum commemorando initum ipſum inter & Fridericum ipſius Conradi Patrem, de quo Tractatu inferius in nota (9) ad has eaſdem litteras agemus.

(3) *In Contractu nuper habito*, occaſione, loco, & tempore in notis ad Bullam ſuperiorem deſignatis.

(4) *Inter Eccleſiam, & Nuntios*; inter ipſum videlicet Innocentium IV., & *Viros ſagaciſſimos, & aſtutia magna*, ut ait Frater Nicolaus de Curbio deſuper laudatus in Vita ejuſdem Innocentii cap. XXXI., *Bartholomæum Marchionem de Hohemburch, Archiepiſcopum Tranenſem, Gualterium de Ocra Conradi Cancellarium, & alios plures*, qui ab ipſo Conrado miſſi fuerunt, ut Peruſii cum Pontifice multa pertractarent.

(5) *Nobilis Viri C.*; ideſt Conradi, qui audiens a ſuis Nuntiis irrita vota ſua, *cæpit ex tunc*, teſte eodem Curbio, *tantam ſævitiam exercere, ut jam quaſi tota terra ſileret in conſpectu ejus, & reſpectu tyramnidis, & malignitatis ipſius tegerentur, nec haberentur in memoria acta nequiſſima Patris ſui. Talia quidem ſe facere minabatur, ut Pater ejus ſanctus ab omnibus haberetur, & quod ſi Pater arctavit ſubjectos ſibi flagellis, per ipſum ſcorpionibus cæderentur; licet poſtmodum*, adhuc referente Curbio, *ipſo Papa reſidente in Urbe, pro concordia, & pace iterum fictitie, & ſimulatorie ad Summum Pontificem ſolemnes Ambaxiatores, & Nuntios deſtinaverit..... Sed mentita eſt iniquitas ſibi*.

(6) *Nati quondam Friderici, olim Imperatoris*, hujus nominis Secundi, quem ex Curbii relatione cap. XXIX., *anno Domini* MCCL., *feſto B. Luciæ, Pontificatus Domini Innocentii IV. anno* VIII., *ſubtraxit de medio ipſe Deus, qui in Apulia Caſtro Florentini laborans gravibus diſſenteriis, frendens dentibus, ſpumans, & ſe diſcerpens, ac rugiens immenſis clamoribus, excommunicatus, et depoſitus miſerabiliter expiravit..... Vixit autem in Imperio* XXXVIII. *annis. Manſit autem in excommunicatione duodecim, poſt depoſitionem vero quatuor annis vixit*. Et ſane Imperio privatus fuit Fridericus in Primo Generali Lugdunenſi Concilio, anno MCCXLVI., quamquam Curbius cap. XIX. ſcribat, ſententiam depoſitionis protuliſſe Pontificem *in Majori Eccleſia Lugdunenſi, in pleno Concilio, anno Domini* MCCXLIV. XV. *Kalendas Auguſti, Pontificatus ſui anno Tertio, quæ fuit ab univerſis Eccleſiarum Prælatis in eodem Concilio reſidentibus approbata*; in quo certe ſibi non conſtare videtur, quia ſi Fridericus depoſitus fuit anno MCCXLIV., & mortuus eſt anno MCCL., ut ipſe ſcribit, non quatuor, ſed ſex vixit annos poſt depoſitionem, niſi oſcitantia Amanuenſis, vel Typographi, ut aribtror, annum MCCXLIV. pro MCCLVI. irrepſiſſe dicere velimus. Hinc errat Raynaldus ad annum MCCXLV. num. XXIV., & cum eo P. Manſi in Notis ibidem, inquiendo, Lugdunenſe Concilium hoc eodem anno celebratum fuiſſe, ac eo magis decipitur, cum id ſe colligere ait ex Nicolao de Curbio in cap. XVIII. Vitæ Innocentii IV. Nam Curbius in hoc capite aſſerit quidem, Pontificem in feſto B. Joannis Evangeliſtæ inter Miſſarum ſolemnia publice nunciaſſe Generale Concilium, in Nativitate B. Joannis Baptiſtæ anni immediate futuri celebrandum, ſed quo anno id nunciaverit omnino ſilet. Manſi id enunciaſſe vult anno MCCXLIV., ac proinde colligit, celebratum fuiſſe Concilium anno ſequenti MCCXLV.; ſed cum aſſerat Curbius, ut audivimus, Fridericum depoſitum fuiſſe in Concilio Lugdunenſi, & poſt depoſitionem quatuor annis vixiſſe ſcribat, mortuumque dicat anno MCCL., in quo conſentientes habet Scriptores omnes accuratiores, ut notat ipſemet Manſius ad Annales Raynaldi ann. 1250. num. XXXIII., ex Curbio inferendum eſt, Lugdunenſe Concilium indictum fuiſſe anno MCCXLV. celebratum vero anno MCCXLVI., uti volunt Blond. dec. 2. l. 7., Crantz. Sax. l. 8. cap. 12. & alii. Tres Fridericus moriens poſt ſe reliquit filios, Conradum nempe ex legitimo thoro ſuſceptum, de quo agitur in preſenti Diplomate, & duos nothos, Manfredum, & Entium, quorum ultimus anno 1249., uno ſcilicet ante Patris obitum anno, captus a Bononienſibus, annos fere viginti tres captivus Bononiæ detentus eſt, videlicet uſque ad mortem, quæ contigit anno 1272., & in ipſo, concludit Spondanus ad ann. 1249. num. III. *finem habuit progenies viperea Friderici*.

Digitized by Google

principio homicida, in jacturam noſtram, & dolorem noſtrum linguæ illius uti voluit inſtrumento, ut eo nimis credulos animos læthaliter ſauciaret. Sed ſi tantæ amaritudinis verbum, a quo fidem prorſus relegat, ac inviolabile paterni, ac materni fœdus amoris, quod nihil tale ſuſpicari glorioſos filios permittere debuiſſet, levis fuit credulitas, facilitas ſubſecuta, in iram res incognita vos accendit. Hoc eſt quod in admirationem, & dolorem Nos commovet. Hoc eſt, filii, quod merito debent rubore perfundere vultus veſtros. Quomodo potuit tam cito, uno referente malivolo, aſcendere in cor veſtrum, quod Paſtor ſibi ipſi quietem procurans, cogitaverit ſalutem negligere gregis ſui, quod miſericorditer ad proximos, & remotos affectum ſuæ charitatis extendens, diſpoſuerit in illo negotio (7) intimos uteri ſui filios præterire, aut ſic ſua quærere, ut eorum commoda non curaret? Crediddiſtis certe, quod, ſalva pace veſtra, reprehendere poſſumus, linguæ maliloquæ, & contra Nos, & Fratres noſtros (8) labia mendacia ſuſcepiſtis. Melius ergo credite veritatis noſtræ ſermonibus, &, quod firmum erit in perpetuum, a Nobis contra fallacem impoſitorem accipite labium veritatis, ut cordium veſtrorum ſinceritas, expurgata omni amaritudine, reformetur. Verum nimirum ſcitote, filii dilecti Nobis in Domino, & ſine ulla dubitatione tenete, quod in prædicto Tractatu nec nomen veſtrum tacuimus, nec præterivimus cauſam veſtram, quin potius inter cætera, quæ ſignanter pro pace, ac Tractatu Romani Populi agebantur, idem Capitulum fuit in Tractatu prædicto pro vobis expreſſe conſcriptum, quod olim in pace, quæ inter Fridericum prædictum, & Eccleſiam ſcripta fuit (9) Nobilibus Viris Nea-

Arguit Pontifex Romanorum credulitatem.

Calumniam facto exſufflat.

(7) *In illo negotio*; in colloquio nimirum, vel Tractatu Peruſii habito cum Nuntiis Conradi, in nota (4) modo nominatis.

(8) *Et Fratres noſtros*; ideſt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quos Pontifex Peruſii ſecum habebat, quique colloquio, vel Tractatui interfuere.

(9) *Scripta fuit*, Romæ in Platea Baſilicæ Lateranenſis, ut ex dicendis conſtabit, in die Cœnæ Domini anno 1244., quamquam antea bis & iterum fruſtra a Pontifice exquiſita, miſſis primo, paulo poſt nimirum ſuam ad Pontificatum aſſumptionem, Nuntiis ad Fridericum, tunc, ex Curbio in Vita Innocentii IV. cap. VII., apud Melphim in Apulia commorantem, Petro Albanenſe Rothomagenſe Archiepiſcopo, Guillelmo Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbytero Cardinali Abbate S. Facundi, & Nicolao Epiſcopo Regino; ſecundo vero, & tertio Othone Portuenſi, qui, teſte eodem Curbio cap. IX., erat Friderici amicus, quique acceſſit ad eum *primo apud Viterbium, in cujus terræ obſidione tunc temporis morabatur, ſecundario apud Aquampendentem*; ſed fruſtra ſemper, quia Fridericus *obturans more aſpidis aures ſuas, hujuſmodi ſollicitudinem, et pacis prædictæ inſtantem oblationem oſtinata elatione contempſit. Demum vero, vecordiæ magis*, ut adhuc præfati Curbii cap. X. verbis utamur, *quam concordiæ intuitu motus Fridericus, ut Eccleſiæ potius illuderet, quam pareret, ſicut poſtmodum patuit manifeſte, ſolemnibus Nuntiis deſtinatis, Nobili videlicet Viro Comite Toloſano, ac Judicibus præcipue in Curia ſua Procuratoribus Petro de Vinea, et Thadæo de Sueſſa, in die Cœnæ Domini, in Platea Lateranenſi, coram Domino Papa, et Fratribus ſuis, præſentibus chariſſimo Conſtantinopolitano Imperatore, Cætu non modico Prælatorum, Senatoribus etiam, Populoque Romano, et maxima multitudine aliorum...... ipſius Domini Papæ, Eccleſiæque mandatis ſe plenius pariturum per prædictos Nuntios, ab ipſo ſuper hoc ſpeciale mandatum habentes, in anima ſua juramento promiſit. Poſtmodum vero ut Terras Eccleſiæ reſtitueret, quas occupare præſumpſerat, et captivos, quos in galeis cæperat, ſuæ redderet libertati, a Summo Pontifice recipiens in mandatis, dum adhuc idem Imperator apud Aquampendentem perſiſteret, ipſe tamquam in pertinacia præconcepta obſtinatus prædictis parere contempſit*. Nam cum Innocentius IV., proſequitur Curbius cap. XII., *ſeptimo die Junii egrediens Urbem, ad Civitatem Caſtellanam profectus eſſet*; Fridericus, qui *apud Interamnum tunc erat, dicto Pontifici, & Fratribus occultas tendens inſidias, ipſoſque capere machinans in ipſo Civitatis ingreſſu, adjecit iterum pacis ſimulare tractatum, ſolemnes tranſmittens Nuntios, Magiſtrum videlicet Petrum, Gualterium de Sora, qui eum ſub ſpecie tractatus pacis ſecurum redderent, et incautum. Pontifex vero*, addit Curbius cap. XIII. *hujuſmodi machinationis, et malitiæ non ignarus, in prædicta Civitate XIX. dierum perſiſtens ſpatio, præconcepit ad partes alias ſe transferre, ubi dictus Imperator virus ſuæ malignitatis exercendi potentiam non haberet. Et cum aliunde propter viarum diſcrimina, et præcluſiones earum per mare, ſeu per terram, niſi tantum per Sutrium, Civitatem*

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1252.

Neapoleone Urſino, & Annibaldo de Annibaldis, tunc Senatoribus (10) & Sapientibus Urbis conſentientibus, & approbantibus, ponebatur. Hoc quidem, quod aſſerimus, publica proteſtabantur ſcripta, id etiam memorati C. Nuntii (11) non negarent (12) licet Apoſtolicæ aſſertionis auctoritas egere non debeat apud vos alienæ fidei teſtimoniis confirmari. Præterea cum in prædicto Tractatu dubium de fine conſummationis poneretur initium, donec de proventu alicujus boni exitus ſpes aliqua oriretur, grave Nobis fuit, & certe non utile, ad verba nondum certum pondus habentia evocari; propter quod, ſicut nec vos, ita nec Principes aliquos, vel Prælatos, ſive Univerſitates, aut alios, quos res tangit, ad eumdem Tractatum providimus requirendos, qui tempore, & magis opportuno, potuiſſetis ad negotium immutari, quando ſcilicet profuturus, ſicut modo, fuiſſet inanis acceſſus. Æquo itaque animo eſtote, filii, ne unquam vobis ora maligna ſuadeant de ſinceritate Matris

Romanorum animos rationibus evincere ſtudet.

Rogat, ut certi de amore Pontificis, obtrectatoribus non credant.

tatemvetulam, et Januam non potuiſſet habere tranſitum pacificum, vel ſecurum, religioſum virum, et nobilem F. Bojolum nomine, conſanguineum ſuum, Ordinis FF. Minorum, miſit Januam pro galeis, ad nobilem videlicet virum Dominum Opizonem, fratrem ipſius Domini Papæ ſecundum carnem, et alios ſuos conſanguineos, et nepotes, ad Dominum Philippum Vicecomitem de Placentia, tunc Poteſtatem Januenſem, mandans ipſas apud Civitatemvetulam, vel Cornetum conduci. Et mirum in modum, divino procurante auxilio, infra XVII.*dierum ſpatium* XXII. *galeæ cum duabus ſagittis, & aliis octo lignis bene præparatis pariter, & armatis ad dictam Civitatemvetulam ſunt deductæ. Cumque in die præcedente Vigiliam Apoſtolorum Petri, et Pauli Sutrium deveniſſet...... aſſumptis ſecum Domino Guillelmo S. Euſtachii Diacono Cardinale, Nepote ſuo, cum quatuor aliis de Familia ſua tantum, F. Nicolao de Curbio Sacerdote, Cappellano ſuo, et Confeſſore, Ordinis FF. Minorum, poſtmodum Aſſiſienſi Epiſcopo...... capto itinere ipſa prima noctis hora, dimiſſis omnibus, ſicut alter Mathatias, per devia, et abrupta montium, ac nemora tota nocte laborans, multa laſſitudine prægravatus, in die feſtivitatis Apoſtolorum circa horam nonam ad ipſam Civitatemvetulam eſt deductus.* Hæc Nicolaus de Curbio, teſtis, ut audivimus, ocularis, ex quo corrigendi ſunt Raynaldus ad ann. 1244. num. XXXII., & Manſi in Notis ſcribentes, Innocentium IV. *adiiſſe Tifernum, ſeu Civitatem Caſtellanam*, cum Roma diſceſſit, in quo certe decipiuntur. Non enim Civitatem Caſtellanam in Umbria, quæ Tifernum, vulgo *Città di Caſtello*, nuncupatur, ſed Civitatem Caſtellanam, Faliſcorum Urbem, quæ & Feſcennia dicitur, decem leucis a Roma, & tribus a Sutrio diſtantem, ſe contulit Innocentius. Ut namque Roma Tifernum peteret, Interamna, italice *Terni*, ubi tunc erat Fridericus, tranſire debuiſſet, ac proinde ſuperfluum erat Tifernum pergere, ut Imperatori acceſſum ad ſe redderet faciliorem, cum Interamna magis Tiferno diſtet, quam ab Urbe Roma. Ulterius, incautus admodum fuiſſet Pontifex, Friderici machinæ non ignarus, ſi Tifernum petiiſſet, quia Umbria fere tota, eodem Curbio fatente cap. XIII., ſub Friderici erat poteſtate. Tandem, ſi die XXVII. Junii Tiferno aufugiſſet Pontifex, quomodo eadem die, ut ait Manſi, Sutrium ſe conferre poterat, *ſpecie quidem, ut ibi feſtum SS. Apoſtolorum Petri, et Pauli ſolemni apparatu celebraret*, cum Sutrium Tiferno diſtet milliaribus ſupra centum? Igitur ad Civitatem Caſtellanam Faliſcorum acceſſit Innocentius IV. Roma diſcedens, ut Imperator, tunc immorans Interamnæ, facilius ad ipſum accedere poſſet, quia Civitas illa decem leucis, ut diximus, ab Urbe Roma, totidemque ab Interamna diſtat; cumque milliaribus tantum novem diſtet Sutrio, facillime prætextu ſolemnitatis celebrandæ pridie Vigiliæ iſtius ab ea egredi potuit, & eadem die Sutrium pervenire, atque hinc ipſo ſolemnitatis die ad Centumcellas, vulgo *Civitavecchia*, quam Civitatemvetulam Curbius appellat.

(10) *Tunc Senatoribus*, qui ambo anno 1244. hac dignitate in Urbe floruere, ut appa-ret ex præcitata in nota (4) ad Bullam, *Cum dilectum filium*, Senatorum Serie a Creſcimbene ordinata, & nunc iterum illuſtrata, quique Tractatui habito in Platea Baſilicæ Lateranenſis interfuerunt, ut audivimus a Curbio in nota ſuperiori, & eidem conſenſerunt, ut fatetur in hoc Diplomate Innocentius IV.

(11) *Memorati C. Nuntii*; Conradi nimirum, Friderici II. Imperatoris filii, quorum nomina ex Nicolao de Curbio recenſuimus in nota (4) ad hanc ipſam Epiſtolam.

(12) *Non negarent.* His verbis haud obſcure innuit Pontifex, eoſdem Conradi Nuntios, *Viros ſagaciſſimos, & aſtutiæ magnæ*, ut ait idem Curbius, cum Peruſio diſceſſiſſent rebus pro Conrado infectis, contra Summum Pontificem calumniam excogitaſſe, & inter Romanos diſperſiſſe, ut in ſuperiori nota (2) ad hoc ipſum Diploma dictum eſt.

Digitized by Google

nis Eccleſiæ circa filios proprios ambigendum. Cæterum cum in ore dilecti filii Fratris Laurentii (13) Ordinis (14) . . . . . . Viri utique &c. (15). Datum Peruſii . . . . . . Pontificatus noſtri Anno Nono (16).

XVI.

Indulget Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut de uſuris, aliiſque illicite acquiſitis, quorum reſtitutio quibus facienda ſit ignoratur, necnon de legatis indiſtinctis, & redemptione votorum, uſque ad centum libras Proviſin: percipere poſſint. Ex Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo Congregationis Montis Oliveti.

An.Ch. 1252. die 21. Febr.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Incluſarum Monaſterii S. Angeli Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PIæ converſationis veſtræ merita Nos inducunt, ut in iis, quæ digne poſſumus, paupertati veſtræ miſericorditer conſulamus. Hinc eſt, quod Nos devotionis veſtræ precibus annuentes, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut de uſuris, & aliis illicite acquiſitis, dummodo illi, quibus ipſorum reſtitutio debeat fieri, nequeant inveniri, necnon de quibuslibet legatis in uſus pios indiſtincte relictis, & commutatione, ac redemptione Votorum, excepto Voto Crucis (1) uſque ad centum libras Proviſino-

Cauſa hujus diplomatis. Concedit ut ſupra.

Votum Crucis excipitur.

I rum

(13) *Fratris Laurentii*; hujus Epiſtolæ, & alterius, jam ſuperius vulgatæ, ad Richardum Diaconum Cardinalem Sancti Angeli, delatoris, de quo jam egimus in nota (3) ad Epiſtolam præcedentem, qui tandem de Eccleſiâ optime meritus ab Alexandro IV. anno 1255., ut apparet ex litteris, *Cum felicis recordationis*, inſcriptis ſub VIII. Kalendas octobris ejuſdem anni, relatis a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani, electus fuit Archiepiſcopus Antibarenſis in Dalmatia, nunc ſub Turcarum dominio.

(14) *Ordinis*, Minorum, ut in litteris ad præfatum Cardinalem Richardum, quamquam de hac Fratris Laurentii miſſione ad Urbem nihil omnino apud Waddingum, aut alium occurrat, itaut uſque modo noſtratibus univerſis penitus ignota fuerit.

(15) *Viri utique &c.*, providi nempe, & diſcreti, ut in eiſdem litteris ad Richardum Cardinalem S. Angeli deſuper vulgatis.

(16) *Pontificatus noſtri Anno Nono*, ob rationes allatas in nota (6) ad Epiſtolam præcedentem; quæ una cum hac Peruſio Romam per Fratrem Laurentium ab Innocentio IV. miſſa fuit, ut ex utriuſque collatione liquet apertiſſime. De hoc Fratre Laurentio ejuſque in Orientem legatione agunt etiam Fleury in ſua *Hiſtor. Eccleſiaſt. tom. 17. edit. Pariſien. 1742. ad Ann. 1749. pag. 472. num. 13.*, & Hiſtoria *des revolutions de l'Empire de Conſtantinople &c. par M. de Burignes tom. 3. pag. 312. & ſeq. ad pag. 317. impreſ. Pariſienſis* 1750. Fleury ſiquidem hæc habet: „ Laurent de l' Ordre des Freres Mineurs penitencier du Pape, & Legat en Orient depuis deux ans avoit mandé, qu' il voyoit ouverture a la reunion des Grecs, tant de la part de l' Empereur Jean Vatace, que du Patriarche Manuel Caritouple. C' eſt pour quoi le Pape Innocent leur envoya en 1249. Jean de Parme General de l'Ordre en qualité de Legat &c. „ Auctor vero prædictæ Hiſtoriæ idem confirmat dicens; „ Il y eut une nouvelle tentative pour la reunion ſous le Pontificat d' Innocent IV. Succeſſeur de Gregoire IX. Il envoyo en Orient Laurent de l' Ordre des Freres Mineurs ſon Penitencier, qui manda a Innocent, qu'il voyoit de la facilité a la reunion, tant de la part de l' Empereur Vatace, que du Patriarche Manuel Caritouple; c' eſt pourque le Pape deputa l'an 1249. a l' Empereur, & au Patriarche Jean de Parme General des Freres Mineurs en qualité de Legat &c. „

(1) *Excepto Voto Crucis*; Voto ſcilicet emiſſo petendi Jeroſolymam inter Cruceſignatos, vel ſubſidia ſuis facultatibus miniſtrandi pro Terræ Sanctæ recuperatione, quod votum, præſertim poſt primum Lugdunenſe Generale Concilium, in quo de prædicta recuperatione actum fuit, fideles pro ſuorum peccatorum remiſſione paſſim emittebant.

Cum

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1252.

Monialibus largientes a reſtitutione, & voti executione eximit.

rum (2) pro ſuſtentatione recipere valeatis. Illos autem, qui vobis præmiſſa contulerint, a reſtitutione ipſorum, & ab executione votorum hujuſmodi reddimus penitus abſolutos. Nulli ergo &c.

Datum Peruſii VIIII. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Nono.

XVII.

Mandat, ne Moniales S. Angeli de Aſculo in perſonis, vel in rebus moleſtari permittat. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc ad Monachos Benedictinos Montis Oliveti pertinentis.

An. Ch. 1252. die 21. Martii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ Sancti Euticii de Offida Firman. Diœceſ. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium ab hominum malitia. Monialium expoſitio.

INundans malitia perverſorum, perſonis ſanctæ Religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtam, quod tempore divino cultui, ut deberent, vacare non poſſunt, dum illorum malitiis agitantur. Cum igitur, ſicut dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Conventus Monialium Incluſarum Monaſterii

Cum namque Innocentius IV. juxta Raynaldum ad annum 1255. num. XLIX. admonuiſſet Epiſcopos in Concilio congregatos, *ut Chriſtianos ſuæ curæ, & fidei commiſſos pro concione hortarentur, vel cum pœnam aliquam ad crimina diluenda infligerent, piis monitis adducerent, ut propoſita ob oculos Chriſti defendenda gloria, ſuas opes in Terræ Sanctæ, vel Imperii Conſtantinopolitani auxilia converterent*, atque hinc monitum hujuſmodi executioni mandarent Epiſcopi in reſpectivis Diœceſibus, dum Odo de Caſtro Rodulphi, Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus Pontificis Legatus per totam Franciam, ut ait Spondanus; ac in diverſis Provinciis, & Regnis Crucem prædicarent alii, fideles quamplurimi Sacro Sociali Bello, vulgo *Crociata*, nomen dabant; qui vero ſexus, vel ætatis defectu inepti erant ad pugnam, ne indulgentiarum privarentur beneficio, remiſſionis videlicet omnium peccatorum, jampridem in Concilio Generali Lateranenſi IV. conceſſæ, proprias facultates pro Cruceſignatorum ſuſtentatione devovebant, & primi æque ac ſecundi juramento quoque, vel voto ad hujuſmodi pietatis opera ſe obligabant. At cum aliqua ſuboriente difficultate, vel cauſa, eorum quidam promiſſum implere non poſſent, vel immutationem, vel abſolutionem expetebant emiſſi voti, quod Votum Crucis dicebatur ob Crucem, quo milites obſignabantur; unde Bonifacius VIII. Bulla, *In Generali Concilio Lugdunen.*, concedit Januenſibus in Paleſtinam eadem de cauſa profecturis, ut *poſſint reſumere Signum Crucis, & Domino reddere vota ſua*.

(2) *Uſque ad centum libras Proviſinorum*, de quibus magna eſt inter eruditos diſputatio. Freſnius in Gloſſario Verb. *Moneta Campaniæ Comitum*, quem ſecuti ſunt Blancus, & Italorum nonnulli, *Solidos Proviſinos* ſic dictos exiſtimavit ab Oppido Provino, vulgo *Provins* in Campania Gallica, ubi cudebantur; adeoque Nummos *Proviſinos* eoſdem eſſe cenſuit, ac *Provenienſes*, ſeu *Pruvinenſes* Gallicos. At Monetam Italicam fuiſſe dicimus, ſic a proviſione appellatam, a Gallica *Provenienſi*, & *Pruvinenſi* diſtinctam, ut ex probatis Auctoribus fuſe demonſtrat Sbaralea tom. I. in Nota (*c*) ad Bullam Innocentii IV., *Perſonas illas* pag. 313., & in Nota (*a*) ad Bullam ejuſdem Pontificis, *Veſtræ meritis*, pag. 682., ubi ex Opere MS. Jacobi Grimaldi in Bibliotheca Vaticana, apud Muratorium Diſſert. *De diverſis pecuniæ generibus* Antiquit. Med. Ævi concludit, *Solidum Proviſinorum Senatus valoris fuiſſe quatuor quadrantium*, italice *Quattrini*, ac viginti horum Solidorum Libram conſtituiſſe.

(1) *Firman. Diœceſ.*, nunc Aſculanæ, ut notat etiam Ughellus tom. I. Ital. Sacr. de *Epiſcopis Aſculanis*, quinque recenſens Aſculanæ Diœceſis inſigniora Oppida, inter quæ numerat Offidam, ubi eſt, inquit, *inſignis Eccleſia Collegiata duodecim Canonicorum una cum Priore, olim Monachorum S. Benedicti Cœnobium, in qua Corpus S. Leonardi Confeſſoris quieſcit*. In hoc Oppido natus eſt B. Conradus, ab Offida idcirco vocatus, qui diu Alvernæ Montem incoluit, & multis tum in vita, cum poſt mortem miraculis claruit, ut ſcribunt Bartholomæus Piſanus lib. I. Conformit. 8., Auctor Novi Dialogi Sacri Montis Alvernæ lib. I. cap. VI. Waddingus, & alii, noſque monuimus in Animadverſione Octava pro B. Angelo Clareno, ejuſque Aſſeclis ab hæreſis macula vindicandis.

Digitized by Google

ſterii Sancti Angeli Eſculanen. Ordinis Sancti Damiani Nobis ſignificare curarunt, nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipſas graviter moleſtare præſumant. Nos & præſumptorum hujuſmodi refragare conatibus, & dictarum Abbatiſſæ, ac Conventus gravaminibus volentes congruis remediis ſubvenire, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſas in perſonis, vel in rebus non permittas contra tenorem privilegiorum, & indulgentiarum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtante Conſtitutione de duabus dietis (2) edita in Concilio Generali (3).

Datum Peruſii XII. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Nono.

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1252. Mandat ut ſupra.

Conſtitutioni de duabus dietis derogatur.

XVIII.

Indulget Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut ad receptionem alicujus in beneficiis Eccleſiaſticis nullo modo compelli poſſint, niſi expreſſa de ipſis in litteris Apoſtolicis mentio fiat. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc Monachorum Montis Oliveti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1252. die 30. Martii.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EFficax veſtræ devotionis meretur affectus, ut petitionibus veſtris, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus. Precibus igitur veſtris benignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ad receptionem, ſeu proviſionem alicujus in penſionibus, vel beneficiis Eccleſiaſticis per litteras Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ipſius impetratas, ex quibus jus alicui non fuerit acquiſitum, vel etiam impetrandas, niſi eædem Apoſtolicæ litteræ impetrandæ de hac indulgentia de verbo ad ver-

Monialium preces admittit, eaſque eximit ut ſupra.

Conditio advertenda.

(2) *Non obſtante Conſtitutione de duabus dietis*; incipiente, *Nonnulli gratia Sedis Apoſtolicæ abutentes*, edita in Concilio Generali Lateranenſi IV., & eſt hujus Concilii XXXVII., in qua ſtatuitur, *Ne quis ultra duas dietas extra ſuam Diœceſim per litteras Apoſtolicas ad judicium trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ, vel expreſſam de hac Conſtitutione fecerint mentionem*; unde hujus Decreti vigore docent Canoniſtæ, non poſſe Judicem abſque partium conſenſu exire Diœceſim, vel Civitatem, in qua deputatus eſt, & ſi ſecus faciat, in favorem partis proceſſus annullatur, ut cum aliis tradit Philippus Decius ſuper Decretalibus in cap. *Olim* de Except. num. 23. & ſequentibus. Dieta vero, quæ & legalis dicitur, ex eodem Decio ibidem num. 8. & ſeq., eſt diſtantia, ſeu via intercedens inter locum, in quo conſiſtit Judex, & locum habitationis illius, qui ab ipſo Judice convenitur, quæ diſtantia computatur a Diœceſis confinio, & ſi ſit itineris terreſtris terminatur pro 20. milliaribus, ſi vero itineris maritimi pro 50., itaut duæ dietæ terreſtres ſint 40. milliaria, maritimæ vero 100. Quare hæc clauſula, *Non obſtante* &c., præſenti Diplomati appoſita, cum Offida ab Aſculo diſtet decem tantum circiter milliaribus, innuit apertiſſime, Innocentium IV. Judicem conſtituiſſe in cauſa Monialium Præpoſitum Sancti Euticii abſque dietarum reſtrictione, quia ipſe Judex, ut patet, erat Firmanæ Diœceſis, conveniendi vero Aſculanæ, ac forſan aliarum etiam Diœceſum.

(3) *Edita in Concilio Generali*; ideſt in Lateranenſi IV., ut modo dictum eſt, ſub Innocentio III. anno 1215. celebrato, quod tum hic, cum alibi antonomaſtice Generale dicitur, quamvis Lugdunenſe Primum, inter Concilia Generalia XIII., Innocentius IV. poſt ipſum Lateranenſe, & ante hujus Diplomatis emanationem celebraverit. Hæc Conſtitutio, qua dicitur, ut audivimus, non poſſe quemquam per litteras Apoſtolicas trahi ultra duas dietas extra Diœceſim ad aliquod judicium, relata in cap. *Nonnulli* de reſcript., & confirmata ab Honorio III. cap. *Olim* de exception., poſtmodum a Boniſacio VIII. redacta fuit ad unicam dietam extra fines Diœceſis cap. *Statutum* §. *Cum vero* de reſcript. in 6.

Digitized by Google

verbum plenam, & expreſſam fecerint mentionem, compelli deinceps non poſſitis invitæ. Nulli ergo &c.

Datum Peruſii III. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Nono.

XIX.

Indulgentias quadraginta dierum elargitur benefactoribus Monialium S. Angeli de Aſculo, qui ad earum Eccleſiam devotionis cauſa acceſſerint.

Ex Archivo ejuſdem Monaſterii.

An. Ch. 1252. die 6. Aprilis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romanor. 14. v. 10.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Conventus Monialium Incluſarum Monaſterii S. Angeli Eſculanen. Ordinis S. Damiani ſubventionis veſtræ indigeant relevari remediis, quæ præmuntur nimium jugo voluntariæ paupertatis; Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis, eis, vel earum Nuntio (1) cum propter hoc ad vos acceſſerit, pias eleemoſinas, & gra-

2. Corinth. 9. v. 6.

Harum litterarum cauſa Monialium paupertas.

(1) *Nuntio*; Viro ſcilicet Converſo, vel Oblato, ut in ſequenti Bulla, qui Sanctimonialium ſervituti addictus, pro earumdem ſuſtentatione quæſtum exercebat. Cum namque S. P. Franciſcus unius Aſſiſienſis S. Damiani Monaſterii, opera ſua conſtructi, in qua S. Claram recluſit, curam ex charitate aſſumpſiſſet, *tam quoad diſciplinam regularem*, ut ait Waddingus ad ann. 1219. num. XLIV., *quam quoad tenuem victum, mendicitate per ſe, aut Socios conquirendum*, proteſtatione facta Cardinali Hugolino de non admittenda aliorum Monaſteriorum cura, quam a ſuis Fratribus elongari peroptans, eidem Cardinali commiſit, ipſi Fratres nihilominus ex hoc uno S. Damiani ſumpſerunt exemplum, ut addit ibidem Annaliſta num. ſequenti, *aliis Monaſteriis ſubveniendi*, quod Seraphico Parenti ſummopere diſplicuit, utpote qui prævideret diſſentiones hac de cauſa orituras Fratres inter & Moniales, quæ cum eo deveniſſent, ut curam a Fratribus ſibi ex debito præſtandam eſſe contenderent, ac eos ad hanc proinde etiam adigerent invitos, neceſſe fuit, gliſcenti huic malo per Generale Capitulum providere. Coactis namque anno 1263. in Civitate Piſarum Ordinis Comitiis, præſidente Miniſtro Generali S. Bonaventura, inter alia ſtatutum fuit, ut omnino dimitteretur cura Clariſſarum; *quæ*, inquit idem Waddingus ad hunc annum num. XV., *ultra præſtitam humanitatem, & obſequia libere a Fratribus eiſdem impenſa, contendebant hæc, & majora ex debito, & ſtatuto jure ſibi præſtanda, atque ita conventum eſſe inter S. Franciſcum, & Claram Primiceriam*. Ut vero quod ſancitum fuerat ſuum obtineret effectum, abſoluto Capitulo, petiit a Pontifice, qui tunc erat Urbanus IV., ut probaretur decretum de reiicienda Clariſſarum cura. Annuit Pontifex, declarationem adhibens, Fratres ad curam hanc nunquam obligatos fuiſſe. Verum *ad conſervandum*, addit Waddingus num. XVI. *inter Ordines æque a S. Franciſco inſtitutos charitatis vinculum, & tollendum puſillorum ſcandalum*, Cardinalis Protector, Joannes Cajetanus Urſinus, poſtea Summus Pontifex Nicolaus III., *rogavit Bonaventuram, ut rejectam Sororum curam reaſſumeret, adjecta prius cautione, ſeu declaratione Pontificia, & ſua, nulla eis præſtari obſequia ex debito, ſed ex charitate*. Pio Patri, & ſummo benefactori non potuit hoc Sanctus Generalis denegare; ac proinde impetrata ab eodem Martino IV. Conſtitutione; *Inter perſonas*, qua prædeceſſorum determinationes in contrarium revocantur, Fratres libe-

Digitized by Google

& grata charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram earum inopiæ conſulatis, & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ac ea, quam Dominus conceſſit, auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Monaſterium ipſum cauſa devotionis acceſſerint, & eis, vel ipſarum Nuntio manum porrexerint charitatis, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1252.

Concedit Indulgentias ut ſupra.

Datum Peruſii VIII. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Nono.

liberi penitus, & immunes dicuntur ex debito a cohabitatione, viſitatione, miniſterio, omnique onere alio quoad prædicta Monaſteria, & perſonas degentes in eis, atque ad hæc declaratur non teneri, ſi voluerint, niſi ex charitate; juxta pactum initum cum Cardinali Protectore viſitatores adhibuit Ordinis S. Claræ, permiſitque, ut Fratres conſueta exhiberent Sororibus charitatis officia, præmiſſis tamen cautionibus, declarationibuſque publici Scribæ teſtimonio firmatis, nihil horum exhiberi ex debito, vel juſtitia. Hinc Viſitatores ipſos per Epiſtolam admonuit de munere ſancte fungendo, eiſque Inſtrumenti formam direxit, ut a Monialibus reſpectivis ſubſcribendam, & publici Notarii manu, & ſigillo firmandam curarent, quæ forma, ex Waddingo ad ann. 1264. num. III., directa a Seraphico Doctore *Fratri Laurentio, in Adminiſtratione Tuſciæ Viſitatori Pauperum Dominarum*, eſt hujuſmodi. ,, Nos talis......
,, Abbatiſſa, & Sorores tales...... Mona-
,, ſterii, confitemur, & etiam recognoſci-
,, mus, quod Ordo Fratrum Minorum, vel
,, Fratres ejuſdem Ordinis, nobis, ſeu Mo-
,, naſterio, ſeu perſonis in eo degentibus; ad
,, obſequialia Monaſterio exhibenda aliquate-
,, nus ex debito non tenentur. Et idcirco di-
,, cti Ordinis Fratribus præcavere volentes,
,, ne per aliqua obſequia, vel miniſteria,
,, quæ nobis dicti Fratres de facto, ſua li-
,, beralitate, vel mera gratia exhibebunt, &
,, quantacumque diuturnitate temporis, poſſit
,, eis præjudicium generari, promittimus tibi
,, Fratri N. nomine Ordinis, & Fratrum re-
,, cipienti, & ſtipulanti, quod miniſteria, vel
,, obſequia ab eis taliter exhibenda, nullo
,, unquam tempore, occaſione procurationis
,, hujuſmodi, ex debito non petemus, nec
,, ſuper eis movebimus contra eumdem Ordi-
,, nem, vel Fratres ipſius Ordinis aliquam
,, quæſtionem. Et in hujuſmodi teſtimonium
,, volumus fieri hoc publicum Inſtrumentum,
,, & ſigilli Conventus noſtri munimine robo-
,, rari ,, Poſt hæc num. IV. duo exhibet Annaliſta horum Inſtrumentorum exempla, Abbatiſſæ, & Monialium nomine ſubſignata, necnon publici Notarii ſigillo communita; unum ſcilicet Monaſterii *S. Pauli de Galletto de Interamna*; Monaſterii *Monticelli apud Florentiam*, alterum. Rebus ita compoſitis, in Monialium cura, & regimine perſeverarunt Fratres, ac pro juvandis præſertim illis, quæ primæ tenuere Clariſſarum regulæ profeſſionem, Converſos quoque, vel Oblatos deſtinare non dubitarunt, qui penes Monaſterium inhabitantes, victum pro ipſis quotidie mendicarent, aliaque eiſdem præſtarent obſequia. Ex his intelligi poteſt, quam a Sanctiſſimi Inſtitutoris, & Majorum noſtrorum mente, & imitatione alieni ſint illi, qui ad Monialium curam, & regimen ſummopere aſpirant, officium hujuſmodi mediis omnibus procurant, ac in frequentibus earumdem Monialium viſitationibus, & colloquiis delectantur.

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1252.

X X.

Præcipit, ut reluctantes Converſos ad præſtandam Abbatiſſæ, & Monialibus promiſſam obedientiam, & ſervitutem compellat. Ex Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo, olim Ordinis S. Claræ, nunc Monachorum Montis Oliveti.

An. Ch. 1252. Die 19. April.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Guardiano de Ordine Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CONquerentibus dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa, & Conventu *... Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani, & in primis quod *... profeſſionem factam (1) in manibus Abbatiſſæ ad obedientiam, & reverentiam *... & perpetuam ibidem reſidentiam facientes *... biam ipſi Abbatiſſæ obedire renuunt, & pro hujuſmodi neceſſariis *... nant. Nos itaque ipſas propter Deum pauperes, & humiles ſup *... conſolari volentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ita eſt.... Abbatiſſam, & Conventum favoris gratia proſequens opportuni, præfatos Converſos *... reverenter obediant, & intendant, ac pro neceſſariis acquirendis

* *Monialium.*
* Forſan *Converſi qui ob.*
* Forſan *tenentur in neceſſariis acquirendis.*
* Forſan *per ſuperbiam.*
* Forſan *acquirendis laborare repugnant.*
* *Super hoc.*
* Forſan *admoneas, ut.*

(1) *Profeſſionem factam*, cujus hic ex eodem Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo, nunc, ut toties monuimus, Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, formam exhibemus.

In Dei nomine Amen. Anno MCCXXXXI. *Indictione* XIIII. *& die nono intrante Januarii.*
„ Ego Nycolaus Deuceſalvi cum conſtet me....
„ voveo Deo, & tibi Dopne Humelie Abba-
„ tiſſe pro dicta Eccleſia S. Angeli, & Con-
„ ventu ejuſdem, in manibus Fratris Johan-
„ nis Sacerdotis, Cuſtodis Fratrum Minorum
„ in Cuſtodia Eſculana, me moraturum in
„ dicto Monaſterio, & ſervaturum obedien-
„ tiam, & mandatum tuum Dopne Humelie
„ Abbatiſſe dicti Monaſterii, & Succeſſarum
„ tuarum, & aliarum perſonarum, quibus.....
„ ſalvo, & reſervato hoc, quod ſi aliquo tem-
„ pore videbitur mihi, quod in predicto Mo-
„ naſterio commode, & pacifice non poſſem
„ morari, & omnia mandata ſolvere, liceat
„ mihi ad aliam Religionem me transferre, de
„ licentia tantum dicte Dopne Humelie Abba-
„ tiſſe, vel alterius, que ibidem pro tempore
„ fuerit, & ſi ipſa dicta Dopna Abbatiſſa
„ mihi licentiam non dederit, liceat mihi ad
„ Religionem tranſire de licentia Guardiani
„ conventualis S. Franciſci de Eſculo, vel
„ Cuſtodis, ſeu Miniſtri conventualis, vel
„ Provincialis, ſi commode ejus copia haberi
„ poterit. Si vero omnes iſti mihi licentiam
„ ad Religionem tranſeundi negaverint, ex
„ tunc libere liceat mihi in quacumque Reli-
„ gione voluero Domino deſervire, non ob-
„ ſtantibus promiſſionibus, & voto predictis.
„ Ego Bartolomeus Imperiali auctoritate
„ Notharius conſtitutus rogatus pro dicti Ny-
„ colai felicitate. In preſentia fratris Bonidiei
„ de Oſida, Dopni Angeli Gregorii, Nycolai
„ Dopni Sciolſi Presbiteri, Johannis de Sancto
„ Petro, ad cellam Jacobi ſervientis Sancte
„ Marie Dopnarum, qui teſtes fuerunt. „

Ex hac voti formula colligitur, Converſos, qui Monialium obſequiis deputabantur, non fuiſſe Fratres Laicos ſolemni S. Franciſci regulæ profeſſione ligatos, ſed Tertiarios, vel Oblatos, ut eos vocat Alexander IV. in ſuis litteris, *Ut Oblati & familiares*, inferius alio in loco indigitandis, vel etiam perſonas, quæ a ſæculo aſſumebantur, & ad obſequia prædicta ſpeciali voto ſeſe obligabant, ut patet, ac proinde quæ & Servientes dicebantur, uti dicitur Jacobus, in cujus cella eadem formula per modum Inſtrumenti exarata fuit. Quod vero Fratres Laici revera non fuerint, liquet etiam ex eo, quod Nicolaus in formula expreſſus, ſicuti & Jacobus prædictus, abſque Fratris titulo notentur, ac ex eo vel maxime, quod libertatem habuerint ſe transferendi de licentia Abbatiſſæ, ac etiam ſine iſta, ad aliam Religionem. At nihilominus Viri aliquo modo Religioſi, & ad Franciſcanum Ordinem pertinentes, quemadmodum ad hunc pertinent Tertiarii noſtri, ſeu Oblati, dicendi ſunt, & quidem ex eo, quod liberum eis fuerit *ad aliam Religionem* tranſire. Hæc enim verba ſatis declarant, eos, Monialium ſervituti deſtinatos, ad aliquam jam pertinuiſſe Religionem, quod confirmant, quæ ſequuntur, eis nempe licuiſſe in caſu de licentia Guardiani Conventus Aſculani, vel alterius Minoritici Ordinis Superioris, ad Religionem ſe transferre, ideſt, ad Conventum Fratrum Minorum, ex quo forſan aſſumebantur, ut penes Moniales ſub Abbatiſſæ obedientia commorantes, ſervitutem promiſſam, præſertim in acquirendis mendicationis exercitio neceſſariis, prompte, & opportune exhiberent.

Digitized by Google

dis juxta mandatum ipſius, prout tenentur, labores ſubeant conſuetos, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas.

Datum Peruſii XIII. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Nono.

XXI.

Concedit Indulgentias ſubſidia miniſtrantibus pro ædificiis Eccleſiæ, & Conventus Tuſcanellæ perficiendis, ac pro Fratrum ejuſdem loci ſuſtentatione. Apud P. Caſimirum Romanum in libro, cui titulus, *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e Conventi de' Frati Minori della Provincia Romana*, cap. 23. pag. 390.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

An. Ch. 1252. Die 17. Junii.

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum; oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Sane dilecti filii Miniſter, & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Tuſcanen. (1) ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam cum aliis ædificiis ſuis uſibus opportunis cœperunt conſtruere (2) in qua divinis poſſint laudibus deſervire. Cum itaque

Romanor. 14. v. 10.

2. Corinth. 9. v. 6.

Eccleſia, & Conventus Tuſcanellæ conſtruuntur.

(1) *Tuſcanen.*, vulgo *Toſcanella*, Urbs vetuſtiſſima, quæ *Tuſcana*, *Tuſcania*, *Tuſciana*, & *Tuſcia* dicta fuit, in Patrimonio S. Petri.

(2) *Cœperunt conſtruere*; cum nempe Seraphicus Patriarcha Franciſcus ad hanc Urbem acceſſit, & *a Milite quodam*, ut refert in Legend. cap. XII. S. Bonaventura, *hoſpitio devote ſuſceptus, filium ejus unicum, a nativitate contractum, ad multam ipſius inſtantiam manu allevans, ſic ſubito incolumem reddidit, ut videntibus cunctis protinus conſolidarentur omnia corporis membra, & Puer ſanus effectus, fortis confeſtim exurgeret, ambulans, & exiliens, & laudans Deum*. Tanti namque celebritate miraculi, cujus adhuc locus indigitatur, Tuſcanenſes excitati Conventum Minoritis extra Civitatis menia ædificare cœperunt, pro cujus conſummatione præſentes Innocentius IV. litteras dedit. At Cœnobium S. Patris ævo inchoatum non eſſe illud, quod modo incolunt Patres Conventuales, crediderim ex eo, quod illud, ut modo diximus, extructum fuerit extra Urbem, hodiernum vero intra ipſius ambitum contineatur. Rem totam in luce collocat ſequens Inſtrumentum, ex Archivo illius Cathedralis ad nos benigne tranſmiſſum ab erudítiſſimo, & Nobili Viro D. Franciſco Antonio Turriozzi ejuſdem Eccleſiæ Archipresbytero.

In nomine Domini Amen. Frater Philippus miſeratione divina Viterbien., & Tuſcanen. Epiſcopus. Dilectis ſibi in Chriſto Fratri Johanni Miniſtro Fratrum Minorum in Romana Provincia, & Fratri Aldribrandino Cuſtodi Viterbien., & Fratri Petro Guardiano Tuſcanen. ejuſdem Ordinis, ſalutem in Domino. „ Religioſam vitam eligentibus provida nos „ oportet conſideratione proſpicere, ne cu„ juſque neceſſitatis occaſio aut deſides faciat, „ aut robur, quod abſit, ſanctæ converſatio„ nis infringat. Cum igitur locus S. Franciſci „ Civitatis Tuſcanen., in quo nunc Fratres „ Ordinis veſtri morantur *extra Civitatem eamdem*, adeo ſit infirmus propter aeris peſti„ lentiam, quod Fratres exiſtentes ibidem ex „ hoc redduntur tam in prædicatione verbi di„ vini, quam in divinis officiis minus prompti. „ Idcirco ad honorem Dei, & reverentiam „ B. Franciſci, noſtrorumque remiſſionem „ peccaminum, tenore præſentium vobis, & „ ſucceſſoribus veſtris concedimus auctorita„ tem, & conſenſum noſtrum ſuper hoc vo„ bis, & ſucceſſoribus veſtris impertiendo, „ quod de ipſo, in quo nunc eſtis, poſſitis vos „ transferre, & omnia, & ſingula quæ ſunt in „ loco, in quo nunc eſtis, ad Eccleſiam S. Ja„ cobi *infra eamdem Civitatem poſitam*, vobis „ ma-

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1252.

Arcta Minorum paupertas. Hortantur fideles ad ſubſidia miniſtranda.

Subſidia miniſtrantibus Indulgentiæ conceduntur.

que pro hujuſmodi ædificiis conſummandis, ac etiam pro ſuſtentatione arctæ vitæ ipſorum indigeant fidelium juvari ſubſidiis, qui propter Chriſtum extremæ ferunt ſarcinam paupertatis; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis pias eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi conſummari valeat, & alias eorum indigentiæ provideri; ac vos per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eiſdem pro dicti conſummatione operis, vel pro ipſorum neceſſitatibus relevandis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Peruſii xv. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Nono.

„ magis commodam, atque ſanam, & ipſam „ Eccleſiam cum ſuis pertinentiis, ſcilicet *Domibus*, *Cimiterio*, *& ortis circumadjacentibus*, „ *& Platea* in perpetuum concedimus, ut poſſitis in ea, & in locis circumadjacentibus „ ædificare, perpetuo morari, inhabitare, prædicare, divinum officium facere, Campanas „ pulſare, & omnia facere, quæ veſtro Ordini conveniunt, & vobis videbitur expedire. „ Concedimus quoque vobis *Crucem*, *& Calicem*, *Libros*, *& omnia ipſius Eccleſiæ S. Jacobi ornamenta*. *Poſſeſſiones autem alias*, *& Parochiam ad prædictam Eccleſiam pertinentes*, *nobis*, *& noſtris ſucceſſoribus reſervamus*, „ eximentes præfatum locum ab omni jure „ Epiſcopali, & omni onere, ſive cenſu. Et „ ut perpetuo rata maneat dicta Donatio, præſentes litteras noſtri ſigilli munimine fecimus „ roborari, præcipientes Magiſtro Petro Leonardi Notario, ut præfatas noſtras litteras, „ & conceſſionem in publicum redigat Inſtrumentum, & Fratrem Aldribrandinum Cuſtodem prænominatum nomine ſuo, & Miniſtri, „ & Guardiani prædictorum abſentium inveſtimus per annulum noſtrum de Eccleſia ſupradicta, concedentes eiſdem, ut auctoritate „ propria, quandocumque voluerint, poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ accipiant, & in ipſam „ intrare valeant, & tenere.

„ Acta ſunt ſupradicta in loco Eccleſiæ „ Sanctæ Mariæ de Pelanzano, præſentibus „ Fratre Benedicto Monaco Caſſinenſi, & „ Præpoſito S.Petri, Philippo D.Benedicti, Jennario Landufuccio de Vetralla Familiaribus „ dicti D. Epiſcopi, Joanne Matthæi Nigre, „ Matthæo, & Lino Scalamelli, Tocio Berardi, Leonardo dicto Rubeo de Aſſiſio Teſtibus, ſub Annis Domini 1281., tempore „ D. Martini IV. PP. Menſe Julii die tertia intrante Indictione Nona. Et Ego Petrus Leonardi auctoritate S. Romanæ Eccleſiæ Notarius, ſicut mandatum fuit mihi per dictum „ Vener. Patrem Dominum Epiſcopum, ita „ prædicta omnia ſcripſi, & ejus mandato, & „ auctoritate in publicam formam redegi.„

„ Loco ✠ Sigilli „

Ex hoc Inſtrumento, ut inquiebam, in luce ponitur, Cœnobium illud pervetuſtum in Urbe Tuſcanenſi, S. Franciſci ætate conſtructum, non eſſe hodiernum a Patribus Conventualibus cultum, quia illud *extra Civitatem eamdem* poſitum erat, hoc vero *infra* ædificatum eſt. Ex hoc eodem Inſtrumento liquet, Minoritas ad annum uſque 1281. Cœnobii Tuſcanenſis habitatores nullum poſſeſſionum uſum habuiſſe, quia poſſeſſiones, & Parochiam ad Eccleſiam S. Jacobi, hoc anno ipſis collatam, pertinentes Epiſcopus ſibi, & ſucceſſoribus ſuis reſervat. Accedit, quod hodiernum Tuſcanenſe Patrum Conventualium Cœnobium etiam anno 1447. a Minoritis abſque privilegiis utendi bonis immobilibus viventibus, qui idcirco Obſervantes jam eotunc dicebantur, colebatur, uti conſtat ex Diplomate Nicolai V. edito die 26. Junii ejuſdem anni, aſſervato in Archivo prædictæ Civitatis, quod incipit, *Vobis Nobili Viro Ryynutio Oddonis de Tuſcanella*. In hoc namque Diplomate ad rem noſtram hæc habentur: *Item quod Fratres Obſervantiæ S. Franciſci, qui ad præſens ſunt in Ecccleſia S. Franciſci dictæ Civitatis, non poſſint aliquo tempore extrahi de dicta Eccleſia ab aliis Fratribus Conventualibus cujuſque conditionis, & dignitatis exiſtant*. Tandem ſcire juvat, quod clariſſimus Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 473. aliam exhibet Innocentii IV. pro Conventu Tuſcanellæ Epiſtolam, ejuſdem omnino tenoris, & argumenti, emanatam vero die 14. Julii anno 1247., quinto ſcilicet ejuſdem Pontificis, ex quo inferimus, aliam eſſe a præſenti, quæ prodiit, ut patet, die 17. Junii Pontificatus Innocentii IV. Anno IX.

XXII.

Indulgentias elargitur porrigentibus manus adjutrices pro conſummatione fabricæ Eccleſiæ, & Conventus Ordinis noſtri prope Campaneanum. Ex præcitato Opere Patris Caſimiri Romani cap.4. pag.39.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

An.Ch. 1252. Die 1. Julii.

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti &c. Sane dilecti filii Fratres Ordinis Fratrum Minorum de Campagnano (1) Nepeſin. Diœceſ. ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam cum aliis ædificiis ſuis uſibus opportunis cœperunt conſtruere, in qua divinis poſſint laudibus deſervire. Cum itaque ipſis propter Chriſtum extremæ ferentibus ſarcinam paupertatis ad hoc fidelium ſubſidium ſit plurimum opportunum, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus eis pias eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubvertionem veſtram opus ædificii ipſi valeant conſummare, & vos per hæc, & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Fratribus eiſdem pro dictis ædificiis conſummandis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Romanor. 14. v. 10.

Eccleſia, & Conventus Campaneani ædificantur.

Eleemoſinas miniſtrantibus Indulgentias concedit ut ſupra.

Datum Aſſiſii Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Decimo.

(1) *De Campagnano*, Oppido 20. circiter milliaribus ab Urbe Roma diſtante, nunc ad excellentiſſimam Familiam Ghiſiam pertinente. Cœnobium Campaneani in Polychronico Jordanis quintum ponitur Cuſtodiæ Romanæ, cujus Eccleſia ſub titulo *S. Mariæ de Prato*, juris olim Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe, ut ait Soror Urſula Formicini in ſuo Chronico MS. alias laudato, & infra etiam laudando, circa finem Pontificatus Innocentii IV. Franciſcanis collata fuit, & adhuc ab ipſis incolitur, ejuſque Altare Majus marmoreo lapide nuper exornatum fuit opera, & induſtria P. Anacleti Romani, jam Miniſtri Provincialis, necnon Definitoris, & Procuratoris Generalis Ordinis, qui & Chorum ejuſdem Eccleſiæ opere ligneo extrui curavit.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1253.

XXIII.

Hortatur; & injungit, ut a bello cum Bohemiæ Rege deſiſtat, Nuntio ad hoc miſſo Pœnitentiario ſuo Fratre Velaſco Ordinis Minorum. Ex Formulario Ebuli in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe aſſervato pag. 248.

An. Ch. 1253. die 1. Julii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Chariſſimo in Chriſto Filio illuſtri Regi Ungariæ (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium a bellorum diſcriminibus.

SI diligenter conſiderarent, ut expediret, guerrarum diſcrimina dimicantes, cum hinc inde vix aut nunquam niſi animarum pericula, excidia perſonarum, & rerum damna reportent, ab earum forſan inchoatione, vel ſaltem exercitio abſtinerent. Sed quia quoſdam ſic plerumque impetus furoris involvit, ut eo plus ſe bellis exercitent, quo magis ipſorum non ſine amaritudine detrimenta deguſtant. Oportet Nos, qui non tam puri hominis, quam veri Dei vicem in terris gerimus, partes noſtras contra talia interponendo diſcrimina, removere ſcandala, ſedare litigia, & revocare ad concordiam diſcordantes. Accepimus ſiquidem veridica relatione multorum, quod inter te, & (2) . . . . . Regem ſcintilla diſcordiæ ſufflante inimico humani generis ſuccenſa, ut quos antea familiaris decorabat dilectio, & familiaritas confovebat alterna, tempeſtatis exagitet ſpiritus, & in profundum vorago jurgiorum abſorbeat, dum ad non neceſſaria bella, ſed pernicioſa prorſus inſurgitis, & ad invicem, invocato (quod nefandum eſt) Paganorum auxilio (3) dimicatis. Sicque fit, ut vobis Regna veſtra prædantibus, & circumpoſitas depopulantibus regiones, terra remaneat inhabitatoribus (proh do-

Romano Pontifici incumbit diſcordantes ad concordiam revocare.

Bellum inter Ungariæ, & Bohemiæ Reges.

(1) *Regi Ungariæ*; Belæ, Sanctæ Eliſabeth Thuringiæ Lantgraviæ Fratri, & Andreæ, Senioris dicti, Ungarorum Regis Filio, qui anno 1235. ipſius Andreæ emortuali, Patri in Regno ſucceſſit.

(2) *Inter te, &* Bohemiæ Regem Wenceslaum III., qui filium ſuum Primiſlaum Auſtriæ Ducem, cui etiam nomen fuit Othacherus II., quique Patris, hoc eodem anno 1253. ex Sterone Hiſtor. defuncti, in Bohemiæ Regno Succeſſor fuit, ad bellum excitavit. In hujus veritatis agnitionem nos ducit inconcuſſam aliud ejuſdem Innocentii IV. Diploma, datum ſub hac ipſa die eidem Bohemiæ Regi Wenceslao, ejuſdem omnino tenoris, eidemque miſſum per Fratrem Velaſcum Pœnitentiarium ſuum Ordinis Minorum, quod legere eſt apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 663., qui illud ſe exſcripſiſſe fatetur ex Raynaldo ad annum 1253. num. XXVIII. & XXIX., ubi idem Raynaldus hæc habet: *Innocentius Velaſcum Pœnitentiarium ad eos Reges miſit, quo exaſperatos ipſorum animos conciliaret; ac litteras Apoſtolicas Bohemorum Regi, tum ejus filio Duci Auſtriæ, & Regi Ungariæ eo argumento dedit.* Litteræ ad Auſtriæ Ducem adhuc deſiderantur; hæ vero ad Regem Ungariæ nunc primum ex indicato fonte in lucem exeunt, quia eruditiſſimus Sbaralea ex præcitatò Raynaldo ſolas profert Regi Bohemiæ inſcriptas.

(3) *Paganorum auxilio*; Cumanorum videlicet, quorum licet aliqui cum proprio Rege a Roberto Strigonienſi Archiepiſcopo an. 1220. baptizati, Chriſti fidem ſuſcepiſſent, ut ſcribit Spondanus ad hunc annum num. IX.; ex litteris tamen Gregorii IX., *Inter alia*, apud Raynaldum ad annum 1231. num. XXXIX., edocemur, eorum plurimos in tenebris infidelitatis remanſiſſe, a quibus anno 1348. eruti fuerunt opera Fratrum Prædicatorum, & Minorum, quorum hi ſecundi auctoritate Sedis Apoſtolicæ curam animarum, jura Pontificalia, & Sacramenta Eccleſiaſtica eis poſtmodum adminiſtrarunt, ac de die in diem firmavere in fide, ut ex Turoſio antiquo Chronographo Ungaro lib. 3. cap. 45. refert Spondanus laudatus ad annum 1348. num. XVII. De invocato in hoc bello Paganorum auxilio nihil habetur in litteris ad Regem Bohemiæ, quia Cumanos advocaverat Bela Rex Ungariæ, ut ex dicendis in ſequenti nota conſtabit.

Digitized by Google

dolor) deſolata (4). Quia vero noſtræ ſolicitudinis intereſt, ut Nos, qui, diſponente Domino, univerſali regimini præſidemus, ex officio noſtro, pro eo maxime quod Eccleſiæ, quæ inde conſueverant nunc lædi, nunc deſtitui, præſerventur, Chriſtianus Populus non perdatur, tantis occurramus periculis remediis opportunis, Celſitudinem tuam &c. (5) quatenus ab hujuſmodi guerris omnino deſiſtens, cum prædicto Rege (6) ad concordiam pro Apoſtolicæ Sedis, & noſtra reverentia revertaris. Nos enim Pœnitentiarum noſtrum (7) ad partes illas pro reformando inter vos pacis fœdere deſtinamus, dantes ei cogendi contradictores, & rebelles per excommunicationis in perſonas, & in terras eorum interdicti ſententias, plenariam poteſtatem &c. (8).

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1253.

Hortatur, & injungit ut ſupra.

Pœnitentiarium ſuum mittit Pontifex cum mandatis.

Datum Aſſiſii Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Undecimo. (9)

XXIV.

Fratribus Minoribus de Camerino concedit, ut de male acquiſitis, cum ignoratur cui facienda ſit reſtitutio, de legatis indiſtinctis, & redemptione votorum, uſque ad 200. libras Proviſinorum recipere valeant. Ex Autographo ejuſdem Conventus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1254. die 20. April.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Camerino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

VEſtræ meritis Religionis inducimur, ut vos proſequamur gratia, quæ veſtris eſſe dignoſcitur neceſſitatibus opportuna. Hinc eſt, quod Nos paupertati, quam propter Chriſtum voluntarie ſuſtinetis, paterno compatientes affectu, ut de uſuris, rapinis, & aliis male acquiſitis, dummodo ii, quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat, nequeant inveniri; necnon de quibuſ-

Exordium. Cauſa conceſſionis Minorum paupertas.

(4) *Terra remaneat inhabitatoribus (proh dolor) deſolata*. Narrat ſiquidem ex Longino Hiſt. Polon. lib. 7. Raynaldus ad annum 1253. num. XXVIII. Belam Regem Ungariæ, *qui Cumanos in expeditione duxerat, Moraviam adeo immaniter vaſtaſſe, ut horrorem audientibus cladis magnitudo incuteret*.

(5) *Celſitudinem tuam &c.* ideſt, *rogamus, monemus, & hortamur, atque in remiſſionem tuorum peccatorum imponimus*, quia ſic legitur in litteris prælaudatis ad Bohemiæ Regem, quæ immediate proſequuntur, *quatenus*, ut ſupra.

(6) *Cum prædicto Rege*, Bohemiæ nimirum Wenceslao III., ejuſque filio Primiſlao, ſive Othachero, Auſtriæ tunc Duce, moxque Patris in Regno Bohemiæ ſucceſſore.

(7) *Pœnitentiarium noſtrum*, Fratrem Velaſcum, ut habent præcitatæ litteræ de eodem argumento ad Bohemiæ Regem, Ordinis Minorum, multis legationibus ſub Innocentio, Alexandro, & Urbano IV. glorioſe functum, de quo pluries Waddingus in Annalibus, & nos alibi agemus in hoc Supplemento in notis ad Epiſtolas Urbani IV. *Plenus gratia*, &, *Viri virtutum*, inferius afferendas.

(8) *Plenariam poteſtatem &c.* Hic deſinit præſens Diploma tum in Formulario Ebuli, cum in ejus Compendio, ſed ſuppleri poteſt ex alio ad Regem Bohemiæ, quod apud Raynaldum, & Sbaraleam poſt verba iſthæc, *Plenariam poteſtatem*, ita proſequitur: *Non obſtantibus, ſi vobis ab Apoſtolica Sede conceſſum ſit, ut in vos, ſeu terras veſtras non poſſint hujuſmodi ſententiæ promulgari*.

(9) *Pontificatus noſtri Anno XI.* Ita has litteras ſignandas ducimus, quia Raynaldus, & Sbaralea laudati ita ſignatas exhibent illas ad Bohemiæ Regem directas, quas iiſdem loco, & tempore datas fuiſſe, utpote per eumdem F. Velaſcum miſſas, non dubitamus, quamquam aliæ duæ ejuſdem Innocentii IV., *Devotione*, &, *Cum dilectus filius*, quarum vigore eidem Fratri Velaſco facultatem tribuit diſpenſandi cum prædicto filio Bohemiæ Regis Primiſlao, ut matrimonium contrahere poſſet cum Margarita Auſtriæ Duciſſa, ſibi in quarto conſanguineitatis, & in tertio affinitatis gradu conjuncta, quamquam, dicebam, harum litterarum prima data ſit Aſſiſii III. Nonas Julii, altera ibidem pridie Nonas ejuſdem menſis, & anni, ſcilicet 1253.

Digitized by Google

Innocentius PP. IV. An. Ch. 1254.

Conditio conceſſioni adjecta.

Clauſula conſueta.

buslibet legatis, in pios uſus indiſtincte relictis, redemptione votorum, Jeroſolymitana (1) dumtaxat excepta, uſque ad ducentas libras Proviſinorum (2) recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem, ſi pro ſimilium receptione alias non ſitis a Nobis hujuſmodi gratiam conſecuti; ita quod voventes ad executionem votorum hujuſmodi, & alii ad reſtitutionem aliam faciendam eorum, quæ vobis contulerint, minime teneantur; ſed ad reſtituendum reſiduum acquiſitorum taliter, ſi quid fuerit, remaneant nihilominus obligati. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ai auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani XII. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Undecimo. (3)

XXV.

Decernit, ut ab hæreſi ad Eccleſiæ mandatum redeuntibus, eorumque fautoribus nonnulla injungantur ſub certa pœna pecuniaria. Ex Formulario Ebuli, quod extat in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem, quod aſſervatur in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 355.

An. Ch. 1254. die....

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis infra Arelaten., Aquen., & Ebredunen. Provinciarum terminos conſtitutis, auctoritate Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Statuta ab Inquiſitoribus obſervanda.

Injungitur pœna pecuniaria redeuntibus ad Eccleſiam.

De pecunia ſolvenda cautio exigatur.

Super extirpatione pravitatis hæreticæ hoc a vobis in locis, in quibus contra hæreticos vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, ſtatuimus obſervandum, ut hæreticis credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus hæreticorum ipſorum, ad mandatum Eccleſiæ redeuntibus, ſub certa pœna pecuniaria injungatis diſtricte, quod fidem Catholicam firmiter teneant, & ulterius hæreticis ipſis auxilium, conſilium, vel favorem aliquem non impendant, necnon Eccleſiæ mandatis obediant, & obſervent, quæ eis feceritis, vel unus veſtrum occaſione ipſius hæreticæ pravitatis, & ab eiſdem de ſolvenda hujuſmodi pecunia, ſi ſecus fecerint, cautio exigatur. Nos autem vobis, & ſingulis veſtrum cogendi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, tam redeuntes ipſos, quam fidejuſſores, ſi oportuerit, eorumdem ad præſtationem, vel ſolutionem hujuſmodi pœnæ pecuniariæ, ad quam

(1) *Jeroſolymitana*; dandi nempe nomen bello ſacro, vulgo *Crociata*, pro Terræ Sanctæ recuperatione, vel ſubſidia miniſtrandi Cruceſignatis, qui pro eadem recuperatione in Paleſtinam pergebant, ut alias dictum eſt in nota (1) ad Bullam, *Piæ Converſationis*.

(2) *Uſque ad ducentas libras Proviſinorum*; qui nummi erant Italiæ, quidquid in contrarium afferat Freſnius, ſeu Cangius in Gloſſario Verb. *Moneta Campaniæ Comitum*, ut vidimus in nota (2) ad Bullam, *Piæ converſationis*, ubi etiam valorem notavimus ſolidorum *Proviſinorum Senatus*. Ratio vero præcipua, cur *Solidi Proviſini* italici a *Provenienſibus*, ſeu *Pruvinenſibus* gallicis diverſi dicantur, eſt, quod Provenienſium uſus, ut advertunt eruditi, vix Galliæ fines exceſſerit, *Proviſinorum* vero adeo communis fuerit in Italia, ut in quamplurimis occurrant Romanorum Pontificum Diplomatibus, & in aliis Italiæ monumentis, in quibus etiam *Proviſivi* dicuntur.

(3) Conventus Camerini Provinciæ Marchiæ in Polychronico Jordanis eſt caput Cuſtodiæ ſui nominis, quæ tertia ejuſdem Provinciæ ibi notatur. Juxta Waddingum ad ann. 1289. num. XLVIII. una cum Eccleſia S. Fra-

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1254.

quam ſe obligaverunt, vel obligaverint, ſi, quod abſit, in dictam pœnam inciderint, plenam concedimus auctoritate præſentium facultatem. Pecunia vero, quæ de hujuſmodi pœnis, vel ex tertia parte mulctarum, vel condemnationum exigendarum a quibuslibet perſonis, & locis, ſeu bonorum apprehedendorum occaſione hæreſis, vel hæreticorum ſecundum Conſtitutionum tenorem noſtrarum (1) quas in eoſdem hæreticos, fautores, & alios promulgatas, in Capitularibus Civitatum, & locorum aliorum conſcribi mandavimus, forte pervenerit, per tres viros fide probatos a vobis, & a Diœceſano, vel ejuſdem Vicario, ſi idem præſens non fuerit, eligendos; reponatur fideliter conſervanda, & de illa vobis, & ſingulis veſtrum neceſſariæ ad proſecutionem negotii contra hæreticos expenſæ, ſine difficultate aliqua de ipſius Diœceſani conſilio miniſtretur, & eidem Diœceſano de iis, quæ expendi contigerit, rationis plenariæ fidelis computatio exponatur &c. (2)

Datum........Pontificatus noſtri Anno Undecimo (3).

Facultas tribuitur Inquiſitoribus cogendi ad pœnæ ſolutionem per cenſuram Eccleſiaſticam.

De pecunia percepta quomodo diſponendum.

Epiſcopi conſilium in pecunia expendenda, eique de expenſis reddenda ratio.

S. Franciſco ſacra ædificatus fuit ante annum 1245., & in eo S. Joannis Capiſtranenſis ætate Fratres Mendicantes, Minoritæ ſcilicet abſque redditibus, vel poſſeſſionibus viventes ſicut ab initio Religionis, adhuc inhabitabant. Siquidem in ſua Chronica MS., quæ extat Romæ in Bibliotheca Excellentiſſimorum DD. de Corſinis pag. 24. ſcribit: *In Conventu Fratrum Mendicantium (Camerini) requieſcit in Domino Sanctus Frater Johannes de Parma &c.*, de quo fuſius pertractabimus in nota (2) ad Bullam XVIII. Alexandri IV., *Dilecti filii Fratres Prædicatores*. Poſt Capiſtrani mortem S. Franciſci Camerinenſe Cœnobium ſpectare cœpit ad Ordinis Communitatem, poſt Martinum V. ex Obſervantibus, & Conventualibus compactam, donec Alexandro VI. Summo Pontifice collatum fuit Obſervantibus de Familia, translatis ex alio S. Petri in Fortalitium ejuſdem Civitatis commutato. In hac translatione ſecum hi detulerunt Corpus B. Petri de Molleano, cujus cultus paucis ab hinc annis fuit approbatus, ac una cum exuviis B. Ioannis Parmenſis, qui in loco S. Franciſci obiit, ſepultus fuit, ſemperque jacuit, licet Waddingus ex alio Conventu ad hunc translatas fuiſſe immerito ſcribat, requieſcit in eadem Eccleſia, in qua ex eodem Polychronico eſt etiam *Fr. Petrus de Monteolmonis, qui poſt mortem multos a magnis infirmitatibus liberavit*.

(1) *Secundum Conſtitutionum tenorem noſtrarum*; quas in litteris incipientibus, *Ad extirpanda*, editis hoc eodem anno 1254. die 20. Maji, legendis apud Sbaraleam tom. I. Bullar. Franc. pag. 725., direxit *Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis*, quæque ab Alexandro, & Clemente IV., paucis immutatis, cofirmatæ fueurnt, ut infra videbimus in notis ad Bullam Alexandri IV., pariter incipientem, *Ad extirpanda*, in qua eædem Innocentianæ Conſtitutiones dum confirmantur, repetuntur.

(2) Ex quo Minoritæ conſtituti fuerint Inquiſitores infra terminos *Arelaten. Aquen. & Ebredunen.*, ut habetur in hoc Diplomate, palam fit, eos hoc munere functos eſſe in Provincia Provinciæ, Italis *Provenza*, ubi ſunt Arelate, gallice *Arles*, & *Aquæ Sextiæ*, gallice *Aix*; & in Delphinatu, ubi eſt Ebrodunum, gallice *Ambrun*, Urbs Archiepiſcopalis, ſicut aliæ duæ nunc laudatæ, & caput Territorii ſui nominis.

(3) Hoc eodem anno Innocentius IV. alias plures pro hæreſum extirpatione dedit litteras Fratribus noſtris, Inquiſitoribus in Marchia Anconitana, Romaniola, Marchia Tarviſina, Venetiis, & in Patriarchatu Aquilejenſi; eorumque aliis, Inquiſitoribus in Urbe, Tuſcia, Patrimonio B. Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Maritima, & Romania, relatas ab eodem Sbaralea tom. I. ad menſes, & dies reſpectivos. Harum duæ, quarum primæ datæ ſunt Aſſiſii III. Kal. Junii, ſecundæ vero Anagniæ Nonis Julii, incipiunt pariter, *Super extirpatione*, ac de verbo ad verbum concordant cum præſentibus. Quare veroſimile eſt admodum, hoc eodem tempore præſentes quoque dediſſe Inquiſitoribus in Provincia, & Delphinatu, quibus in regionibus duo poſtmodum ex noſtris Fratribus ad hujuſmodi munus deputabantur a Miniſtro Provinciali, facta huic a Clemente IV. facultate per ſuas litteras, *Præ cunctis*, datas anno primo Pontificatus, ac editas ab ipſomet Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 38.

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An.Ch. 1254.

XXVI.

Proviſio Eccleſiæ Cathedralis, facta per Cardinalem auctoritate Papæ in perſona Fratris Petri Ordinis Minorum, confirmatur. Ex Ebuli Formulario extante in Vaticano Archivo, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 142.

An.Ch. 1254. die.....

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Fratri P. (1) *de .... Ordinis Minorum, electo Sanctagathen.* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

F. Petri merita narrantur.

DUdum multiplices, & graves pertuliſti labores, ac vigilem diligentiam habuiſti, quod pia deſideria Sedis Apoſtolicæ ad effectum debitum poſſent in Regno Siciliæ (3) pervenire. Quia vero per facti evidentiam in noſtram ſæpe notitiam eſt deductum, quod tua vigilantia ſuper hoc per Dei gratiam laudabiliter extitit fructuoſa. Nos decens, & debitum arbitrantes, quod tibi de tantis meritis honoris condigni retributio proveniret ..... Cardinali (4) viva voce commiſimus, ut de perſona tua Sanctagathen. provideret Eccleſiæ tunc paſtoris regimine deſtitutæ (5). Cum autem idem Cardinalis juxta commiſſionem hujuſmodi te ipſi Eccleſiæ præfecerit in Archiepiſcopum, * & Paſtorem, prout in ejuſdem litteris ſuper hoc confectis plenius continetur; Nos id auctoritate Apoſtolica duximus confirmandum, ſecuram fiduciam obtinentes, quod cum tu Deo, & Eccleſiæ ſis devotus, ac etiam converſationis laudabilis, & induſtriæ condecentis, dicta Sanctagathen. Eccleſia per tuæ diligentiæ ſtudium gratum in ſpiritualibus, & temporalibus ple-

* Lege *Epiſcopum*. Proviſio facta a Cardinali confirmatur.

(1) *Fratri P.*; Petro, noſtratibus tum quoad nomen, cum quoad Epiſcopatum hactenus ignoto. Waddingus in Annalibus duos ex Ordine noſtro recenſet ad Sanctagathenſem, ſive Agathopolitanum, ut ipſe ſcribit, Epiſcopatum aſſumptos, Fratrem Guidonem ſcilicet de Sancto Michaele, electum a Bonifacio VIII. anno 1295., & Fratrem Antonium de Sernio promotum a Bonifacio IX. anno 1391., quos in ſerie Epiſcoporum Sanctagathen. enumerat etiam Ughellus tom. 8. Ital. Sacr., & Minoritas appellat. At de Fratre Petro, de quo in præſenti Diplomate, altum apud Waddingum habetur ſilentium, & Ughellus ipſe de eodem agens, *Frater Petrus*, inquit, *Ordo, & patria ignorantur*, quamquam Eccleſiæ Sanctagathenſi præfuiſſe ſcribat anno 1255.

(2) *Electo Sanctagathen.*; Sanctæ Agathæ Gothorum in Regno Neapolitano in Principatu Ulteriori, ſive in finibus Terræ Laboris, Neapolim inter, & Beneventum, cujus Metropolitani Epiſcopus Sanctagathen. eſt Suffraganeus. Hæc Civitas poſita ſupra rupem, quam torrens aquarum undique fere circumluit, dicta eſt *Sancta Agatha Gothorum*, quia Gothi illam inhabitarunt, & a proprio nomine nuncupavere.

(3) *In Regno Siciliæ*, de quo cum Innocentius IV. mandaſſet, ut contra Conradi filii Friderici II. Imperatoris violentiam, vice Romanæ Eccleſiæ inveſtiretur Carolus Comes Andegavenſis, quibuſdam tamen conditionibus, poſtea, ut Regnum ipſum ab invaſione, ac tyramnide Manfredi Fratris ejuſdem Conradi liberaret, exercitum paravit, & Legatum miſit illuc, teſte Nicolao de Curbio in Vita hujus Pontificis cap. XL., Guillelmum S. Euſtachii Diaconum Cardinalem, ſub quo, vel ante adventum ejus, Frater Petrus, forte natione Siculus, ſuam in favorem Romanæ Eccleſiæ ibi operam impendit.

(4) *Cardinali*, Guillelmo Fliſco, Innocentii IV. Nepoti, contra Manfredum cum ampliſſima auctoritate Sedis Apoſtolicæ in Regno Siciliæ Legato, quemadmodum dictum eſt in nota præcedenti, ac, præter Nicolaum de Curbio, ſcribit etiam Ciaconius de Cardinalibus Innocentii IV. num. XII.

(5) *Paſtoris regimine deſtitutæ*. Ughellus loco ſuperius laudato Petri deceſſorem immediatum ponit Joannem, quem anno 1236. in Indiculo commemorari fatetur, ſed nec annum electionis, nec diem emortualem aſſignat, ſicuti nec Fratris Petri, quem tantum Cathedram illam jam tenuiſſe nos admonet an. 1255., ac de ipſo, ejuſque deceſſore nullam in Regeſto Vaticano mentionem ſe reperiiſſe ſcribit.

Digitized by Google

plenam tibi adminiſtrationem committimus, talem mente vigili &c. Datum .... Pontificatus noſtri anno Duodecimo (6).

XXVII.

Mandat, ut Ordinatio Fratris Petri Ordinis Minorum, electi Sanctagathen., fiat a tribus, vel quatuor Eccleſiæ Beneventanæ Suffraganeis, vel ab aliis Epiſcopis in iſtorum abſentia. Ex Formulario Ebuli, quod extat in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem, quod aſſervatur in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 142.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

An. Ch. 1254. die.....

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Sanctagathen. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

DUdum &c. *Uſque incrementum.* * Quocirca mandamus, quatenus aſſumptis tribus, vel quatuor Suffraganeis Eccleſiæ Beneventanæ (2) aut aliis, ſi dicti Suffraganei non poterunt intereſſe, prædicto electo (3) auctoritate noſtra faciatis munus conſecrationis impendi, proviſo, quod eidem Beneventan. Eccleſiæ, cujus idem exiſtit Suffraganeus, nullum propter hoc præjudicium generetur (4) & quod ipſe futuro Archiepiſcopo Beneventan. (5) tam-

* *Sic in Formulario Ebuli.*

Suffraganeis Eccleſiæ Beneventanæ conſecratio demandatur.

Salvo jure Archiepiſcopi Beneventani.

(6) Ex quo in hiſce litteris agatur de Cardinali Guillelmo in Siciliam miſſo ab Innocentio IV., nullus remanet ambigendi locus, eas datas fuiſſe anno ultimo Pontificatus ipſius, ac veroſimiliter admodum in Civitate Anagniæ, quo ſe contulit Innocentius Junio ineunte, ut refert Nicolaus de Curbio in Vita ejuſdem Pontificis cap. XXXVIII., *ut ibi commodius de negotiis Regni Apuliæ ordinaret, & ubi permanſit*, eodem fatente cap. XLI., *uſque ad Octobris initia*, uſque dum nempe *die Jovis infra Octavam Beati Franciſci*, ut ipſius Curbii loquamur verbis, *egrediens de Anagnia, proceſſus eſt verſus Capuam Civitatem anno Domini* MCCLIV., *menſis Octobris die* VIII. *intrante veniens Ceperanum.*

(1) *Sanctagathen.*, Sanctæ Agathæ Gothorum, ſub Archiepiſcopo Beneventano, in Principatu Ulteriori, ut in nota (2) ad Bullam præcedentem.

(2) *Aſſumptis tribus, vel quatuor Suffraganeis Eccleſiæ Beneventanæ*, qui ab Ughello tom. 8. Ital. Sacr. *de Archiepiſcopis Beneventanis*, ſeptendecim enumerantur, quorum unus, ut liquet etiam ex hoc Diplomate, eſt Epiſcopus Sanctagathenſis, qui ideirco munus conſecrationis recipere debet ab aliis ejuſdem Metropolitani Suffraganeis, quatuor, vel tribus juxta Canonem IV. Concilii Nicæni Primi, & Canonem II. Concilii Aurelianenſis anno 314. celebrati, in quibus præcipitur, ut in conſecratione Epiſcopi alii Septem, aut ſaltem Tres aſſumantur.

(3) *Prædicto electo*; Fratri Petro Ordinis Minorum Profeſſori, de quo in præcedenti Diplomate, & in notis ad idem,

(4) *Nullum propter hoc præjudicium generetur*; quia, ut ait Thomaſſinus Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. tom. 2. lib. 2. cap. XLII. num. I. *Jure hodierno Decretalium Metropolitanis antiquum vendicatur jus ſuum ad examen vocandi, & confirmandi, infirmandique tum electionem, tum etiam electum ipſum. Sunt & canonicæ in eos pœnæ, qui vitioſas confirmaverint aut electiones, aut perſonas*, Extr. de Elect. cap. 20. 32. & 44. Capite vero 43. ait idem Thomaſſinus num. VIII.: *Jure Canonico novo confirmatio Epiſcoporum Metropolitano, Metropolitani Pontifici vindicatur.*

(5) *Futuro Archiepiſcopo Beneventan.* Ex Ughello loco præcitato in nota (2) erat eo tunc Archiepiſcopus Beneventanus *Capoferrus, de Capoferris*, electus hoc anno 1254., ſed ei munus conſecrationis F. Petri non committitur, & in hoc Diplomate non nominatur, immo loquitur in eo Pontifex, ac ſi Beneventana Eccleſia eſſet viduata Paſtore, quia ipſe Capoferrus vinculo excommunicationis adſtrictus erat, eo quod interfuiſſet coronationi Manfredi Tarentini, filii Friderici II. Imperatoris, a qua cenſura abſolutus fuit juſſu Clementis IV., iterumque in Concilio Lugdunenſi II. ſub Gregorio X. Hæc Ughellus, qui addit ibidem, etiam immediatum Petri Succeſſorem Nicolaum de Morrone, electum ab Urbano IV. circa annum Domini MCCLXII., conſecratum fuiſſe a duo-

Digitized by Google

INNOCENTIUS PP. IV. An. Ch. 1254.

tamquam Metropolitano ſuo debitum exhibeat juramentum (6). Contradictores &c.

Datum ...... Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

a duobus aliis Epiſcopis, quia Capoferrus adhuc erat excommunicatione ligatus. Lucas quoque, & ipſe Minorita, Epiſcopus Treventin. in finibus Aprutii, uti conſtat ex litteris Clementis IV., *Venerabilis frater noſter Lucas*, relatis a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 79., de eodem forſan crimine accuſatus, ipſius Clementis IV. præſentiam adiit; oſtenditque, Manfredi coronationi ſe haud interfuiſſe, ejus pedi oſculum non dediſſe, litteris confectis ſuper hujuſmodi coronationem proprium ſigillum non appoſuiſſe, nec ei præſtitiſſe juramentum fidelitatis, & nihilominus ab Epiſcopo Albanenſi abſolutionem impetraſſe tum ab excommunicatione, cum ab irregularitate, ſi quam propter favorem aliquem Manfredo impenſum, forte contraxiſſet.

(6) *Debitum exhibeat juramentum*; quia, ut ait Thomaſſinus loco mox laudato cap. 44. num. 1., illud Metropolitano poſt conſecrationem præſtare tenebantur Suffraganei. *Confirmationi*, ita ipſe, *ſubnectuntur ſacramenta, juramenta, & promiſſiones, ſeu fidei, ſeu obedientiæ, quibus Clerici Epiſcopis, Epiſcopi Metropolitanis, Primates Papæ obligati fuere*. Immo Canone 6. Concilii Nicæni Primi ſancitum fuit, *quod ſi quis abſque Metropolitani ſententia factus ſit Epiſcopus, eum magna Synodus definit eſſe Epiſcopum non oportere*.

Diplo-

Diplomata Alexandri IV., electi anno 1254. pridie Idus Decembris, qui poſt ſexennium, menſes quinque, & dies treſdecim, quam Pontifex factus fuerat, obiit Viterbii anno 1261. VIII. Kalendas Junii.

I.

Quod Oblati, Monialium S. Angeli Aſculani ſervituti addicti, non teneantur ad bellum pergere, collectas, & vectigalia ſolvere. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, nunc Monachorum Montis Oliveti.

ALEXANDER EPISCOPUS An. Ch. 1255. die 8. Febr.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui pauperum incluſarum Monaſterii S. Angeli Eſculan. (1) *Ordinis S. Damiani* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

UT Oblati, & alii Familiares veſtri (3) qui gratæ devotionis obſequio vobis aſſidue ſerviunt ad laudem, & gloriam Redemptoris, remoti ab omnibus ſæcularibus actibus ſoli Deo in vobis poſſint per laborem manuum ſuarum aſſiduum liberius famulari, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut iidem Oblati, & Familiares, quandiu ſervitiis veſtris inſtiterint (4) ire in exercitum, vel collectas, ſeu dationes aliquas ſolvere minime teneantur, nec ad id aliquis eos audeat coarctare, Statuto Civitatum, vel Caſtrorum quolibet in contrarium edito non obſtante. Nulli ergo &c.

Monialium Familiares eximuntur ut ſupra.

Datum Neapoli VI. Idus Februarii Pontificatus noſtri Anno Primo.

(1) *S. Angeli Eſculan.*; Aſculi nimirum in Picena Provincia, ut alias dictum eſt in nota (1) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*, pag. 4., & inferius etiam dicemus.

(2) *Ordinis S. Damiani*; ideſt, Ordinis Sanctæ Claræ, quæ ſic, vel Pauperes incluſæ, ut in hoc ipſo Diplomate, aliiſque nominibus vocabantur, mox ab Urbano IV. ſublatis, ut vidimus pag. 4., & 5. in nota (2) ad Bullam Gregorii IX. nunc laudatam.

(3) *Ut Oblati, & alii Familiares veſtri*; Viri nempe, qui obedientiam Abbatiſſæ promittebant, & voto ſe obligabant manendi apud Monaſterium, ut aſſidue Monialium ſervituti incumberent, ac præſertim pro earum ſuſtentatione laborarent, uti diximus in nota (1) ad Bullam Innocentii IV. *Conquerentibus dilectis*. De Oblatis agunt Freſn ius in Gloſſario Verb. *Oblati Monaſteriorum*; Mabillonius in Præfat. ad Sæcul. VI. Act. SS. Ordinis S. Benedicti num. 92. tract. 13., aliique plures Theolog. Moral., & Juris Canonici Doctores, quamquam in Ordine noſtro Tertiarii communiter vocitentur.

(4) *Quandiu ſervitiis veſtris inſtiterint*; quia, ut dictum eſt in nota præcitata, votum emittebant conditionatum, & conditione deficiente, e Monaſterio recedere, alioque tranſire eis liberum erat. Idem Alexander IV. hoc eodem anno per aliam Bullam ejuſdem tenoris ſub XIII. Kal. Februarii emanatam, eadem privilegia conceſſit Oblatis, & Familiaribus Monaſterii S. Mariæ Vallis gloriæ de Hiſpello, ut videre eſt apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 9.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

II.

Variis privilegiis, & gratiis ditat Monaſterium S. Silveſtri de Pitteto, ejuſque perſonas, & loca. Ex Archivo nobilis Familiæ de Maccaphanis.

An.Ch. 1255. die 27. Febr.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii S. Silveſtri de Pereto (1) *Marſicanæ Diœceſis* (2) *Ordinis S. Damiani* (3) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium a Monialium encomio.

GRatiſſima Deo Religionis veſtræ plantatio, quæ flores odoris, fructuſque ſuavitatis Altiſſimo jugiter in ubertate producit, inſtantiæ noſtræ quotidianæ ſuadet inſtanter, ut ſingula loca, cæteræque perſonæ Ordinis veſtri Apoſtolicis ſemper præſidiis, & paternæ a Nobis foveantur affectibus pietatis ..... tamquam ſpeciales Nobis inter alias ejuſdem Ordinis filias, & Monaſterium veſtrum, quaſi manuum culturam noſtrarum (4) gratiæ plenio-

Singularem affectum Monialibus profitetur.

(1) *S. Silveſtri de Pereto*, Oppido Marſorum prope Lacum Fucinum, qui nunc Celani dicitur, de quo in aliis noſtris adnotationibus non una ſemel ſermo redibit, in quibus etiam plura ad hoc ipſum S. Silveſtri Monaſterium pertinentia attingenda erunt, præſertim in notis ad Bullam ejuſdem Alexandri IV. *Sacram religionem*.

(2) *Marſicanæ Diœceſis*, in Provincia Aprutina, olim Pennenſi, nunc S. Bernardini, non in Salernitana, ut ait Waddingus ad annum 1243. num. XXVII., in quo certe deceptus eſt, ut fuſius dicemus in nota (1) ad Bullam ejuſdem Alexandri IV.. *Religioſam vitam*.

(3) *Ordinis S. Damiani*; ideſt S. Claræ. Ab Eccleſia S. Damiano ſacra, in qua S. Clara Virgo prope Aſſiſium moram fixit, & ad Cœlum evolavit, Ordo ab ipſa profeſſus a Sancto Damiano dictus eſt, Clariſſæ vero Damianitæ nuncupatæ fuerunt, ut alibi etiam adnotavimus.

(4) *Quaſi manuum culturam noſtrarum*. Ex his verbis evincitur, ipſum Alexandrum IV., cum eſſet Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, Fratrumque Minorum, & Clariſſarum Protector, conſtitutus primum a Gregorio IX., deinde ab Innocentio IV., ut ex litteris iſtius jam allatis, *Cum dilectis*, &, *Cum dilecto*, conſtat apertiſſime, operam dediſſe, ut hoc Monaſterium vel pro Clariſſis conſtrueretur, vel ut a Regula S.Benedicti ad illam tranſiret Clariſſarum, niſi dicere velimus, id contigiſſe Seraphico Patriarcha adhuc mortali, vel ante an.1227. ob rationes afferendas in notis ad Bullam præcitatam, *Sacram Religionem*. Ex Inſtrumento inſerto in Conſtitutione Innocentii IV., *Cum a nobis petitur*, apud Sbaraleam tom. 1. pag. 320., & ſequentibus, quo Andreas de Pontibus Monaſterium ipſum anno 1238. de ſuis bonis, & redditibus abundanter ditavit, haud obſcure colligitur, Raynaldum Oſtienſem, qui poſtea, Summus Pontifex electus, dictus eſt Alexander IV., eumdem Andream ad hanc donationem excitaſſe. Citra dubium eſt, ipſum Raynaldum anno 1251. una cum Epiſcopis Anagnino, & Triventino hanc S. Silveſtri Eccleſiam ſolemniter conſecraſſe, ut ex ejus liquet Diplomate, quod inferius legi poteſt in nota (10) ad Bullam IX. ejuſdem Alexandri IV., incipientem, *Religioſam vitam*, pro eodem S. Silveſtri Monaſterio editam, cujus Eccleſiæ reparationem liberalitate, & munificentia ſua ipſum juvaſſe affirmare poſſumus. Hæc ſiquidem Eccleſia etiam tunc temporis vetuſtiſſima erat, eo quod jam extitiſſe quinto Eccleſiæ ſæculo haud obſcure colligitur ex lapide, qui licet confractus, characteres tamen ſæculum quintum exhibentes integros adhuc retinet, & illibatos. Tranſierat hæc Eccleſia ad Patres Benedictinos anno 1096., opera Comitiſſæ Aldegrimæ, quæ una cum Pireti Oppido, ut ex Monumentis ibidem aſſervatis apparet, eam donavit prædictis Monachis, qui etſi Oppidum ipſum deinde amiſerint, jus tamen & dominium Eccleſiæ S. Silveſtri detinuerunt uſque dum hæc ad Clariſſas translata fuit. Jacet nunc fere tota in ruderibus, nec aliud inibi conſpicitur primævæ antiquitatis, quam Cappella quædam, in qua Sacræ coluntur Imagines Beatiſſimæ Virginis, ac Sanctorum Franciſci Aſſiſiatis, & Bernardini Senenſis, quos hanc Eccleſiam viſitaſſe, valde credibile eſt; S. Bernardinum ſcilicet cum Aquilam ſe contulit, Sanctum Franciſcum vero cum ad has partes anno 1216. devenit, & Conventum Cellarum fundavit, quemadmodum conſtat ex publico Inſtrumento, rogato per Joannem Ippoliti, & aſſervato in Libro Conſiliorum Oppidi Carſolii, a quo etiam ipſe Cellarum Conventus denominatur. Sic enim habet Inſtrumentum iſtud, relatum etiam a Theulio in Apparatu Minorico part. 1. lib. 4. cap. 5. *De Conventu Cellarum*, quam-

Concedit ut ſupra.

nioris fœcundare irriguo, & uberioribus ſemper Apoſtolici favoris beneficiis alere in pater ...... qua Nos amplectimur latitudine charitatis. Ut igitur Apoſtolicæ poteſtatis inſignia conſpicuis in Nobis clareant documentis, devotionis veſtræ precibus inclinati, auctoritate .... domos, vel loca Monaſterii veſtri, quæ habet ad præſens, vel habuerit, ubicumque aliquas ipſius Monaſterii Dominas (5) accedere contigerit, vel morari, quandiu inibi moram traxerint, poſſint celebrare ...... famulantibus ipſis facere celebrari (6). Quod ſi terras, ubi domus, vel loca ipſa exiſtunt, Eccleſiaſtico ſubjacere interdicto contigerit, prædictis illuc accedentibus, vel ibidem morantibus Dominabus .... ac excommunicatis excluſis, ſubmiſſa voce divina tunc in eiſdem locis, & domibus, interdicto durante hujuſmodi, valeant celebrari. Inſuper eadem vobis auctoritate duximus indulgendum, ut eædem ..... & locis prædictis illa per omnia gaudeant plenarie libertate, qua ex conceſſo vobis ab Apoſtolica Sede privilegio gaudent Sorores, & Dominæ in dicto Monaſterio commorantes, diſtrictius inhibendo, ne quis contra ipſius privilegii, & præſentis Indulti tenorem vos turbare ſuper hoc aliquatenus, vel moleſtare præſumat: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſula prohibens.

Datum Neapoli 11. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Primo.

quamvis hic ipſum demus ex ejuſdem exemplari, extracto a nobili, & ſtudioſiſſimo Juvene Gabriele de Maccaphanis ab indicato Conſiliorum Libro, & ad nos cum aliis monumentis pro ſua humanitate tranſmiſſo. „ Nell' „ anno del Signore 1216. capitò in queſta terra „ il Serafico Padre, e Glorioſo S. Franceſco „ di Aſſiſi, noſtro Avvocato, il quale dopo „ aver edificati alcuni luoghi per li Frati della ſua Religione nell' Umbria, e Savinia, „ eleſſe un locho in queſto territorio nel colle „ Vetiano, dove oggi ſi vede verſo Ponente „ il Convento detto di S. Franceſco, il quale „ fu deſignato da eſſo S. Franceſco, e per „ opera ſua fu edificata la Chieſa in vita ſua „ con una parte dell' abitazione, e mentre „ dimorò in detto locho, facendo molti miracoli, per il concorſo delle molte genti fu forzato dare udienza da una Gradella di ferro, „ che fece fare a queſt' effetto nel muro della „ Chieſa verſo il Convento; poi ſi accrebbe „ con la elemoſina di eſſa, e de convicini &c.„ Crates iſthæc adhuc inſpicitur in eadem Eccleſia, quam modo incolunt Patres Conventuales, ac deſuper eamdem hoc legitur diſtichon antiquo charactere efformatum:

Hanc Gratem ſanctam, quam tu devotus adoras,
Sit tibi cor pium, hinc tibi certa ſalus.

In Choro vero ejuſdem Eccleſiæ pervetuſta colitur Virginis Deiparæ Effigies, ſub qua gothicis, ut ajunt, litteris, hæc verba inſcripta leguntur: *Imago Matris Dei, quam S. Franciſcus dum hic ſtetit exoravit*. Theulius laudato in loco de ſola Crate verba facit, & nihil omnino habet vel de hac ſub Imagine B. Virginis inſcriptione, vel de diſtico jam allato, vel de alio, quod pariter ibidem extat, & eſt hujuſmodi:

Hic dum Franciſcus vivens permanſit athleta
Hanc Matrem coluit captus amore ſui.

Nihil pariter de his, imo nec de Crate, nec de S. Franciſci incolatu in Conventu Cellarum, adnotatur in Polychronico Jordanis, ubi hoc Cœnobium ſextum, & ultimum ponitur Cuſtodiæ Tiburtinæ.

(5) *Ipſius Monaſterii Dominas*; eaſdem videlicet Moniales Clariſſas, quæ in ipſa inſtitutione *Pauperes Dominæ* dictæ fuerunt, earumque Ordo *Pauperum Dominarum* appellatus fuit.

(6) *Famulantibus ipſis facere celebrari*; officia nempe divina, etiam tempore Eccleſiaſtici Interdicti, ut ex verbis ſubſequentibus clare patet, quamvis integrum, & perſpicuum hujus Diplomatis ſenſum aſſequi, ejuſque lectionem perfectam reddere nequeamus, eoquod ejus Autographum nimis corroſum ſit, atque deletum.

III.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

III.

Mandat, ut Fratres Prædicatores Pariſienſi Collegio, a quo ab Accademicis excluſi, ac ſeparati fuerant, reſtitui procurent. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtoriæ Univerſitatis Pariſienſis pag. 286., ex VVadd. tom. 3. Annalium Minorum in Regeſto Pontificio Alexandri IV. num. xi., & ex Bremondo in Bullario Ordinis Prædicatorum.

An.Ch. 1255. die 14. Aprilis.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Fratribus Aurelianenſi (1) *& Antiſſiodorenſi* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Controverſiæ occaſio narratur.

Controverſiam dudum inter dilectos filios Magiſtros, & Scholares Pariſienſes ex una parte, & quoſdam Religioſos (3) ex altera, ſuper quibuſdam Statutis (4) inimico homine ſuperſeminante, ſubortam (5), Nos per

(1) *Aurelianenſi*, Guillelmo de Buſſis, ut ajunt Patres Maurini in Gallia Chriſtiana tom. 8.

(2) *Et Antiſſiodorenſi*, Guidoni de Meloto ex eadem Gallia Chriſtiana, qui ambo Epiſcopi ſuper hac controverſia Executores ab eodem Alexandro IV. deputati fuerant, ut clare liquet ex ejus Bulla, *Veræ Fidei*, vulgata a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 140. S. Ludovico IX. Galliarum Regi directa.

(3) *Et quoſdam Religioſos*; Fratres Prædicatores, & Minores, quoniam utriuſque Ordinis Alumni jam eo tunc docendi munus in Accademia Pariſienſi publice exercebant, eamdemque patiebantur perſecutionem, & oppreſſionem, de qua tum Prior Fratrum Prædicatorum, cum Guardianus Fratrum Minorum Pariſienſium, teſte eodem Alexandro IV. in ſuis litteris, *Quaſi lignum vitæ*, editis ſuper hac ipſa re, ad Apoſtolicam Sedem recurſum habuerunt.

(4) *Super quibuſdam Statutis*; confectis ab Accademicis Pariſienſibus occaſione cujuſdam caſus ab eodem Alexandro IV. in præcitatis litteris recenſiti, qui fuit hujuſmodi. Cum die quodam publici Pariſienſes Miniſtri Scholarem unum occidiſſent, & eorum aliquos vulneribus affeciſſent, carceribuſque mancipaſſent, inſtiterunt Gymnaſii Rectores, & Univerſitatis Magiſtri, ut hi ſemivivi ipſis in craſtino redderentur, quod cum non obtinuiſſent, & reſtitutio prorogaretur, vigore indultus Gregorii IX. eidem Univerſitati conceſſi Scholas, & lectiones ſuſpendendi, cum de atroci aliqua injuria, Accademicorum, aut Scholarium alicui illata, infra quindecim dies ſatisfactionem condignam non obtinuiſſent, Scholas revera, & lectiones ſuſpenderunt, & ſi adhuc ſatisfactio differretur, Statuta quædam de communi conſilio ordinarunt, ad quorum obſervantiam ſeſe juramento adſtrinxerunt. At cum Bonus-Homo, & Elias Ordinis Prædicatorum Profeſſores juramentum hujuſmodi præſtare noluiſſent, cæteri Accademici eos docendi munere privarunt, privatoſque publice denunciantes, diſtricte mandarunt, ne Scholares deinceps eorum lectiones audirent. Sic oppreſſi prædicti Fratres Innocentium IV. appellarunt, qui, datis litteris, quæ non extant, ut notat etiam Sbaralea ad præfatam Bullam, *Quaſi lignum vitæ*, pag. 33., eos Accademicorum Collegio reſtituendos curavit, ſed fruſtra, Accademicis ipſis repugnantibus, qui ulterius contra Fratres Mendicantes nova confecere Statuta, quibus ab eorum ſocietate, & docendi munere excludebantur; unde *Prior Prædicatorum, & Guardianus Minorum Fratrum Pariſienſium*, ut in ſuperiori nota tetigimus, quæſtionem ad Innocentium IV. detulerunt, qui mandavit Accademicis, *ne liberum, & quietum ſtatum Magiſtrorum, & Fratrum eorumdem Ordinum, Pariſiis ſtudio inſiſtentium, ac Scholarium ſuorum indebite turbarent*; licet morte præventus nil definire potuerit, & Succeſſori Alexandro IV. celebrem hanc controverſiam dirimendam reliquerit.

(5) *Subortam*; occaſione facti in ſuperiori nota enarrati; quamquam poſtmodum, reſtitutis Prædicatoribus, & Minoribus Pariſienſi Collegio opera Alexandri IV., & S. Ludovici IX. Galliarum Regis, Accademicorum perſecutio in eoſdem Fratres nedum non ceſſaverit, ſed potius plus nimio recruduerit perfidia præſertim, & arte Guillelmi de Sancto Amore, Odonis de Duaco, Chriſtiani Canonici Belluacenſis, Nicolai de Barro ſuper Albam, & Joannis de Secta-Villa. Cum namque Scholares fere omnes ſequerentur, & venerarentur viros utriuſque Ordinis, qui Univerſitati reſtituti, Cathedras in ea ſumma cum ſcientiæ, & ſanctitatis laude moderabantur, cœteros vero Profeſſores vel contemnerent, vel flocci facerent, id egre ferentes ipſi Accademici, invidia, & livore in Ordines ipſos, & eorum Alum-

Digitized by Google

per ordinationem providam de Fratrum noſtrorum conſilio ſopientes, dilectos filios Bonum-Hominem, & Heliam Ordinis Prædicatorum Fratres Pariſiis in Theologica facultate Magiſtros, dudum occaſione prædictæ controverſiæ per Magiſtros Theologiæ, & alios nomine Univerſitatis Scholarum Pariſ. a Magiſtrorum conſortio, & ipſius Univerſitatis Collegio ſeparatos; quos a felicis recordationis Innocentio Papa (6) prædeceſſore noſtro poſtmodum reſtitutos de gratia ſpeciali, iidem Magiſtri, & alii, licet ſuper hoc mandatum Apoſtolicum receperint (7) noluerunt admittere ad idem Magiſtrorum conſortium (8) ipſoſque, & Auditores eorum ad Univerſitatis Collegium reſtituimus (9) omnia de noſtræ plenitudine poteſtatis, omnes ſententias privationis, ſeu ſeparationis a conſortio Societatis, vel Collegio Univerſitatis, aut ſimilibus, ſive pœnas quaslibet, vel prohibitiones in eoſdem Fratres, vel Auditores eorum præmiſſa occaſione prolatas, penitus revocando (10). Dictorum quoque Statutorum quædam reſecando * penitus, quædam vero, ut ſalubrius proficiant, moderando, & alia etiam ordinando * quæ pro Studii Paris. conſervatione providimus, prout ex litteris noſtris ſuper hoc confectis, quæ, *Quaſi lignum vitæ*, incipiunt, vobis liquere pote-

O

Quæ egerit ſummatim refert.

* Bremondus *reſecanda*.

* Idem *moderanda, & alia etiam ordinanda*.

Mandat ut ſupra.

Alumnos adeo exarſerunt, ut eoſdem ab Accademia expelli, docendique munere perpetuo privari nervis omnibus adlaboraverint. Id ut facilius aſſequerentur, varios publici juris fecere libellos, & hos inter illum inſcriptum, *De periculis noviſſimorum temporum*, a Sanctis Eccleſiæ Doctoribus Thoma, & Bonaventura confutatum, & ab Alexandro IV. proſcriptum, ejuſque juſſu anno 1256. Anagniæ combuſtum. In hoc Libello toti erant ejus conſarcinatores, ut Scholares, Populum, & Eccleſiæ Prælatos retraherent ab amore, & ſequela prædictorum Ordinum, omneſque adverſus eos, eorumque Alumnos excitarent. In hoc enim Libello præ viribus conati ſunt oſtendere, Fratres Mendicantes ſalvari non poſſe, eis non licere invitis Parochis prædicare, vel confeſſiones audire, etiamſi hæc munera a Romano Pontifice, vel ab Epiſcopis demandentur eiſdem, ſicque privatim, & publice Mendicantes traducebant tamquam Pſeudo-Prophetas, Pſeudo-Apoſtolos, Lupos, fures, otioſos, domos penetrantes, & nuntios, præcurſoreſque Antichriſti.

(6) *Innocentio Papa*, hujus nominis Quarto, cujus litteræ, uti mox advertimus in nota (4) adhuc deſiderantur.

(7) *Super hoc mandatum Apoſtolicum receperint*, in litteris prælaudatis, quæ ad manus noſtras non devenerunt.

(8) *Noluerunt admittere ad idem Magiſtrorum conſortium*; imo acrius eos inſectari cœperunt, editis, ut ſuperius dictum eſt in nota (4) contra Prædicatores, & Minores novis Statutis; eoque devenerunt, ut etiam Romano Pontifici, eorumdem Fratrum reſtitutionem expetenti, ſeſe opponerent, eodem referente Alexandro IV. in ſua Bulla, *Veræ Fidei*, data Galliarum Regi Sancto Ludovico IX., in qua commendat eidem Fratres utriuſque Ordinis profeſſores, jubetque, ut Guillelmum Sanctamoranum, alioſque gregales deſuper nominatos, *tamquam Eccleſiæ Romanæ rebelles, & aliorum rebellionum incentores*, niſi mandato Pontificis obtemperent, *de toto Regno Franciæ propellere non omittat*, Sanctamoranum vero, & Beluacenſem etiam in carceres detrudat. At non proinde Academici ipſi meliores effecti ſunt, utpotequi anno ſequenti 1256. regimen legendi Sententias in eorum Univerſitate S. Thomæ Aquinati denegaverint, qui e Gallia in Italiam ad Summum Pontificem Alexandrum IV. idcirco redire coactus eſt, ut habet Auctor Admonitionis præviæ ad Tria S. Doctoris Opuſcula an. 1773. Romæ iterum impreſſa cap. 2., ubi legitur: „ Ejuſdem anni 1256. initio, licentiam, ut ajebant, obtinuerat in Pariſienſi „ Univerſitate à Cancellario Thomas Aquinas: „ ad ipſumque Cancellarium hac de re dedit „ epiſtolas Alexander IV. 5. Idus Martii Pontificatus anno ſecundo, vulgaris æræ 1256. „ ſtylo novo. Pro ſibi data licentia, ſolemne „ ſui regiminis principium coram Magiſtris in „ Aula Epiſcopi Pariſienſis habiturus erat „ Aquinas, ut ad Sententias legendas tamquam „ Magiſter promoveretur. At illi minime regimen conceſſum, quamplurimis repugnantibus Academicis, motoque a Guillelmo de „ Sancto-Amore diſſidio fervente. Hinc in Italiam ad Summum Pontificem Alexandrum „ Anagniæ degentem ſe contulit Aquinas, rem „ ſuam, ac utriuſque Fratrum Prædicatorum, „ & Minorum Ordinis negotium acturus. „

(9) *Reſtituimus*; per Diploma ſcilicet in hoc ipſo laudatum, incipiens, *Quaſi lignum vitæ*; per aliud pariter incipiens, *Controverſium dudum*, quod hic ſubnectimus; ac per illud, *Si filialis obedientia*, datum eiſdem Magiſtris, & Scholaribus, relatum a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 126., & ab aliis.

(10) *Penitus revocando*, per idem Diploma, *Quaſi lignum vitæ*, quod exhibetur a Waddingo in Annalibus Minor. ad annum 1255. numer. 11., a Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien., a Bremondo in Bullario Ord. Prædic., a Sbaralea in Franciſcano, & in novo Romano tom.3., & eſt Bulla II. Alexandri IV.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Pœna inobedientibus conſtituitur, & privilegiis derogatur.

poterit evidenter (11). Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ordinationem ipſam faciatis inviolabiliter juxta earumdem litterarum continentiam obſervari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita (12) præmiſſis, ſeu quod prædictus prædeceſſor (13) executionem reſtitutionis prædictorum Fratrum dicitur dudum aliis commiſiſſe, aut ſi aliquibus ſit indultum, quod abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali mandato excommunicari, interdici, vel ſuſpendi, ſeu extra ſuam Diœceſim, vel ultra, ſive extra certum locum ad judicium evocari nequeant, ſive qualibet Apoſtolica indulgentia, de qua expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fieri mentionem oporteat, vel per quam hujuſmodi executio impediri valeat, vel differri, aut Conſtitutione de duabus dietis, edita in Concilio Generali (14) non obſtante, compeſcendo. Quod ſi non ambo &c.

Datum Neapoli XVIII. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

IV.

Præcipit eiſdem Accademicis, ut infra quindecim dies a præſentium receptione admittant in ſuum conſortium Fratres Prædicatores, eoſdemque admonet Accademicos, Statuta, & omnia ab ipſis acta contra eoſdem Fratres, revocata, & annullata eſſe. Ex Boulæo tom. 3. Univerſit. Pariſien. pag. 286., ex VVaddingo tom. 3. Annal. Minor. in Regeſto Alexandri IV. num. XII., & ex Bullario Ordinis Prædicatorum.

An. Ch. 1255. Die 14. April.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Magiſtris fac. Theolog. Pariſius commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Facti narratio.

Controverſiam dudum inter vos, & Univerſitatem Scholarum Pariſ. ex una parte, & quoſdam Religioſos (1) ex altera, ſuper quibuſdam Statutis (2) inimico homine ſuperſeminante ſubortam (3) per ordinationem providam de Fratrum noſtrorum conſilio ſopientes (4) dilectos filios Bonum-Hominem, & Heliam Ordinis Prædicatorum Fratres Pariſius in Theologica facultate Magiſtros, occaſione prædictæ controverſiæ per vos, & alios Magiſtros Pariſ. nomine Univerſitatis a veſtro conſortio, & Univerſitatis Collegio * ſeparatos, quos vos Magiſtri a fel. record. Innocentio Papa (5) prædeceſ-

* Bremondus legit, *A conſortio Societatis veſtræ, vel Collegio Univerſitatis.*

(11) *Vobis liquere poterit evidenter*; quia in litteris nunc in nota (9) indicatis Statuta ab Accademicis Pariſienſibus contra Fratres Mendicantes edita diſtincte referuntur, ac perſpicue recenſentur, quæ ab Alexandro IV. annullantur, quæ temperantur, quæque ab ipſo adduntur pro Studii Pariſienſis conſervatione.

(12) Quæ ſequuntur verba leguntur apud Waddingum, & deficiunt in Boulæo, qui hanc Bullam claudit, *appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quod ſi ambo &c.*

(13) *Prædictus Prædeceſſor*, Innocentius Papa, hujus nominis Quartus, ut ſupra.

(14) *In Concilio Generali*, Lateranenſi IV. anno 1215. ſub Innocentio III. celebrato.

(1) *Et quoſdam Religioſos*, Fratres nempe Prædicatores, & Minores, ut in nota (3) ad Bullam præcedentem.

(2) *Super quibuſdam Statutis*, confectis ab Accademicis Pariſienſibus, ut in nota (4) ad Bullam ſuperiorem.

(3) *Subortam*, occaſione cujuſdam caſus in nota (4) ad præcedentem Bullam recenſiti.

(4) *Sopientes*, per Conſtitutionem deſuper laudatam, incipientem, *Quaſi lignum vitæ*, hac ipſa die emanatam.

(5) *Innocentio Papa*, hujus nominis Quarto, cujus litteræ, ut ad præcedentem Bullam adnotavimus, adhuc nos latent. Anno etenim Innocentii IV. ultimo, qui fuit 1253., contigit in Univerſitate Pariſienſi diſſidium, de quo modo egimus in nota (4) ad Bullam ſuperiorem, ſtatimque Fratres Prædicatores, & Minores ipſum Innocentium IV. appellarunt, mox vero Alexandrum IV., anno ſequenti 1254. in Co-

Digitized by Google

deceſſore noſtro reſtitutos de gratia ſpeciali, licet ſuper hoc mandatum Apoſtolicum receperitis, noluiſtis admittere ad idem conſortium, ipſoſque, & Auditores ipſorum ad Univerſitatis Collegium reſtituimus omnino de noſtræ plenitudine poteſtatis, omnes ſententias privationis, ſeu ſeparationis a conſortio Societatis, vel Collegio Univerſitatis, aut ſimilibus, ſive pœnas quaſlibet, vel prohibitiones in eoſdem Fratres, vel Auditores eorum, præmiſſa occaſione prolatas, penitus revocando. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus Fratres, & Auditores ipſorum * intra quindecim dies poſt receptionem præſentium, juxta reſtitutionis, & revocationis noſtræ tenorem, ſine difficultate qualibet, ob noſtram, & Apoſtolicæ Sedis reverentiam in dulcedinis ubere admittatis, & tractetis * de cætero ſocialiter, & benigne (6). Alioquin volumus uſque ad ſatisfactionem condignam eos, qui ex vobis contradictores extiterint, ſuſpenſionis ab officiis, & beneficiis ſententiæ ſubiacere.

Prædicatores Collegio Pariſienſi reſtituuntur, & ſententiæ in eos latæ revocantur.

Præcipit ut ſupra.

* Bremondus, & Waddingus legunt, *Auditores prædictos*.

* Bremondus *Tractare curetis*.

Pœnæ in contradictores.

Datum Neapoli XVIII. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Primo (7).

V.

Eximit Moniales S. Silveſtri de Pireto a ſolvendis decimis de ipſarum poſſeſſionibus, & molendinis. Ex Autographo exiſtente in Archivo nobilis Familiæ de Maccaphanis ejuſdem Oppidi.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1255. die 15. Maii.

Dilectis in Chriſti filiabus Abbatiſſæ, ac Monialibus Monaſterii Sancti Silveſtri de Pereto (1) *Ordinis S. Damiani, Marſicanæ Diœceſ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

SAcram Religionem veſtram, in qua cultui divini nominis frequenter intenditur, dignam præſidio favoris Apoſtolici reputantes, quæ pie depoſcitis libenter aure benigna ſuſcipimus, & benevolentia paterna complemus.

Exordium a cauſa conceſſionis.

Comitiis Pontificalibus Neapoli habitis pridie Idus Decembris electum, qui ab ipſo etiam S. Ludovico IX. Galliarum Rege admonitus, plurimum adlaboravit ut rem componeret, quemadmodum tum ex ejus Conſtitutionibus a clariſſimis Viris Bremondo, & Sbaralea relatis, tum ex hoc noſtro Supplemento apparet.

(6) *Tractetis de cætero ſocialiter, & benigne*; quod minime fecerunt, quia licet Fratres Prædicatores, & Minores, Pontifice mandante, & Sancto Ludovico IX. impellente, in Collegium Univerſitatis admiſerint, hoſtili tamen, & iniquo animo pertractarunt, famoſis contra eoſdem editis libellis, peſtilenti etiam, infamique, cui titulus, *Liber Directorius in Evangelium Æternum*, nomine eorumdem Fratrum, ut ſuo loco videbimus, evulgato, cujus Academici ipſi auctores erant, & architecti.

(7) Has duas Alexandri IV. litteras clariſſimus Sbaralea commemorat in nota (*b*) ad Bullam ejuſdem Pontificis, *Quaſi lignum vitæ*, tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 36. ab ipſo vulgatam. At mirum profecto, ipſum, qui plures affert Conſtitutiones ad hanc rem pertinentes, has duas non exſcripſiſſe, ſed tantummodo in notis, ut dictum eſt, commemoraſſe. Controverſia, de qua verba facit in his Alexander IV., agebatur ab Academicis Pariſienſibus cum Fratribus Prædicatoribus æque ac Minoribus, hos non minus, quam illos ab Univerſitate excluſos volebant, & contra utroſque varios edidere libellos, quorum unum, deſuper in nota (5) ad Bullam præcedentem commemoratum, *De periculis noviſſimorum temporum* inſcriptum, damnavit, & comburi juſſit Anagniæ anno 1256. Alexander, non Clemens IV., ut ait in Vita Sancti Thomæ Aquinatis Guillelmus de Tocco apud Bullandianos tom. 1. Actorum SS. Menſis Martii.

(1) *Sancti Silveſtri de Pereto*, anno 1238. ab Andrea de Pontibus ditati, ut patet ex Inſtrumento donationis ejuſdem, adnotato in Bulla Innocentii IV., *Cum a nobis petitur*, vulgata a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 329. Anno ſequenti 1239. Matthæus Abbas Monaſterii Farfenſis, inclyti Ordinis S. Benedicti, ad preces Cardinalis Raynaldi Oſtienſis Epiſcopi, & Clariſſarum Protectoris, eamdem Eccleſiam S. Silveſtri cum omnibus ſuis pertinentiis eiſdem Monialibus libere donavit cum

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1252.

mus. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ut de poſſeſſionibus, ſeu molendinis veſtris nulli decimas ſolvere teneamini, nec ad eas ſolvendas ab aliquo compelli poſſitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis in-

Monialium petitionem Pontifex admittit.

Eaſdem eximit ut ſupra.

cum annuo cenſu unius libræ ceræ, & duodecim ſolidorum *Provenienſum*, eidem Farfenſi Monaſterio *in Quinta Feria ante Reſurrectionem Domini* ſolvendorum, hac addita conditione: *Si aliquo tempore contigerit, quod in Monaſterio veſtro regula Dominarum Ordinis S. Damiani non habeatur, ipſa Eccleſia S. Silveſtri cum omnibus bonis ſuis ad jus, & proprietatem Farfenſis Monaſterii revertatur*. Hanc donationem anno 1243. ſub die 5. Novembris confirmavit Innocentius IV. per ſuum diploma, *Perſonas illas*, legendum apud Waddingum in Regeſto Pontificio num. v., & apud Sbaraleam tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 312. ipſum continens donationis prædicti Abbatis Inſtrumentum; mox vero Alexander IV. per ſuas litteras, *Religioſam vitam*, inferius afferendas. Hanc eamdem Eccleſiam cum omnibus ſuis bonis, juxta conditionem in Inſtrumento appoſitam, rediiſſe ad jus, & proprietatem Monaſterii Farfenſis ante annum 1466., ac proinde ante id temporis a Clariſſis derelictam fuiſſe, conſtat ex Diplomate Pauli II., cujus extat Exemplar in Archivo prælaudatæ Familiæ de Maccaphanis, quod hic evulgare placet.

„ *Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei*.
„ Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Marſican. in ſpiritualibus Generali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.
„ Regimini univerſalis Eccleſiæ præſidentes, ſincere obſequentium vota fidelium ad exauditionis gratiam libenter admittimus, & favore benevolo confovemus. Sane pro parte filiorum dilectorum Jacobi, & Joannis Antonii de Machaphanis de Pireto, Fratrum Laicorum, Marſicanæ Diœceſis, petitio continebat, quod Ven. Frater Noſter Joannes Archiepiſcopus Tranenſis, qui Monaſterium Farfenſe Ordinis S. Benedicti nullius Diœceſis, ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica obtinet in Commendam, provide attendens, quod ipſi Fratres, & eorum Progenitores, ad Eccleſiam S. Silveſtri dictæ Diœceſis, cujus collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio, dum pro tempore vacat, ad Abbatem dicti Monaſterii pro tempore exiſtentem, de antiqua, & approbata, ac hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertinet, retroactis temporibus geſſerant, prout ipſi Fratres adhuc gerebant, ſingularem devotionis affectum, illamque multipliciter melioraverant, & de bonis eorum propriis Domum dictæ Eccleſiæ reficere proponebant, & quod S. Angeli, & S. Thomæ Rurales Eccleſiæ dictæ Diœceſis, quæ de jure Patronatus eorumdem Fratrum exiſtebant, perpetuæ Cappellaniæ ſub invocatione S. Joannis Evangeliſtæ ad Altare Majus dictæ Eccleſiæ S. Silveſtri, ordinaria auctoritate perpetuo unirentur, annecterentur, & incorporarentur, conſenſerant ex præmiſſis, & certis aliis tunc expreſſis cauſis rationabilibus Jus Patronatus, & præſentandi Perſonam idoneam Abbati dicti Monaſterii pro tempore exiſtenti ad dictam Eccleſiam S. Silveſtri, quoties illa ex tunc vacare contingeret, eiſdem Fratribus per ſe, & eorum Hæredibus in perpetuum ſua auctoritate conceſſit, atque donavit, prout in quibuſdam litteris autenticis, ipſius Archiepiſcopi ſigillo munitis, plenius dicitur contineri. Et ſicut eadem petitione ſubjungebant Fratres prædicti, omnia prænarrata, ut præfertur, pro majori parte fecerunt, & totaliter adimplevere, ac quoſdam poſtes, & bona immobilia valoris centum florenorum aureorum de Cammera, ad ipſos Fratres legitime pertinentia, Eccleſiæ S. Silveſtri, cujus fructus, redditus, & proventus viginti florenorum aureorum ſimilium, ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum non excedunt, in augmentum dotis illius dare, & aſſignare parati exiſtunt. Quare pro parte eorumdem Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Jus Patronatus hujuſmodi, & præſentandi Perſonam idoneam, ut præfertur, eis de novo concedere, aliaſque in præmiſſis eis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, vocatis Rectore dictæ Eccleſiæ S. Silveſtri, & aliis, qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus, & ſingulis tibi legitime conſtiterit, poſtquam Fratres præfati compleverint, quæ facere tenebantur, juxta factæ omnis conceſſionis prædictæ tenorem, & Eccleſiam S. Silveſtri præfatam ſufficienter dotaverint, Jus Patronatus hujuſmodi, & præſentandi Perſonam idoneam ad ipſam Eccleſiam S. Silveſtri Abbati dicti Monaſterii pro tempore exiſtenti, quoties illa ex tunc in poſterum vacare contigerit, eiſdem Fratribus, & eorum Hæredibus, & Succeſſoribus in perpetuum auctoritate noſtra concedas, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterii, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Domini milleſimo quatrigenteſimo ſexageſimo ſexto, Decimo ſeptimo Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno Tertio.„

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſula conſueta.

Datum Neapoli Idibus Maii Pontificatus noſtri Anno Primo (2).

(2) Hoc Monaſterium S. Silveſtri de Pireto ante annum 1227. erectum fuiſſe, clare colligitur ex Bulla Alexandri IV. *Religioſam vitam eligentibus*, ſuo loco in hoc Supplemento afferenda, in qua agens Pontifex de eodem Monaſterio, hæc habet: „ In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, atque inſtitutionem Monialium Incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis, & formulam vitæ veſtræ a felicis recordationis Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. „ Si namque Pireti extabat Monialium Incluſarum Sancti Damiani, ideſt, Ordinis S. Claræ Monaſterium, cum Gregorius IX. adhuc eſſet in officio Cardinalatus, neceſſario ſequitur, idem Monaſterium ante annum prædictum 1227., quo Gregorius Summus Pontifex renunciatus fuit, & Seraphico Patriarcha adhuc in terris agente, utpote qui ad Cœlum evolaverit anno 1226., erectum fuiſſe. Tandem anno 1761. hæc S. Silveſtri Eccleſia una cum ædificiis adnexis, terraque circumpoſita, a Nobiliſſima Columnenſium Familia, ad cujus dominium pertinet Pireti Oppidum cum aliis finitimis, Fratribus Minoribus Romanæ Provinciæ collata fuit, acceptante P. F. Cherubino Romano, Miniſtro eo tunc ejuſdem Obſervantis Provinciæ, ut Ordinis Cœnobium inibi extrueretur, e quo Fratres nonnulli deputarentur ad hoſpitandum apud B. Virginem *de Biſognoſi* nuncupatam, cujus cura, ut videbimus in nota (1) ad Bullam, *Sanctorum meritis*, quæ eſt XXVIII. Alexandri IV. in hoc Supplemento relata, iiſdem Fratribus noſtris eodem anno ab ipſis Columnenſibus demandata fuit. Waddingus ad annum 1238. num. XXI. de hoc S. Silveſtri Monaſterio hæc habet: „ In Marſicana Diœceſi, non illa Regni Neapolitani, quam in Lucania, ſeu Baſilicata ſub Archiepiſcopo Beneventano reponit Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologii, quæ tamen Salernitano ſubeſt Archiepiſcopatui (quem dum hæc ſcriberem, anno MDCXXIV. menſe Decembri, contulit Philippus IV. in Illuſtriſſimum Dominum, ſingularem meum Mæcenatem, Gabrielem a Trejo Cardinalem, ultra hæc magna quæque merentem) ſed illa, quæ idem habet nomen in Latio a Marſorum Metropoli apud Fucinum Lacum, inter Albam Marſorum, & Soram, Cliterno, ſeu Celano, & Triſanguis proxima, Matthæus Abbas, & Conventus Monaſterii Farfenſis olim celebris, & ſumptuoſi, pulchro in colle ad dexteram Farfari amnis in Umbria, dederunt pro conſtruendo hujus Inſtituti Virginibus Eccleſiam Sancti Silveſtri de Pereto, ſibi pleno jure ſubjectam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis; & nobilis vir Andreas de Pontibus, quondam patronus ejuſdem Eccleſiæ, juſpatronatus ipſius, & omnia, quæ ratione juris ejuſdem, vel alio modo ſibi competebant in illa, eiſdem Virginibus provida liberalitate remiſit, ſubmittens ſe, ac hæredes ſuos, certa pœna interpoſita, juriſdictioni ſpirituali Raynaldi Epiſcopi Oſtienſis, & Velletrenſis, earumdem Damianitarum Protectoris, & ſucceſſorum ejus, ſi contra prædicta ipſe, vel hæredes ejus præſumerent attentare. Donationem hanc fecit coram Fratre Raynaldo Minorita, dicti Cardinalis Capellano, vocatis pluribus teſtibus, ut conſtat ex Inſtrumento publico inſerto Bullæ Innocentii IV. Pontificatus anno I. Prima autem Abbatiſſa fuit Ymilla dicti Andreæ Soror. „ Hæc Waddingus, qui dum ait, Matthæum Abbatem, & Conventum Monaſterii Farfenſis dediſſe Clariſſis Eccleſiam Sancti Silveſtri, ut pro ipſis conſtrueretur, intelligi debet de ipſius Eccleſiæ reparatione, quia, uti diximus in nota (4) ad Bullam, *Gratiſſima Deo*, anno 1096. tranſierat ad Patres Benedictinos, cum eſſet jam vetuſtiſſima, ut ibi pariter adnotarum fuit. Si vero cenſuit Analiſta, hoc S. Silveſtri Monaſterium Clariſſas inhabitare cœpiſſe ann. 1238., uti cenſuiſſe videtur ex eo, quod primam Abbatiſſam adnotet Ymillam Andreæ de Pontibus Sororem, corrigendus eſt ex eadem Bulla Alexandri IV., in qua, ut ſuperius audivimus, habetur, quod Ordo Monialium Incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis, cum Gregorius IX. adhuc eſſet in officio Cardinalatus Pireti in eodem loco S. Silveſtri inſtitutus erat.

Digitized by Google

V I.

Quod Moniales S. Silveſtri de Pireto non teneantur præſtare procurationes, aut ſubſidia Legatis Apoſtolicis, aliiſque perſonis quibuſcumque. Ex Archivo ejuſdem gentis Maccaphaniæ.

An. Ch. 1255. Die 15. Maii.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, ac Monialibus S. Silveſtri de Pereto (1) *Ordinis S. Damiani Marſicanæ Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cauſa conceſſionis Monialium paupertas. Moniales eximit ut ſupra.

PAupertati veſtræ, quam voluntarie propter Deum ſuſtinetis, ac quieti veſtræ, paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos ad præſtationem procurationum

(1) *De Pereto*, ut in Bulla ſuperiori, Oppido Marſorum prope lacum Fucinum, qui nunc Celani dicitur, in quo Oppido natus eſt F. Antonius Angelus, qui prius Legatus Apoſtolicus in Angliam; mox anno 1405. in Comitiis Argentinenſibus Miniſter Generalis electus, anno 1408. officio privatus fuit a Gregorio XII., quod, ipſo inconſulto, Capitulum Generale in Civitate Aquilana convocaſſet, licet poſt mortem F. Guillelmi Giannetti, qui ei datus fuerat Succeſſor, intermiſſam Præfecturam iterum aſſumpſerit, interfueritque Concilio Generali Conſtantienſi, anno 1414. inchoato. Olim incerta fuit illius patria, itaut Rodulphus Græcum ex Provincia Romaniæ ipſum putaverit, ſed tandem ſententia Mariani Florentini, qui eum Romanæ Provinciæ alumnum aſſeruit, confirmata eſt ex Sepulchrali Monumento, quod Pireti in Eccleſia S. Georgii conſpicitur, quodque Waddingi Additor ad annum 1405. num. 11. ita exhibet:

HIC SVNT ANGELI DE VINITTO CLARI . I. C.
ET IVLIE DE MACCAPHANO CONIVGIS OSSA SITA
FR. ANTON. ANGEL. ORD. S. FRANCIS.
S. THEOLOG. DOCT. ET HERCVL. HERES
FILII MONVMEN. PP.
ANN. MCCCLXXXIX.

Verum licet hic lapis nullum relinquat de Patria Fr. Antonii Angeli ambigendi locum, dubium tamen non aufert omne de illius familia, quam Additor prælaudatus eamdem eſſe putavit, ac *de Vendetta*, ſeu, *de Vendettinis*, in Marſis pervetuſtam, & adhuc nobilitatis laude Pireti florentem. Præſtat dubitandi rationem aliud Sepulchrale Monumentum, quod Romæ in Eccleſia S. Mariæ Novæ in Foro Bovario ſic legitur:

AETERNO . AC . VERO . DEO . SAC.
NARDO . DE . VENECTINIS . ROMANO . VIRO EXIM
IO . QVI . OB VIRTVTEM . SEMEL . VRBIS . REFORM
ATOR . A . POPVLO FACTVS . X. CAMERE VRBIS C
ONSERVATOR . VIIII. MENSES SENATORIVM M
AGISTRATVM . LAVDABILITER EGIT .
LAVRENTIVS . VENECTIN . SAC. PRIN
CIPIS . APOSTOLORVM . BASILICE . CA
NONICVS . PATRI OPTIMO . AC B. M. FECI
OB . A. M. IICIIXXX.

Hoc, inquam, Sepulchrale Monumentum cum ſuperiori collatum præſtat dubitandi fundamentum. Etenim Inſigne gentilitium, huic ſecundo lapidi inſculptum, Vas unum exhibet tantummodo abſque alio ſimbolo in medio poſitum; illud vero priori lapidi adnexum oſtendit Crucem Cometam habentem in ſummitate locatam, ac duas medias lunas hinc inde in angulis ſuperioribus ejuſdem Crucis expreſſas; ex quibus clare colligitur, Familiam *de Venectinis*, ex qua fuit Nardus Romanus, eſſe diverſam ab illa *de Vinitto*, ex qua progenitus fuit Frater Antonius Angelus de Pireto. Difficultatem auget quod nonnulli ſcribunt, Nardum ſcilicet, & Fratrem Antonium Angelum fuiſſe germanos fratres, quia nullatenus credibile eſt, duos filios, ex eodem patre procreatos, diverſum habuiſſe Inſigne gentilitium, eorumque unum de Pireto, ac *de Vinitto*, alterum Romanum, & *de Venectinis* dici debuiſſe; unde libentius crederem, Fratrem Antonium Angelum ad aliam pertinuiſſe familiam, Pireti adhuc exiſtentem, & *de Vendetto* nuncupatam. Unum hic adhuc dicendum ſupereſt, non deeſſe nempe Scriptores, qui Fratrem Antonium Angelum e Familia Maccaphana progenitum volunt, quorum unus eſt Febonius in Hiſtoria Marſorum, alter Corſignanus in Opere, & in Indice *de Viris illuſtribus Marſorum*. Primus namque lib. 3. pag. 210. de Maccaphana Gente verba faciens, *Maccafana Familia*, inquit, *illuſtris multis Epiſcopis, quos peperit, aliiſque viris dignitatibus inſignitis, qui aliquando etiam in Dominio Piretum oppidum tenuerunt, ut Monaldeſchus in Annal. aſſerit; adhuc tamen antiquum ſplendorem non amiſit. Nec minorem gloriam illi contulit Fr. Antonius Angelus totius Ordinis Minorum Conventualium Generalis Miniſter, in Comitiis Argentinæ habitis electus anno* 1405. Hæc Febonius, qui in eo decipitur, quod ipſum dicat Generalem Conventualium, qui nondum eotunc nati erant, ut in noſtris Animadverſionibus demonſtratum eſt. Secundus, nempe Corſignanus, advertit, quoſdam volu-

Digitized by Google

num (2) Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nuntiorum ipſius, aut exactionum, vel collectorum, ſeu ſubſidiorum quorumcumque minime teneamini (3). Nec ad ea ſolvenda per litteras dictæ Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nuntiorum ejuſdem, cujuſcumque tenoris exiſtant, aut cujuſcumque auctoritate in perpetuum compelli minime valeatis. Nos enim decernimus irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas propter hoc in vos, vel in veſtrarum aliquas, aut Monaſterium veſtrum in poſterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

Clauſula prohibens.

Datum Neapoli Idibus Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

VII.

Decernit, quod Moniales S. Angeli de Aſculo a nemine per litteras Apoſtolicas compelli poſſint ad Sororis alicujus receptionem, niſi de ipſis, & earum Ordine mentionem fecerint expreſſam. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc Monachorum Congregationis Montis Oliveti.

ALEXANDER EPISCOPUS

An.Ch. 1255. die 27. Maii.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Coeleſtia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud ſpeciale favoris præſidium impendimus, quod eis pacis, & quietis producere gratiam ſentiamus. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut ad receptionem alicujus Sororis compelli per litteras Apoſtolicas, ſeu Legatorum ejus, ullatenus non poſſitis, niſi de indul-

Exordium.

Decernit ut ſupra.

voluiſſe, Antonium Angelum fuiſſe *Maccaphanum*, qualem Pireti & ipſa deprædicat popularis traditio. Nec oppoſitum evincit lapis deſuper exſcriptus, in quo filius exprimitur Angeli de Vinitto, & quidem pluribus de cauſis. In primis lapis ille nimis recens videtur, & longe poſt tempora in eo ſignata confictus, quemadmodum de hoc ipſo lapide ſciſcitatus ex characteribus, & ex modo ſcribendi adjudicavit inter cæteros Vir clariſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Petrus Aloyſius Galletti, ex Monacho Caſſinenſi nunc Cyrenenſis Epiſcopus, quem honoris cauſa nomino, optimumque judicium ejus invictiſſime confirmatur ex alto veterum Scriptorum tum noſtri Ordinis, cum exterorum ſilentio, quia horum nullus reperitur, qui de tanto viro pertractans illius lapidis, vel inſcriptionis mentionem fecerit. Confirmatur etiam ex eo, quod hujuſmodi lapis conſpiciatur, ut diximus, in Eccleſia S. Georgii, quam conſtat ex monumentis Pireti aſſervatis antiquiorem non eſſe anno 1584. Secundo, lapis, de quo agimus, novitatis, & falſitatis evincitur etiam ex eo, quod nomen Juliæ de Maccaphanis, quæ conjux in eo exprimitur Angeli de Vinitto, & Fratris Antonii Angeli Mater, nec in arbore genealogica nobilis ipſius Familiæ de Maccaphanis, nec in alio hiſtorico monumento Pireti exiſtente reperiatur.

(2) *Procurationum*; quæ Dominis ad prædia divertentibus debebantur a Vaſſallis, dum condictis vicibus ipſos Dominos hoſpitio, & convivio excipiebant, quæ Procurationes, ut ait Freſnius in Gloſſario, quandoque in ſummam aliquam pecuniariam convertebantur.

(3) *Minime teneamini*. Eamdem exemptionem ſub eadem omnino verborum forma conceſſit idem Alexander IV. Clariſſis univerſis per ſuum Diploma ſimiliter incipiens, datum Neapoli Idibus Aprilis Potificatus anno primo, allatum a Waddingo in Regeſto Pontificio numer. x. & a Sbaralea in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 31.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

dulgentia hujuſmodi, & Ordine veſtro de verbo ad verbum plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Nulli ergo &c.

Datum Neapoli VI. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno Primo.

VIII.

Indulget eiſdem Monialibus, ut per litteras Apoſtolicas a nemine conveniri poſſint, niſi de ipſarum Ordine plenam fecerint mentionem.

Ex Archivo ejuſdem Monaſterii S. Angeli, nunc ad Monachos Olivetanos pertinentis.

An.Ch: 1255. Die 27. Maii.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. (1) *Ordinis S. Damiani* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium.

Indulget ut ſupra.

COeleſtia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud ſpeciale præſidium favoris impendimus, quod eis pacis, & quietis producere gratiam ſentiamus. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas, ſeu Legatorum ejus, ullatenus non poſſitis, niſi de hac indulgentia, & Ordine veſtro de verbo ad verbum plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Nulli ergo &c.

Datum Neapoli VI. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno Primo.

(1) *Sancti Angeli Eſculan.*; Aſculi nimirum in Marchia Anconitana, ut alibi non una ſemel in hoc Supplemento adnotavimus, maxime vero in nota (1) ad litteras modo citatas Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*, ubi etiam vidimus, hoc Monaſterium *Sancti Angeli Magni* nuncupari, atque anno 1460. a Clariſſis juſſu Pii II. tranſiiſſe ad Patres Olivetanos, a quibus adhuc incolitur, quemadmodum videri poteſt in Actis ſuper hac re confectis, quæ MS. ibidem aſſervata, & ad nos perhumaniter tranſmiſſa, rogata per Stephanum de Amodeis, ut alibi etiam indicavimus, cuſa damus in hoc Supplemento ad Bullam XXVII. Alexandri IV. incipientem, *Devotionis veſtræ*, ubi ut plenior de hoc celebri Monaſterio habeatur notitia, nonnulla etiam addimus nomina Monialium, quæ ex hoc S. Angeli, Olivetanis Monachis conferendo, ad alia tranſierunt ejuſdem Civitatis Monaſteria, quæque, poſt annos aliquot in reſpectivis Clauſtris adhuc viventes, annuam portionem ſibi in ipſa translatione conſtitutam, & a prædictis Monachis ſolvendam, recipiebant.

(2) *Ordinis Sancti Damiani*; ideſt Ordinis Sanctæ Claræ ob rationes in hoc Volumine pluries indicatas, præſertim in nota (2) ad Bullam III. Gregorii IX., modo citata *Cum a nobis petitur*.

IX.

Digitized by Google

I X.

Monaſterium S. Silveſtri de Pireto cum omnibus ſuis bonis ſub Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit, privilegiis ditat ampliſſimis, & gratias ab Abbate Farfenſi eidem indultas confirmat. Ex Autographo Pireti aſſervato in Archivo nobilis Familiæ de Maccaphanis.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1255. die 26. Junii.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii S. Silveſtri de Pereto, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis.

REligioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Silveſtri de Pereto Marſicanæ Diœceſis (1) in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam (2) atque inſtitu-

Exordium a conceſſionis decentia.

Monialium precibus annuit Pontifex.

Monaſterium ſub A. S. protectione ſuſcipit.

Præſcribitur regula in eo ſervanda.

Q

(1) *Marſicanæ Diœceſis*, in Provincia Aprutina, olim Pennenſi, nunc S. Bernardini, non in Salernitana, ut per lapſum habet Waddingus ad annum 1243. num. XXVII., quam quam ei parcendum ſit, tum quia ipſemet Annaliſta id advertit ad annum 1238. num. XXI., uti jam vidimus pag. 57. in nota (2) ad Bullam VIII. hujus Pontificis, *Cæleſtia quærentibus*; tum etiam quia alii plures in hoc lapſi ſunt, ut ait Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. *de Marſorum Epiſcopis*, ubi hæc habet: *Quoniam tam in antiquis, quam recentioribus monumentis Marſorum Epiſcopi, Marſicanenſes vocantur; plerique hos cum Epiſcopis Marſicanenſibus Provinciæ Salernitanæ ex nominum ſimilitudine ita confundunt, ut vix hi ab illis videantur poſſe diſtingui*. Marſorum regio a Gothis, & Longobardis, ut notat idem Ughellus ibidem, Provincia Valeria dicta fuit, ſæpe a S. Gregorio Magno in Dialogis commemorata, ab Urbe Valeria, Patria Bonifacii IV. Summi Pontificis, quæ in ruderibus ad littus Laci Fucini, nunc Celani, ſepulta jacet.

(2) *B. Benedicti regulam*, quam Gregorius IX., cum adhuc eſſet Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis circa annum 1216. S. Claræ, ejuſque Sororibus Aſſiſii apud S. Damianum commorantibus, nonnullis additis Conſtitutionibus, tradidit obſervandam, ut Gregorius ipſe fatetur in ſua Bulla, *Cum omnis vera religio*, & Innocentius IV., & Urbanus item IV. in reſpectivis epiſtolis, *Solet annuere*, &, *Beata Clara virtute clarens*, confirmant, Alexander vero IV. in hoc ſuo Diplomate apertiſſime declarat. Hinc propterea, cum eadem omnino verba occurrant in Bulla Urbani IV., quam editam XIII. Kal. Aprilis anni 1263. pro Monialibus S. Mariæ Magdalenæ de Matelica, in quo B. Mathia de Nazaræis religionis habitum ſumpſit, & anno 1300. ad Cœlum evolavit, Octavius Turchi in ſuo Opere, *Camerinum Sacrum lib. 6. cap. 10. pag. 355. Nota 1.* immerito contendit, Moniales prædictas, & Beatam ipſam per conſequens ad S. Benedicti Ordinem pertinuiſſe. Et quin dicamus, Urbani Diploma a Turchi citatum, ſicuti nec illud Nicolai IV., & Clementis VII. ab eo in ſui aſſerti confirmationem allatum, in nullo Bullario impreſſum, nec in Vaticano Archivo reperiri, ut, poſt diligentem perquiſitionem, ſolemni atteſtatione ſolito ſigillo munita ſub die 9 Maii 1765. fatetur Joannes Conti, ejuſdem Archivi Subſtitutus, id unum addimus, quod ſi Moniales Matelicenſes hac de cauſa Benedectinæ dicendæ ſint, tales dicendæ erunt etiam illæ S. Silveſtri de Pireto, ac S. Angeli de Aſculo, quia Alexander IV. in alia ſua Bulla ſimiliter incipiente, ſuo loco afferenda, iiſdem utitur verbis, quibus utitur in præſenti pro Monaſterio S. Silveſtri, quod nemo hactenus ſomniavit. Imo, hac ratione admiſſa, Sanctimoniales omnes, quas Urbanus IV. Clariſſas appellari mandavit, Benedictinas dicemus, eo quod Gregorius IX. in ſua Conſtitutione, *Cum omnis vera religio*, regulam *Beatiſſimi Benedicti* ſe illis obſervandam tradidiſſe fateatur, & hanc ipſam regulam eiſdem confirmaverint Innocentius IV., *Solet annuere*, & ipſemet Urbanus, *Beata Clara virtute clarens*. Accedit, quod Moniales S. Magdalenæ Matelicenſis, nunc B. Mathiæ, ab anno 1237. Miniſtro Fratrum Minorum ſubdebantur, ut apparet ex publico Inſtrumento Profeſſionis, rogato hoc eodem anno, *Indictione 10. die 11. intrante Januario*, in quo de *Roſa* quadam, *filia quondam D. Ranni Alberti Gualterii*, dicitur, quod ingreſſa Monaſte-

ſtitutionem Monialium Incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis, ac formulam vitæ veſtræ a felicis recordationis Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Ordini veſtro

naſterium S. Mariæ Magdalenæ, *promiſit obedientiam, & reverentiam Fratri Petro, Miniſtro Fratrum Minorum*; quodque idem Frater Petrus dixit ei: *Vis tu eſſe reddita Deo huic loco S. Mariæ Virginis, & S. Mariæ Magdalenæ? Et ipſa dixit, volo; & ipſe Frater Petrus, & ſuæ Sorores receperunt eam*. Hanc Monialium Matelicenſium Miniſtro Fratrum Minorum ſubjectionem clare item deprehendimus ex aliis duobus Inſtrumentis, rogatis eodem anno *per Attonem Apoſtolicæ Sedis Notarium*, & aſſervatis una cum ſuperiori in Archivo ejuſdem Monaſterii. Horum primum continet *Mandatum Procuræ*, factum a Monialibus, ut hæredes Parentis antedictæ Roſæ vocarent in judicium *coram eodem Fratre Petro Miniſtro Fratrum Minorum, vel coram Philippo Camerinenſi Epiſcopo*. Secundum vero exhibet compromiſſum inter præfatos hæredes, & Monaſterii Procuratorem, qui ſub die 11. Aprilis ejuſdem anni 1237. invicem convenerunt, *quod quidquid Frater Petrus Miniſter Fratrum Minorum dixerit, quod prædicta Domina cum ſuis Sororibus, & Sindicis dictæ Univerſitatis faciant cartam filiis Lazari quietationis, & tranſactionis factam inter prædictos, ſtabunt ad ejus dictum, & ſi contingeret quod dictus Frater Petrus non veniret, vel diceret hinc ad medium Madium proximum, Dominus Philippus Epiſcopus Camerinenſis deberet dicere*. Et hoc ideo ſane, quia, ut ait Fagnanus in cap. *Quanto* de Offic. Ordinar. *Jure Communi inſpecto Monaſteria omnia ſubjecta erant juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani; & tamen juriſdictio hujuſmodi ex* cap. *Monaſteria* 18. quæſt. 2. *non competebat Epiſcopo privative ad Superiores Regulares, ſed cumulative cum ipſis*. At quo jure juriſdictio in Moniales S. Mariæ Magdalenæ de Matelica Miniſtro Fratrum Minorum competere poterat, ſi ipſæ Moniales ad Ordinem S. Benedicti pertinuiſſent? Quid Franciſcanis cum Sanctimonialibus Benedictinis? Si ergo in eas Fratres Minores juriſdictionem exercebant, profecto Franciſcanæ erant, non Benedictinæ. Confirmatur idipſum ex alio publico Inſtrumento, rogato anno 1272. Indictione 15. die 1. Junii, in quo prædictæ Moniales *conſtituerunt, & ordinaverunt Fratrem Andream Converſum dicti Monaſterii earum, & dicti Monaſterii Syndicum Procuratorem*. Hanc diſciplinam Converſos, vel Oblatos retinendi ad obeunda Monaſterii munia, viguiſſe apud Clariſſas intelligimus ex Bulla Alexandri IV., *Ut Oblati*, edita a Sbaralea; ex alia ejuſdem Pontificis ſimiliter incipiente, vulgata a nobis in hoc Supplemento; ex altera Innocentii IV., *Conquerentibus dilectis*, deſuper legenda; & ex illa Gregorii IX., *De tua Diſcretione*, videnda apud eumdem Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 137. Moniales igitur Matelicenſes ad Franciſcanum Ordinem pertinebant; ac proinde etiam B. Mathia de Nazaræis, quæ anno 1300., uti diximus, inibi ex hac vita migravit.

Quæ hactenus dicta ſunt roborari poſſunt ex ipſo Turchi lib. 4. cap. 4. pag. 201. in Notarum fine ſcribente, *Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ de Matelica juſſu Adriani VI. reformatum fuiſſe, amotis inde Monialibus Ordinis Sancti Benedicti, & Clariſſis ſubintroductis*. Cum namque reformatio idem ſit ac in priſtinam formam reſtitutio, Monaſterium Matelicenſe reformari non potuit, niſi amotis ab eo corruptelis, & antiqua vivendi forma in eodem reſtituta. Sed ſcribit Turchi reformatum fuiſſe, Adriano VI. Summo Pontifice; corruptelæ ergo inde amotæ fuerunt, & exacta regulæ Clariſſarum obſervantia in eo reſtituta fuit. Inquit ipſe, amotæ inde fuerunt Benedictinæ: Ergo, reponam, Monaſterium S. Magdalenæ non fuit reformatum, ſed immutatum per novam ſubintroductam regulæ Clariſſarum profeſſionem. Verum ut omnis æquivocatio tollatur, ſcire juvat, quod Clariſſæ, quæ temporibus Julii II., Leonis X., & Adriani VI. a ſtatu vitæ laxioris ad integram regulæ S. Claræ obſervantiam tranſierunt, ab Ordine S. Benedicti ad illum S. Franciſci traslatæ aliquibus in locis dicebantur, quod facto comprobatur. Cum circa annum 1514. vel 1515. reformandum eſſet Monaſterium Clariſſarum S. Antonii Abbatis Barcinonæ, illius Moniales, ne hujuſmodi ſubirent reformationem, contendere cœperunt, ſe nequaquam Clariſſas, ſed Benedictinas eſſe, idque probabant Innocentii IV. Diplomate, in quo eis præſcribitur vivendi forma *ſecundum Deum, & regulam S. Patris Benedicti*; quodque *Abbatiſſa eligatur ſecundum regulam S. Benedicti*. At quis non videt, hoc Innocentianum Diploma illud eſſe, quod incipit, *Solet annuere*, in quo Pontifex, Clariſſas alloquens univerſas, inquit: *Regulam Beatiſſimi Benedicti, in qua virtutum perfectio, & ſumma diſcretio noſcitur inſtituta, quæ a Sanctis Patribus a principio devote ſuſcepta eſt, & ab Eccleſia Romana venerabiliter approbata, vobis tradimus obſervandam in omnibus, in quibus eadem vivendi formula vobis a Nobis tradita, ſecundum quam ſpecialiter vivere decreviſtis, contraria minime comprobatur*, Conſtitutionibus nempe, quibus ipſa regula S. Benedicti ſtatui Clariſſarum a Cardinali Hugolino aptata fuerat? Hoc tamen non obſtante, Moniales Barcinonenſes, quæ revera erant Clariſſæ ab ipſa Monaſterii fundatione, ac tales ab omnibus ſemper habitæ fuerant, ſe Benedictinas dicentes, & Clariſſas eſſe negantes, tunc Benedictinæ adjudicatæ, a regimine Fratrum Minorum ad obedientiam Ordinis S. Benedicti tranſierunt. Ex hoc facto colligitur, quod Clariſſæ, quæ regulam S. Benedicti a Cardinali Hugolino acceptam, ac ipſis accomodatam profitebantur, etiam Benedictinarum nomine audiebant, cumque a laxiori vivendi ratione ad exactam ſuæ regulæ obſervantiam adigerentur, ab Ordine S. Be-

ſtro traditam cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur (3). Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium inpræſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata remaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum vero, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Domos, Terras, Prata, Sylvas, & Poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui dicitur Campus Catinus: Domos, Terras, & Poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui Sanctus Maurus vocatur. Terram, quam habetis ſub Eccleſia Sancti Petri de Caſtro Pereti: Terras, & Poſſeſſiones, quas habetis in locis, qui Battute, & Fons de Sablun. vulgariter nuncupantur: Vineam, quam habetis ſub Caſtro Pereti: Vineam, Terras, & Poſſeſſiones, quas habetis juxta Formellum: Domos, Caſalina, redditus, & Poſſeſſiones, quas habetis in Caſtro Pereti: Molendina, quæ habetis prope ipſum Caſtrum, cum Terris, Vineis, Pratis, Nemoribus, Uſuagiis, & Paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & Molendinis in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas e ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco diſcedere (4); diſcedentes vero nullus audeat retinere. Oleum quoque Sanctum, Conſecrationes Altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, benedictiones Monialium, ſive alia Eccleſiaſtica Sacramenta a quocumque malueritis Catholico recipietis Epiſcopo, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ obtinente (5). Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua, quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptione,

Bona ſtabilia confirmantur.

Bona Monaſterii nominatim recenſentur.

Facultatem impartitur recipiendi perſonas liberas ad Monaſterium fugientes.

Religionem profeſſis prohibetur diſceſſus ab illa.

Privilegia ampliſſima Monialibus concedit.

Abbatiſſa quomodo eligenda.

S. Benedicti ad Inſtitutum S. Claræ tranſire dicebantur. Idipſum contigiſſe Monialibus Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Matelica, ſub Adriano VI. reformatis, ſuadet in primis earumdem ab anno 1237., ut audivimus, Miniſtro Fratrum Minorum perfecta ſubordinatio: ſuadent B. Mathiæ de Nazaræis Imagines in eodem Monaſterio exiſtentes, & judicio peritorum longe ante Pontificatum Adriani VI. habitu Franciſcano ipſam indutam exprimentes, cum incredibile ſit, Moniales, ut ait Turchi, Benedictinas pati voluiſſe, quod in habitu a Benedictino diverſo exprimeretur: ſuadent denique Scriptorum omnium Ordinis S. Benedicti tum de ipſa Beata, cum de illius Monaſterio ſilentium; ac plurium e contra Minoritarum aſſertio, Monaſterium, & Beatam Mathiam ſemper ad ſuum Ordinem pertinuiſſe affirmantium; necnon perpetua traditio earumdem Monialium, & populorum, quæ omnia ſi dicantur infirma eo quod Moniales Matelicenſes regulam S. Benedicti profeſſas fuiſſe legamus, jam Clariſſæ omnes dicendæ erunt Benedictinæ, quia prius Gregorius IX., deinde vero Innocentius IV., Alexander IV., & Urbanus IV. *regulam Beatiſſimi Benedicti* eis tradiderunt *obſervandam*. De hac re vide etiam notam (3) ad Bullam Gregorii IX., *Tibi ſalutis*, in hoc Supplemento pag. 4. exaratam.

(3) *Inviolabiliter obſervetur*, una cum Conſtitutionibus, quibus, uti dictum eſt in nota ſuperiori, Cardinalis Hugolinus, qui poſtea fuit Summus Pontifex Gregorius IX., regulam S. Benedicti Clariſſarum aptaverat profeſſioni. Ex præcedentibus verbis colligitur, ut advertimus etiam in nota (2) ad Bullam, *Sacram Religionem*, Pireti S. Silveſtri Monaſterium ante annum 1227., & adhuc in terris agente Seraphico Parente, erectum fuiſſe.

(4) *Nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco diſcedere*, quod Clariſſis inhibetur etiam in regula ipſis tradita a Gregorio IX., in qua habetur: *Omni tempore vitæ ſuæ clauſæ manere debent, & poſtquam Clauſtrum hujuſmodi religionis intraverint aliquæ regularem habitum aſſumentes, nulla eis conceditur licentia, vel facultas inde ulterius exeundi*.

(5) *A quocumque malueritis Catholico recipietis Epiſcopo, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ obtinente*. Hoc privilegium ampliſſimum, & ſingulare fuit, quia cum hæc de jure ordinario, & communi ad Epiſcopalem juriſdictionem pertineant, a proprio Diœceſano, vel ab alio de mandato ipſius recipienda ſunt.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

Cenſuræ latæ in Moniales, & Monaſterium nullæ declarantur. Prohibet ne ulla violentia, intra Monaſterii ſepta perpetretur.

ne, aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel etiam major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam provideat eligendam (6). Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam, tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, decernimus non tenere. Paci quoque, ac tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Pæterea omnes libertates, & immunitates, quas Monaſterio veſtro quondam Abbas Monaſterii Farfenſis (7) de Conventus ſui aſſenſu indulſiſſe dignoſcitur, ſicut in eorumdem litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſorum Abbatis, & Conventus præſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt.

Confirmat immunitates Monaſterio conceſſas.

Diploma donationis, & exemptionis Abbatis Farfenſis.

Eccleſia S. Silveſtri collapſa.

„ Matthæus Dei gratia Monaſterii Farfenſis (8) Abbas, totuſque Conventus ejuſdem Monaſterii dilectæ in Chriſto filiæ Ymillæ (9) Abbatiſſæ Monaſterii S. Silveſtri de Pereto Ordinis S. Damiani, & ſuis Sororibus tam præſentibus, quam futuris æternam in Chriſto ſalutem. Quia vero dilectæ in Chriſto filiæ Mundi pompam, & delicias contempſiſtis, & ipſius Chriſti ſequentes veſtigia, elegiſtis habitare incluſæ corpore, ut mente libera poſſitis Domino famulari, nos pium, & ſanctum veſtrum propoſitum in Domino commendantes, conſiderantes, & cognoſcentes indicio evidenti ipſam S. Silveſtri Eccleſiam, quæ tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus enormiter eſt collapſa, per vos poſſe redire ad ſtatum proſperitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis (10) ad preces etiam Venerabilis Patris „ Do-

(6) *Secundum Deum, & Beati Benedicti regulam provideat eligendam*; ob cujus regulæ profeſſionem Clariſſarum Præpoſitæ forſan Abbatiſſæ nomen acceſſit; unde Urbanus IV., qui regulam S. Benedicti, a Cardinali Hugolino, poſtea Gregorio IX., Clariſſis datam, ut alibi etiam diximus, eiſdem ſpecialiter tradidit obſervandam, cap. 22. ejuſdem regulæ ab eodem relatæ in ſua Bulla, *Beata Clara virtute clarens*, de Abbatiſſæ electione ita decernit: *Electio Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum; confirmatio vero fiat per Cardinalem, cui fuerit iſte Ordo commiſſus, vel auctoritate ipſius*: licet modo fiat vel ab Epiſcopo, vel a Miniſtro Provinciali, cui ſubſunt.

(7) *Quondam Abbas Monaſterii Farfenſis*; Matthæus nomine, ut in Inſtrumento ejuſdem huic diplomati inſerto, quod habetur quoque in Bulla Innocentii IV., *Perſonas illas*, vulgata a Sbaralea, donationis prædicti Abbatis item confirmativa, quemadmodum diximus etiam in nota (1) ad Bullam ejuſdem Alexandri IV., *Sacram religionem*, jam in hoc Supplemento pag. 55. impreſſam.

(8) *Monaſterii Farfenſis*, italice *Farfa*, Ordinis S. Benedicti in Sabinis, in Ducatu Spoletano, inquit Mabillonius, celeberrimi, de quo pluries idem clariſſimus Auctor in Annalibus Benedictinis, præſertim tom. 3. & 4.

(9) *Dilectæ in Chriſto filiæ Ymillæ*, Sorori cujuſdam Andreæ de Pontibus, qui anno 1238., uti conſtat ex ejus Inſtrumento, confirmato ab Innocentio IV. per ſuum diploma, *Cum a nobis petitur*, vulgatum a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 320., ubi & ipſum legitur Inſtrumentum diplomati inſertum, Monaſterium S. Silveſtri de Pireto de ſuis bonis liberaliter ditavit.

(10) *Per vos poſſe redire ad ſtatum proſperitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis*; & revera Eccleſiam S. Silveſtri Monialium opera ante annum 1251. reſtauratam fuiſſe patet ex eo, quod hoc eodem anno ejus peracta fuerit conſecratio, ut liquet ex ſequenti diplomate, ex Archivo nobilis Familiæ de Maccaphanis ad nos benigne tranſmiſſo.

„ *Raynaldus miſeratione divina Oſtien. & Velletren. Epiſcopus dilectis in Chriſto filiabus, & Sororibus Monaſterii S. Silveſtri de Pereto Ord. S. Damiani Marſicanæ Diœceſis, ſalutem in Filio Dei vivi*. Si Dedicationis Templi ſolemnitas, in quo invocandum erat Nomen Domini apud Filios Iſrael, qui ſub Legis umbra vivebant, boves, & pecudes immolando, celebris habebatur, multo devotius Populus Chriſtianus, cui *benignitas, & humanitas Salvatoris apparuit*, Conſecrationes Eccleſiarum, in quibus Chriſtus immortaliter vivens ad abolendam noſtrorum criminum corruptelam in miniſterio immolatur Altaris, venerari tenetur, cum animi puritate membra ſua Domino dedicando *ſervitura juſtitiæ in ſancti-*

„ Domini Raynaldi Oſtien. & Velletren. Epiſcopi (11) quem tamquam ſpecialem Patrem, & præcipuum Benefactorem veſtrum, & Monaſterii noſtri debemus, & volumus revereri, dictæ Eccleſiæ S. Silveſtri cum omnibus pertinentiis ſuis, in qua eſtis divino ſervitio mancipatæ, necnon vobis præſentibus, & aliis omnibus Sororibus veſtris, quæ poſt vos in præfata Eccleſia erunt, ex tunc concedimus, & damus in omnibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus perpetuam libertatem, & volumus, ut illa totaliter gaudeatis perpetua libertate, qua aliæ Sorores Ordinis veſtri gaudent, & ſpecialiter Aſſiſinates, Ortanæ, Peruſinæ, Senenſes, Aretinæ, Piſanæ, & Florentinæ. Reſervamus tantum nobis, noſtriſque Succeſſoribus in Monaſterio veſtro duodecim ſolidos provenien. (12) in Quinta Feria ante Reſurrectionem Domini annis ſingulis Farfenſi Monaſterio cenſus nomine perſolvendos; & ſi aliquo tempore contigerit, quod in Monaſterio veſtro regula Dominarum S. Damiani (13) non haberetur, ipſa Eccleſia S. Silveſtri cum omnibus bonis ſuis ad jus, & proprietatem Farfenſis Monaſterii revertatur (14); & ad perpetuam memoriam futurorum præſentes exinde litteras fieri, & noſtrorum ſigillorum fecimus munimine * roborari.

Raynaldus Cardinalis Ep. Oſtien. donationis impetrator.

Eccleſia S. Silveſtri Clariſſis conceditur.

Cenſus annuus a Monialibus Farfenſi Monaſterio ſolvendus.

Conditio caducitatis adjecta.

* Sbaralea habet *munitione*.

R

„ Da-

„ *ctificatione, quæ prius iniquitati, & immunditiæ ſerviebant*, ut ſic quæ per Chriſti Miniſtros in Eccleſiis viſibiliter exhibentur, miſtice in Templo fidelis animæ divinitus peragantur. Cum igitur Eccleſias veſtras ad honorem Dei, & B. Silveſtri Confeſſoris, ac S. Jo. Baptiſtæ, aſſiſtentibus nobis Venerabilibus Fratribus P. Anagnino, & N. Triventino Epiſcopis, ſolemniter dedicaverimus, conceſſa trium annorum, & octoginta dierum indulgentia univerſis vere contritis, & confeſſis, qui in die Dedicationis, & uſque ad Feſtum B. Silveſtri Confeſſoris proxime futurum eaſdem Eccleſias viſitarent. Nos cupientes, ut Eccleſiæ ipſæ etiam impoſterum congruis honoribus a Chriſti fidelibus frequententur, & frequentantes pro Epiſcopali ſolemnitate, qua peraguntur, ſpirituali munere gratulentur; de miſericordia divina, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad Eccleſias ipſas in Anniverſariis Dedicationis ipſarum, ſcilicet in Kal. Maii, & die ſequenti pro Dedicatione Eccleſiæ B. Silveſtri, & in Feſto B. Lucæ Evangeliſtæ, & die ſequenti pro Dedicatione Eccleſiæ Beati Jo: Baptiſtæ, annis ſingulis cauſa devotionis acceſſerint, tres annos, & duas quadragenas, & illis, qui Eccleſias ipſas uſque ad quartum diem poſt Kal. Maii, necnon uſque ad quartum diem poſt Feſtum Beati Lucæ venerabiliter viſitaverint, annum unum de injuncta peccati pœnitentia miſericorditer relaxamus. Nec vobis in admirationem veniat ſi prædicta indulgentia ultra Statutum Generalis Concilii ſe extendat, ſupra hoc enim habemus a Domino Papa beneficium poteſtatis, & gratiæ ſpiritualis, in cujus rei memoriam præſentes litteras fieri fecimus noſtri ſigilli robore communitas. Dat. VI. Idus Octobris Ann. Domini 1251. Indict. X. Pontificatus Domini Innocentii IV. Papæ Anno IX.

(11) *Venerabilis Patris Domini Raynaldi Oſtien. & Velletren. Epiſcopi*, qui poſtea fuit Summus Pontifex Alexander IV., quique omnium Clariſſarum curam, & protectionem, ut alibi etiam vidimus, primum a Gregorio IX., deinde ab Innocentio IV. ſuſceperat, ut ex litteris hujus Pontificis ad ipſum, *Cum dilectis*, &, *Cum dilecto*, jam allatis in hoc Supplemento, & ex Epiſtola ipſius Cardinalis ad Moniales *S. Angeli Eſculan.* ſimiliter vulgata in nota (4) ad Bullam ejuſdem Innocentii IV., *Inter perſonas*, necnon ex alia ipſius Alexandri IV. ad Petri ſolium aſſumpti, quæ incipit, *Petitio veſtra*, legenda apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 67. evidentiſſime comprobatur.

(12) *Duodecim ſolidos provenien.*, de quibus vide notam (2) ad Bullam Innocenti IV., *Piæ converſationis*, & notam item (2) ad Bullam ejuſdem Pontificis, *Veſtræ meritis*.

(13) *Regula Dominarum S. Damiani*, ideſt, Ordinis S. Claræ, ut non una ſemel dictum eſt in notis ad Bullas præcedentes, ad Clariſſas, vel earum Monaſteria ſpectantes, præſertim in nota (2) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*.

(14) *Ad jus, & proprietatem Farfenſis Monaſterii revertatur*; ut rediiſſe revera ante annum 1466. vidimus in nota (1) ad Bullam, *Sacram Religionem*, ubi & litteras Pauli II. exhibuimus. Hoc autem ideo contigiſſe putamus, vel quia Moniales ad alterius regulæ profeſſionem tranſire cogitabant, vel quia diminutum earum numerum non habebant ipſæ quomodo complerent. Prima ratio expreſſa habetur in ipſo Inſtrumento donationis, & conceſſionis, ubi hæc, ut patet, aperte leguntur: *Et ſi aliquo tempore contigerit, quod in Monaſterio veſtro regula Dominarum S. Damiani non haberetur, ipſa Eccleſia S. Silveſtri cum omnibus bonis ſuis ad jus, & proprietatem Farfenſis Monaſterii revertatur*.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

„ Datum in Clauſtro Monaſterii Farfenſis Anno Dominicæ Incarnationis „ MCCXXXIIII Menſe Januarii die quintadecima, Pontificatus Domini Gregorii Papæ IX. Anno Duodecimo.„

Diploma datum 15. Januarii ann. 1239.

Moniales in ſuis bonis prohibet moleſtari.

Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

Una libra cæræ annuatim A. S. ſolvenda.

Pœnæ in contravenientes comminatæ.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet arctationibus fatigare; ſed omnia integre conſerventur earum, pro quarum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram cæræ Nobis, noſtriſque Succeſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Sæculariſque perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Monaſterio ſervantibus jura pax, & vita æterna.

Subſcriptiones Romanæ Eccleſiæ.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Signum Summi Pontificis in ſolito Plumbo: *Suſcipe Domine Servum tuum in bonum.*

Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus.

Ego Fr. Joannes tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Card.

Ego Fr. Hugo tituli S. Sabinæ Presbyter Card.

Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Card.

Hic deficit ubique verbum *Subſcripſ.*

Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Card.

Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card.

Ego VVillelmus S. Euſtachii Diaconus Card.

Ego Octavianus S. Hadriani Diaconus Card.

Datum Anagniæ per manum Guillelmi Magiſtri Scolarum Parmenſis S. R. E. Vicecancellarii VI. Kal. Julii Indictione XIII. Incarnat. Dominicæ anno 1255. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ IV. Anno Primo.



X.

Digitized by Google

X.

Indulget Monialibus S. Angeli de Aſculo, ut ad præſtandas procurationes, exactiones, vel quæcumque ſubſidia, Legatis, aut Nuntiis Apoſtolicæ Sedis ſolvenda, minime teneantur. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti.

An. Ch. 1255. die 12. Aug.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PAupertati veſtræ, quam voluntarie propter Deum ſuſtinetis, ac quieti, paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos ad præſtationem procurationum (1) Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nuntiorum, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum quorumcumque minime teneamini, nec ad ea ſolvenda per litteras dictæ Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nuntiorum ejuſdem, cujuſcumque tenoris exiſtant, aut cujuſcumque auctoritate compelli in perpetuum valeatis. Nos enim decernimus irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas pro hoc in vos, vel veſtrarum aliquas, aut Monaſterium veſtrum in poſterum contigerit promulgari. Nulli ergo &c.

Harum Epiſtolarum cauſa.

Indulget ut ſupra.

Cenſuræ in Moniales ferendæ irritæ declarantur.

Datum Anagniæ II. Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno Primo.

XI.

Concedit eiſdem Monialibus S. Angeli exemptionem a ſolvendis decimis, niſi ad alium Ordinem ſe transferant. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, nunc ad Monachos Olivetanos pertinentis.

An. Ch. 1255. die 9. Octobr.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PIetatis opera, cujus obſervantiæ vos pro Chriſti gloria deputaſtis, adeo vobis Apoſtolicæ Sedis gratiam promeretur, ut ea, quæ cum Deo, & honeſtate poſſumus, vobis favore benevolo concedamus. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis precibus inclinati, ut de terris, & poſſeſſionibus veſtris, quas propriis ſumptibus excoli facitis, vel aliis conceditis excolen-

Exordium.

Monialium preces admittit, & concedit ut ſupra.

(1) *Ad præſtationem procurationum*, quæ Dominis debebantur a Vaſſallis, cum illi condictis vicibus ad prædia divertebant, & ab ipſis Vaſſallis hoſpitio, & convivio excipiebantur, ut advertimus etiam in nota (2) ad Bullam ejuſdem Alexandri IV., cujus initium pariter eſt, *Paupertati veſtræ*, editam pro Monaſterio S. Silveſtri de Pireto. Ibi etiam in nota (3) monuimus, eumdem Pontificem conceſſiſſe idem privilegium Clariſſis univerſis per ſuum Diploma ſimiliter incipiens, datum Neapoli Idibus Aprilis Pontificatus ſui anno primo, legendum apud Waddingum in Regeſto Pontificio Alexandri IV. num. X., & apud Sbaraleam in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 31.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

lendas, nulli decimas ſolvere teneamini, nec aliquis ad id coarctare valeat, niſi vos ad alium Ordinem transferretis (1) auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Anagniæ VII. Idus Octobris Pontificatus noſtri Anno Primo.

XII.

(1) *Niſi vos ad alium Ordinem transferretis*. Ughellus tom. I. Italiæ Sacræ *de Episcopis Aſculanis*, agens de Raynaldo hujus nominis Tertio, ex Monacho, & Abbate Ordinis S. Benedicti ad Cathedram Aſculanam aſſumpto anno 1259., hæc habet: *Anno 1266. multa privilegia indulſit Monialibus S. Angeli, quas Clariſſas vocabant, quod a S. Benedicti ad S. Claræ inſtitutum tranſiiſſent*. Si hæc contigiſſe velit ante annum XIII. Pontificatus Gregorii IX., verum dicit, quia in Archivo ejuſdem Monaſterii extat adhuc exemplar cujuſdam Epiſtolæ hujus Pontificis, incipientis, *Cum a nobis petitur*, ſub XI. Kal. Aprilis Pontificatus anno X. inſcriptæ *Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Esculani Ordinis Sancti Benedicti*. At ſi eveniſſe putet anno ab ipſo notato 1263., qui ſecundus fuit Pontificatus Urbani IV., falſum omnino ſcribit, quia tum in hoc Diplomate, cum in aliis ejuſdem Alexandri IV., & Deceſſorum ejus in hoc Supplemento impreſſis, Sanctimoniales Monaſterii S. Angeli de Aſculo ab anno XIII. Gregorii IX. non amplius Ordinis S. Benedicti, ſed ſemper Ordinis S. Damiani, vel Pauperum incluſarum dicuntur, quibus nominibus ſolæ eo tunc audiebant Moniales ad Franciſcanum Ordinem pertinentes; & quamquam earum plurimæ S. Benedicti regulam a Cardinali Hugolino acceptam profiterentur, hæc tamen per quaſdam ejuſdem Cardinalis Conſtitutiones ita modificata erat, ut evaſerit omnino nova, a Benedictina diverſa, ſtatui, & profeſſioni Clariſſarum accomodata, ut alibi etiam dicemus; ſicuti Regula Fratrum Prædicatorum, & aliorum diverſa eſt ab illa, quæ ſimpliciter vocatur Auguſtiniana, a qua S. Dominicus, & alii propriam deſumpſerunt, & peculiaribus Conſtitutionibus ſibi, & ſuis aptantes propriam effecerunt, & novam.

Privilegia, quibus Epiſcopus Aſculanus Raynaldus, de quo modo dictum eſt, Clariſſas Monaſterii S. Angeli ditavit, quæque in litteris, hic ex eodem Archivo Monachorum Montis Oliveti exſcriptis, continentur.

,, *Frater Rainaldus miſeratione divina Epiſcopus Eſculanenſis Dilectis in Chriſto filiabus Domine Illuminate Abbatiſſe, & Monialibus incluſis Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Clare ſalutem in Domino*. Cum vos divina gratia inſpirante mundum relinquentes recluſe ſitis in Monaſterio ſupradicto, ut ibidem devote Domino famulantes in ipſo amore Chriſti Sponſi veſtri pro vobis, & aliis peccatoribus digne orare poſſitis, & a nobis petieritis reverenter, ut prefatum Monaſterium ſitum infra Civitatem Eſculanam cum terra poſita circa ipſum, vineis, terris, & ſilvis de plagis, & Monte Pola campis, & vineis de Marino, & pinea, & caccabo terris, & poſſeſſionibus, quas tenetis, & poſſidetis in Monte Elpari, & ejus pertinentiis, & cum omnibus Vaſſallis, tenimentis, beneficiis, decimis, & poſſeſſionibus omnibus, quas, vel que tenetis, & poſſidetis tam infra Civitatem Eſculanam, vel diſtrictum, quam alibi ubicumque cum Cappellis etiam, videlicet Eccleſia S. Angeli parvi, & S. Emigdii de Ceresia cum omnibus rebus, & juribus pertinentibus ad eaſdem, & cum omnibus aliis, que nunc idem Monaſterium habet, & in futurum dante Domino juſtis modis poterit adipiſci, & perſonas omnes morando ibidem Domino ſervientes divine pietatis intuitu, & pro redemptione peccatorum noſtrorum, atque Succeſſorum noſtrorum ſalute ab Epiſcopali jure, & cujuslibet alterius obligatione tam in temporalibus, quam ſpiritualibus pleno jure liberaliter eximere deberemus. Ea propter, dilecte filie, veſtre pie, & humili petitioni benevolo concurrentes aſſenſu predictum Monaſterium cum jam dictis terris, decimis, vineis, rebus, & poſſeſſionibus, Vaſſallis, & Cappellis, & omnibus ſupradictis, & aliis, que nunc habet dictum Monaſterium, & in futurum acquiret auxiliante Deo, & perſonas nunc, & in futurum ibidem perpetuo commorantes pro Deo, & ob reverentiam Apoſtolice Sedis, cujus vos devotas filias eſse novimus, nec non & intuitum Venerabilis Patris & Domini noſtri J. Gajetan. Card., qui ejuſdem Monaſterii, & aliorum ipſius Ordinis curam gerit, ab omni Epiſcopali jure noſtro, & cujuslibet conditionis obligatione tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, eximimus pleno jure. Nichil nobis, & Eccleſie Eſculane Matri noſtre aliud in eadem, niſi duas libras cere jure Sinodatico pro temporalibus reſervantes nobis, & noſtris Succeſſoribus in Aſſumptione Beate Marie Virginis annis ſingulis perſolvendas. Reſervamus etiam nobis, & noſtris Succeſſoribus annonam debitam annis ſingulis perſolvendam a dicta Eccleſia S. Silveſtri ,, (*hæc forſan Eccleſia ſuperius omiſſa fuit, ut ex iis patet, quæ in hac eadem littera ſequuntur*) ,, ac Cathedraticum, cenſus, ſive ſervitia annuatim ſolvenda a Cappellis predictis ſi qua nobis, & Eccleſie Eſculane a quadraginta annis citra ſunt exhibita, vel appareret ab eis exhiberi debere, & preſtari annuatim a dicto tempore citra. Hoc etiam ſalvo, quod non liceat dicto Monaſterio, & dictis Cappellis, vel alicui nomine ipſius, & ipſarum in poſterum poſſeſſiones, & jura dicti Epiſcopatus, ac Vaſſallorum ejuſdem acquirere, & acquiſita retinere ſine noſtro, noſtrorum-

,, que

XII.

Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut publice denunciare faciat quod omnes habentes impium Libellum inſcriptum, Evangelium Æternum, *& Schedulas huic additas, intra certum terminum haſce, & illum a ſe abiiciant*. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 293., & ex Gerardo Dubois Hiſtor. Eccleſ. Pariſien. tom. 2. lib. 16. cap. 3. num. 9.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1255. die 23. Octob.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Facti narratio.

Libellum quemdam, qui in *Evangelium Æternum* (2) ſeu quoſdam libros Abbatis Joachim (3) *Introductorius* dicebatur, & quem fel. record. Innocentio Papæ (4) Prædeceſſori noſtro miſiſti (5) poſtquam illum per Ve-

Impius Libellus mittitur Innocentio IV.

S ne-

„ que Succeſſorum conſenſu: Cum hoc actum „ fuerit expreſſim inter nos & vos, nec alias „ preſentem executionem eſſemus facturi mo- „ do predicto. Pro ſpiritualibus vero reſerva- „ mus, licet ſint in honorem noſtrum, videlicet „ dedicationem Eccleſiarum, altarium con- „ ſecrationes, benedictionem Abbatiſſe, & „ Monialium, ac etiam quod a nobis Oleum, „ & Criſma recipere teneamini, ſi tamen nos „ & Succeſſores noſtri cum a vobis fuerimus „ requiſiti predicta gratis, & ſine gravitate „ aliqua voluerimus vobis, & que vobis ſuc- „ ceſſerint, exhibere. Reſervata inſuper no- „ bis, & noſtris ſucceſſoribus inſtitutione, & „ confirmatione Cappellanorum, ſive Cleri- „ corum Eccleſie S. Silveſtri de Rivo Sancto, „ S. Angeli, ac S. Emigdii de Cereſia ſupra- „ dictarum Eccleſiarum preſentatorum, ſive „ preſentandorum per dictos Monaſterium, & „ Sindicum ejuſdem, quos per idem Monaſte- „ rium, vel Sindicum ipſius idonee preſenta- „ tos, & preſentandos in eiſdem Eccleſiis, ſci- „ licet S. Silveſtri, S. Angeli, & S. Emigdii „ inſtituere canonice, & confirmare tenea- „ mur. Que omnia predicta & ſingula nos „ predictus Epiſcopus pro nobis, & noſtris „ Succeſſoribus, tam Domino Granerio Ma- „ thi Anſonis Sindico, & procuratores nomine „ ejuſdem recipienti, promittenti attendere, „ ac obſervare, & omni tempore forma tene- „ re. In cujus rei teſtimonium preſentes lit- „ teras noſtras, hoc ſive privilegium noſtro ſi- „ gillo pendenti juſſimus communiri, & ad „ majus robur rogavimus notarium infraſcrip- „ tum, ut in forma publica reducat omnia ſu- „ pradicta. Scripſi ego Petrus Morici de Plaza „ auctoritate Apoſtolica Not. conſtitutus, & „ in forma publica redegi omnia jam dicta ſu- „ perius, rogat. & mandato Domini Domini „ Epiſcopi memorati. In an. Domini M.CC.LXVI. „ Indic. IX. & die XXV. Octob. Preſentibus „ Dopno Johanne de Sancto Angelo Parvo „ Natocomen, Damiano, ac Dopno Gen- „ tile Clerico S. Martini filio ejus, Rainaldo „ Bartholomei, Fratre Rainaldo de S. Marti- „ no, Fratre Jacobo converſo dicti Monaſte- „ rii, Petro Tenathano, ac Arpino Saladino „ de Caſalena, qui rogati teſtes interfuerunt. „ Actum in Eccleſia S. Salvatoris ſita infra „ Clauſtrum Epiſcopale Civitatis predicte.

„ Loco ✠ Sigilli.

(1) *Epiſcopo Pariſien.*; Reginaldo, ſcilicet, hujus nominis Secundo, qui ex Gallia Chriſtiana Patrum Maurinorum ſedit in Cathedra Pariſienſi ab anno 1250. uſque ad 1268.

(2) *In Evangelium Æternum*; impium videlicet Almarici Carnotenſis Opus, ab eodem circa annum 1199., vel 1200. conſarcinatum, quod & *Evangelium Spiritus Sancti* dicebatur, anno 1215. in Concilio Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. damnatum; anno vero 1208., ut ait P. Graveſon *Hiſtor. Eccleſ. part. 2. pag. 76. col. 2. Edit. Venet.* 1738., vel ann. 1209. juxta Berninum *Hiſtor. Hæreſ. tom. 3. pag. mihi* 295., aut anno 1216., ut vult Bellarminus *de Scriptor. Eccleſiaſt. in Chronol. pag.* 30., flammis addictum.

(3) *Abbatis Joachim*; Ordinis Ciſtercienſis, qui, abdicata Curatienſi Abbatia, in Calabria citeriori poſita, novum conſtruxit in eadem Provincia Monaſterium in loco *de Flore* nuncupato, ex quo ipſe Joachim Abbas Florenſis dictus fuit, de quo adhuc in notis ad ſequentem Bullam.

(4) *Innocentio Papæ*, hujus nominis Quarto.

(5) *Prædeceſſori noſtro miſiſti*. Libellus igitur non Alexandro IV., ut nonnulli ſcribunt, nec ab Accademicis Pariſienſibus, ut aliis placet, ſed Innocentio IV. ab Epiſcopo Pariſienſi miſſus fuit, licet Alexander IV. & examini, & damnationi illum ſubjecerit, uti cuncta ex hoc Diplomate in luce ponuntur.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1255.

A Cardinalibus examinatur, & damnatione dignus judicatur. De Schedulis idem fertur judicium. Mandat ut ſupra.

nerabiles Fratres Tuſculanum (6) & Præneſtinum (7) Epiſcopos, & dilectum filium noſtrum H. (8) tituli S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem, diligenter examinari fecimus, de Fratrum conſilio duximus abolendum. Et quia quædam Scedulæ (9) pleriſque fuerunt exhibitæ, in quarum nonnullis multa, quæ in Libello non continebantur eodem, nequiter ibi adſcripta fuiſſe dicuntur, cenſuimus de ipſis Scedulis illud idem (10). Ideoque fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Libellum ipſum, & omnes Scedulas ipſas habentes, niſi infra certum terminum, quem ad hoc præfixeris, illa duxerint abolenda, faciendo eamdem ſententiam in locis, in quibus expedire videris, ſolemniter publicari.

Datum Anagniæ x. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno Primo.

(6) *Tuſculanum*; Odonem de Caſtro Rodulphi, S. R. E. Cardinalem, & Epiſcopum Tuſculanum, cujus in nota (1) ad Bullam Innocentii IV., *Piæ converſationis*, mentionem fecimus.

(7) *Præneſtinum*; Epiſcopum, & S.R.E. Cardinalem, Joannem de Toleto, tituli-Sancti Laurentii in Lucina.

(8) *Et dilectum filium noſtrum H.*; Hugonem Carenſem, Ordinis Prædicatorum, S.R.E. Cardinalem tituli S. Sabinæ, ut in Diplomate. In Actis Canonizationis B. Joannis a Parma in Reſponſione ad Animadverſiones cap. 2. n. 92. de Alexandro IV. hæc ad rem noſtram habentur: *Zeloſiſſimus iſte Pontifex in conſilium accitis doctiſſimis Cardinalibus Hugone Ordinis Prædicatorum tit. S. Sabinæ, Odone de Caſtro Radulphi Epiſcopo Tuſculano, Johanne de Toleto tit. S. Laurentii in Lucina, Johanne Cajetano Urſino tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano, damnatis prius antiquis erroribus Evangelii æterni, publiceque combuſto libro, quod erat exaratum una cum ſchedulis, ac novis notis ibi contentis, ſub nomine Introductorium in Evangelium æternum Anonymi auctoris, devenit per eoſdem, quos retulimus Cardinales, alioſque celeberrimos Theologos ad examen libelli de periculis noviſſimorum temporum &c.*

(9) *Quædam Scedulæ*; addimenta ſcilicet, vel notæ infami Libello tunc denuo additæ a Joanne de Prima, Guillelmi de Sancto-Amore concive, uti ſcribunt Almaricus Augerius de Biterris Ordinis Sancti Auguſtini, Decretorum Doctor in Accademia Montis Peſſulani, & Cappellanus Urbani V., cujus Opus refertur a Muratorio inter *Scriptores Rerum Italicarum* tom. 3. part. 2. pag. 404., & Bernardus Guidonis Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Lodovenſis in Gallia, relatus ab eodem Muratorio in eodem Opere tom. 3. pag. 592. & 593.; vel conſcriptæ ab iniqua manu ipſius Guillelmi de Sancto-Amore, uti refert Hermannus Cornerus, Auctor fere ſynchronus, ex Oudino relatus ab Eccardo tom. 2. pag. 898. editionis Lipſiæ 1723., aut alterius ejuſdem farinæ, Prædicatorum, & Minorum Ordinum inimici, qui ad infamiam ipſis Ordinibus irrogandam, invidiam in eos concitandam, Populoſque ab eorum ſancta doctrina, virtutiſque exemplo retrahendos impium Opuſculum, jam longe ante, uti diximus, ab Almarico Carnotenſi compactum, cum nonnullis additamentis ſub titulo *Introductorii in Evangelium Æternum* evulgavit, & Fratribus prædictorum Ordinum ſuppoſuit.

(10) *Cenſuimus de ipſis Scedulis illud idem*; nempe eodem modo damnandas eſſe, & comburendas, quod Epiſcopus Pariſienſis implere diſtulit uſque ad ſequentem annum, ut ex alia Bulla Alexandri IV. ad eumdem de hac ipſa re directa, & ſuo loco a nobis in hoc Supplemento afferenda, palam fit. Refert Boulæus, impium Libellum Pariſiis publice combuſtum fuiſſe in Atrio Baſilicæ Pariſienſis, ſed alii veroſimilius ſcribunt, ſecreto fuiſſe combuſtum.

XIII.

XIII.

Iterum mandat eidem Epiſcopo, ut publice enunciare faciat, Schedulas additas infami Libello, cui titulus, Evangelium Æternum, una cum ipſo Libello damnatas eſſe, & idcirco ab omnibus reiiciendas. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 293., & ex Gerardo Dubois Hiſtor. Eccleſ. Pariſien. tom. 2. libr. 16. cap. 3. num. 9.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An Ch. 1255. die 4. Novem.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Libellum quemdam, qui in *Evangelium Æternum*, ſeu quoſdam libros Abbatis Joachim (2) *Introductorius* dicebatur, & quem fel. record. Innocentio Papæ Prædeceſſori noſtro miſiſti, poſtquam illum per Venerabiles Fratres Tuſculanum, & Præneſtinum Epiſcopos, & dilectum filium H. tituli S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem examinari fecimus, de Fratrum noſtrorum conſilio decrevimus abolendum. Et quia quædam Scedulæ pleriſque fuerunt exhibitæ, in quarum nonnullis multa, quæ in Libello non continebantur eodem, nequiter ibi adſcripta fuiſſe dicuntur, cenſuimus de ipſis Scedulis illud idem. Cum itaque noſtris tibi demus litteris in mandatis, ut Libellum ipſum, & omnes Scedulas ſupradictas auctoritate noſtra facias aboleri, generalem excommunicationis ſententiam proferens in omnes eumdem Libellum, & Scedulas ipſas habentes, niſi infra certum terminum, quem ad hoc præfixeris, illa duxerint penitus abolenda, faciendo eamdem ſententiam in locis, in quibus expedire videris, ſolemniter publicari; volumus, & Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, quod tibi per eaſdem injungimus litteras, exequi ſtudeas diligenter. Verum quia illorum Chriſti pauperum, videlicet dilectorum filiorum Fratrum Minorum nomen, & famam illæſa ſemper, & integra cupimus obſervari (3) quos, ſicut intel-

Mandat ut ſupra.

Sententia excommunicationis ferenda contra inobedientes.

Præcipit, ut FF. Minorum nomini, & famæ provideat.

(1) *Epiſcopo Pariſien.* Reginaldo II., ut in nota (1) ad Bullam ſuperiorem, quæ cum ſit ejuſdem argumenti, ac ejuſdem fere tenoris, adnotata ibidem, ne eadem repetamus, etiam pro hac illuſtranda inſervire poterunt.

(2) Ordinis Ciſtercienſis, ut in nota (3) ad Bullam præcedentem, qui a nonnullis *S. Doctor, & Propheta*; ab aliis vero *Illuſor, Hypocrita*, & *Pſeudopropheta* exiſtimatur. Multa ſcripſit Opuſcula, inter quæ *Libellum adverſus Petrum Lombardum*, Magiſtrum Sententiarum vulgo dictum, qui Libellus, ſalva tamen Auctoris perſona, damnatus fuit in prælaudato Concilio Lateranenſi IV. una cum ejus Commentariis in plures Sacraræ Scripturæ Libros, ac præſertim *Super Threnis Jeremiæ, in Iſajam, in Apocalypſim, & Concordia Veteris, et Novi Teſtamenti*. In his Commentariis, duce præſertim Apocalypſi, varias Mundi ætates ab ejus origine ad Chriſti Nativitatem diſtinxit, & ab illa ad ſæculi conſummationem demoſtrare contendit concordiam, quæ intercedit unam inter & alteram ætatem utriuſque Teſtamenti, unius ad aliam relationem, ac de variis agit Eccleſiæ viciſſitudinibus. Dum vero loquitur de *Sexto Eccleſiæ Statu*, qui reſponderet aperitioni Sexti Sigilli, deſcriptæ in Apocalypſi, dicit, hunc ſextum ſtatum a diebus ſuis adorſum fuiſſe, variiſque tribulationibus fore cumulandum, Eccleſiam perſequutione fore divexandam, prædicans ultima inſtare tempora. Vera, an falſa enunciaverit, viderit cuja intereſt, atque id unum hic addimus, Joachimum in hac ſua de Sexto Sigillo intelligentia plures habuiſſe, Viros etiam pietate, & doctrina illuſtres, ſectatores; alios vero male, ſeu etiam malitioſe ejus dicta interpretantes, ut ajunt Bullandiani tom. 6. Maii, & Antonius Pagi ad Annales Baronii tom. 19. ad ann 1188. num. 19., ea in impium Dogma uſurpaſſe, ac inſeruiſſe *Evangelio Æterno*, quod proinde dicebatur *Libellus in quoſdam libros Abbatis Joachim Introductorius*, qui verus fuit peſtilentiſſimi libelli titulus.

(3) *Fratrum Minorum nomen, et famam illæſa ſemper, et integra cupimus obſervari.* Epiſcopum de hac re ideo Pontifex admonendum eſſe putavit, quia cum Guillelmitæ vulgaſſent, *Evan-*

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1255.

telleximus, affectione paterna, & benevolentia proſequeris ſpeciali, ſuper quo dignis te in Domino laudibus commendamus, præſentium tenore præcipimus, quod ſic prudenter, ſic provide in Apoſtolici ſuper hoc mandati executione procedas, quod dicti Fratres nullum ex hoc opprobrium, nullamque infamiam incurrere valeant, ſive notam, & obloquutores, & æmuli (4) non poſſint exinde ſumere contra ipſos materiam detrahendi.

Datum Anagniæ II. Nonas Novembris Pontificatus noſtri Anno Primo (5).

XIV.

Confeſſario Monialium S. Angeli de Aſculo facultatem facit eaſdem abſolvendi ab excommunicatione, ſi quam per manuum injectionem in ſeipſas incurriſſent. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii Patrum Olivetanorum.

An. Ch. 1255. die 8 Decemb.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa hujus diplomatis.

Annuit Monial. precibus, & concedit ut ſupra.

NE aliquæ veſtrarum Animarum poſſint ſubeſſe diſcrimini ſi materiam habeant evagandi, Nos devotionis veſtræ precibus annuentes, ut Frater Presbyter Ordinis Fratrum Minorum, quem dilecti filii Miniſter, & Cuſtos ejuſdem Ordinis Eſculan., vel alter ipſorum vobis deputaverint Confeſſorem, illis ex vobis, quæ pro injectione manuum in ſeipſas excommunicationis incurrerunt vinculum, vel incurrent, juxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendat, dummodo competens ſatisfactio fiat paſſis injuriam, auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Datum Laterani VI. Idus Decembris Pontificatus noſtri Anno Primo (1).

XV.

Evangelium Æternum, vel *Introductorium*, eſſe Opus a Fratribus Minoribus confectum, idque jam plurimi vulgares homines credidiſſent, prudenter timuit, ne hac de cauſa vel a Guillelmitis calumniatoribus, vel a plebe ſeducta præjudicium aliquod nomini, & famæ, ac forſan etiam perſonis eorumdem Fratrum injuſte obveniret. Hoc adeo cordi fuit Patri amantiſſimo, ut in fine Diplomatis Epiſcopo iterum præcipiat, ut ſic procedat, *quod dicti Fratres nullum ex hoc opprobrium, nullamque infamiam incurrere valeant, ſive notam, et obloquutores, et æmuli non poſſint exinde ſumere contra ipſos materiam detrahendi.* At ſi *Evangelium Æternum*, aut *Introductorius* ad ipſum, ſive ejus additamenta, quæ tunc circumferebantur, ex officina Fratrum Minorum prodiiſſent, cautela tanta, & charitate Pontifex cum eis non proceſſiſſet, quia Eccleſia, Romanique Pontifices hæreticorum tutelam nunquam ſuſceperunt, imo abſque ullo reſpectu ſemper ſe geſſerunt, quoties de cauſa fidei, vel de erroribus contra ipſam eis agendum fuit. Si ergo Alexander IV. cautum voluit & nomini, & famæ Fratrum Minorum, eorumque defenſionem benigne ſuſcepit, cum novam *Evangelii Æterni*, & Schedularum ipſi additarum damnationem Epiſcopo Pariſienſi commiſit, ſua ſponte fluit, adverſariorum calumniam, & eorumdem Fratrum innocentiam perſpectam habuiſſe, niſi dicere velimus, tantum Pontificem hæreticorum fautorem, & protectorem fuiſſe, quod eſt abſonum.

(4) *Obloquutores, & æmuli*; Guillelmus nimirum a Sancto-Amore cum ſuis gregalibus, qui ideo hæc iniqua excogitarunt, ut Fratres Minores cum aliis Mendicantibus a conſortio Univerſitatis Pariſienſis, & a munere in ea docendi excluderent, prout ſtatutis etiam ad hoc editis, ut adnotavimus ad Bullam, *Controverſiam dudum*, ordinaverunt.

(5) Gerardus Dubois, deſuper laudatus, *Hiſtor. Eccleſ. Pariſien. tom. 2. lib. 16. cap. 3. num. 9.* hoc Diploma datum fuiſſe ſcribit *Nonis Novembris*, ipſumque, ſicuti & præcedens, ſe exſcripſiſſe fatetur *ex Cartulario Majori Archiepiſcopatus Pariſienſis.*

(1) Hanc facultatem Monialium Confeſſario conceſſit Pontifex, ut liquet ex ipſo di-

Digitized by Google

XV.

Commendat Abbatiſſam, & Monaſterium S. Angeli de Aſculo, præcipitque, ut Monialium cauſas gratis agat, & definiat. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, nunc Monachorum Montis Oliveti.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1255. die 15. Decem.

Dilecto filio Rectori Marchiæ Anconitanæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUm, ſicut credimus, affectus, quem ad Pauperes Incluſas Ordinis S. Damiani ſpecialiter gerimus, non debeat te latere (1) dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, & Conventum Monaſterii Sancti Angeli Eſculan. ejuſdem Ordinis habere te volumus in noſtro nomine commendatas. Unde diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſas benigni favoris complectens gratia, ab illis in cauſis, quas ſub te, vel Officialibus tuis eas habere contigerit, Curiæ ſalarium, ſive Capuſoldum (2) non exigas, nec ab illis exigi patiaris.

Pontifex affectum ſuum exprimit erga Clariſſas.

Moniales commendat, & præcipit ut ſupra.

Datum Laterani XVIII. Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno Secundo (3).

diplomate, ne Moniales occaſionem haberent evagandi, ideſt, quærendi ab aliis Confeſſariis beneficium abſolutionis, cum forte excommunicationis vinculo ſeſe illigatas eſſe intelligerent. Confeſſarius autem Ordinis Minorum eſſe debebat, ac deputari a Miniſtro Provinciali Provinciæ Marchiæ, & a Cuſtode Aſculano, qui erat primus Cuſtos, quia Cuſtodia Aſculana in Polychronico Jordanis prima ponitur ejuſdem Provinciæ, aut ab eorum uno, vel altero, ut patet.

(1) *Non debeat te latere*; quia Clariſſarum fuerat Protector, ut fuſe narravimus in nota (11) ad Bullam VIIII. ipſius Alexandri IV., *Religioſam vitam*.

(2) *Sive Capuſoldum*; taxam nimirum, quæ, expleta cauſa, & ſumma controverſæ ſortis attenta, tantum pecuniæ pro unoquoque ſcutato iſtius debetur Cancellario, aut alteri Curiæ Officiali pro expeditione Mandati *ad ſolvendum*. Hæc taxa, præter ordinariam, etiam hodie pluribus in locis dicitur italice *Capoſoldo*, quamquam non ſit ubique eadem, ſed major, aut minor juxta morem Civitatum, vel Provinciarum. *Caput*, inquit Robertus Stephanus *Theſaur. linguæ latinæ* ad hoc Verbum, *Summa principalis pecuniæ creditæ, vel tributi, cui reſpondet Lucrum, & Acceſſio. Caput*, ſcribit Baſilius Faber Theſaur. erudit. Scholaſt., *etiam notat pecuniæ ſummam, quæ occupatur, ut Fœnus, ſive Uſuræ inde redeant, quæ et Sors appellatur*, ex quibus liquet, *Capuſoldum* ab hac radice derivatum eſſe.

(3) Exemplar Aſculanum, ad nos ex præcitato Archivo tranſmiſſum, habet, *Pontificatus noſtri Anno Primo*. At errorem eſſe Amanuenſis, & ideo corrigendum, putavimus, quia Alexander IV. XVIII. Kalendas Januarii Pontificatus ſui Anno Primo erat Neapoli, ubi die 12. Decembris Summus Pontifex electus fuerat, & Romam non petiit, niſi Novembri ſequentis anni, undecimo nempe Menſe poſt ſuam electionem. Nicolaus de Curbio, toties a nobis deſuper laudatus, in Vita Innocentii IV. cap. 42. ſcribit: *Defunctus eſt Innocentius Papa IV. Neapoli anno Domini 1254. menſis Decembris die ſeptima intrante .... et ceſſavit Epiſcopatus diebus quinque*. Quare Alexander IV. die duodecima Decembris electus eſt, & cum primum ſui Pontificatus annum fere totum tranſegerit vel Neapoli, vel Anagniæ, ut ex ejus liquet Epiſtolis in hoc Supplemento exhibitis, neceſſario fatendum eſt, Exemplar Aſculanum errorem continere vel in anno, vel in loco ſubſcriptionis.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An. Ch. 1256.

XVI.

Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut, admonitione præmiſſa, ſententiam excommunicationis ferat in Magiſtros, & Scholares Pariſienſes, impedientes fideles, ne Fratribus Prædicatoribus eleemoſynas largiantur, & ne ab eis lectiones audiant, vel ſermones, neve ipſis confiteantur. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien., ex VVaddin. in Annal. Minorum ad ann. 1256. num. XXIII., & ex Bullario Ord. Prædic. tom. 1.

An. Ch. 1256. Die 3. Martii.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien, (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*.

Cauſa hujus Epiſtolæ.

DE quibuſdam Magiſtris (2) & Scholaribus, ac Auditoribus Pariſienſibus evidenter cognoſcimus, quod ipſi non pacifici, ſed auctores ſcandali, non Dei, ſed ſathanæ vocari filii delectantur, charitatis ordinem adeo pervertentes, quod non ſolum a ſeipſis, ſed etiam ab aliis excludunt damnabiliter pietatis ſtudium, & deſiderabilem Nobis ſuper omnia ſalutem impediunt animarum. Sane pervenit ad notitiam noſtram, quod prædicti Magiſtri, Scholares, & Auditores nequiter impedire præſumunt (3) ne aliqui dilectis filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Pariſienſium eleemoſynas largiantur, vel ab eis aut in domo ipſorum ſermones, vel lectiones, ſive diſputationes audiant, vel confiteantur ipſis peccata propria, etiamſi a te loci Diœceſano, vel a proprio Sacerdote ſuper hoc habeant facultatem. Præterea dicti Magiſtri Scholares Fratrum ipſorum, & Fratres eoſdem ſuas intrare Scholas lectionis, & diſputationis tempore non permittunt. Unde ſequitur, quod in mentibus devotorum, & Deum timentium, & potiſſime Laicorum, grave ſcandalum generetur. Nobis etiam exinde materia vehementis admirationis producitur, & ſtuporis, præſertim cum prædicti Magiſtri, & Scholares, ac Auditores deberent in virtutum Domino conſequi affluentiam gaudiorum, quod ii Fratres, viri utique ſanctæ converſationis, & vitæ, per quorum miniſterium ſalus potiſſime proficit animarum, tam laudabiliter in Theologica proficiunt facultate, quod & digni Magiſteriali reputentur honore, & quaſi ubique terrarum habeantur in conſpectu Dei, & hominum gratioſi. Nec mirum, quia ipſorum ſub extrema paupertate viventium (4) pia ſemper ad hoc deſudat intentio, quod perpe-

Moleſtiæ FF. Prædicatoribus illatæ.

Hujuſmodi moleſtiæ piis hominibus ſcandalum; Pontifici vero admirationem generant. Fratres Prædicatores laudantur.

tui

(1) *Epiſcopo Pariſien.*, Reginaldo Secundo, ut in nota (3) ad Bullam XII. hujus Pontificis, incipientem, *Libellum quemdam*.

(2) *De quibuſdam Magiſtris*; quorum præcipui erant Guillelmus de Sancto-Amore, Odo de Duaco, Chriſtianus Canonicus Belluacenſis, Nicolaus de Barro ſuper Albam, & Joannes de Sectavilla.

(3) *Nequiter impedire præſumunt*; nedum verbis, ſed etiam ſcriptis, edito peſtilenti Libello, *De periculis noviſſimorum temporum*, in quo probare nitebantur, eos, qui ex quotidianis vivebant mendicatis eleemoſynis, nullatenus ſalvari poſſe, eis non eſſe licitum docere, prædicare, confeſſiones audire, nec etiam Romani Pontificis, aut Epiſcoporum accedente auctoritate, Parochis invitis. Contra hos nebulones, impiam doctrinam ſuam novis libellis propugnantes, calamum acuerunt Sancti Eccleſiæ Doctores Thomas Aquinas, & Bonaventura Balneoregienſis. Tria S. Thomas exornavit Opuſcula, *Contra impugnantes Dei cultum, & religionem*, primum: *De perfectione vitæ ſpiritualis*, ſecundum: *Contra peſtiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingreſſu*, tertium. Quatuor exaravit S. Bonaventura, quæ inſcribuntur: *De Paupertate Chriſti*: *Apologia Pauperum*: *Libellus Apologeticus*: *Tractatus in quo decernitur, quare Fratres Minores prædicent, et confeſſiones audiant*.

(4) *Sub extrema paupertate viventium*, mendica nimirum, quam, ad differentiam Fratrum Mino-

Digitized by Google

tui vigoris augmentum Religio Chriſtiana ſuſcipiat, & eorum doctrinis Sancta Dei Eccleſia jugiter illuſtretur. Ex hujuſmodi quidem meritorum claritate procedit, quod Nos tam enormem, & atrocem Fratrum ipſorum pati moleſtiam nequeuntes, immo nullatenus ſuſtinere volentes illius temeritatis vitium, quod vergit in periculum animarum, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in omnes, qui ſtatuti, vel ordinationis, aut cujuſcumque alterius cauſæ prætextu impediunt, vel de cætero impedire præſumpſerint, ne prædictis Fratribus Presbyteris fiat a volentibus libera confeſſio peccatorum, ſi noſtra, ſeu Legati Sedis Apoſtolicæ, aut tua, vel proprii Sacerdotis, ſuper hoc habeatur auctoritas, aut ne ſermones, & lectiones, ac diſputationes audiantur eorum, vel quod Scholares Magiſtrorum ipſorum Fratrum, & iidem Fratres, lectionis, & diſputationis tempore in Scholis aliorum minime admittantur, monitione præmiſſa, excommunicationis ſententiam non differas promulgare, quam poſtmodum ſolemniter publices, ac publicare facias, & uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter ab omnibus obſervari. Non obſtante quacumque indulgentia, per quam præcepti noſtri executio in hac parte impediri valeat, vel differri. Nos etiam nihilominus irritum decernimus, & inane, ſi a Magiſtris, & Scholaribus, ac Auditoribus memoratis contra mandati noſtri tenorem ſuper iis aliquid fuerit attentatum (5).

Mandat ut ſupra.

Clauſula derogans.

Datum Laterani v. Nonas Martii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XVII.

Præcipit eidem Epiſcopo, ut nonnullos Clericos Pariſienſes, qui verbis, ſcriptis, & factis nomen, & perſonas offenderant Fratrum Prædicatorum, eiſdem ſatisfacere, & ab eorum moleſtatione deſiſtere faciat.
Ex Bullario Ordinis Prædicatorum tom. I.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1256. die 30. Martii.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Fratres Prædicatores pro divini amore Nominis, relictis mundanis illecebris, abnegarunt totaliter ſemetipſos, ut ſoluti vinculis terreſtrium ad cœleſtia expeditius extollantur, &, de inferiorum compede tracto pede, liberius ad ſuperna conſurgant. Ne igitur tam pii propoſiti proſecutio alicujus clypeo impedimenti turbetur, dignum eſt, ipſorum proviſa quiete, præpeditionis obſtacula removeri, ut eo devotius, quo quietius Domino famulantes, gratiora ſibi præſtent obſequia, & devotioribus ſe obſequiis exhibeant gratiores. Sed, ut nuper relatione fide dignorum accepimus, nonnul-

Exordium a FF. Prædicatorum laude.

Pontifex de quiete FF. Prædicatorum ſollicitus.

Quas Pariſiis ipſi Fratres patiebantur moleſtias relatione ſe didiciſſe ait.

Minorum, qui ad hanc tenentur ex arcto propriæ regulæ præcepto cap. 6., Fratres Prædicatores amplexati fuerant poſt mortem S. P. Dominici, anno ſcilicet 1228., edita Conſtitutione in Capitulo Generali Pariſienſi, uti diximus in fine Animadverſionis primæ, ubi oſtendimus decipi Sbaraleam aſſerentem, *paupertatem Fratrum Ordinis Prædicatorum eſſe Franciſcanæ paupertati parem*.

(5) Boulæus loco ſuperius laudato, ut ad hanc ipſam Bullam advertit etiam clariſſimus Bremondus in Bullario Ordinis Prædicatorum, omittit omnia, quæ in Fratrum Prædicatorum laudem hic habet Pontifex, ac præterit etiam ultima verba, ab illis nempe, *Et uſque ad ſatisfactionem condignam*, incluſive uſque ad finem; unde mutilam eam exhibet Mendicantium Fratrum inimicus homo, quin loquamur de nonnullis aliis vocibus ab eo, ut idem Bremondus pariter advertit, eodem malo animo, & affectione prava immutatis.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Violentiæ Fratribus Prædicatoribus illatæ recenſentur.

* Lege *Ebullivit.*

nulli Clerici (1) Pariſius commorantes, in offenſam Dei non modicam, Religionis æmuli, turbatores quietis, & eorum operum temerarii detractores, ipſorum famam, laudis dignam præconio, falſis ſatagunt accuſationibus obfuſcare, varias litteras (2) per quas ipſos, & eorum Ordinem, quos vitæ commendat puritas, ſuis gratum approbatum fructibus, impio diffamationis morſu dilacerant, diverſarum Prælatis partium ſcribere præſumpſerunt, &, ut nihil prætereant inoffenſum, adeo in eorum cordibus malitia ebullitur, * quod nonnullos ex Fratribus ipſis Pariſienſibus, divino timore poſtpoſito, & modeſtiæ clericalis honeſtate abjecta, ſacrilegis manibus verberibus affecerunt, Ipſi etiam his exceſſibus non contenti, ſed in ſuæ iniquitatis nequitia potius obſtinati, quod eis pejora, & graviora inferent, nequiter comminantur. Inde eſt, quod Fratres jam dicti Ordinis Pariſius exiſtentes, qui fidelium dumtaxat eleemoſynis ſuſtentantur (3) eorumdem Clericorum timore perterriti, vix Clauſtrum ſuum audeant egredi pro acquirendis eleemoſynis, eorum victui opportunis. Attendentes igitur quod nonnumquam culpa contrahitur, dum vindictæ detrahitur, & qui commiſſa dimittit inulta, pandit aditum ad pejora, ne forte Clericorum ipſorum audax inſolentia per moroſam tolerantiam invaleſcat, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Clericos prædictos, ut eiſdem Fratribus plenarie de præmiſſis *, & a prædictorum Fratrum moleſtatione deſiſtant, monitione præmiſſa, canonicæ animadverſionis rigore compellas, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Præcipit ut ſupra.

* Adde *Satisfaciant*, ut in ſequenti diplomate.

Datum Laterani III. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Secundo.

(1) *Nonnulli Clerici*, Guillelmus nempe de Sancto-Amore, & alii Accademici Pariſienſes in nota (2) ad Bullam præcedentem nominati, eorumque Sectarii.

(2) *Varius litteras*, libellos videlicet ab ipſo Guillelmo Sanctamorano, aliiſque ejus gregalibus contra Fratres Mendicantes impie conſcriptos, cantilenas etiam, & rithmos, quos litterali, & vulgari ſermone diſſeminabant, ac forſan & *Evangelium Æternum* cum novis additamentis, ſive *Introductorium* in ipſum, quod Fratribus Mendicantibus, ut alibi diximus, iidem calumniatores, & æmuli inique ſuppoſuerant.

(3) *Qui fidelium dumtaxat eleemoſynis ſuſtentantur*; ex Conſtitutione edita a Patribus Ordinis in Capitulo Generali Pariſienſi anno 1228., ut etiam dictum eſt in nota (4) ad Bullam Superiorem, non ex propriæ regulæ præcepto, quo unus Seraphicus Patriarcha Franciſcus alumnos ſuos adſtrinxit, quemadmodum in noſtris Animadverſionibus ſatis abunde demonſtravimus, mendicitatem conſtituens ſui Ordinis notam, & characterem. Siquidem ex ipſo Diplomate, *Religioſam vitam eligentibus*, quo Honorius III. anno 1216. inclytum Prædicatorum Ordinem confirmavit, audivimus, S. P. Dominicum acceptaſſe poſſeſſiones Eccleſiæ S. Romani Toloſan., facultatemque alias in futurum recipiendi, quas vel ipſe, vel ejus Filii conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis adipiſci potuiſſent, quod nequaquam legimus de S. P. Franciſco, qui in 6. ſuæ Regulæ capite ſuis Fratribus mendicitatem præcepit, tertium ſcilicet paupertatis gradum, qui, ut ait S. Antoninus alibi etiam laudatus, in eo conſiſtit, *nec in communi mobilia habere pro tempore aliquo prolixo, ſed dietim per quæſtum ſibi victum procurare*.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII.

Rogat Galliarum Regem, ut Fratres Prædicatores a perverſorum conatibus defendat, & rogatus ab Epiſcopo Pariſienſi auxilium præſtet opportunum ad eorumdem perverſorum inſolentiam cohibendam. Ex VVaddingo in Annalibus Minorum ad ann. 1256. num. xxv., ex Bremondo in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. 1., & ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 298.

An. Ch. 1256. die 12. Aprilis.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Cariſſimo in Chriſto filio Regi Francorum illuſtri (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*.

Exordium a laude FF. Prædicatorum.

DIlecti filii Fratres Prædicatores pro divini amore Nominis, relictis mundanis illecebris, abnegarunt totaliter ſemetipſos, ut ſoluti vinculis terrenorum, ad cœleſtia expeditius extollantur, & de inferiorum compede tracto pede liberius ad ſuperna conſurgant. Ne igitur (2) tam pii pro-

V

(1) *Regi Francorum illuſtri*; Sancto ſcilicet Ludovico IX., Prædicatorum, & Minorum Ordinum amantiſſimo, qui Guillelmum de Sancto-Amore, jam damnatum, & in ſua iniquitate pertinacem, e tota Gallia exulare coegit, quamquam non proinde oblatrare deſierit, utpotequi novum conſarcinaverit libellum, quem inſcripſit, *Collectiones Catholicæ, & Canonicæ Scripturæ*, & Clementi IV. Alexandri Succeſſori direxerit, qui tamen libellum ipſum, primum per Joannem Vercellenſem, mox vero per ſemetipſum attente perpendit, ac tandem tamquam idem gramen recoquentem, jam in aliis libellis decoctum, deſpexit, & abjecit.

(2) *Ne igitur*. Boulæus loco deſuper citato, omiſſa ſuperiori Epiſtola ad Epiſcopum Pariſienſem, hanc exhibet ejuſdem argumenti, ac tenoris, ad Galliarum Regem directam; ſed pro ſuo more mutilatam, & imperfectam, utpotequi, ut advertit etiam Bremondus, prætereat ea omnia, quæ a verbis hiſce, *Ne igitur* incluſive, uſque ad *Attendentes* excluſive, continentur. Poſt hæc autem pag. 299. ſic hiſtorice proſequitur. „ Cum autem iſtæ Bullæ „ a Pontifice poſt initam pacem inter Accade„ micos, & Dominicanos emanaſſent, irritæ „ fuerunt. Verum ecce nova diſcordiæ mate„ ria. Univerſitas Libellum, qui inſcribeba„ tur *Evangelium Æternum*, ex erroribus „ Abbatis Joachim per M. Joannem de Parma „ (quem Antoninus ait fuiſſe Septimum Gene„ ralem Præpoſitum Ordinis Fratrum Mino„ rum) conſarcinatum, in Atrio Baſilicæ Pa„ riſienſis, ubi olim venales libri exponi, „ & clamitari ſolebant, cremari poſtulavit. „ In eo Libello probare conabatur Parmenſis, „ Legem Chriſti anno 1260. interituram, ter„ tiam vero, nimirum Sancti Spiritus, longe „ perfectiorem, publicatam iri, quippe pri„ mam dicebat fuiſſe Patris in Veteri Teſta„ mento: ſecundam Filii in Nova Lege: ter„ tiam denique Spiritus Sancti ad finem uſque „ Mundi duraturam. Hæc hæreſis, quæ erat „ Abbatis Joachimi, circa initium hujus ſæ„ culi prodierat in lucem, & ab Almarico „ Carnotenſi ſuſcepta, & propugnata fuerat... „ Hanc igitur cum ſuo Auctore, & cum Al„ marico prope extinctam rurſus excitavit Jo„ annes Parmenſis „. Ita Boulæus, quem calumnioſe, & ex pravo, quo erga Mendicantes Ordines, affectus erat animo, hæc ſcripſiſſe, ac totam Hiſtoriam ſuam conſarcinaſſe, palam fit. Ut eorumdem Ordinum famæ detrahat, Romanorum Pontificum Epiſtolas adulterat, quæ in Fratrum laudem in eis continentur, omittit, pro lubitu immutat, apocryphas producit, ac falſas quoque confingit; itaut has ejus artes advertens Sacra Theologica Facultas Pariſienſis, anno 1666. ſub die prima Aprilis Hiſtoriam ejus dira cenſura proſcripſerit, quæ impreſſa legitur tom. 5. ejuſdem Hiſtoriæ poſt paginam 924., & eſt hujuſmodi: „ Sacra Fa„ cultas prima, decima octava, vigeſima ſe„ cunda, & vigeſima tertia diebus ejuſdem „ menſis, & anni congregata, unanimi om„ nium conſenſu Opus illud improbavit, indi„ gnumque judicavit, quod nomine Accade„ miæ Pariſienſis ederetur in lucem, utpote „ inſulſum, ineptum, abſurdum, & in multis „ ſcandaloſum, contumelioſum omnibus Or„ dinibus, turpe, obſcenum, & inhoneſtum. „ Præterea cenſuit ſupradictas propoſitiones „ eſſe reſpective contra veritatem S. Hiſtoriæ, „ contra S. Doctrinam, ſeu Theologiam, fa„ ventes hæreſi, & hæreticis, ſchiſmaticas, „ contra Canones, & diſciplinam Eccleſiaſti„ cam, & contra jus, & dignitatem Regis, „ & Regni „ Boulæum calumniatorem, & mendacem evincit etiam, licet Heterodoxus, Caſimi-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

poſiti proſecutio alicujus obice impedimenti turbetur, dignum eſt, ipſorum proviſa quiete, præpeditionis obſtaculæ amoveri, ut eo devotius, quo quie-tius,

ſimirus Oudinus, qui poſt allatos Scriptores plures contrarium de Joanne Parmenſi referentes, tandem concludit: „ Abſurdum eſt mendacium, ſcriptum eſſe *Evangelium Æternum* anno 1254., vel 1255. Pariſiis a Joanne de Parma, qui tunc legebat Sententias. Nam multis ante annis ceſſaverat Pariſiis legere Sententias, cum ipſe ab annis jam multis Miniſter Generalis Fratrum Minorum factus eſſet, ac velut Miniſter Generalis an. 1249. miſſus ab Innocentio IV. Summo Pontifice ad conciliandam Eccleſiam Græcam cum Latina. Adeoque inde colligitur, eodem tempore, quo hoc Opus Pariſiis conſcriptum eſt, atque anno 1255. apparuit, nec Joannem de Parma tunc Pariſiis Lectorem fuiſſe, nec in Gallia manſiſſe, nec forſan e Græcia reverſum, ut ei vacaret ſcribere talem Librum. „ Cæterum qui fieri potuit, ut Univerſitas Pariſienſis, eodem referente Boulæo, adeo exarſerit in *Evangelium Æternum*, & poſt iſtius proſcriptionem indubia dederit Parmenſi amoris argumenta, ſi impium, damnatumque Libellum ipſe concinnaſſet? Congregatæ ſiquidem Univerſitati verba faciens Parmenſis noſter, ut refert teſtis coævus Frater Salimbenius de Adam in ſuo Chronico MS., alloquutionem ejus pacato animo Accademici omnes audierunt, ejuſque zelum pro religione, & mutua pace ita laudarunt, ut *quieverit ſpiritus eorum, qui tumeſcebant contra Fratres*, conſurgenſque eorum unus in hæc proruperit verba: *Benedictus tu, & benedictum eloquium tuum: Beati, qui te viderunt, et in amicitia tua decorati ſunt*. An hæc cum Boulæi dicteriis conciliari poſſint, æqui judicent rerum æſtimatores.

Ex hoc tamen immerito colligit nuperrimus Scriptor Vitæ B. Joannis de Parma, P. Irenæus de Buſſeto, lib. 1. cap. 7. pag. 63., inter Fratres Minores, & Accademicos Pariſienſes pacem fuiſſe initam, nullis deinceps eorumdem Accademicorum conviciis, & inſultibus in ipſos Fratres perturbatam. In primis enim, licet non conſtet quonam præciſo tempore prædictam alloquutionem habuerit Parmenſis, rationabiliter tamen ſentire, & affirmare poſſumus, eam habuiſſe vel anno 1253. paulo poſt excitatum contra Mendicantes ab iiſdem Accademicis diſſidium, vel anno 1254.. At ſi probabilorem ſententiam admittamus, quæ vult, Libellum *de periculis noviſſimorum temporum*, exaratum fuiſſe anno 1255., quis non videt, pacem a B. Parmenſi alloquutione ſua firmatam, temporaneam admodum fuiſſe, ac poſt unum, vel alterum annum præconceptum Accademicorum odium iterum ſubiiſſe Minores? Quocumque autem anno liber iſte prodierit, in quo Fratrum Minorum vita, & profeſſio impie traducitur, citra dubium eſt, Guillelmum Sanctamoranum, profugum licet, & e Gallia extorrem, contra Prædicatores æque ac Minores per annos plures oblatraſſe, & Clementi IV., qui poſt Urbanum IV. Alexandro IV. anno 1261. ſucceſſit, novum contra eoſdem Opuſculum direxiſſe. Certiſſimum quoque eſt, eumdem Guillelmum, Pariſiis abſentem, ſemper ſuos habuiſſe tum in ea Civitate, cum in illa Accademia fautores, & ſectarios, qui contra Minoritas eadem decantare non ceſſabant. Comprobant hanc veritatem Libelli ab ipſis Accademicis interea temporis contra Minores potius, quam Prædicatores Fratres coagmentati, ut ille Geraldi de Abbatis-Villa, Sanctamorani aſſeclæ, ac defenſoris, aliique ejuſdem atramenti, contra quos S. Bonaventura anno 1259., vel 1260. *Apologiam Pauperum* adornavit, ac alia diverſis temporibus ad obtrectatores hujuſmodi confutandos Opuſcula conſcripſit. Cur hæc exarabat Seraphicus Doctor pro ſuis Fratribus a Guillemitarum calumniis vindicandis, ſi iſti poſt B. Joannis de Parma alloquutionem ita obmutuerunt, ut Fratrum Minorum pacem nullo modo exinde turbaverint? Ex Bulla Alexandri IV., *Tua nobis*, data Epiſcopo Pariſienſi 3. Nonas Decembris Pontificatus ſui anno ſexto, qui fuit 1260., edocemur, ipſum facultatem tribuiſſe eidem Epiſcopo abſolvendi nonnullos Clericos ſuæ Civitatis a ſententia excommunicationis, lata *in omnes illos, qui Libellos famoſos contra Prædicatorum, et Minorum Ordinum Fratres a Magiſtro Guillelmo de Sancto-Amore, ſeu aliis editos, publicare præſumerent, ſeu etiam retinere*; atque ex his intelligimus, ſex etiam, aut ſeptem elapſis annis poſt Parmenſis alloquutionem, Sanctamorani gregales contra Minores, & Prædicatores adhuc libellos diſſeminaſſe, & linguam acuiſſe. Quem denique præterit, Guillelmitarum iniqua ſemina, etiam Nicolao III. Summo Pontifice Franciſcanis infeſta fuiſſe? Hoc adeo verum eſt, ut idem Pontifex anno 1279. ſuam condens pro ipſis Fratribus Conſtitutionem, *Exiit qui ſeminat*, hæc ad ora iniqua contra eoſdem obloquentium obſtruenda præmittere debuerit: *Sed nec ſic contra ipſos Fratres Minores, & regulam hoſtis antiqui ceſſavit aſtutia, quin potius contra eos nitens ſuper ſeminare zizania, interdum æmulatores agitatos invidia, iracundia, & indiſcreta juſtitia concitavit mordentes. Fratres, et eorum regulam quaſi illicitam, inoſſervabilem, et diſcriminoſam caninis latratibus lacerantes*. Hi latratus erant profecto diſcipulorum Sanctamorani, & aliorum ejuſdem furfuris, qui virus a Magiſtris propinatum contra Fratres Minores eructabant, quæ ſi laudatus P. Irenæus didiciſſet, utique non affirmaſſet, Accademicos Pariſienſes poſt pacem inter ipſos, & Fratres Minores initam opera B. Joannis de Parma, hanc nullis inſultibus, & conviciis deinde perturbaſſe.

Verum ut ad *Evangelium Æternum*, B. Parmenſi ſuppoſitum, revertamur, mittimus, veterum nullum hunc Libellum ei tribuiſſe, cum hi omnes illius auctoris nomen vel omnino ſileant, vel eum aut Joanni de Prima, ut audivi-

Digitized by Google

ctus, Domino famulantes, gratiora ſibi præſtent obſequia, & devotioribus ſe obſequiis exhibeant gratiores. Sed ut nuper relatione fide dignorum accepimus,

divimus, aut Guillelmo de Sancto-Amore adſcribant, quin commemoremus Matthæum Pariſium, Schiſmaticum Auctorem, Regularium hoſtem acerrimum, Sanctamorani fautorem, calumniis, mendaciiſque addictiſſimum, qui nec B. Parmenſi, nec Minorum alicui, ſed Prædicatorum Familiæ, licet non aperte, injuria pariter, & per calumniam adcenſet, ſicuti & Richerius in Chronico Senonenſi lib. 4. cap. 37., ubi *dubia pro certis, et ex vulgi rumore capta,* ut ait d'Achery in Spicilegio tom. 2. pag. 603. *haud raro ſcribit.* Mittimus etiam, quod, cum præfatum Libellum Pariſiis publicatum fuiſſe ſcribant circa annum 1254., & Univerſitatem contra Libellum, & Auctorem inſurrexiſſe addant, dum B. Joannes de Parma ibi Sententias legeret, id aſſerentes, falſum omnino, & impoſſibile affirmant, quia Beatus noſter Sententias in Accademia Pariſienſi nunquam explanavit. Etenim ex Fratre Salimbenio in ſuo Chronico præcitato didicimus, B. Joannem ſolam Scripturam Sacram Pariſiis, & forſan in Conventu Ordinis, non in Univerſitate, per aliquot menſes explicaſſe, & quidem antequam ad Generalatus officium eveheretur, a Novembri ſcilicet anni 1246. uſque ad Auguſtum anni ſequentis 1247., quo Miniſter Generalis Lugduni renunciatus fuit. Hæc pariter ſi animo perpendiſſet laudatus P. Irenæus, nos in ultima Notula ad cap. 3. 1. part. Vitæ Beati Joannis de Parma pag. 30. non redarguiſſet, quod in Manuali Fratrum Minorum pag. 172. dixerimus, *B. Joannem legiſſe in Conventu Pariſienſi, non autem in illa Univerſitate.* Aſſertio enim noſtra teſtimonio innititur præcitati Salimbenii, B. Joannis concivis, & aliquando Socii, qui cum in ſuo Chronico, quæ de ipſo propriis oculis vidit, quam diligentiſſime ſcripſerit, ac unice referat, illum Scripturam Sacram Pariſiis legiſſe, de lectione vero Sententiarum, & de moderata ab eo illius Univerſitatis Cathedra ne verbum quidem faciat, ejus teſtimonium Mariani Florentini, aliorumque recentiorum aſſertioni, juxta regulas Critices, duximus præferendum. Quis enim credat, Hiſtoricum, qui geſta B. Joannis, etiam minima, fideliſſime recenſet, & deſcribit, publici Profeſſoris munus in Accademia Pariſienſi, ſi illud aliquando B. Parmenſis obiiſſet, aut Sententias in ea explanaſſet, ſilere voluiſſe? Ipſemet P. Irenæus in fine capitis 3. prælaudati affirmat, B. Joannem officium Lectoris Pariſiis non aſſumpſiſſe, niſi abſoluto Generali Lugdunenſi Concilio, ſub Innocentio IV. inibi celebrato, anno ſcilicet 1246. exeunte, atque hinc menſe Auguſto ſequentis anni 1247. ſupremum renunciatum Ordinis noſtri Moderatorem, varias Religionis Provincias peragrare cœpiſſe, donec anno 1249. ab Innocentio IV. directus fuit in Græciam, ex qua poſt annos aliquot redux, tandem anno 1256. Miniſteriatu ſe ſponte abdicavit, & ab omnibus expeditus, in ſolitario ſe recepit Græcii Cœnobio, ubi triginta & plurium annorum intervallo Angelicam vitam duxit. Quo tempore igitur Sententias in Univerſitate Pariſienſi legere potuit, vel debuit? Si a Decembri anni 1246. ad Auguſtum anni 1247. Pariſiis manſit, & hoc tempore Scripturam explicavit, Salimbenio teſte, fruſtra quæritur tempus, quo Sententias legerit in illa Univerſitate; ac peſſime ab aliis concluditur, ipſum *Introductorium in Evangelium Æternum* exaraſſe, cum Sententias Pariſiis legeret. Hæc pariter, inquam, & alia, quæ brevitatis cauſa omittimus, ad trutinam ſi revocaſſet P. Irenæus, aſſertum noſtrum utique probaſſet, ac nobiſcum in hac re Salimbenio ſubſcripſiſſet, qui de ſemetipſo, & de B. Joanne in eodem Chronico ſcribit: *Familiaris erat mihi, et intimus valde, utpote quia de Terra mea erat, et propinquus propinquorum meorum.* Si iſta, & ea, quæ ſuperius diximus de pace temporanea Accademicorum Pariſienſium cum Minoritis, nunc ſecum ipſe libraverit nuperrimus Scriptor, non dubito, quin pro ea, qua pollet, animi moderatione, renuerit affirmare, ſe in his hallucinatum eſſe, ſicuti deceptus eſt in fine capitis 4. 1. part., & paulo poſt initium capitis 2. 3. part. Vitæ B. Joannis, Taraſconem in Gallia cum Tarracona in Hiſpania turpiter confundens. Corpus S. Marthæ Taraſcone, ſive Taraſci in Provincia prope Maſſiliam venerari, in ipſo habemus Breviario Romano, ubi quotannis, Feſto ejuſdem S. Virginis recurrente, legimus: *Cujus Corpus apud Taraſcum magnam habet venerationem.* Et quin multa congeramus, Frater Salimbenius in ſuo Chronico pag. 333. aperttiſſime ſcribit: *Et invenimus eum* (B. Joannem de Parma) *Taraſcone, ubi eſt Corpus S. Marthæ..... Et ivimus cum Generali Miniſtro ad viſitandum Corpus S. Marthæ.... Et Canonici oſtenderunt nobis Brachium S. Marthæ ad oſculandum.* Poſt pauca vero ſubjungit: *In hoc autem loco Fratrum Minorum iſtius Caſtri cum dixiſſem Completorium cum Generali quodam ſero, & lecti eſſent aſſignati Oſpitibus ad dormiendum in eadem domo cum Generali, exivit Generalis ad Clauſtrum ut oraret &c.* Taraſcone igitur in Provincia, ut dicebam, non Tarraconæ in Catalaunia, ut ſcribit P. Irenæus, B. Joannes de Parma, S. Marthæ Reliquias veneratus eſt, & poſt diutinam orationem in Clauſtro, lectum mollem, ſibi præparatum, conſcendere noluit.

Ut autem oratio noſtra eo iterum, quo digreſſa eſt, revertatur, ſilentio prætereundum non eſt, Beatum Parmenſem bene ſemper audiviſſe apud Romanos Pontifices, quorum Innocentius IV. eum, ut innuimus, Legatum miſit in Orientem ad Græcam Eccleſiam cum Latina conciliandam, ac ejus intuitu Aracœlitanum Cœnobium, ipſo adhuc in Græcia commorante, anno 1250. Minoritis conceſſit, & Nicolaus IV., de fide, & virtute illius optime con-

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

mus, nonnulli Clerici Pariſius commorantes, in offenſam Dei non modicam, religionis æmuli, turbatores quietis, & eorum operum temerarii detractores, ipſo-

conſcius, eidem aliam ad Græcos legationem demandavit, quæ cum *Evangelio Æterno* a Parmenſi conſcripto, ut ajunt, nullo modo compati poſſunt. Tandem cum in proceſſu vel a S. Bonaventura, vel ab alio de mandato ipſius adhuc in Gallia commorantis, ad inſtantiam æmulorum Fratrum contra Parmenſem confecto, nihil de Evangelio Æterno actum ſit ei, argumentum eſt ejus innocentiæ invictiſſimum. Cum namque Generalatus officium anno 1256. in Feſto Purificationis Deiparæ, coram Alexandro IV. ſponte dimiſit, eodem S. Bonaventura ſibi in Succeſſorem deſignato, Fratres laxioris vitæ amatores, quique zelum B. Joannis pro integra, & exacta Minoriticæ regulæ obſervantia iniquo animo tulerant, ipſum moderno Generali in multis accuſarunt, præſertim vero quod cum Abbate Joachimo male de divina Eſſentia ſentiret, quæ tamen omnia falſa, & per calumniam conficta, in formali judicio poſtmodum inventa ſunt, & comprobata. At cur æmuli iſti, qui Parmenſem etiam prophetiæ ſpiritum affectantem calumniabantur, ipſum auctorem *Introductorii in Evangelium Æternum*, *ſeu in Libros quoſdam Abbatis Joachim*, Judici non denunciarunt? Ideo ſane, quia nulli adhuc in mentem venerat, fuiſſe Beatum noſtrum impii Libelli auctorem, quod omnium primus aſſeruit Eymericus in *Directorio Inquiſit. part. 2. quæſt. 9. num. 4.*, aut probabilius editor iſtius Barcinonæ impreſſi anno 1503., deceptus forſan rumore vulgi, licet poſtmodum ſectatores habuerit Abrahamum Bzovium, Fleury, Boulæum, Berti in *Breviario Hiſtor. Eccleſiaſt. part. 2. Sæculo* XIII. *cap. 3. pag. 67. in nota* (1) Guillelmum Cave, Aloyſium Moreri, & alios paucos, quos omnes deceptos eſſe ſolemni Eccleſiæ judicio definitum eſt. Propoſita namque in Sacr. Rituum Congregatione Cauſa cultus immemorabilis ipſius B. Joannis, ex optimis, probatiſque Auctoribus, necnon invictiſſimis, perſpicuiſque rationibus demonſtrarunt Poſtulatores, a nullo vel Prædicatorum, vel Minorum Ordinum Profeſſore *Evangelium Æternum*, vel *Introductorium* ad ipſum prodiiſſe, multoque minus a B. Joanne de Parma, cui propterea a calumnia vindicato Sapientiſſimi Patres, Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa PIO VI. approbante, Beati titulum, & cultum, eidem ab immemorabili tempore exhibitum, probavere, ejuſque Officium, & Miſſam, eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro annuente, in toto Minorum Ordine recitari, ac celebrari poſſe adjudicarunt, editis Decretis, quæ ſequuntur.

DECRETUM.

Camerinen. Canonizationis B. Joannis a Parma Sacerdotis Profeſſi, ac VII. Miniſtri Generalis Ordinis Minorum S. Franciſci.

„ Cum ſub die 16. Julii 1774. annuente „ ſan. mem. Clemente Papa XIV. ad inſtan„ tiam P. F. Joſephi Mariæ de Monte-Jano „ Sacerdotis Profeſſi, ac Sac. Theologiæ Le„ ctoris Ordinis Minorum de Obſervantia San„ cti Franciſci, Poſtulatoris Cauſæ ſpecialiter „ conſtituti, ad relationem cl. mem. Cardin. „ Veterani Ponentis, in Sac. Rit. Congr. ordi„ naria plene vindicata fuiſſet Orthodoxia „ *B. Joannis a Parma*, Sacerdotis Profeſſi, ac „ VII. Miniſtri Generalis Ordinis Minorum, „ ſubindeque Idibus Julii piacularis anni 1775. „ eodem referente decreta fuiſſet Signatura „ Commiſſionis Introductionis, ſubſequuta „ die 22. ejuſdem Menſis Sanctiſſimi Domini „ Noſtri PP. PII VI. adprobatione, ac ſubſi„ gnatione; Nunc ad preces ejuſdem P. Poſtu„ latoris referente Eminentiſſimo, & Reve„ rendiſſimo D. Card. Boſchi, in Ponentem „ ſubrogato, eadem S. Rit. Congregatio ad „ ſibi propoſitum dubium = *An ſententia lata* „ *per Reverendiſſimum Epiſcopum Camerinenſem* „ *ſuper Cultu ab immemorabili tempore eidem* „ *Ven. Servo Dei exhibito ſit confirmanda, ſeu* „ *an conſtet de caſu excepto a Decretis fel. re-* „ *cord. Urbani PP. VIII. in caſu, & ad effe-* „ *ctum, de quo agitur*, audito prius R. P. D. „ Dominico de Sancto Petro Fidei Promoto„ re, qui ſcripto, ac voce ſententiam ſuam „ expoſuit, reſcribendum cenſuit, *Affirma-* „ *tive*, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placue„ rit. Die 25. Februarii 1777.

„ Factaque deinde per me infraſcriptum „ Secretarium de prædictis eidem Sanctiſſimo „ Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua be„ nigne annuit. *Die prima Martii* 1777. „

M. Card. Mareſuſcus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Gallo Sac. Rit. Congr. Secretarius.

DECRETUM.

Camerinen. ſeu Ordinis Minorum S. Franciſci B. Joannis a Parma Sacerdotis Profeſſi, ac VII. Miniſtri Generalis dicti Ordinis.

„ Poſt rigidum, & formale examen Cul„ tus a tempore, cujus initii memoria non „ extat, exhibiti *B. Joanni a Parma* Sacerdo„ ti Profeſſo, ac VII. Miniſtro Generali Or„ dinis Minorum S. Franciſci in Sacra Rituum „ Congregatione inſtitutum, & ſub die 25. Fe„ bruarii mox elapſi abſolutum, adprobante „ Sanctiſſimo Domino Noſtro PIO PP. VI. die 1.

Digitized by Google

ipſorum famam laudis dignam præconio, falſis ſatagentes oblocutionibus obfuſcare, varias litteras, per quas ipſos, quos vitæ commendat puritas, & eorum Ordinem gratiſſimis approbatum fructibus, impio diffamationis morſu dilacerant, diverſarum Prælatis partium mittere præſumpſerunt; &, ut nihil prætereant inoffenſum, adeo in eorum cordibus malitia ebullivit, quod nonnullos ex Fratribus ipſis Pariſien., divino timore poſtpoſito, & modeſtiæ Clericalis honeſtate abjecta, ſacrilega manu verberibus affecerunt. Ipſi etiam iis exceſſibus non contenti, ſed in ſuæ iniquitatis nequitia potius obſtinati, quod eis pejora, & graviora inferrent, nequiter comminantur. Eorumdem Clericorum timore perterriti, vix Clauſtrum ſuum audent egredi pro acquirendis eleemoſynis eorum victui opportunis. Attendentes igitur, quod nonnumquam culpa trahitur, dum vindictæ detrahitur, & qui commiſſa dimittit inulta, pandit aditum ad pejora; ne forte Clericorum ipſorum audax inſolentia per moroſam tolerantiam invaleſcat, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Pariſienſi (3) noſtris injungimus litteris (4) ut Clericos prædictos, quod eiſdem Fratribus ſatisfaciant plenarie de præmiſſis, & ab eorum moleſtatione deſiſtant, monitione præmiſſa canonica, animadverſionis vigore compellat, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Cum autem ad Regiæ ſalutis augmentum pertineat, dictos Fratres divinæ conſiderationis obtentu a perverſorum conatibus defenſare, ecce Regiam Celſitudinem rogamus, & hortamur attente, quatenus eidem Epiſcopo, cum ab eo requiſitus fueris, ad cohibendam hujuſmodi Clericorum ipſorum inſolentiam, pro Dei, & noſtra reverentia, impendas favorem, & auxilium opportunum.

Datum Laterani II. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Secundo.

„ die 1. Martii, ad humillimas preces R. P. F. „ Paſchalis a Variſio totius dicti Ordinis Mi- „ norum Miniſtri Generalis, necnon P. F. Jo- „ ſephi Mariæ a Monte-Jano Cauſæ Poſtula- „ toris, idem Sanctiſſimus Dominus Noſter, „ referente R. P. Dominico de Sancto Petro „ Fidei Promotore, benigne indulſit, ut quo- „ tannis die ab eodem Miniſtro Generali de- „ ſignanda Officium, & Miſſa de Communi „ Confeſſoris non Pontificis ſub ritu duplicis „ minoris in toto Ordine ab omnibus utriuſque „ ſexus Religioſis, qui ad Horas Canonicas „ tenentur, recitari, ac celebrari reſpective „ poſſit, & valeat, quibuſcumque in contra- „ rium minime obſtantibus. Die 24. Martii „ 1777.

M. Card. Mareſuſcus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Gallo Sac. Rit. Congr. Secretarius.

DECRETUM.

Reverendiſſimi P. Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum.

„ Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter PIUS „ Papa VI. exaudire dignatus ſit humillimas „ noſtras preces pro conceſſione Officii, & Miſ- „ ſæ *B. Joannis a Parma* VII. Miniſtri Gene- „ ralis Ordinis noſtri ſub ritu duplicis mino- „ ris, & arbitrio noſtro committere diem aſſi- „ gnandam pro recitatione ipſius Officii, ac „ Miſſæ in toto Ordine. Nos eadem facultate „ utentes diem vigeſimam Martii, qua idem „ Beatus ex hac vita ad æternam migravit, „ pro recitatione Officii, & celebratione „ Miſſæ ejuſdem Beati de Communi Confeſſo- „ ris non Pontificis primo loco vigore præſen- „ tium aſſignamus, atque ſtatuimus. Datum „ Romæ ex Araceli die 8. Aprilis 1777.

Fr. Paſchalis a Variſio Miniſter Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

(3) *Epiſcopo Pariſienſi*; Reginaldo hujus nominis Secundo, de quo & in notis ad Bullas præcedentes, & in aliis ad ſubſequentes agemus.

(4) *Noſtris injungimus litteris*, quas deſuper attulimus, ſimiliter incipientes, *Dilecti filii*, licet alias plures de hac ipſa re eidem dederit Epiſtolas, ut ex hoc ipſo liquet Supplemento.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1256.

XIX.

Concedit Fratribus Alvernæ, ut in quolibet Italiæ loco pro ſuis, Conventus, aut Eccleſiæ neceſſitatibus quæſtum exercere, & res aut mendicatas, aut quocumque titulo acquiſitas libere, & abſque ulla vectigalium ſolutione ad Conventum deferre valeant. Ex Archivo ejuſdem Sacri Conventus.

An. Ch. 1256. die 3. Maii.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Sacratiſſimi Montis Alvernæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium a Rom. Pontif. ſolicitudine pro Sanctorum locorum veneratione.

In Monte Alvernæ Chriſtus, & B. Virgo apparuerunt.

Aliæ Sacri Montis prærogativæ.

Mons Alvernæ poſitus in ſterilibus Etruriæ partibus.

ROmani eſt Summi Pontificis ea loca, ubi vel Chriſtus, ac ejuſdem Beatiſſima ſemper Virgo, & Mater, vel Sancti incoluere, ad majorem eorumdem venerationem, & cultum gratiis, favoribus, & præcipuis privilegiis decorare. Cum ergo Alverniæ Mons exiſtat hujuſmodi, in hoc enim & Chriſtus, & Beatiſſima Virgo ſæpe apparuere (1) & S. Franciſcus nedum inhabitavit, ſed & Stigmata Sacra in ſui carne recepit (2) adeout quoquo modo Golgotha (3) inſignior, & glorioſior iſte dicendus videatur. In illo enim Chriſtus ab impiis, & ſceleſtiſſimis dire, & inhumaniter, in hoc vero Franciſcus ab ipſo Chriſto, licet dolenter, dulciter, & amanter crucifixus apparuit: Ille de ſui Conditoris morte ſigna non dedit, iſte petrarum ſui ſciſſione de morte ejuſdem vehementer indoluit, doloriſque præbet argumenta (4). Quapropter cum ex parte veſtra Nobis fuerit expoſitum, quod iſte Mons inſignis in partibus Etruriæ ſterilibus conſideat (5) itaut vos inco-

(1) *Chriſtus, & Beatiſſima Virgo Maria ſæpe apparuerunt.* Chriſtum Jeſum S. Franciſco in Monte Alvernæ ſub ſpecie Seraphim apparuiſſe, cum ei Stigmata ſua impreſſit, præter Seraphicum Doctorem S. Bonaventuram, id in Legenda cap. 13. apertiſſime aſſerentem, ſcribunt communiter omnes, qui de hoc portento verba faciunt; univerſus credidit ſemper Minorum Ordo, in Feſto impreſſionis eorumdem Stigmatum adhuc lætiſſime canens: *Ad quem venit Rex e Cælo amictu Seraphico: Cernit Servus Redemptorem paſſum, impaſſibilem*; ac perſpicue fatetur in hoc ſuo Diplomate Alexander IV. Alia vice in hoc eodem Monte Seraphicum Patrem ejuſdem Salvatoris præſentia dignatum fuiſſe, ut alias apparitiones inibi eidem factas prætereamus, refert ex aliis Auctor *Novi Dialogi Sacri Montis Alvernæ* lib. 1. cap. 4. *De Menſa S. Franciſci*, quam lapidem illum eſſe ait, ſuper quem Salvator ipſe conſidens, Viro Sancto pro Ordine ſuo oranti multa de ſtatu, & duratione iſtius patefecit, & repromiſit. Etiam Glorioſiſſimam Virginem Dei Matrem pluries in hoc Monte eidem B. Franciſco ſe conſpiciendam dediſſe, præſertim cum utroque comitata Joanne, Baptiſta ſcilicet, & Evangeliſta vetuſtæ Eccleſiæ ſitum, & formam ei deſignavit, jam diximus in nota (2) ad Bullam XI. Innocentii IV., *Quoniam ut ait Apoſtolus*.

(2) *Stigmata Sacra in ſui carne recepit*; quæ in Corpore ejuſdem B. Franciſci adhuc viventis, præter alios, idem Alexander IV., cum eſſet in Officio Cardinalatus, ſe propriis oculis vidiſſe, & manibus palpaſſe apertiſſime fatetur in ſuis Diplomatibus, *Benigna operatio: Grande, et ſingulare: Quia longum eſſet*, legendis apud Sbaraleam, Waddingum, & alios.

(3) *Golgotha*; quod eſt Calvariæ locus, Mons nempe in Paleſtina prope Jeruſalem, & pars Montis Maria, quam aſcendit Abraham filium ſuum Iſaac immolaturus, toto Orbe celeberrimus, in quo Salvator Noſter Cruci affixus redemptionem noſtram operatus eſt, & quem modo incolunt Fratres noſtri, ibi celebri conſtructa Eccleſia, præter aliam Sanctiſſimi Sepulchri, ſub titulo Sancti Salvatoris, quæ Caput eſt Cuſtodiæ Paleſtinæ, ſive Terræ Sanctæ.

(4) *Doloriſque præbet argumenta*; in anfractibus nimirum, & petrarum ſciſſuris admirandis, quæ adhuc in ipſo Monte conſpiciuntur, quaſque apertas fuiſſe cum in Chriſti morte *petræ ſciſſæ ſunt*, Angelus B. Franciſco ſuper ipſis admiranti revelavit, uti ſcribunt Piſanus lib. 3. Conformit. 31., Auctor *Novi Dialogi Sacri Montis Alvernæ* lib. 1. cap. 5., & lib. 2. cap. 4., ac Waddingus ad annum 1213. numer. XXXV.

(5) *In partibus Etruriæ ſterilibus conſideat*; in Diœceſi Aretina, in Caſentino, ab Appenninis

Digitized by Google

incolæ Fratres omnibus indigeatis ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis, &, ut ibi incolere valeatis, & tantum locum adeo carum, & acceptum Deo, ac S. Franciſco, ex victus, & veſtitus caritate, ne deſerere neceſſe habeatis, victum, & veſtitum aliunde quæritare, & quæſtuare undequaque, illuc aſportare, conducere, & transferre libere, & abſolute vobis ſit neceſſarium. Nos igitur ad veſtras non tantum preces, quam neceſſitates benigniter inclinati, & ex ſpeciali in Nobis devotione, qua in Sacratiſſimum Alverniæ Montem ſumus propenſi, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine noſtræ poteſtatis concedimus, permittimus, & mandamus, ut ubique per totam Italiam, & in quacumque ejuſdem Provincia, & generaliter ejuſdem in quibuſcumque locis, abſque ulla limitatione, libere, abſolute, & quibuſcumque remotis impedimentis, & impedientibus, quæſtuare, & oſtiatim ſub nomine Dei, & titulo eleemoſynæ quæritare valeatis granum, vinum, carnes, caſeum, legumina, caſtaneas, & poma, & generaliter quæcumque cibaria, & victualia, necnon pannum, lanam, linum, canabam, & cætera hujuſmodi, non tantum vobis ad veſtimentum, ſed etiam pro Eccleſiæ utenſilibus neceſſaria, abſque ulla contradictione, & quacumque exceptione remota; & quæcumque oblata, aut quovis alio titulo quæſita, ad veſtrum alimenta, veſtimenta, & Eccleſiæ veſtræ uſum, libere, expedite, & abſque ulla ſolutione guidagii (6) pedagii (7) & generaliter cujuſque gabellæ (8) abſolute per vos, aut famulos veſtros ſarcinarios, pro tempore vobis inſervientes, aut per quoſcumque alios a vobis deſtinatos, dummodo de hoc mandatum ſpecialiter veſtrum appareat, aut veſtri Guardiani, pro tempore exiſtentis, transferre, & aſportare, & conducere valeatis; itaut nullus locorum Ordinarius, ſive Eccleſiaſticus, ſive Sæcularis valeat vos impedire, & quæcumque alia perſona ſub quovis prætextu, aut quocumque alio quæſito colore, ne quæſtum, & eleemoſynas libere quæſtuando quæratis, & quæſtuata, oblata, aut quovis alio juſto titulo quæſita, libere, & abſolute, & abſque cujuſque ſolutione gabellæ ad eumdem Sacratiſſimum Alverniæ Montem, ad veſtrum, veſtræque Eccleſiæ, & Conventus uſum transferatis, & transferri per alios faciatis libere, abſolute, non obſtantibus quoad eleemoſynas quæritandas in tota Italia, & qualibet ejuſdem Provincia, & in quovis loco ejuſdem Italiæ, & quæſitas, oblatas, & quovis alio titulo vobis comparatas, res transferendas, deducendas, & aſportandas, quibuſcumque conſuetudinibus, Statutis, & privilegiis in contrarium facientibus, quibus nunc pro tunc de plenitudine noſtræ poteſtatis derogamus, & nulla declaramus. Si quis autem contra formam, & tenorem hujus noſtræ præſentis conceſſionis, indulti, gratiæ, & privilegii ſive in quæſtuando, & eleemoſynas quæritando, ſive in transferendo, deducendo, & aſportando aliquid auſu temerario attentare præſumpſerit, ſi fuerit perſona Eccleſiaſtica pœnam ſuſpenſionis, & centum aureorum; ſi ve-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Idem Mons Deo, & B. Franciſco acceptus.

Ad Fratrum preces, & ex ſpeciali ſua devotione Pontifex concedit ut ſupra.

A nemine, ſive Eccleſiaſtica, ſive Sæculari perſona, impediri poſſunt.

Conſuetudinibus, & privilegiis in contrarium derogatus.

Pœnæ in contrafacientes.

niniis Montibus circumdato, & ab Arno flumine in duas partes diviſo, quæ regio a Strabone lib. 5. dicitur *Terra Paſſumena*, quia per eam tranſibant milites Galliæ Ciſalpinæ in Tuſciam profecturi; ab Annio vero ſuper *Itinerarium Antonini Pii* appellatur Cluſentinum a *Cluſio Novo*, quemadmodum, præter ipſum Antoninum, eam vocant Plinius lib. 3. cap. 3., & Marcus Cato. *A. Cluſio Novo*, inquit Plinius, *denominantur Cluſini Novi, & Cluſentinum, & Cluſentinates*. *Cluſium Novum*, ait Marcus Cato de Originibus, *unde Cluſentinum tranſitus Annibalis*, quia per hanc Vallem tranſivit Annibal Carthaginenſis cum ad Italiæ, & Romæ damna ſuum duceret exercitum.

(6) *Guidagii*; vectigalis nimirum, quod Barbari, ut habetur in Vocabulario linguæ Etruſcæ anno 1691. Florentiæ impreſſo, vocant *Pedagium*, de quo in ſequenti nota.

(7) *Pedagii*; vectigalis, quod ſolvitur pro tranſitu per locum aliquem, ut in eodem Vocabulario, ſic dictum a *Peda*, quæ vox interpretari poteſt per quodcumque ſpatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni poteſt, quod ad fiſcum Domini fundi pertineat. Freſnius, ſive Cangius in Gloſſario advertit, *Pedagium* ſumi etiam pro qualibet præſtatione.

(8) *Gabellæ*. Vox Italica ſatis nota, exprimens portionem illam, quæ ſolvitur Principi, aut Communi locorum pro rebus aut emptis, aut venditis, ſive pro illis, quæ alio transferuntur.

Digitized by Google

ſi vero Laicalis pœnam anathematis, & centum aureorum eo ipſo incurrat, licet temeratores, ſive Eccleſiaſtici, ſive Sæculares ſint cujuſcumque dignitatis, & præeminentiæ, a quibus pœnis ſpiritualibus niſi per Nos, noſtroſque Succeſſores non valeant abſolvi; & niſi prius bonis arreſtatis integraliter reſtitutis, aut damnis ex impedimento eleemoſynas quæſtuandi ex integro reſarcitis; & pœna centum aureorum, Conventui, & Eccleſiæ veſtris applicandorum, niſi prius totaliter perſoluta. Nulli ergo hominum liceat huic noſtræ conceſſioni, gratiæ, & privilegio, ad ſemper, perpetuo, & in perpetuum valituris, contrafacere, contradicere, aut contravenire; & ſi quis cujuſcumque dignitatis, aut præeminentiæ auſu temerario attentare præſumpſerit, ultra ſupradictas pœnas, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſula conſueta.

Datum Romæ v. Nonas Maii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XX.

Ad preces Epiſcopi, & Capituli Pariſienſis mandat Abbati Foſſatenſi, ut ordinata pro utilitate, & libertate illius Eccleſiæ obſervari faciat.
Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 302., & ex Bremondo Bullar. Ord. Prædicatorum tom. 1.

An.Ch. 1256. die 5. Maii.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Abbati Foſſatenſi (1) *Pariſienſis Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Facti narratio, & harum Epiſtolarum cauſa.

CUm, ſicut Venerabilis Frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Eccleſiæ Pariſienſis ſua Nobis petitione monſtrarunt, dudum inter dilectos filios Priorem, & Fratres Ordinis Prædicatorum ex parte una, & Univerſitatem Magiſtrorum, & Scholarium Pariſienſium ex altera ſuper diverſis articulis orta fuiſſet materia quæſtionis (2) & Nos de Fratrum noſtrorum conſilio quædam ſuper hæc ordinaverimus (3) quæ noſcuntur in utilitatem Studii, & libertatem Pariſienſis Eccleſiæ redundare, Nos eorumdem Epiſcopi (4) & Ca-

(1) *Abbati Foſſatenſi*; Joanni, ut ait Bremondus tom. 1. Bullarii Ordinis Prædicatorum, nota (1) ad Litteras hujus Pontificis, *Cum ſicut*, pag. 305. De hoc Foſſatenſi Monaſterio clariſſimus Mabillonius in Annalibus Ord. S. Benedicti ad ann. 638. num. 58. hæc habet „ Vix Regnum, mortuo patre, inierat Chlodoveus, cum Bledagiſilus Archidiaconus Eccleſiæ Pariſienſis Caſtrum Bacaudarum (ſic factioſos, & rebelles, tempore Diocletiani exortos, appellaverant) vulgo Foſſatum dictum, ab eodem Rege, vel potius a Nanthilde genitrice, loco ejus regnante, petiiſſe, & obtinuiſſe traditur: ubi ille Baſilicam ſub titulo Sanctorum Petri, & Pauli cum adjuncto Monaſterio molitus eſt, eique Babolenum Abbatem præfecit, annuente Rege una cum Audoberto Pariſienſium Antiſtite, qui ambo Monaſterium Foſſatenſe poſtea dictum privilegiis conceſſis decorarunt. Poſitus eſt locus quinque paſſuum millibus ſupra Lutetiam Pariſiorum ad Matronam fluvium, qui peninſulam efficit, plus amenitatis, quam fertilitatis habentem. Jacobus Brolius Monachus Cœnobii S. Germani Pariſienſis, non indoctus, libellum vulgavit de geſtis S. Baboleni Abbatis, & de primordiis Monaſterii Foſſatenſis „.

(2) *Orta fuiſſet materia quæſtionis*; de qua egimus in notis ad Bullam III. ejuſdem Alexandri IV. incipientem, *Controverſiam dudum*.

(3) *Quædam ſuper hæc ordinaverimus*; in litteris nempe incipientibus, *Quaſi lignum vitæ*, inſcriptis *univerſis Magiſtris, & Scholaribus Pariſienſibus* ſub XVIII. Kalendas Maii, quæ legi poſſunt apud Waddingum in Annalibus Minorum, apud Boulæum tom. 3. *Hiſtor. Univerſit. Pariſien.*, in novo Bullario Romano tom. 3., in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. 1., & in Franciſcano tom. 2. pag. 32.

(4) *Epiſcopi*; Reginaldi ſcilicet hujus nominis Secundi, de quo non una ſemel egimus

Digitized by Google

& Capituli precibus favorabiliter annuentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ordinationem hujuſmodi facias auctoritate noſtra firmiter obſervare. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Mandat ut ſupra.

Datum Laterani III. Nonas Maii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXI.

Mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut Introductorium in Evangelium Æternum, ejuſque additamenta, ſibi infra certum terminum ab omnibus exhiberi præcipiat, inhibeatque, ne quis deinceps vel ea de novo ſcribere, vel jam ſcripta apud ſe retinere audeat. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 302., & ex Bullario Ordinis Prædicatorum tom. I.

ALEXANDER EPISCOPUS

An. Ch. 1256. die 8. Maii.

SERVUS SERVORUM DEI,

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſienſi (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Narratio facti.

Licet ſuper quodam Libello, qui *in libros Joachim Introductorius* dicebatur (2) Scedulis quibuſdam (3) in quarum nonnullis multa, quæ in Libello non continebantur eodem, nequiter adſcripta fuiſſe dicantur, penitus abolendis, tibi nuper direxerimus ſcripta noſtra (4) quia tamen dubitas, qualiter circa horum abolitionem mandatum Apoſtolicum exequi debeas, ejuſdem executioni ſuperſedere curaſti (5) quouſque ſuper hoc Apoſtolicam Sedem duceres conſulendam. Ut igitur procedas certius, & ſecurius in hac parte, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatum Libellum, & omnes hujuſmodi Scedulas, a cunctis illas habentibus tibi auctoritate noſtra præcipias exhiberi, eos ad exhibenda hæc infra certum terminum, quem ad hoc præfixeris, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, & inhibendo diſtrictius ſub interminatione anathematis, ne quis de cætero ſimiles conſcribere, vel componere, ſeu apud ſe retinere præſumat, & quæ tibi de his fuerint exhibitæ, vocatis ad tuam præſentiam dilectis filiis Cancellario Pariſienſi (6) & decem aliis providis viris;

Mandat ut ſupra.

Judicium ferendum de infami Libello coram Cancellario Pariſienſi, aliiſque decem viris.

Y

mus in actis ad alias Bullas præcedentes, & ad quem varias dedit idem Alexander IV. de hac ipſa re Epiſtolas, legendas in locis mox laudatis, & in hoc noſtro Supplemento.

(1) *Epiſcopo Pariſienſi*; Reginaldo Secundo, cujus in ultima nota ad Bullam ſuperiorem, & in aliis ad Litteras præcedentes mentionem fecimus.

(2) *In libros Joachim Introductorius dicebatur*; de quo vide notas ad Bullas Alexandri IV. incipientes, *Libellum quemdam*, deſuper vulgatas; ſic enim eotunc impius libellus, *Evangelium Æternum* inſcriptus, ob varias notas, & additiones, quibus refertus apparuit, denominabatur, & Opus novum idcirco cenſebatur, licet ante annos quinquaginta & amplius illum exaraſſet impius Almaricus Carnotenſis, ut in eiſdem notis dictum eſt, cujus referunt errores Edmundus Martene tom. 4. Anecdot., & Fleury ad ann. 1210., quo, vel præcedenti, corpus Almarici exhumatum fuit, & in ſterquilinium projectum.

(3) *Scedulis quibuſdam*, additionibus nempe, ſive notis ad *Evangelium Æternum*, de quibus vide notam (9) ad Bullam primam ex incipientibus, *Libellum quemdam*.

(4) *Tibi nuper direxerimus ſcripta noſtra*; Epiſtolas nimirum incipientes, *Libellum quemdam*, deſuper vulgatas.

(5) *Ejuſdem executioni ſuperſedere curaſti*; ut in nota (10) ad primam Bullam ex binis præcitatis, licet poſt receptas præſentes Epiſcopus vel publice, vel privatim impium Libellum cremari juſſerit.

(6) *Cancellario Pariſienſi*, ad quem ipſe Alexander IV. anno ſuperiori ſub die 7. Decembris dedit Epiſtolas, *Licet nos olim*, vulgatas a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

viris, quos diſcretio tua expedire viderit, coram ipſis, ita quod ex hoc infamia, vel ſcandalum non conſurgat (7) ſtudeas abolere.

Datum Laterani VIII. Idus Maii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXII.

Derogat conventionibus initis pro bono pacis a Fratribus Prædicatoribus cum Accademicis Pariſienſibus, præcipitque, ut ſuas præcedentes Conſtitutiones, vel in favorem eorumdem Fratrum, vel contra ipſos Accademicos emanatas, ſub pœna excommunicationis exequi faciat. Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſienſis pag. 302., ex Bullario Ord. Prædicat. tom. 1., & ex VVaddingo in Annalib. Minor. ad ann. 1256. num. XXVI.

An. Ch. 1256. die 17. Junii.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. (1) ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cura Pontificis, ut irrationabiliter ſancita effectu careant.

CUnctis proceſſibus, & ordinationibus, vel ſtatutis, quæ malitiæ ſunt plena tribulis; & ordine carentia rationis, vel quæ Apoſtolicæ Sedis auctoritati derogant, & multos Chriſti fideles enormiter ſcandalizant, ac in divinæ Legis vertunt præjudicium, & evidens continent periculum animarum, prompto ſpiritu debemus obſiſtere, ut nulla prorſus gaudeant firmitate, ſed redigantur ad nihilum, ne tranſeant aliis in exemplum, inflicta nihilominus tali pœna temerariis Auctoribus eorumdem, quod ſit eis omnino neceſſitas de ſua præſumptione damnabili humiliter, & propere pœnitendi. Sane pro dilectiſſimo Nobis Pariſienſi Studio in vigore debito conſervando quædam olim circa ipſum de Fratrum noſtrorum conſilio, diligenti examinatione præmiſſa, provide duximus ſtatuenda, ſicut in ſpecialibus Litteris noſtris inde confectis, quarum principium eſt, *Quaſi lignum vitæ* (2) plenius continetur, certis ſuper hoc executoribus deputatis (3) dilectis etiam filiis Magiſtris Pariſienſibus per litteras noſtras (4) dedimus in mandatis, ut dilectos filios Fratres Prædicatores, Regentes Pariſius in Theologi-

Statuta pro conſervatione Studii Pariſienſis.

pag. 92., a Bremondo in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1., a Boulæo tom. 3. Hiſt. Univerſit. Pariſien., ubi mandat ipſi Cancellario, ne ulli Pariſiis legendi facultatem tribuat, niſi Conſtitutionem, *Quaſi lignum vitæ*, paratus ſit obſervare.

(7) *Ita quod ex hoc infamia, vel ſcandalum non conſurgat*, ob rationem allatam in nota (2) ad Bullam ſecundam ex binis incipientibus, *Libellum quemdam*, vel quia cum in impio Libello enunciaretur depreſſio Cleri Sæcularis, & exaltatio Regularis, maxime Ordinum Mendicantium, jure timendum erat, ne occaſione damnationis illius vulgares homines, aut Scholares Pariſienſes, aliique eorumdem Mendicantium infenſiſſimi hoſtes, cachinnis, & contumeliis eos afficerent, tamquam vanos novi Evangelii prædicatores, falſos Prophetas, & in futuro Eccleſiæ ſtatu ſuper omnes Eccleſiaſticos illuſos, ac cæteris illudentes triumphatores irridentes, eo quod Guillelmitæ diſſeminaſſent in vulgus, Libellum peſtilentiſſimum, ab ipſis elaboratum, eſſe Opus ipſorum Mendicantium Fratrum, ut alias dictum eſt.

(1) *Epiſcopo Pariſienſi*, Reginaldo Secundo, de quo in nota (1) ad Bullam ſuperiorem, & alibi pluries.

(2) *Quaſi lignum vitæ*, quibus in litteris, datis ſub XVIII. Kal. Maii ſuperioris anni *Univerſis Magiſtris, et Scholaribus Pariſienſibus*, Statuta Univerſitatis partim probantur, partim temperantur, partim vero reſcinduntur.

(3) *Certis ſuper hoc executoribus deputatis*, Epiſcopis nempe Silvanectenſi, & Ebroicenſi, ut in iiſdem litteris, *Quaſi lignum vitæ*.

(4) *Per litteras noſtras*, incipientes, *Controverſiam dudum*, quarum exemplar extat vulgatum in hoc Supplemento.

Digitized by Google

logica facultate (5) qui per felicis recordationis Innocentium Papam (6) Prædeceſſorem noſtrum, & ſubſequenter per Nos (7) reſtituti fuerant, admitmitterent, alioquin ab officiis, & beneficiis eſſent ipſo facto ſuſpenſi. Dicti vero, & quam plures alii Magiſtri, & Scholares Pariſ. reſtitutionis, ordinationis, & litterarum, ac ſententiarum, & executionis ipſarum temerarii tranſgreſſores in deluſionem eorum ab Univerſitate nequiter receſſerunt, & præter ipſam Univerſitatem, ut dicebant, in quadam Societate, ſeu Congregatione morantes Pariſius, actumque legendi poſtmodum ex ſola malitia ſuſpendentes, licet Nos nomine Univerſitatis in dicta ordinatione noſtra ſæpius iterata intelligamus, & velimus intelligi omnes Magiſtros, & Scholares Pariſius exiſtentes, aſſerebant, ſe, cum de Univerſitate non eſſent, ad reſtitutionis, ordinationis, & litterarum, ac ſententiarum ipſarum obſervantiam non teneri, fruſtratorie ne ſuper hoc in præjudicium ipſorum aliquid fieret appellando, prout in litteris eorum tranſmiſſis Nobis, & Fratribus noſtris perſpeximus contineri. Juraverunt etiam, ut Fratres Prædicatores, & Scholares Fratrum Regentium in Scholis ſuis, & ad Scholaſticam Societatem nunquam reciperent, niſi prius, quod poſſent ad hoc recipi, eſſet per Eccleſiam definitum. Et ſic hujuſmodi, ac aliis malitioſis exceptionibus, & appellationibus interjectis, quas frivolas reputamus, præfatas reſtitutionem, ordinationem, litteras, & ſententias obſtinato animo non ſervantes, noſtræ intentioni circa effectum ordinationis ipſius præſumunt calumnioſis adinventionibus obviare. Ad tantam nihilominus prorumpendo veſaniam, quod in propriæ ſalutis diſpendium, & ſcandalum plurimorum conati ſunt per damnabilem aſtutiam impedire, ne aliqui prædictis Fratribus eleemoſynas largirentur, vel ab eis, vel in Domo ipſorum Sermones, ſeu lectiones, aut diſputationes eorum audirent, vel confiterentur ipſis peccata propria, etiamſi licentia ſuper hoc a Nobis, vel a te loci Diœceſano, aut Sacerdote proprio haberetur. Præterea in divinam, & noſtram offenſam non modicam ipſi Sacræ Religionis æmuli, ac turbatores quietis, & laudabilium operum, quibus prædicti Fratres invigilant, nefarii detractores claram, & celebrem illorum formam offenſare falſis obſequiis molientes, litteras (8) per quas ipſorum virtutum odore perfuſos, ac pium, & ſanctum eorum Ordinem, quaſi quoddam ſidus in Eccleſia Dei refulgentem, qui a longe retro temporibus per Sedem Apoſtolicam ſolemniter approbatus (9) fructus deſiderabiles, & feli-

Magiſtri Pariſienſes ab Univerſitate recedunt.

Pontificis ordinationibus Accademici reſiſtunt.

Varias moleſtias Fratribus inferunt Accademici.

Prædicatorum Ordinem infamare nituntur.

Ordo Prædicatorum dignis laudibus celebratur.

(5) *Regentes Pariſius in Theologica facultate*; Bonum-Hominem, & Eliam a legendi munere ab Accademicis excluſos, quia Statutis nonnullis ſubſcribere noluerunt, ut in nota (4) ad primam Bullam præcitatam ex binis incipientibus, *Controverſiam dudum*, indicavimus.

(6) *Innocentium Papam*, hujus nominis IV., quem Fratres Prædicatores, & Minores ab Accademicis oppreſſi appellarunt, eodem fatente Alexandro IV. in iiſdem litteris, *Quaſi lignum vitæ*, ubi etiam ait, controverſiam inter Accademicos, & laudatos Fratres subortam, per eumdem Innocentium IV. ſopitam fuiſſe, datis ipſis Accademicis litteris, quæ, ut alias diximus, deſiderantur, ac prænominatis Epiſcopis Silvanectenſi, & Ebroicenſi, quæ pariter non extant.

(7) *Subſequenter per Nos*; vigore litterarum, *Quaſi lignum vitæ*, & aliarum, quæ in hoc Supplemento, & apud Sbaraleam legi poſſunt.

(8) *Litteras*; libellos videlicet famoſos, ut ille *de Periculis noviſſimorum temporum*, a Guillelmo de Sancto - Amore conſcriptus anno 1253., vel 1255., & a S. Ludovico IX. Galliarum Rege per ſuos Nuntios miſſus ad ipſum Alexandrum IV., uti conſtat ex ejus Epiſtolis ad eumdem Regem, *Veri ſolis radius*, datis die 17. Octobris anni 1256., & alii, rithmi quoque, & indecentes cantilenæ, vel ab ipſo Guillelmo, vel ab ejus ſectariis ad infamiam, & irriſionem Ordinum Mendicantium, necnon ad excitandum in ipſos odium Populi excogitatæ, & hinc inde diſperſæ. *Æmuli Fratrum*, habetur in Admonitione prævia in tria Opuſcula S. Thomæ Aquinatis, alibi etiam laudata, cap. 2., *vulgabant libellos famoſos in litterali, & vulgari ſermone, necnon rythmos, & cantilenas indecentes; ac etiam Guillottus bedellus Scholarum, natione Picardus*, proſequitur ex aliis ibidem Auctor ipſe Admonitionis, *in Dominica de Ramis Palmarum, prædicante Fratre Thoma de Aquino, quemdam libellum famoſum in conſpectu Cleri & populi, & ipſorum Fratrum injuriam publicare præſumpſit*.

(9) *Per Sedem Apoſtolicam ſolemniter approbatus*; videlicet ab Honorio III. anno 1216. die 22. Decembris per Bullam incipientem, *Religioſam vitam eligentibus*.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

felices in eadem Eccleſia continua fœcunditate producit, odibiles redderent, & deſpectos, Prælatis diverſarum partium, & Nobis etiam, & Fratribus noſtris dirigere præſumpſerint (10) illa ducti credulitate nequiſſima, quod do-

(10) *Nobis etiam, & Fratribus noſtris dirigere præſumpſerint*; per Guillelmum de Sancto-Amore, Odonem de Duaco, Chriſtianum Canonicum Bellucacenſem, Nicolaum de Barro, & Joannem de Sectavilla, Rectorem Univerſitatis Pariſienſis, ut ſcribit Matthæus Pariſius Hiſtor. Anglor. ad ann. 1256. pag. 632. edit. Pariſien. anni 1644. Horum Odo, & Chriſtianus ad audientiam Cardinalium admiſſi, conqueri cœperunt, Opus *de Periculis noviſſimorum temporum*, ipſis inauditis proſcriptum fuiſſe, quia antequam ad Curiam Pontificis pervenirent, jam Anagniæ ad examen vocatum juſſu ejusdem Alexandri IV., & mature diſcuſſum a S.R.E. Cardinalibus Hugone de Sancto-Caro, Odone de Caſtro Rodulphi, Joanne de Toleto, Joanne Cajetano Urſino, & aliis, damnatum fuerat, edita Conſtitutione, *Romanus Pontifex*, ſub III. Nonas Octobris Pontificatus Alexandri IV. anno ſecundo, qua ſub pœna excommunicationis prohibetur, *ne quiſquam prædictum Libellum, ore Apoſtolico jam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat*. De hac impii Libelli proſcriptione idem Pontifex litteras dedit Galliarum Regi modo in nota (8) indigitatas, necnon Magiſtris, & Scholaribus Pariſienſibus, *Pariſius peritiæ ſummæ*, ſub die 15. Novembris. Damnavit etiam Pontifex errores, & propoſitiones in eodem Libello contentas, quæ a quibuſdam detrahentibus Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, vel oretenus, vel in cartulis divulgabantur, ut habetur in litteris, *Non ſine multa*, ſub XII. Kal. Novembris, directis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, aliiſque Eccleſiaſticis Gallicanis; in aliis, *Quidam Scripturæ Sacræ*, ſub eodem die ad Archiepiſcopos Turonenſem, & Rotomagenſem, atque ad Epiſcopum Pariſienſem; & in illa, *Non ſine multa*, ad prædictum Regem ſub XIV. Kalendas Novembris, in qua detractiones ita recenſentur. *Fuderunt iniquum virus, & contra eos in Scholis, prædicationibus, & alibi aſſerere præſumpſerunt, quod in ſtatu, & via ſalvandorum non erant; nec meritoria, nec ſalutifera exiſtebat illorum mendicitas, & paupertas, cum deberent, valetudine corporali, & aliis juſtis impedimentis ceſſantibus, propriis manibus operari, ſub ſpe alieni ſubſidii non torpendo, nec pro ſuſtentatione, vel neceſſariis extranea mendicando ſuffragia, ſeu ab aliis vitæ adminicula expetendo. Quodque de licentia, vel commiſſione Romani Pontificis, ſeu Diœceſanorum Epiſcoporum prædicationis exercere officium, & confeſſiones audire libere non valebant, tamquam per hoc Sacerdotibus Parochialibus præjudicium inferrent*. Duos prælaudatos coram Cardinalibus Hugone de Sancto-Caro, & Joanne Cajetano Urſino conſtitutos, ac rationibus in contrarium devictos, Alexandri IV. imperata feciſſe, & juramento firmaſſe promiſſionem factam retractandi Pariſiis, aliiſque in locis, quæ contra Mendicantes effutierant, habemus ex Bulla ejuſdem Pontificis, *Cum olim*, data Epiſcopo Pariſienſi, ut publicaret Inſtrumentum hujus promiſſionis ab ipſis factæ in Romana Curia, quod Inſtrumentum extat in ipſa Bulla, legenda apud Sbaraleam tom. 2. pag. 243. & apud alios ab eo citatos.

Etiam Nicolaum de Barro Pontifici adhæſiſſe legimus in Chronicis Normanniæ, a Ducheſnio vulgatis inter Veteres Scriptores Hiſtoriæ Normannorum Lutetiæ Pariſiorum 1619. ad annum 1244. Cantipratanus vero lib. 2. *de Apibus* cap. 20. num. 23. pag. 176. de univerſis prænominatis Magiſtris Pariſienſibus ſcribit: *Jam dicti Magiſtri, Fratrum adverſarii, dignitatibus, & beneficiis omnibus ſunt privati, donec jurarunt, mandato Domini Papæ coacti, revocare Pariſiis, & in aliis Civitatibus, & locis verecundæ prædicationis eorum, quidquid contra dictorum Fratrum Ordines implicite, vel explicite evomuiſſent*. Sanctamoranum quoque idem promiſiſſe, ac Roma diſcedendi facultatem non impetraſſe, niſi præſtito juramento de ſtando Romani Pontificis mandatis, deprehendimus ex litteris ejuſdem Alexandri IV., *Cum propter multiplices*, ipſi Guillelmo ſcriptis V. Idus Auguſti ſequentis anni, & ex aliis ſimiliter incipientibus ad S. Ludovicum IX. directis, quas exhibent Waddingus in Annalibus ad annum 1257. num. V., Bremondus in Bullario Ord. Prædicat. tom. 1. pag. 346., & Sbaralea in Franciſcano tom. 2. pag. 235. An omnes in propoſito perſtiterint, certo definiri non poteſt, unum ſi excipiamus Belluacenſem, de quo laudatus Cantipratanus loco citato num. XXVII. pag. 178. refert, quod morti proximus, *amariſſimo corde contritus recognovit, nihil ſe, & complices ſuos contra dictos Ordines habuiſſe, niſi quod illis æquari in ſcientia non valerent, et ob hoc eos parvipenderent Auditores. Et quoniam, ait, nihil habeo, quod vobis pro injuria gravi refundam, in ſignum tamen quod ex corde pœniteo, Corpus meum apud vos, Fratres Prædicatores, tradendum ſepulturæ relinquo*. De Sanctamorano certum eſt, uſque ad Clementem IV. contra Prædicatores, & Minores calamum, & linguam acuiſſe, utpotequi, ut alibi etiam diximus, ipſi Clementi novum dederit Opuſculum inſcriptum, *Collectiones Catholicæ, et Canonicæ Scripturæ*, quem Pontifex deſpexit, & a ſe abjecit. Immo Roma nihilo meliorem factum diſceſſiſſe Guillelmum ex eo fateri cogimur, quod in præcitatis litteris, *Cum propter multiplices*, intelligamus, ei in Galliam redeunti ingreſſum in perpetuum interdictum fuiſſe, ac profugum, & excommunicatum vitam impoſterum duxiſſe. Denique Auctor Chronici MS. XV. Miniſtrorum Generalium Ordinis noſtri, de B. Joanne Parmenſi verba faciens, rem fe-

re

doctrina Catholica, & ſalubris, ac prædicatio Fratrum ipſorum Deo gratiſſima, & delectabilis eum timentibus contemnatur, ac invaleſcat Hæreticorum perfidia, pro qua impugnanda viriliter, & omnimode confutanda dicti Fratres, velut ſtrenui pugiles Orthodoxæ Fidei, ſunt ita vigiles, & intenti, quod ducunt pro deliciis, ſi hac de cauſa bibunt aliquando calicem paſſionis (11). In quoſdam etiam de Fratribus eiſdem quidam e Scholaribus ſupradictis maligno concitati ſpiritu, vel quaſi frenetico furore poſſeſſi, violentas manus, ut dicitur, injecerunt, & illos, & alios tot affecerunt injuriis, ut vix de Clauſtro ſuo auderent egredi pro quotidianis eleemoſynis in ſuæ pauperis vitæ remedium acquirendis (12). Demum vero iidem Fratres tam duris affecti moleſtiis, & opprobriis laceſſiti ad quamdam compoſitionem cum dictis Magiſtris, & Scholaribus ſine conniventia Sedis Apoſtolicæ minus provide devenerunt, per quam inter alia reprobatione digniſſima dicti Fratres, & Scholares a Scholis, & Scholaſtica Societate Magiſtrorum, & Univerſitatis contemptibiliter excluduntur, quod eſt apertiſſime in contumeliam Creatoris, & animarum jacturam, ac diſcrimen Fidei, & in favorem hæreticæ pravitatis; maxime cum non ſolum virtuoſi, & Religioſi viri, ſed etiam Judæi (13) & quicumque alii Chriſtiani nominis inimici, libere in Scholis divinæ Legis recipi, & etiam ad hoc deberent precibus invitari, ut ibi lumen

Fratres Prædicatores aliis injuriis a Scholaribus affecti.

Fratres Prædicatores cum Accademicis compoſitionem inſtituunt.

Fratres Prædicatores ab Univerſitate excluduntur.

Etiam infideles in Scholis Chriſtianorum recipiendi.

Z Fi-

re totam ſic paucis comprehendit: „ Sub hujus „ Miniſterio Guillelmus de S. Martha (*idem ac de Sancto-Amore, qui et de Fano Amoris ab aliquibus dictus fuit*) Doctor Theologus, „ ſed ad ſobrietatem non ſapiens, contra Re„ ligioſorum Pauperum ſtatum, & quod com„ miſſione Summi Pontificis, vel Ordinario„ rum, non poſſent Fidelium confeſſiones au„ dire ſine licentia ſpeciali Parochialium Sa„ cerdotum, Libellum infamatorium promul„ gavit. Sed poſtea Fratribus pro veritatis „ defenſione inſtantibus, Libellus quidem pri„ mo coram Domino Alexandro Papa quarto, „ qui eum de Fratrum ſuorum conſilio ſub „ anathematis ultione in eos, qui tenerent, „ & non delerent, damnaverat, dein Pari„ ſius coram piiſſimo tunc Rege Francorum, „ nunc Sanctorum aggregato, & aſcripto „ Catalogo, dicto Ludovico, multitudine „ convocata, ſolemniter eſt combuſtus. Di„ ctus vero Guillelmus de toto Franciæ Regno „ expulſus eſt. Multam iſte Guillelmus Ordi„ ni perſecutionem ingeſſit. Cum enim cal„ lide Clerum Pariſienſem, & Prælatos Ec„ cleſiæ, quorum ſe defenſorem dicebat, con„ tra Ordinem concitaſſet, multa Fratres op„ probria, & damna paſſi ſunt. Sed ſicut o„ ſtenſum eſt, ſuæ finem malitiæ, & aſtutiæ „ confuſionem accepit „.

(11) *Bibunt aliquando calicem paſſionis*; quia revera anno 1242. utriuſque Ordinis Prædicatorum, & Minorum Fratres in partibus Toloſanis Inquiſitores, ut alios reticeamus, ab Hæreticis Avinioneti in Aula Comitis Toloſatis pro Fide Catholica trucidati fuerant, quemadmodum referunt Innocentius IV. in ſua Bulla, *Inter alia deſiderabilia*, vulgata a Sbaralea tom. I. pag. 305.; Waddingus ad hunc annum num. III.; & Bernardus Guidonis Ordinis Prædicatorum in Chronico Romanor. Pontif. ad eumdem annum, ſcribens: „ Anno Domi„ ni MCCXLII. VII. Kal. Junii in nocte Aſcen„ ſionis Domini Frater Guillelmus Arnaldi, „ Vir diſcretus, devotus, conſtans, atque „ invictiſſimus Hæreticorum Inquiſitor, cum „ duobus Fratribus ſuis Sociis Ordinis Præ„ dicatorum, & Frater Stephanus Collega „ Inquiſitoris cum Socio ſuo Ordinis Fratrum „ Minorum, & Raymundus Scriptor, Archi„ diaconus Lazetanus Eccleſiæ Toloſanæ, & „ Prior Avinioneti Montanus de Cluſa, & Pe„ trus Arnaldi Notarius Inquiſitoris cum „ aliis tribus, apud Avinionetum Toloſanæ „ Diœceſis contra Hæreticos Fidei perſecuto„ res, in Aula ipſius Comitis ab inimicis Dei, „ & Fidei Hæreticorum credentibus fuerunt „ pro Fide atrociter interfecti cantantes, *Te* „ *Deum laudamus* „.

(12) *Tot affecerunt injuriis*, quas idem Alexander IV. refert etiam in aliis ſuis litteris incipientibus, *De quibusdam Magiſtris*, &, *Dilecti filii Fratres Prædicatores*, in hoc Supplemento jam deſuper allatis.

(13) *Sed etiam Judæi*. Quamvis enim Jure Canonico cap. *Omnes*, *cap. Nullus* 28. qu. I. & cap. *Judæus* extra tit. *de Judæis*, prohibeantur Chriſtiani cum Judæis habitare, comedere, in balneo lavari, ab eis medicinam accipere, & in ipſorum ſervitio commorari, & ex hoc Judæorum nemini permittendum eſſe videatur *intrare Scholas Chriſtianorum cauſa addiſcendi*, ut ait Panormitanus ſuper Quinto Decretalium *de Judæis* cap. I. num. I., *conſuetudo tamen*, concludit, *habet contrarium*; imo Decius ſuper Decretalibus cap. *Conſuluit* de Appellat. num. 3. cum aliis tenet, Judæos *etiam de jure* Scholas noſtras intrare poſſe, *cum eis hic ſpecialiter interdictum non ſit*, ut liquet etiam ex hac Alexandri IV. Conſtitutione, quemadmodum interdictum eſt eis laurea doctorali inſigniri, ut laudati Panormitanus, & Decius in præcitatis locis cum aliis communiter docent, quia Doctoratus eſt dignitas, & Judæi, utpote mancipii, ab omni dignitate excluduntur.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Accademici impediunt Scholares, ne ad audiendos Fratres Prædicatores accedant. Pontificem exorant Prædicatores, ut a cenſuris Accademicos abſolvat.

Fidei, & morum ſuſciperent diſciplinam. Quid plura! Prædicti Magiſtri, & Scholares hujuſmodi concordiam ſtimulis diſcordiæ circumſcriptam obſervare, ſicut accepimus, non curarunt illis, qui volunt Fratrum ipſorum lectiones, ac diſputationes, & prædicationes audire: necnon & illis, qui dilecti filii Fratris Thomæ de Aquino voluerunt intereſſe principio, ſe nequiter opponendo (14). Licet igitur ex parte dictorum Fratrum, qui pacem cum omnibus habere cupiunt, & perſecutores etiam pro divini reverentia Nominis diligere delectantur, Nobis fuerit humiliter ſupplicatum (15) ut ſententias occaſione ipſorum in eoſdem Magiſtros, & Scholares prolatas, & expreſſum ſuperius juramentum, cum pax eſſet inter eos ad invicem reformata, ralaxare miſericorditer dignaremur. Quia tamen pacem ipſam, Nobis irrequiſitis initam, ſeu præſumptam, quod nullo modo provenire debuit, omnino duximus reprobandam, cum ſit iniqua, & attentata contra ordinationem noſtram (16) quam illibatam, & firmam ſemper volumus obſervari, preces ipſorum Fratrum decrevimus ſuper hoc nullatenus admittendas. Quinimmo ne tantæ rebellionis vitium contra Romanam Eccleſiam auſu deteſtabili attentatum, quod diu apud Nos ſub nimia diſſimulatione præteriit (17) poſſit eſſe aliis occaſio Schiſmatis, & contumaciæ pernicioſæ fomentum, Guillelmum de Sancto-Amore, & Odonem de Duaco Doctores Theologiæ, ac M. Nicolaum de Barro ſuper Albam, & Chriſtianum Canonicum Belluacenſem, tamquam principales hujuſmodi rebellionis, & contumaciæ incentores, omnibus dignitatibus, & beneficiis ſuis Eccleſiaſticis, ac officio Magiſtrali, dictumque Guillelmum Cappellania noſtra privamus, ſub pœna

Pontifex pacem initam reprobat, & Fratrum preces non admittit.

Accademici beneficiis, & Magiſterio privantur.

Guillelmus a Sancto-Amore etiam Cappellania Pontificia. Cathedram aſcendere volentes, a Gallia expellantur.

(14) *Et illis, qui dilecti filii Fratris Thomæ de Aquino voluerunt intereſſe principio, ſe nequiter opponendo*. Licentiam Sententias legendi in Univerſitate Pariſienſi obtinuerat Angelicus Doctor a Cancellario ſub initio hujus anni 1256., ſed, repugnantibus Accademicis Guillelmi de Sancto-Amore Sectariis, Cathedram conſcendere non potuit; unde in Italiam reverſus ad Summum Pontificem Alexandrum IV. tunc Anagniæ commorantem, ſuum, Fratrumque Prædicatorum, & Minorum negotium apud eundem egregie pertractavit, ut alibi etiam in hoc ipſo noſtro Supplemento adnotavimus.

(15) *Nobis fuit humiliter ſupplicatum*; a Fratribus nimirum Ordinis Prædicatorum, ut apparet ex hoc ipſo Diplomate, & ſcribit Boulæus tom. 3. Hiſtor. Univerſ. Pariſien., pag. 392., ubi ait: „ Dominicani certiorem faciunt per „ litteras Pontificem de pace cum Accademicis „ inita, deque pacis conditionibus, rogantque, ut „ quos generatim cenſuris ligaverat, abſolveret. „ At ille indignatus id ab ipſis factum ſe inconſulto, non modo pacem illam irritam fecit, „ ſed & nonnullos e Theologiæ Magiſtris beneficiis omnibus ſpoliavit, cæteros vero, ni „ parerent, & Mendicantes abſque ulla reſtrictione in conſortium ſuum admitterent, ex„ communicari juſſit, datis ad Epiſcopum „ Pariſienſem hiſce litteris „ ideſt, *Cunctis proceſſibus*.

(16) *Attentata contra ordinationem noſtram*; contentam in litteris, *Quaſi lignum vitæ*, ac toties repetitam in aliis, *Controverſiam dudum*, &, *Si filialis obedientiæ*, & in cæteris Galliarum Prælatis, ipſique Cancellario Pariſienſi directis, ut ſilentio prætereamus Innocentium IV., qui, eodem referente Alexandro IV. in præcitata Epiſtola, *Quaſi lignum vitæ*, ipſis Accademicis *ſuis dedit litteris in mandatis, ut prædictos Fratres ſine difficultate, ſeu dilatione reſumerent ad ſtatum priſtinum, & ad Collegium Magiſtrorum*. Ex his facile quiſque perſpiciet, Alexandrum IV. ſtatutam pacem reprobaſſe, ut pro Paſtoralis officii munere ſuam, & Apoſtolicæ Sedis dignitatem, auctoritatemque ſuſtineret, quam Accademici inſolenti pervicacia, & contumaci inobedientia, obſtinate non minus, quam audacter nimis, perfracta fronte contemnebant. Ex his pariter ſenſatus quiſque deprehendet audaciam, & calumniam Boulæi, poſt a ſe vulgatum præſens diploma ita ſcribentis: *Hinc patet, Dominicanos una manu pacem porrexiſſe, altera lapidem tenuiſſe: dum enim amicæ compoſitioni ſtudere videbantur, Romæ nihil non movebant, ut pacem quamcumque a ſe initam auctoritate Apoſtolica reſcindi curarent*. Maligni, & irreligioſi hominis notam nemo hic non videt, ſi vel tantiſper advertat, ipſum ſimulationis vitio nedum religioſiſſimos Fratres Prædicatores, ſed etiam Romanum Pontificem accuſare. Detractoris vero, & calumniatoris artem facilius in eo dignoſcet, ſi perpendat, Boulæum gratis omnino, & abſque teſtimonio ullo id typis mandaſſe; ac proinde ex proprio cerebro, & ex pravo animo a Prædicatorum fraude repetiiſſe, quod a juſto Alexandri zelo pro Eccleſiæ dignitate, & auctoritate tuenda repetendum eſt.

(17) *Diu apud Nos ſub nimia diſſimulatione præteriit*; ut liquet ex litteris modo in ſuperiori nota recenſitis, & ex mediis opportunis ab initio ſui Pontificatus ad hanc uſque diem adhibitis ad pervicaciam Accademicorum emolliendam.

Digitized by Google

pœna ſimili diſtrictius inhibentes, ne aliquem ipſorum quis audiat. Si forſan contra inhibitionem hujuſmodi docere præſumpſerint, aut Cathedram aſcendere magiſtralem, ipſos etiam Doctores & Magiſtros jam dictis beneficiis, & aliis indignos reddimus, ac de toto Regno Franciæ præcipimus amoveri (18). Alios autem rebellionis hujuſmodi conſortes pari, & acriori pœna, prout Nobis videbitur, puniemus, niſi reverenter, & humiliter infra quindecim dies, poſtquam præſentes fuerint Pariſius publicatæ, reſtitutioni, ordinationi, & litteris, ac ſententiis nominatis parere ſtuduerint, ac de præſtanda Nobis ſuper his juxta beneplacitum noſtrum ſatisfactione plenaria, vel condigna ſe tibi ſufficienter duxerint obligandos. Juramenta quidem, aut obligationes quaſcumque a dictis Doctoribus, ac Magiſtris, & Scholaribus, ſive de non recipiendo ad Scholaſticam Societatem dictos Fratres, & Scholares Fratres ipſorum Regentium, ſive alias contra præfatam ordinationem noſtram factas, decernentes penitus non tenere, prædictorum executorum ſententias in Doctores, & Magiſtros, & Scholares eoſdem, aut ipſorum aliquos promulgatas, appellationibus non obſtantibus, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ, ac etiam ſub excommunicationis pœna diſtricte precipiendo mandamus, quatenus tenorem præſentium, omni dilatione, & occaſione poſtpoſita, per te, vel per alios ſtudeas Pariſius publicari. Si præfati Doctores, & Magiſtri, quæ præmiſimus, non duxerint omnimode adimplenda, ipſos ex tunc excommunicatos denuncies, & denunciari facias ubicumque videris expedire, ac illis, ad quos dignitatum, ac beneficiorum ipſorum collatio dignoſcitur pertinere, per litteras tuas ſine mora demandes, ut infra quindecim dies poſt receptionem litterarum, omni occaſione ceſſante, dignitates, & beneficia ipſa conferant perſonis idoneis, Eccleſiæ Romanæ devotis. Quod ſi facere forte neglexerint, tu illa conferre auctoritate noſtra infra dies totidem non poſtponas. Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Franciæ (19) cui ſuper hoc ſcripta noſtra dirigimus (20) diligenter moneas, & inducas, ut dictos Doctores, & Magiſtros, tamquam Eccleſiæ Romanæ rebelles, & Pariſienſis Studii turbatores, toto Regno ſuo, poſtpoſita tarditate, propellat (21). Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus appellationibus, aut exceptionibus, aut occaſionibus ſupradictis, vel aliis quibuſcumque ſive litteris, ſive indulgentiis ab Apoſtolica Sede conceſſis, per quas præcepti noſtri executio in hac parte impediri valeat, vel differri, vel de quibus plenam, & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum oporteat in præſentibus fieri mentionem: Seu etiam quod dicti Fratres omnibus litteris Apoſtolicis impetratis, & impetrandis renunciaſſe dicuntur, quando in compoſitione hujuſmodi conſenſerunt, præſertim cum ipſam nullam eſſe, ac jam dictas Apoſtolicas litteras in ſuo robore remanere velimus, & ipſas tibi, ac eiſdem Fratribus ab earum detentoribus exhiberi; quos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eam-

Cæteri inobedientes ad arbitrium Pontificis puniendi.

Juramenta Accademicorum nulla declarantur.

Sententiæ latæ in Accademicos confirmantur.

Mandat, ut has litteras publicari faciat; inobedientes anathemate feriat, ac beneficia ab ipſis occupata aliis conferat.

Regem moneat, ut Accademicos inobedientes a Regno Franciæ expellat.

Conceſſionibus quibuſcumque derogatur.

(18) *De toto Regno Franciæ præcipimus amoveri*. Ex his, & ex aliis litteris incipientibus, *Veræ fidei*, datis S. Ludovico IX. Galliarum Regi, poſt dies decem ab harum emanatione, in quibus rogat Pontifex ipſum Regem, ut Guillelmum, & Socios, *tamquam Eccleſiæ Romanæ rebelles, de toto Regno Franciæ propellere non omittat*, clare colligimus, obtrectatores iſtos in Galliam reverſos præſtitum juramentum, ſuperius in nota (10) commemoratum, non ſervaſſe; ac proinde ipſum Guillelmum in exilium pulſum fuiſſe, ut refert inter alios etiam Frater Salimbene in ſuo Chronico MS. num. 37. dicens: *Sanctus Ludovicus Rex Franciæ bonæ memoriæ Guillelmum de Sancto-Amore de Pariſiis irrevocabiliter fecit expelli, eo quia in electis maculam imponere voluit*.

(19) *Illuſtrem Regem Franciæ*; Sanctum Ludovicum IX., cui, ut in nota præcedenti, ſuas de hac ipſa re dedit Epiſtolas.

(20) *Cui ſuper hoc ſcripta noſtra dirigimus*; litteras nimirum incipientes, *Veræ fidei*, editas hoc eodem anno die 27. Junii.

(21) *Toto Regno ſuo, poſtpoſita tarditate, propellat*; ac revera expuliſſe Guillelmum a Sancto-Amore, omnium perduellium caput, & fautorem, audivimus in nota (10) ad hanc ipſam Bullam, ex Chonico MS. XV. Miniſtrorum Generalium, & in nota (18) ex Fratre Salimbene.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

Mandati executionem efficaciter commendat. Epiſcopo indignationem ſuam comminatur, & quid egerit, præcipit ut ipſi reſcribat.

eamdem, appellatione remota, compellas. Præceptum noſtrum, quod ex toto cordis affectu tibi dirigimus, taliter impleturus, ut efficacis obedientiæ gauderemus in te promptitudinem inveniſſe. Alias autem pro firmo teneas, quod indignationem noſtram ſub incurſu prædictæ pœnæ contra perſonam tuam, licet ipſam in Chriſto ſinceriſſime diligamus, graviſſime provocabis. Quod autem ſuper hoc inveneris, & feceris, Nobis fideliter reſcribere non omittas.

Datum Anagniæ xv. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXIII.

Fratres Prædicatores redarguit de pace inita, ipſo inconſulto, cum Accademicis Pariſienſibus, quam propterea reſcindit, irritamque declarat, ac preces eorumdem Fratrum pro Accademicorum abſolutione non admittit.

Ex Boulæo tom. 3. Hiſtor. Univerſit. Pariſien. pag. 307., ex Bullario Ord. Præd. tom. 1., & ex VVaddingo in Annalibus Minorum ad ann. 1256. num. XXIX.

An.Ch. 1256. die 1 Julii.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Priori, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Pariſien. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Miratur Pontifex, ac Fratres reprehendit de pace inita cum Accademicis.

VEhementi admiratione ducimur, & etiam non immerito conturbamur, quod licet Sedes Apoſtolica vos pro ſacræ Religionis veſtræ meritis complectatur affectu benevolentiæ ſpecialis, ac viros reputet honeſtate multa conſpicuos, & circumſpecta diſcretione præclaros, ad illius tamen inconſultæ ſimplicitatis prorupiſtis exceſſum, ut cum Magiſtris, & Scholaribus Pariſien. effectum ordinationis pro communi utilitate Studii Pariſienſis, a Nobis editæ de Fratrum noſtrorum conſilio (1) doloſe, ac nequiter molientibus impedire non ſolum præſumpſeritis, & abſque conniventia noſtra cum eis componere, ſed etiam nimis improvide poſtmodum petiviſtis, ut ſententias in præfatæ ordinationis temerarios tranſgreſſores auctoritate noſtra prolatas (2) prætextu compoſitionis hujuſmodi relaxare de ſpeciali gratia dignaremur, licet ipſi adhuc in ſua contumacia damnabiliter perſeverent (3). Sane niſi Nos propter enormes, & atroces, quas ferebatis injurias (4) ad conſenſum compoſitionis ejuſdem quaſi violenter inductos de quadam

Pontificem rogant Fratres, ut Accademicos abſolvat.

(1) *A Nobis edita de Fratrum noſtrum conſilio*; anno ſuperiori ſub XVIII. Kal. Maii, in Bulla, *Quaſi lignum vitæ*, de qua ſæpiſſime in notis ad Bullas præcedentes.

(2) *Auctoritate noſtra prolatas*, ac de mandato ipſius per Antiſtites Aurelianenſem, & Antiſſiodorenſem, ut in litteris, *Controverſiam dudum*, executores ad hoc deputatos, promulgatas, quemadmodum & in alio diplomate, *Cum nos olim*, eisdem inſcripto VII. Idus Decembris elapſi anni, quod habetur in Bullario Franciſcano tom. 2, pag. 92.

(3) *Licet ipſi adhuc in ſua contumacia damnabiliter perſeverent*; quia revera Fratres ipſos ab Univerſitate excludentes, contra Pontificis mandatum toties repetitum agebant.

(4) *Ferebatis injurias*, recenſitas tum in Bulla ſuperiori, cum in aliis ejuſdem Pontificis, vel in Bullario Franciſcano, & Prædicatorum, vel in hoc Supplemento exaratis. Hæc autem pertinax Accademicorum inobedientia, quæ etiam ad graviſſimas procedebat injurias, in cauſa fuit, cur Fratrum Prædicatorum preces Alexander IV. excluſerit, quia nemo abſolvi poteſt, niſi commiſſi criminis pœniteat, & emendationem polliceatur; quemadmodum revera anno ſequenti idem Pontifex ad iſtantiam eorumdem Fratrum beneficium abſolutionis illis impartitus eſt per Epiſcopum Pariſienſem, exacto prius juramento ſervandi Statuta, & ordinationes Pontificias, uti conſtat ex Bulla, *Dilecti filii*, ſuo loco in hoc Supplemento afferenda.

Digitized by Google

dam pietatis abundantia crederemus, debitæ ſeveritas diſciplinæ vos inſtrueret, quod in hoc non leviter deliquiſtis. Preces igitur improvidas, & indignas, quas Nobis in hac parte porrigere attentaſtis, nullatenus admittentes, obligationes de non recipiendo ad Scholas, vel ad Societatem Scholaſticam vos, vel quoſcumque alios Religioſos, aut Sæculares, ſive contra præfatam ordinationem noſtram, a dictis Magiſtris, & Scholaribus attentatas, etiamſi juramento ſint, vel quacumque firmitate alia roboratæ, penitus irritamus. Declarantes auctoritate præſentium, quod vos, & alii Religioſi, qui impræſentiarum cum Prælatorum ſuorum licentia in Studio commorantur (5) ad Scholas præcipue Theologicæ facultatis, & Scholaſticam Societatem liberi, ſicut alii Sæculares recipi valeatis; præſertim cum ad hæc Infideles ipſi non ſolum affectu deberent admitti promptiſſimo, ſed etiam induci precibus, & muneribus invitari, ut ibi lumen Fidei, & morum ſuſciperent Diſciplinam.

Fratrum preces rejicit Pontifex. Accademicorum ſtatuta irritantur.

Etiam Infideles ad Scholas Chriſtianorum admittendi.

Datum Anagniæ Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXIV.

Monaſterium S. Angeli de Aſculo una cum ſuis bonis ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii nunc ad Monachos Olivetanos pertinentis.

ALEXANDER EPISCOPUS

An.Ch. 1256. die 11. Julii.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Angeli Eſculanen., & Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sancti Angeli Eſculan., in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium Incluſarum Sancti Damiani Aſſiſinat., & formulam vitæ veſtræ a felicis recordationis Gregorio Papa (1) Prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam (2) cum ad-

Exordium a conceſſionis decentia.

Annuit Pontifex Monialium precibus.

A a

(5) *Et alii Religioſi, qui impræſentiarum cum Prælatorum ſuorum licentia in Studio commorantur*; quorum erat unus Seraphicus Doctor S. Bonaventura, qui ab anno 1248. de licentia Miniſtri Generalis B. Joannis de Parma legebat in Univerſitate Pariſienſi, teſte Fratre Salimbene in ſuo Chronico MS., ubi ait: „ Fr. „ Johannes a Parma dedit licentiam Fr. Bona- „ venturæ de Balneo Regio, ut Pariſiis lege- „ ret, quod numquam alicubi fecerat, quia „ Baccellarius erat, nec adhuc Cathedraticus „ erat. Et tunc fecit lecturam ſuper totum „ Evangelium Lucæ, quæ pulchra, & opti- „ ma eſt. Et ſuper Sententias quatuor libros „ fecit, qui uſque in hodiernum diem utiles, „ & ſolemnes habentur. Currebat tunc annus „ 1248. „. Legit autem in ea Univerſitate S. Doctor uſque ad annum 1257., quo in Feſto Purificationis, poſt voluntariam abdicationem B. Parmenſis, Miniſter Generalis electus fuit in Conventu Aracœli.

(1) *A felicis recordationis Gregorio Papa*, huius nominis Nono.

(2) *Ordini veſtro traditam*; circa annum 1216., cum adhuc eſſet Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, & Ordinis Protector, quæ incipit, *Cum omnis vera religio*, poſtmodum anno 1245. per Bullam, *Solet annuere*, Idibus Novembris ab Innocentio IV., ac tandem ab Urbano IV. per ſuum diploma, *Beata Clara virtute clarens*, ut alias quoque diximus, anno 1263. die 18. Octobris confirmata, & univerſis Clariſſis præſcripta.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An.Ch. 1256.

Regula obſervanda præſcribitur. Poſſeſſiones, & bona immobilia confirmantur, & recenſentur.

adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur (3) perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, jure vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: Parochialem Eccleſiam Sancti Angeli Minoris in Platea (4) ..... Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hoc præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones moleſtare, vel terras retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus faticare; ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ac in prædictis Eccleſiis Diœceſani Epiſcopi Canonica Viſita.

Clauſula prohibens cum conditione adjecta.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Sæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen.

Pœnæ in contravenientes comminatæ.

Subſcriptiones Romanæ Eccleſiæ.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Signum Summi Pontificis in ſolito Plumbo: *Suſcipe Domine Servum tuum in bonum*.
Ego Oto Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Frater Joannes Eccleſiæ S. Laurentii Presbyter Cardinalis.
Ego Frater Hugo Eccleſiæ S. Sabinæ Presbyter Cardinalis.
Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis.

Ego

(3) *In eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur;* ipſo Gregorio IX. Summum Pontificatum gerente, quia anno ſui Pontificatus XIII. VI. Kal. Junii litteras emanavit in hoc Supplemento vulgatas, incipientes, *Cum a Nobis petitur*, quarum vigore bona ſimiliter, & poſſeſſiones hujus Monaſterii ſub B. Petri, & ſua protectione ſuſcipit; niſi dicere velimus, Moniales hujus Monaſterii regulam S. Claræ amplexatas fuiſſe ipſo Gregorio IX. adhuc Cardinalatus munere fungente, & antequam Seraphicus Patriarcha Franciſcus ex hac vita migraret.

(4) *Parochialem Eccleſiam S. Angeli Minoris in Platea*; ad differentiam Eccleſiæ ipſius Monaſterii, quæ dicebatur *S. Angeli Magni*, ut monuimus etiam in nota (1) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a Nobis petitur*, & liquet ex monumentis allatis, & afferendis, ac etiam ex litteris Cardinalis Neapoleonis Diaconi S. Adriani, datis Epiſcopo Aſculano ſub XVIII. Kalendas Septembris, Pontificatus Bonifacii VIII. anno VI., quæ extant MSS. in Archivo ejuſdem Monaſterii, quaſque hic eruditionis cauſa exhibemus.

„ *Venerabili in Chriſto Patri, Dei gratia* „ *Episcopo Eſculan. Neapoleo miſeratione divi-* „ *na S. Adriani Diaconus Cardinalis, Apoſto-* „ *licæ Sedis Legatus, ſalutem in Domino*. Di- „ lectæ nobis in Chriſto Abbatiſſa, & Con- „ ventus Sororum Incluſarum *Sancti Angeli* „ *Magni*, & Sanctæ Mariæ Dompnarum, Mo- „ naſteriorum de Eſculo, Ordinis Sanctæ Cla- „ ræ, nobis conquerendo monſtrarunt, quod „ licet ipſæ a contributione procurationum de- „ bitarum Legatis Sedis Apoſtolicæ per ſpecia- „ lia ipſius Sedis privilegia ſint exemptæ, „ vos tamen eaſdem ad contribuendum in „ procurationibus nobis debitis coartatis. (Supple hic forſan, *Volumus igitur ut*) oc- „ caſione prædictarum procurationum, con- „ tra prædicta privilegia, ſeu indulta Apoſ- „ tolica nullatenus prægravetis; ſic vos in „ præmiſſis habentes, quod Abbatiſſa, & So- „ rores prædictæ de vobis ſuper hoc non ha- „ beant ulterius materiam conquerendi.

„ Dat. Firan. (forte *Firmi*) XVIII. Kal. Sept. „ Pontificatus Domini Bonifacii Papæ VIII. „ Anno Sexto. „ Hæc ipſa Eccleſia S. Angeli Minoris, in litteris Raynaldi Epiſcopi Aſculani, legendis in hoc Supplemento ad Bullam ejuſdem Alexandri IV., *Pietatis opera*, appellatur *S. Angeli parvi*, & cum Eccleſiis *S. Silveſtri, ac S. Emigdii de Cereſia* ad Monaſterium ipſum S. Angeli Magni pertinuiſſe dicitur.

Digitized by Google

Ego Octavianus S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis.
Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis.
Ego ...... in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
Ego ...... Diaconus Cardinalis (5).
Datum Anagniæ per manum Magiſtri Rolandi S. R. E. Vicecancellarii v. Idus Julii Indictione XIIII. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLVI. Pontificatus vero Alexandri Papæ IIII. Anno Secundo.

XXV.

Largitur Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ in feſtivitatibus Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ, ac per octo dies eaſdem feſtivitates ſubſequentes. Ax Archivo ejuſdem Sacri Conventus.

An. Ch. 1256. Die 25. Julii.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Alverna Aretinæ Diæceſis (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium a Sanctorum locorum veneratione.

CUm ad promerenda ſempiterna gaudia Sanctorum ſuffragia ſint nobis plurimum opportuna, loca Sanctorum omnium pia ſunt devotione fidelium veneranda, ut dum Dei veneramur Amicos, ipſi nos amabiles Deo red-

(5) Horum primus, quorum deſunt nomina in ſubſcriptione, fuit Joannes; ſecundus vero Octobonus, S. Adriani Diaconus Cardinalis, qui ambo ſubſcripſere hoc anno, die 28. Octobris, ad Bullam ejuſdem Alexandri IV., *Religioſam vitam*, editam pro Monaſterio Sanctæ Claræ Avenionen., allatam a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 167. Octobonus vero ſubſcripſit etiam ad aliam ejuſdem Pontificis, ſimiliter incipientem, emanatam ſub die 12. Junii ejuſdem anni pro Monaſterio Beatæ Mariæ Virginis, & S. Franciſci *Vulterrarum*, quam exhibet idem Sbaralea loco mox laudato pag. 134., & ſequentibus.

(1) *De Alverna Aretinæ Diæceſis*; in Etruria, in Caſentino, ſive Cluſentino, ut dictum eſt in nota (5) ad Bullam, *Romani eſt Summi Pontificis*, jam in hoc Supplemento impreſſam. Etiam Innocentius IV., aliique plures Romani Pontifices indulgentias conceſſere his, aut aliis diebus ad eamdem Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ devotionis cauſa accedentibus, ut monuimus etiam in nota (2) ad Bullam ejuſdem Innocentii IV., *Licet is, de cujus munere venit*, quæ legi poteſt in hoc Supplemento. Præter has Indulgentias, & alias a diverſis Ronis Pontificibus conceſſas peregrinis, & aliis viſitantibus Alvernæ locum, a nobis recenſitas in nota (2) ad præcitatam Bullam, *Licet is*, plures etiam Cardinales, & Epiſcopi eumdem locum pro ſua devotione indulgentiis ditaverunt. Neapoleo Cardinalis tituli S. Adriani viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ, poſitam in eodem Monte, concedit indulgentias dierum centum & quadraginta; totidem viſitantibus Eccleſiam Sacrorum Stigmatum; totidemque Conciones audientibus in ipſo Monte; Fratribus iſtius incolis prædicationi operam dantibus quadraginta dierum; neceſſaria ad victum & veſtitum ipſis Fratribus deferentibus dierum centum; & quadraginta omnibus iis, qui in neceſſitatibus manus porrigent adjutrices iiſdem Fratribus, quibus etiam concedit, ut indulgentias dierum pariter quadraginta concedere poſſint illis, qui eorum prædicationibus ubique interſunt. Matthæus Epiſcopus Portuenſis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, indulgentiam concedit dierum centum accedentibus devotionis cauſa ad Eccleſiam ejuſdem Montis quolibet die Feſto B. Mariæ Virginis, Sancti Franciſci, Sancti Antonii Patavini, S. Claræ Virginis, & ſingulis diebus octavarum earundem Feſtivitatum, necnon Feria 6. in Paraſceve, & ipſo die Dedicationis Eccleſiæ. Marcus Cardinalis tituli S. Marci, & Patriarcha Aquilejenſis, concedit indulgentias dierum centum omnibus accedentibus ad ſacrum Alvernæ Montem Dominica Palmarum, die Sancto Paraſceves, feria 2. poſt Dominicam Reſurrectionis, prima Auguſti die, Anniverſario Dedicationis Eccleſiarum in ipſo Monte exiſtentium recurrente, ac omnibus eleemoſynas tribuentibus pro ædificiorum ejuſdem Montis conſervatione, Eccleſiiſque ſacra ſupellectili ornandis. Raynerius Archiepiſcopus Ravennæ concedit indulgentiam dierum quadraginta viſitantibus Eccleſiam Sacro-

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

Indulgentias elargitur ut ſupra.

reddant, & illorum nobis quodammodo vendicantes patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in feſtivitatibus Beatorum Franciſci, & Antonii Confeſſorum, ac Sanctæ Claræ Virginis, quæ in ipſa Eccleſia ſunt præcipuæ, ac ſolempnes, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam annis ſingulis in eiſdem feſtivitatibus, & uſque ad octo dies ſequentes devote, ac venerabiliter viſitaverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, centum dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Anagniæ VIII. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Secundo (2).

XXVI.

crorum Stigmatum die anniverſario conſecrationis ejuſdem, decimo ſcilicet Septembris; in Solemnitatibus S. Crucis, Angelorum, & Sancti Franciſci, ac per omnes Octavas earumdem. Guillelmus Epiſcopus Aretinus viſitantibus Alvernæ Montem concedit quadraginta dierum indulgentias, totidemque miniſtrantibus eleemoſynam Fratribus inibi commorantibus, quibus omnino ſimiles, eædemque de cauſa conceſſæ reperiuntur etiam a Marcellino item Aretii Epiſcopo, ut refert Auctor Novi Dialogi, toties laudatus, lib. 2. cap. 7., ubi & litteras indigitat harum conceſſionum, & alia recenſet privilegia ejuſdem Sacri Montis Eccleſiis, & Fratribus ejus habitatoribus conceſſa.

(2) Idem Auctor Novi Dialogi libr. 3. cap. 1. refert, quemdam Fratrem Franciſcum Eremitam, acceptis a Magnifico Coſimo Mediceo epiſtolis, & Martino V. exhibitis, ab hoc Pontifice obtinuiſſe, ut Sacri Alvernæ Montis poſſeſſio Fratribus Obſervantibus Conventus Feſulani, penes quos idem Eremita diu fuerat diverſatus, traderetur, ac inibi Obſervantes prædictos inhabitaſſe concludit, donec Martino V. defuncto, contumeliis, & verberibus affecti, inde fuerunt expulſi. Electo mox Eugenio IV., proſequitur Auctor, Florentini ſuos ad hunc Nuntios, & eumdem Eremitam una cum Fratre Franciſco De Florentia deſtinarunt, ut hi de acceptis injuriis certiorem redderent Eugenium, illi vero ab ipſo impetrarent, ut Sacri Montis cura Obſervantibus iterum committeretur. Annuit poſtulatis Eugenius IV., mandavitque Jordano Urſino S. R. E. Cardinali, Epiſcopo Sabinenſi, tunc Ordinis Protectori, ut Obſervantes in Monte Alvernæ reſtitui curaret, qui hac de cauſa has dedit litteras, in Archivo ejuſdem Sacri Conventus exiſtentes, & ab eodem Auctore inſpectas, & citatas.

„ *Jordanus miſeratione divina Epiſcopus* „ *Sabinen. Sacroſ. R. Eccleſiæ Card. de Urſinis* „ *vulgariter nuncupatus, Ord. Minorum, & Sanctæ Claræ ſpecialiter deputatus, ac ad infra* „ *ſcripta a Domino Papa Commiſſarius ordinatus. Venerabili Patri Miniſtro Generali dicti* „ *Ordinis Minorum, ac Religioſis Viris, univerſis, & ſingulis Miniſtris, Cuſtodibus, Vicariis, cæteriſque Officialibus ejuſdem Ordinis* „ *per S. Franciſci, et Tuſciæ Provincias conſtitutis, et eorum ſingulis ſalutem in Domino,* „ *et mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis,* „ *obedire.* Cum ad conſervandam Religionis „ integritatem, omni ſolicitudine ſit curandum, ut in eis locis fama devotionis illibata „ permaneat, in quibus Religio ipſa viſa eſt „ cœpiſſe, & ſumpſiſſe devotionis exordium; „ Nos, qui veſtræ Religionis, & Ordinis ſumus ex injuncta nobis auctoritate apud prædictam Sedem Apoſtolicam Protectores, „ præcipua diligentia cogimur ipſius veſtræ Religionis loca priſtinæ integritati converti, in „ quibus veſtri Ordinis fundatores præcipui ad „ amplificandam ipſius Religionis ſequelam divinarum claruere virtutum miraculis, & „ exemplis. Nuper igitur Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Eugenius divina providentia Papa Quartus, ex fide dignorum „ intimationibus, & relatibus accepit notitiam, quod in loco Montis Alvernæ, in quo „ S. Franciſcus Pater, & Dux veſter Crucifixi Stigmata ex apparitione Seraphica dono „ divinitatis obtinuit, continuo Fratres dicti „ Sancti Regulam obſervantes degere conſueverunt, quorum vita, & mores optimi ipſius „ Loci devotionem non modicam dilatarunt; „ poſtmodum vero ipſorum dilabente curriculo, „ Fratres inibi commorantes, prædeceſſorum „ declinantes veſtigia, Locum illum per ſucceſſionem temporum detinentes promiſſam obſervantiam ſtrictam aliqualiter laxaverunt, „ eapropter priſca Fidelium devotio refrigerata cenſetur, & quaſi judicari poteſt extincta. Quare idem Dominus noſter ad integrandam ipſius Loci devotionem, nobis „ tamquam dicti Ordinis Protectori ſuæ vivæ „ vocis oraculo commiſit, & mandavit, ut „ ipſum Locum Montis Alvernæ Fratribus ſtrictioris Regulæ reſtitui mandaremus, & „ reſtitutionem eiſdem Fratribus confirmaremus perpetuo gubernandum. Nos igitur „ commiſſionem, & mandatum Apoſtolicum „ omni, qua decet, obedientia capeſſentes, „ ipſumque mandatum, & commiſſionem executioni debitæ demandare curantes, vobis „ univerſis & ſingulis, Generali, Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, cæteriſque Officialibus dicti Ordinis præfatarum Provinciarum, & veſtrum cuilibet communiter, & „ diviſim; ex injuncta nobis auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, mandamus ſub pœna excommunicationis, quam, ſi „ contra mandatum noſtrum hujuſmodi, verius Apoſtolicum, contrafeceritis, aut ali- „ quis

XXVI.

Præcipit, ut condemnationem Libelli, de periculis noviſſimorum temporum, *a ſe factam, ſolemniter publicent, & publicari faciant.* Ex Boulæo Hiſtor. Univerſit. Pariſien. tom. 3. pag. 314., ex Bremondo in Bullario Ord. Prædicatorum tom. 1., & ex VVaddingo in Annalibus Minorum ad ann. 1256. num. XXXI.

An. Ch. 1256. die 21. Octob.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabilibus Fratribus Turonenſi (1) *& Rothomagenſi* (2) *Archiepiſcopis, & Epiſcopo Pariſien.* (3) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Quantum onus Summi Pontificis.

ROmanus Pontifex de Summi Apoſtolatus ſpecula Urbi, & Orbi debita ſervitute proſpiciens, curis occupatur innumeris, & cogitationibus rapitur infinitis, quia eminentior cæteris Sedes ejus ſollicitudines ſibi vehe-

B b men-

„ quis veſtrum contrafecerit, valere volumus „ ipſo facto, canonica monitione præmiſſa, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, quoties per dictos Fratres Regulam ſtrictiorem „ obſervantes fueritis requiſiti, præfatum Locum cum omnibus, & ſingulis rebus, juribus, & pertinentiis ſuis eiſdem Fratribus reſtituere, & aſſignare curetis, inducentes illos in veram poſſeſſionem Loci prædicti, & „ defendentes inductos, remoto ab eo quolibet „ altero detentore. Contradictores quoslibet, „ & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & „ alia juris remedia compellentes. In cujus „ rei teſtimonium, & omnium, quorum, & „ cujus inde intereſt, & intereſſe poterit, rectitudinem, & cautelam has noſtras patentes mandati noſtri, imo verius Apoſtolici, „ literas fieri fecimus, noſtrique Pontificalis, „ & Cardinalatus Sigilli juſſimus appenſione „ muniri. Datum Romæ in Monte Jordano „ Domibus noſtræ Reſidentiæ, Anno a Nativitate Domini MCCCCXXXI. Indict. IX. die vero XXIX. Novembris, Pontificatus Summi „ in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini „ Eugenii divina providentia Papæ Quarti anno primo. „

Loco ✠ Sigilli.

In fine hujus Epiſtolæ hæc adnotata leguntur: *Pro Obſervantibus contra Conventuales, qui illos vi, & fuſtibus ejecerant.*

Poſt hæc, anno ſcilicet 1433., facultatem fecit Eugenius IV. prædictis Artis Lanariæ Conſulibus Civitatis Florentiæ, exigendi redditus, & legata facta in favorem Sacri Conventus Montis Alvernæ, dato ipſis Diplomate, cujus extat Autographum Florentiæ apud eoſdem Conſules, quodque, Deo dante, in Bullarii continuatione ſuo loco afferemus una cum aliis ejuſdem Pontificis Epiſtolis incipientibus, *Quamvis de cunctis*, anno ſequenti 1434. eiſdem Conſulibus datis, quibus eos Conventus Alvernæ *Protectores, & Defenſores* declarat, & conſtituit, ut ſupra dictum eſt. Quoniam vero antequam Obſervantes in poſſeſſionem Sacri Montis denuo inducerentur, res ejuſdem Conventus, & Eccleſiæ inde fuerant ab aliis aſportatæ, idcirco pro earumdem recuperatione poſt dies tredecim ab emanatione litterarum Cardinalis Jordani, aliæ in Archivo ejuſdem Conventus pariter aſſervatæ prodierunt, ſub die duodecima Decembris, incipientes, *Ludovicus de Garſiis &c. Pro parte religioſi, & honeſti viri &c.*, in quibus res eaſdem occupantes, & retinentes, vel ſcientes detentores, & non revelantes, ad reſtituendum, & revelandum ſub excommunicationis pœna compelluntur.

(1) *Turonenſi*; Petro Lamballe, ut in Gallia Chriſtiana Patrum Maurinorum.

(2) *Rothomagenſi*; Fratri Odoni Rigaldi, Ordinis Minorum, anno 1248. electo, de quo Waddingus, aliique plures, quos inter Ciaconius inter Cardinales Innocentii IV. num. XXIII. hæc habet: *Odo, aliis Reginaldus Rigault Gallus, ex Ordine Minorum, genere, ac moribus clarus, Archiepiſcopus primum Rothomagenſis, ad quam dignitatem invitus aſſumptus, mox ab Innocentio hujus nominis IV. Cardinalium numero adſcriptus eſt.* At de Odonis Cardinalatu nil penitus occurrit apud noſtrates, licet ipſe Ciaconius agens inferius de morte ipſius Odonis, quæ contigit anno 1276., etiam diſticon exſcribat ſepulchrum ejus exornans, quod eſt hujuſmodi:

En tibi Cardineo insignis Reginaldus honore
Franciſcanorum, luxque, decuſque Patrum.

Hinc perperam a nonnullis confundi ait cum alio Reginaldo, pariter Ordinis noſtri, Sacri Palatii Apoſtolici Lectore, & a Bonifacio VIII. inter Epiſcopos Cardinales cooptato, quæ Ciaconii, ſive Additoris narratio, ſi vera ſit, jam hic erit primus ex Ordine Minorum Cardinalitia dignitate inſignitus, non autem Vicedominus de Vicedominis, ut aliqui volunt, aut S. Bonaventura, ut aliis placet, ambo a Gregorio X. S. R. E. Cardinales creati.

(3) *Epiſcopo Pariſien.*; Reginaldo II., cujus non una ſemel in notis ad Bullas præcedentes mentionem fecimus.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An. Ch. 1256.

mentiores accumulat, & ipſius auctoritas potior meditationes ei multiplicat ampliores; quo enim altius præſidet, eo longius, latiuſque circumſpicit, & quanto plus poteſt officio, tanto majoris vigilantiæ ſibi ſarcina incumbente plus penſat; quoniam maximæ dignitati potiſſima ſollicitudo cohæret, & altiorem honorem onus gravius comitatur, curaque profuſior ardentioribus ſtimulis mentem urget. Unde cum aliis plebium fidelium Paſtoribus, quibus Grex Dominicus particulariter eſt commiſſus, immineat de ſuarum Eccleſiarum eminentia vigilanter ad ſuas Oves attendere, incumbit utique Romano Præſuli, cui eſt Grex ipſe generaliter creditus, de ſublimi Eccleſiarum vertice, Sede ſcilicet Apoſtolica, propenſius ad illum, & inſtanter intueri, quia cum hi ſuis limitatis Populis præſint, ſinguli quidem ſingulis, hic ſine diſtinctione prælatus & Pontifex univerſis, Dominicæ quidem Vineæ Cuſtos generalis, & Cultor, & totius Ovilis Catholici, Paſtorumque omnium Summus Paſtor. Incumbente namque ſibi generali ſollicitudine ſuper omnes, cum ex hoc ſuæ mentis intuitum per cuncta diffundere teneatur; ſtupet nimium ipſius animus, & ſub tam gravis, & difficilis curæ pondere contremiſcit, quod poſſe ſufferre, ut convenit, jus naturæ occiduæ vix confidit. Ad eum namque negotia undique confluunt, perveniunt lites, dubia deferuntur, & deſtinantur implicita, & perplexa, nec unquam horum influens torrens ceſſat, nec hujus alti pelagi validæ, & infeſtæ procellæ quieſcunt; ſed his, quæ nunc imminent, expeditis, mox alia ſubſequuntur; nec tot implexarum quæſtionum nodi deciſione Apoſtolica ſolvi poſſunt, quin & aliæ irretitæ, & nodoſæ ſuperveniant, deliberatione matura, & conſulta definitione ſolvendæ. Immo ex quo de inſtantibus, difficilibus, & obſcuris dubietatis caliginem verbo ſuæ declarationis amoverit, ſtatim nova, & recentia turbulenta ingruunt Apoſtolico dilucidanda oraculo, & ambiguis, & incertis mentibus claræ diſſertionis lumine ſerenanda. Propterea ineſt Romano Antiſtiti ſollicitudo ſine otio, labor ſine quiete, occupatio ſine vacatione, exercitium ſine tranquillo, ingens, & ſedula meditatio, & vigilia ſine ſomno. Nec ad modicum etiam cura quotidiana intermiſſionem habet; inſtantia, quæ nec omittitur aliquo tempore, nec aliquod ipſa tempus omittit, urget continue, quia cogitandi materia ſemper adeſt, nec ſucceſſu temporis deſinit, ſed cum illius diuturnitate perdurat, quia nec decurſu temporum deficiunt negotia, ſed aſſidue illis ſuccedentibus renaſcuntur. Nam & hoſtis antiquus, argutus quidem inſidiator, calliduſque deceptor animarum, vehementis, & ardentis ſollicitudinis cauſam præbet; humanæ quippe pacis æmulus, fraternæ invidus charitatis, divinorum abactor, diſſipator unionum, & tranquilli ſtatus fidelium anxius perſecutor, interſerit odia, rancores ingerit, livores accendit, movet lites, jurgia ſuſcitat, contentiones irritat, parat ſeditiones, & diſſentiones procurat; & illorum etiam, qui perfectiores, & firmiores eſſe creduntur, interdum corda ſubvertit, & ibi magis impietatis ſuæ machinas erigere, ac nequitiæ faces accendere nititur, ubi fore plus æſtimat malignitatis ſuæ conamina obfutura. Facit iniquus laqueos, pedicas obiicit, ponit tendiculas, ut prudentiores etiam intercipiat, & captivet. Hinc turbationes oriuntur, ſurgunt inimicitiæ, diſſidia prodeunt, et ſcandala generantur; unde ſic etiam Sæculum declinavit ad malum, quod excreſcentibus, et invaleſcentibus hinc in eo noxiis, quaſi vix locus in ipſo ſalutaris inveniatur, et excluſa fere inde concordia, quaſi ſtabilem ibi habeat diſcordia manſionem. Quare oportet cura inceſſabili vigilare, ut detorta, et corrupta per malitiam bonitatis virtute rectificentur, et reformentur, diviſa per odium charitate ligentur, et commota ſiſtant, et pauſent, habeant turbata tranquillum, et ſtatus fidelium ſemper in melius roboretur. Sane quidam Scripturæ Sacræ in-

Margin notes: Romano Pontifici eſt ſollicitudo omnium Eccleſiarum. — Cauſæ ab univerſo Orbe Catholico ad eum deferuntur. — Romani Pontificis labor indefeſſus. — Dæmonis artes deſcribuntur. — Mala ex Dæmonis artibus provenientia. — Inſtanter vigilandum contra ipſas. — Facti narratio.

Digitized by Google

Pſalm. 49. v. 19. Ibi v. 20.

intelligentiam ſe habere fatentes (4) ſed divertentes a tramite recti ſenſus, cogitaverunt nuper malitiam, et contra innocentes, et rectos iniquitatem maximam ſunt loquuti, exarſerunt in cordibus ſuis, & lingua eorum maliloqua dolum, & malitiam concinnavit. Surgentes adverſus Fratres (5) detraxerunt, & contra dilectos Matris Eccleſiæ filios ſcandalum poſuere. Prodiere, inquam, & in prava commenta ex nimio calore animi proruperunt, Libellum quemdam valde pernicioſum, & deteſtabilem temere componentes (6).

Natura Libelli.

Libellum non rationabilem, non veritatis, ſed mendacii, non conditionis, ſed derogationis, non monentem, ſed mordentem, non inſtruentem veraciter, ſed fallentem, quem Nos ad Sedem delatum Apoſtolicam (7) Venerabili Fratri Epiſcopo Tuſculano (8) & dilectis filiis noſtris J. (9) tit. S. Laurentii in Lucina, & H. (10) tit. S. Sabinæ Presbyteris, & J. (11) S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinalibus examinandum commiſimus, ut plene ipſum inſpicerent, & univerſa contenta in eo perfecte attenderent, & diſcuterent diligenter.

Impii Libelli Cenſores.

De impio Libello judicium.

Quo ſtudioſe perlecto, & mature, & diſtricte examinato, Nobiſque de hoc plenaria facta relatione ab eis, quod in ipſo quædam perverſa, & reproba contra poteſtatem, & auctoritatem Romani Pontificis, & Epiſcoporum ſuorum; & nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant, Mundum cum ſuis opibus voluntaria inopia ſuperantes; alia vero contra eos, qui ſalutem animarum zelantes ardenter, & ſacris ſtudiis procurantes, multos in Eccleſia Dei operantur ſpirituales profectus, & magnum faciunt ibi fructum; quædam autem contra ſalutarem Pauperum, ſeu Mendicantium Religioſorum ſtatum, ſicut ſunt dilecti filii Fratres Prædicatores, & Minores, qui vigore ſpiritus, ſæculo cum ſuis divitiis derelicto, ad ſolam cœleſtem Patriam tota intentione ſuſpirant; necnon & alia plura inconvenientia, digna utique confutatione, ac confuſione perpetua manifeſte comperimus contineri.

Fratrum Prædicatorum, & Minorum laus.

Quodque etiam idem Libellus magni ſcandali ſeminarium, & multæ turbationis materia exiſtebat, & inducebat etiam diſpendium animarum, cum retraherent a devotione ſolita, & conſueta eleemoſynarum largitione, ac a converſione, & Religionis ingreſſu fideles. Nos Libellum eumdem, qui ſic incipit: *Ecce videntes clamabunt foris*; quique ſecundum ipſius titulum: *Tractatus brevis de periculis noviſſimorum temporum* nuncupatur, tamquam iniquum, ſceleſtum, & execrabilem, & inſtitutiones, ac documenta in eo tradita, utpote prava, fal-

Libelli initium, & titulus.

(4) *Sane quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam ſe habere fatentes*. Hæc pars Epiſtolæ uſque ad finem præſentis habetur in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 167., ubi cum clariſſimus Sbaralea ſub hac ipſa die 21. Octobris afferat Diploma incipiens, *Quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam &c.*, datum Turonenſi, & Rothomagenſi Archiepiſcopis, & Epiſcopo Pariſienſi, clare conſpicitur, ipſam partem afferre præſentis Diplomatis, quod nos integrum hic exhibemus.

(5) *Adverſus Fratres*; Mendicantes nimirum, præſertim Prædicatores, & Minores, ut infra ex hoc ipſo diplomate apparet.

(6) *Temere componentes*; Guillelmus ſcilicet a Sancto-Amore, Fratrum Mendicantium infenſiſſimus hoſtis, ac Auctor impii Libelli, de quo hic loquitur Pontifex, & nos jam egimus in notis (8) & (10) ad Bullam, *Cunctis proceſſibus*, & alibi.

(7) *Ad Sedem delatum Apoſtolicam*; opera primum S. Ludovici IX. Galliarum Regis, ut dictum eſt in præcitata nota (8) ad Bullam, *Cunctis proceſſibus*; ac ſubinde, cum jam damnatus eſſet, ab ipſo Guillelmo de Sancto-Amore, & aliis gregalibus ſuis, ut in nota (10) pariter laudata ad eamdem Bullam tetigimus.

(8) *Epiſcopo Tuſculano*; Odoni de Caſtro Rodulphi Gallo, de quo actum eſt in nota (1) ad Bullam Innocentii IV., *Piæ converſationis*, & alibi.

(9) *Et dilectis filiis noſtris J.*; Joanni de Toleto Anglo, Ordinis Ciſtercienſis, non Innocentio, ut male habetur in Bullario Romano, ex quo errorem hauſit Raynaldus in Annalibus, ut advertit etiam Sbaralea.

(10) *H. tit. S. Sabinæ*; Hugoni de S. Caro Ordinis Prædicatorum, & non *Honor.*, ut in Bullario, & Annalibus præcitatis.

(11) *Et I. tit. S. Nicolai &c.*; Joanni ſcilicet Cajetano Urſino, non autem *Innoc.*, ut in prædictis Bullario, & Annalibus legitur, quod præter Sbaraleam advertit etiam Auctor Notarum ad Bullarium Ord. Prædicat. Hos enim fuiſſe impii Libelli judices, & cenſores diximus quoque in nota (10) bis modo laudata ad Bullam, *Cunctis proceſſibus*;

Digitized by Google

ALEXANDER. PP. IV. An.Ch. 1256.

Libelli proſcriptio, & damnatio. Pœnæ in Libellum ipſum retinentes, probantes, & defendentes.

falſa, & nefaria, de Fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica duximus reprobanda, & in perpetuum damnanda, (12) diſtricte præcipientes, ut quicumque Libellum ipſum habuerit, eum infra octo dies, ex quo hujuſmodi noſtram reprobationem, & condemnationem ſciverit, prorſus in toto, & in qualibet ſui parte comburere, & omnino abolere procuret. Et in illos, qui hujuſmodi noſtri præcepti fuerint contemptores, excommunicationis ſententiam promulgamus; in virtute obedientiæ prohibendo, ne quiquam prædictum Libellum, ore Apoſtolico jam damnatum, approbare, vel quomodolibet defenſare præſumat; & ſi quis præſumpſerit, tamquam contumax, inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ ab omnibus fidelibus habeatur. Et Nos nihilominus alias contra eum talibus procedemus, quod pœna condigna temerarium feriet, & alii a ſimilibus frænabuntur (13). Ideoque Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus hujuſmodi noſtram reprobationem, condemnationem, præceptum, & prohibitionem, ac præmiſſa omnia Pariſius ſolemniter publicetis, & faciatis per alios in omnibus locis, in quibus expedire videbitis, publicari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Præcipitur quod ſupra.

Datum Anagniæ XII. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

(12) *Duximus reprobanda, & in perpetuum damnanda*. Hoc eodem anno 1256. impius Libellus damnatus, & combuſtus fuit Anagniæ, juſtamque ejus damnationem agnovit etiam, licet Heterodoxus, Oudinus, qui in Commentario *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Verb. *Guillelmus de Sancto-Amore* tom. 3. col. 248. ſcribit: „ Juſte, ut ingenue loquar, damnatus „ eſt ob probra, & injurias, quas contine„ bat, & quæ ſcandaloſa erant, atque Pres„ byteris Doctoribus indigna, & iniqua adver„ ſus Ordines diffuſos jam, & ab Apoſtolica „ Sede approbatos ſcribentibus. „

(13) *Et alii a ſimilibus frænabuntur*. In hiſce verbis deſinit Bulla, *Romanus Pontifex*, quæ legitur apud Waddingum loco deſuper laudato, & extat etiam apud Sbaraleam in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 160., addita clauſula conſueta, *Nulli ergo omnino &c.* At hæc noſtra diverſa eſt, & diſtincta ab illa, quia noſtra, ut patet, data eſt XII. Kal. Novembris Archiepiſcopis Turonenſi, & Rothomagenſi, ac Epiſcopo Pariſienſi; illa vero nulli peculiari perſonæ directa, ſubſignata conſpicitur III. Nonas Octobris. Idem Sbaralea, ut advertimus modo in nota (4) ibidem pag. 167. affert quidem ſub hac ipſa die 21. Octobris Bullam incipientem, *Quidam Scripturæ Sacræ intelligentiam*, directam prædictis Archiepiſcopis, & Epiſcopo, ac, ut noſtra, deſinentem; ſed non eſt niſi pars hujus Conſtitutionis, quam hic ſuæ reddimus integritati.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Concedit Monialibus Sancti Angeli de Aſculo, ut bona mobilia, & immobilia, feudalibus exceptis, quæ eis obvenirent in Sæculo exiſtentibus, etiam in ſtatu Religionis petere, recipere, ac retinere valeant. Ex Archivo ejuſdem Monaſterii, quod modo incolunt Patres Congregationis Montis Oliveti.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1256. die 22. Decem.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Angeli Eſculan (1) *Ordinis Sancti Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

DEvotionis veſtræ precibus inclinati, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, exceptis feudalibus, quæ perſonas liberas Sororum ad Monaſterium, jam Mundi relicta vanitate, * volentium, & pro-

Monialium preces admittit, & concedit ut ſupra.
* Forſan venire

(1) *Sancti Angeli Eſculan.*; Aſculi in Piceno, de quo Monaſterio multoties agitur in hoc Supplemento, & in Bullario a clariſſimo Sbaralea coordinato. Quo tempore, quibuſque de cauſis coactæ fuerint Clariſſæ ab hoc Monaſterio diſcedere, ipſumque dimittere Patribus Olivetanis incolendum, liquet ex Actibus MSS. exiſtentibus in Archivo ejuſdem Monaſterii, jam citatis in nota (1) ad Bullam Gregorii IX., *Cum a nobis petitur*, & hic fideliter exhibitis, qui ſunt hujuſmodi.

JESUS CHRISTUS.

„ *In Dei nomine Amen*. Infraſcripta ſunt „ quædam acta, facta, agitata, & ventilata „ coram Epiſcopo, & Venerabili Decreto„ rum Doctore Domino Jacobo de Amatuctiis, „ Plebano Montis Fortini, Reverendi in Chriſto „ Patris, & Domini Domini Franciſci de Mo„ naldenſibus de Urbeveteri digniſſimi Epiſco„ pi, & Principis Eſculani, & Palatini Co„ mitis in temporalibus, & ſpiritualibus Vi„ cario Generali, & Commiſſario Sanctiſſimi „ Domini noſtri Pape inter Perum Picciainum, „ & procuratorem dicti populi Civitatis Eſculi „ ex una, & Abbatiſſam, & Moniales Mo„ naſterii S. Agnoli Magni de Eſculo ex alte„ ra. Et ſcripta, & publicata per me Stepha„ num de Amodeis de Amatrice, publicum im„ periali auctoritate notarium, & Judicem or„ dinarium conſtitutum, & nunc Commiſſa„ rium prefati Domini Epiſcopi, & Epiſco„ patus Eſculi ſub Anno Domini 1460. indi„ ctione 8. tempore Sanctiſſimi in Chriſto Pa„ tris, & Domini Domini Pii divina providen„ tia Pape Secundi, & dicti Vicarii infraſcri„ pti.

„ *In Dei nomine amen.* Anno Domini 1460. „ indictione 8. tempore Sanctiſſimi in Chriſto „ Patris, & Domini Domini Pii divina pro„ videntia Pape Secundi, & die 9. Menſis Ju„ lii. Conſtituto perſonaliter coram egregio „ Decretorum Doctore Domino Jacobo de „ Amatuctiis Plebano Montis Fortini, Reverendi „ in Chriſto Patris, & Domini Domini Fran„ ciſci de Monaldenſibus de Urbeveteri Epiſ„ copi, & Principis Eſculani, & Palatini Co„ mitis in ſpiritualibus, & temporalibus Vica„ rio Generali, exiſtente in Cathedrali Eccleſia „ Eſculana ſita in dicta Civitate, & Sexto „ S. Emygdii juxta res dicte Eccleſie, juxta „ Reclauſtrum Epiſcopatus Eſculi, vias publi„ cas, & alios fines, in abſentia Reverendi Do„ mini Epiſcopi Eſculani, Perus Piccininus fa„ miliaris Magnificorum Dominorum Antia„ norum Communis Eſculi, & Sindicus, & „ Procurator, & Sindicario, & Procuratoris „ nomine Communis & Populi Civitatis Eſcu„ li, & exhibuit, & produxit quoddam Breve „ prefati Sanctiſſimi Domini noſtri Pape Pii, „ quod petiit admitti, & illud exequi, & „ fieri prout in eo continetur. Cujus quidem „ Brevis tenor talis eſt, videlicet a tergo. „ *Venerabili Fratri Epiſcopo Aſculano, aut ejus* „ *in ſpiritualibus Vicario Generali.* Intro. *PIUS* „ *Papa Secundus Venerabili Fratri ſalutem, &* „ *Apoſtolicam benedictionem. Exponi fecerunt* „ *nobis per ipſorum Fratres dilecti filii Comita*„ *tus, & homines Civitatis noſtre Aſculane,* „ *quod cum ipſi plurimum exoptarent in ipſa Ci*„ *vitate habere Religioſos vite bone, & exem*„ *plaris, et nunc potiſſimum cupiant in ipſam* „ *Civitatem inducere fratres regulares Ordinis* „ *S. Benedicti, qui una cum aliis Religioſis po*„ *pulum illum in viam ſalutis dirigant. Cum* „ *Communitas ipſa in preſentiarum impotens ſit* „ *ad conſtruendum novum locum pro dicta reli*„ *gione; Eapropter humiliter nobis ſupplicari* „ *fecerunt, ut amotis ex Monaſterio S. Angeli* „ *Magni dicte Civitatis Monialibus, que inibi* „ *ſub habitu, & Ordine S. Clare degunt ad pre*„ *ſens, & Religioni, & regule, quibus ſubſunt,* „ *minus debite ſatisfacere dicuntur, ipſiſque in* „ *Monaſterium S. Marie Dompnarum dicti ordi*„ *nis S. Clare extra muros Civitatis, quod ad*

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1256.

feſſionem facientium in eodem, ſi permanſiſſent in Sæculo, ratione ſucceſ- ſio-

„ *hoc ſatis capax, & ſufficiens perhibetur, perductis; S. Angeli Monaſterium pro habitatione dictorum regularium S. Benedicti aſſignare, & concedere perpetuo dignaremur. Nos vero de predictis opportunam notitiam non habentes, et dicte Communitatis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tue committimus, et mandamus, ut te de his diligenter informes, et ſi ita eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, amotis a predicto Monaſterio S. Angeli Monialibus, et in Monaſterium S. Marie extra muros Civitatis collocatis, Monaſterium hujuſmodi S. Angeli dictis fratribus pro eorum habitatione auctoritate noſtra perpetuo concedas, et aſſignes, proviſo tamen quod Monialibus predictis de introitibus, et proventibus dicti Monaſterii juxta ipſius facultates ad victum ſingulis annis debite miniſtrent, contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Petrioli ſub annulo Piſcatoris die 9. Junii 1460. Pontificatus noſtri anno Secundo.*

G. de Piccolominis.

„ Inſuper dictus Perus Piccininus Sindicus, & Procurator predictus exhibuit .... Commiſſario predicto quamdam litteram Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Domini Franciſci Epiſcopi, & Principis Eſculani predicti, cujus quidem littere tenor talis eſt, videlicet a tergo. *Venerabili, & dilecto Domino Jacobo de Amatuctiis de Monte Fortino, Dilecto Vicario noſtro ...... ſalutem. Eſſendo quì ad Callarola in viaggio ho ſcontrato li Amaſſiaduri d' Aſcoli, li quali me anno riferito, come loro anno optinuto da la Santità di N. S., che in S. Angelo grande ſe debia mettere la Oſſervanza di Santo Benedetto ...... metterle in S. Maria delle Dopne, e debia avere lo vitto ſecondo la condetione del Breve &c. Et per ſequire quello noſtro Signore, comanda ſecondo che aſſeriſſe li Amaſſiaduri, ha fatta fare la commiſſione ad me, & anche nela perſona voſtra, dubitando li Amaſſiaduri..... detto Breve. Vorria non eſſerme moſſo Daſcolo per mandare ad eſequutione la continentia del detto Breve, sì per obedire ad noſtro Signore, & anche per ſodisfatione della Communità & mia. Et perchè lu Breve ſe adderiza ancora ala perſona voſtra, pertanto ve prego di eſeguire con ogni diligentia tutto quello, che comanda la prefata Santità ſecondo lu tenore del detto Breve ad inſtantia, et petitione de la detta Communità Daſcoli. Per via noſtra per la punto totaliter velo commettemo tanto delegata, quanto de ordinaria. Nec aliud. Ex Callarola* XVI. *Junii anno* 1460.

F. Episcopus, et Princeps Esculan.

„ Qui dictus Jacobus Vicarius Generalis predictus ut ſupra exiſtens..... Breve, & littera, & tenore dicti Brevis, & littere viſo, & lecto, dictum Breve, & litteram reverenter cum omni qua decuit reverentia admiſit, & dictum Breve ſuper, & apud ſinum recepit, & obtulit ſe paratum obedire, & facere omnia, ad que tenetur ſecundum tenorem dicti Brevis, & littere. Nec non volens idem Dominus Jacobus Vicarius predictus rite, & juxte procedere, & ſuam conſcientiam exonerare, primo & ante omnia per me prenuntiavit, & declaravit ſe judicem competentem in hac parte, poſtea non intendens habere plenam, & delegatam ..... brevi Apoſtolico a fide dignis, honeſtis, & veritatis hominibus, & perſonis, monuit venerabiles viros Dominum Nellum de Vidirochis Archidiaconum plibata. Et etiam egregium Decretorum Doctorem Dominum Petrum de Pilliccionibus, Dominum Antonium de Regibus, Dominum Johannem auditorem foris, & Dominum Loyſium Damiani Canonicos Eſculanos, ac eis precepit, & mandavit, quod non recederent de dicta Cathedrali Eccleſia, qui jurent, & teſtimonium veritatis perhibeant ſuper contentis in dicto Brevi, & ea que ſciunt, & viderint..... Monaſterii S. Agnoli Magni de Eſculo, & ſi Monaſterium S. Marie Dompnarum, extra muros Eſculanos, eſt capax dictarum Monialium S. Agnoli Magni una cum jam dictis Monialibus in dicto Monaſterio S. Marie Dompnarum. Et predicta ...... & prenuntiavit ad inſtantiam, & petitionem ſuperius dicti Peri Piccinini Sindici, & Procuratoris predicti preſentis, & petentis omni meliori modo, via, jure, ordine, & forma, quibus magis, & melius potuit, & debuit. Actum in dicta Cathedrali..... Domino Johanne Honofrii, & Domino Luca Blaſii Canonicis Eſculanis teſtibus ad predicta habitis, & vocatis.

„ Qui Domini Nellus Archidiaconus predictus, Dominus Petrus, Dominus Antonius, Dominus Johannes, Dominus Loyſius teſtes vocati, inſuper & moniti per dictum Dominum Vicarium, & in hac parte Commiſſarium Sanctiſſimi Domini Pape conſtituti perſonaliter coram prefato Domino Jacobo Vicario, & Commiſſario predicto, exiſtente in Sacreſtia magna prefate Cathedralis Eccleſie Eſculan. juxta ipſam ..... omnia pronumptiavit, & elegit juridicum, & actum idoneum ad hunc actum, & pro juridico, acto, & idoneo haberi voluit, & mandavit, ac elegit, & deputavit ad inſtantiam, & petitionem dicti Peri Piccinini Sindici, & Procuratoris predicti preſentis, & petentis.... predicti juraverunt ſupra Sancta Dei Evangelia ſcripturis corporaliter manu tactis dicere, teſtimonium veritatis perhibere in & ſuper contentis in dicto Brevi Apoſtolico, & ea que ſciunt de vita, honeſtate, & moribus dictarum Monialium Monaſterii S. Agnoli Magni..... deponere ..... ſupradictis Monaſterii S. Marie Dompnarum remotis

„ tis

Digitized by Google

ſionis, vel quocumque alio juſto titulo contigiſſent, petere, recipere, ac re-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1256.

„ tis ab eis, & quolibet ipſorum odio, amo-„ re, timore poſtpoſito, & omni alia humana „ gratia, ſi Deus eos adjuvet, & hec Sancta „ Dei Evangelia. Actum in dicta Sacreſtia.... „ Cathedralis preſentibus ut ſupra.

„ Dominus Nellus de Vidirochis de Eſcu-„ lo Archidiaconus Cathedralis Eccleſie unus „ ex dictis teſtibus inductus, & productus, ut „ ſupra, monitus & juratus, ut ſupra in actis „ apparet manu mei Notarii infraſcripti, in-„ terrogatus, receptus, & examinatus per ſu-„ pradictum Dominum Jacobum Vicarium, & „ Commiſſarium predictum ſuper contentis in „ dicto Brevi, de vita, honeſtate, & mori-„ bus Monialium Monaſterii S. Agnoli Magni „ predicti, & loci capacitate S. Marie Dompna-„ rum: Ipſoque Brevi ipſi teſti primo lecto, „ litterali, & vulgari ſermone diligenter ex-„ poſito de verbo ad verbum ad ipſius teſtis „ plenam, & claram intelligentiam: Qui te-„ ſtis ſuo juramento teſtificando dixit, ſe hoc „ ſcire de contentis in dicto Brevi, & aliis „ ſupraſpecificatis, & narratis, videlicet quod „ in Civitate Eſcoli inter omnes Cives, & ma-„ jori parte hominum ipſorum dicte Civitatis „ Eſculi eſt publica vox, & fama, & publi-„ cum, & notorium, qualiter Moniales pre-„ fati Monaſterii S. Agnoli Magni de Eſculo „ non vixerunt, nec vivunt ſub regula S. Cla-„ re, nec honeſtatem dicte regule ſervant. Ac „ etiam ipſe teſtis ſuis propriis oculis vidit Fra-„ tres Conventuales S. Franciſci de Eſculo mi-„ nus honeſte accedere ad dictum Monaſterium, „ & cum dictis Monialibus converſari, prati-„ care, atque alloqui incongruis temporibus, & „ horis, ſimul, & ſeparatim. Et quod ipſe teſtis „ ſcit, quod contra Dominum Johannem Martii „ de S. Vito fuit proceſſum per manum Domini „ Epiſcopi Eſculani, eo quia idem Dominus „ Johannes........ prout in actis prefate Ec-„ cleſie plene apparet: & quod de predictis „ fuit, & eſt publica vox, & fama in Civitate „ Eſculi. Dixit etiam, quod Monaſterium San-„ cte Marie Dompnarum eſt capax dictarum „ Monialium S. Agnoli Magni. Juratus in cau-„ ſa ſcientie dixit, ſe ſcire per ea que ſuperius „ dixit, & teſtificatus eſt, & quia vidit, au-„ divit, & preſens fuit predictis ſuperius per „ ipſum teſtificatis, ſingula ſingulis referendo, „ & quia Monaſterium S. Marie Dompnarum „ eſt ſatis amplum, & reputatur ab omnibus „ Civibus Eſculanis eſſe ſufficiens, & capax „ dictarum Monialium una cum aliis Monialibus „ ſtantibus in dicto Monaſterio. Juratus de loco „ dixit, in Civitate Eſculi, & in dicto Mo-„ naſterio S. Agnoli, & in Palatio Epiſcopa-„ tus Eſculi, ſingula ſingulis referendo. Ju-„ ratus de tempore dixit, a pluribus & plu-„ ribus annis citra, & ultra. Juratus de pre-„ ſentibus dixit, dictis Monialibus, Fratribus, „ Dopno Johanne, & aliis Canonicis, presbi-„ teris, & Civibus Eſculanis videre, & ſcire „ valentibus. Juratus ſuper aliis rite reſpondit.

„ Dominus Petrus de Pilliccionibus Cano-„ nicus Eſculanus alter teſtis inductus, & pro-„ ductus, monitus, & juratus, ut ſupra in „ actis apparet manu mei Notarii infraſcripti, „ interrogatus, receptus, & examinatus per „ dictum Dominum Vicarium, & Commiſſa-„ rium ſuper contentis in dicto Brevi, de vita, „ honeſtate, & moribus Monialium Monaſte-„ rii S. Agnoli Magni de Eſculo, & loci capa-„ citate Monaſterii S. Marie Dompnarum de „ Eſculo, ipſoque Brevi ſibi teſti primo litte-„ rali, & vulgari ſermone lecto, & diligenter „ expoſito de verbo ad verbum ad ipſius teſtis „ plenam, & claram intelligentiam; qui teſtis „ ſuo juramento teſtificando dixit, ſe hoc ſci-„ re de contentis in dicto Brevi, & aliis ſu-„ praſpecificatis, & narratis, videlicet quod „ ipſe teſtis vidit Fratres Conventuales S. Fran-„ ciſci ire, accedere, & praticare ad dictum „ Monaſterium S. Agnoli, & cum dictis Monia-„ libus dicti Monaſterii praticare, ſtare, allo-„ qui in mane, in meridie, & in ſero, ac tem-„ poribus, & locis incongruis, & vidit Domp-„ num Johannem Martii de S. Vito Oblatum „ dicti Monaſterii S. Agnoli, ut dicitur ſtare in „ carceribus Eccleſie Domini Epiſcopi Eſcula-„ ni, & quod ipſe per manus Domini Epiſco-„ pi fuit inquiſitus,........ prout in actis di-„ cte Eccleſie plenius, & latius apparet. Item „ dixit quod &c.

„ Item dixit, quod in Civitate Eſculi in-„ ter omnes Cives, & majori parte hominum „ ipſorum dicte Civitatis Eſculi, eſt publica „ vox, & fama, & publicum, & notorium „ qualiter prefate Moniales Monaſterii S. Agno-„ li Magni de Eſculo non vixerunt, nec vivunt „ ſub regula S. Clare, nec dictam regulam „ obſervant, ut tenentur, ſecundum vota de „ regula. Juratus in omni ſcientia dixit, quia „ ipſe teſtis vidit, audivit, & preſens fuit pre-„ dictis ſuperius per ipſum teſtificatis, ſingula „ ſingulis referendo. Et quia Monaſterium „ S. Marie Dompnarum extra muros Civitatis „ Eſculi eſt ſatis amplum, & reputatur ab om-„ nibus Civibus Eſculanis eſſe ſufficiens, & ca-„ pax dictarum Monialium Monaſterii S. Agno-„ li una cum aliis Monialibus ſtantibus in dicto „ Monaſterio S. Marie Dompnarum. Juratus „ de loco dixit, in Civitate Eſculi, in dicto „ Monaſterio S. Agnoli, in Palatio Epiſcopa-„ tus Eſculi, ſingula ſingulis referendo. Jura-„ tus de tempore dixit, a pluribus, & pluribus „ annis elapſis citra, & ultra. Juratus de pre-„ ſentibus dixit de ſe teſte, dictis Monialibus, „ Domino Johanne, fratribus, & aliis Cano-„ nicis, presbiteris, & Civibus Eſculanis, ſin-„ gula ſingulis referendo. Juratus ſuper aliis „ generalibus, rite reſpondit.

„ Dominus Antonius de Regibus, Domi-„ nus Johannes auditor foris, Dominus Loyſius „ Damiani Canonici Eſculani teſtes inducti, „ moniti, & jurati ut ſupra in actis apparet „ manu mei Notarii infraſcripti, interrogati, „ recepti, & examinati per dictum Dominum „ Vicarium, & Commiſſarium diviſim, & ſe-„ para-

ALEXANDER
PP. IV.
An. Ch. 1256.

retinere valeatis, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c.
Da-

„ paratim unus ab altero ſuper contentis in
„ dicto Brevi, de vita, & honeſtate, & mo-
„ ribus Monialium Monaſterii S. Agnoli Ma-
„ gni de Eſculo, & loci capacitate Monaſterii
„ S. Marie Dompnarum extra muros Eſcula-
„ nos, ipſoque Brevi ipſis teſtibus, & cuilibet
„ ipſorum diviſim, & ſeparatim primo litte-
„ rali, & vulgari ſermone lecto, & diligenter
„ expoſito de verbo ad verbum ad ipſorum teſ-
„ tium plenam, & claram intelligentiam. Qui
„ teſtes, & quilibet ipſorum eorum juramento
„ diviſim, & ſeparatim unus ab altero dixe-
„ runt, & teſtificationem fecerunt ſuper con-
„ tentis in dicto Brevi, & aliis ſupra narratis,
„ & ſpecificatis in omnibus, & per omnia,
„ prout dixerunt, & teſtificati ſunt ſupradicti
„ Dominus Nellus Archidiaconus, & Domi-
„ nus Petrus de Pilliccionibus Canonici Eſcu-
„ lan., licet per diverſa verba, tamen idem in
„ effectu importantia, & ſignificantia.

„ Poſt predicta Dominus Jacobus Vica-
„ rius, & Commiſſarius predictus volens in-
„ tendere circa executionem dicti Brevis, &
„ parere monitis Sanctiſſimi Domini noſtri Pa-
„ pe, exiſtens in Palatio reſidentie Magnifico-
„ rum Dominorum Antianorum Civitatis Eſ-
„ culi in Sala magna dicti Palatii, & plenius
„ informari de aſſertis ...... & eorum continen-
„ tia comiſit, impoſuit, & mandavit venera-
„ bili Viro Domino Antonio de Regibus Cano-
„ nico Eſculano preſenti, & intelligenti, & acce-
„ ptanti, quatenus ex ipſius Domini Vicarii &
„ Commiſſarii parte, commiſſione, & man-
„ dato vadat, & ſe perſonaliter conferat lo-
„ co...... S. Marie Dompnarum extra mu-
„ ros Eſculanos, & ad Abbatiſſam, & Monia-
„ les dicti Monaſterii, & diligenter exquirat,
„ ſi locus ille, & Monaſterium eſt capax, &
„ comodum ad receptionem dictarum Monia-
„ lium S. Agnoli, & ſi dicte Moniales S. Ma-
„ rie Dompnarum volunt recipere dictas Mo-
„ niales S. Agnoli in dicto Monaſterio S. Ma-
„ rie Dompnarum, & de omnibus ſpectanti-
„ bus, & pertinentibus ad dictam inveſtigatio-
„ nem ſe diligenter informet, & ſibi Domino
„ Vicario, & Commiſſario referat quod in ....
„ Committens, & mandans circa dictam com-
„ miſſionem dumtaxat vices ſuas eidem Domi-
„ no Antonio preſenti, & acceptanti. Et ni-
„ hilominus dictus Dominus Vicarius, & Com-
„ miſſarius ſe perſonaliter contulit una cum di-
„ ctis Antianis Civitatis Eſculi ad dictum Mo-
„ naſterium S. Agnoli Magni pro pleniori in-
„ formatione, & diligentiori inveſtigatione
„ contentorum in Brevi prædicto. Et hoc ad
„ inſtantiam, & petitionem dicti Peri Piccini-
„ ni Sindici predicti preſentis, & petentis, pre-
„ ſentibus Domino Antonio Plebano Sancti
„ Victoris, Domino Bartolomeo Plebano San-
„ cti Venantii, & Domino Franciſco Plebano
„ S. Leonardi de Eſculo, teſtibus ad predicta
„ habitis, & vocatis.

„ Eodem die poſt prædicta prefatus Do-
„ minus Antonius Canonicus...... ſupra fa-
„ ctam per dictum Dominum Vicarium, &
„ Commiſſarium iens, & conferens ſe ad di-
„ ctum Monaſterium una cum ſupradictis ple-
„ banis, & teſtibus ſupra proxime deſcriptis,
„ ad dictam Abbatiſſam, & Moniales, & Mo-
„ naſterium S. Marie Dompnarum extra muros
„ Eſculanos..... Abbatiſſe, & Monialibus
„ continentiam dicti Brevis, & commiſſionem
„ ſibi ſupra factam per ſupradictum Dominum
„ Vicarium, & Commiſſarium, habitoque
„ cum eadem Abbatiſſa, & Monialibus pleno
„ colloquio, & examine de continentia, &
„ capacitate dicti Monaſterii ..... Monialium
„ an libenter recipiant Moniales predictas Mo-
„ naſterii S. Agnoli, & collocandas, & com-
„ mutandas in Monaſterium predictum S. Ma-
„ rie Dompnarum extra muros Eſculanos. Quæ
„ Abbatiſſa, & Moniales exiſtentes intra Clau-
„ ſuram dicti Monaſterii S. Marie Dompnarum
„ obtulerunt ſe ſponte parere monitis Sanctiſſi-
„ mi Domini noſtri Pape, & dicti Vicarii, &
„ Commiſſarii, & cum eis recipere Moniales
„ prefatas Monaſterii S. Agnoli prædicti. Et
„ ſic dictus Dominus Antonius Canonicus, &
„ Commiſſarius prefatus rediens ad prefatum
„ Dominum Vicarium, & Commiſſarium, exi-
„ ſtentem in Cortili Monaſterii S. Agnoli pre-
„ dicti ante dictum Monaſterium extra Clau-
„ ſuram..... Domino Vicario, & Commiſ-
„ ſario predicto omnia & ſingula per ſe geſta,
„ & ſibi ibidem commiſſa per dictas Abbatiſ-
„ ſam, & Moniales dicti Monaſterii S. Marie
„ Dompnarum omni meliori modo, via, jure,
„ & forma, quibus melius de jure potuit, &
„ debuit ad inſtantiam, & petitionem dicti
„ Sindici ut ſupra preſentis, & petentis.
„ Actum ut ſupra ſingula ſingulis referendo,
„ preſentibus ut ſupra.

„ Poſt predicta nos Jacobus de Amatuctiis
„ Vicarius, & Commiſſarius ...... in pre-
„ ſentia Magnificorum Dominorum Antiano-
„ rum dicte Civitatis, & Magnifici militis, &
„ eximii decretorum Doctoris Domini Amo-
„ dei de Juſtinis de Civitate Caſtelli, Poteſtatis
„ dicte Civitatis Eſculi, & nonnullorum alio-
„ rum doctorum, & nobilium Civium ......
„ Apoſtolicis mandatis, & juſſionibus & in-
„ tendere ad exequutionem dicti Brevis, &
„ eorum, que in eo continentur, prehabita
„ pleniſſima informatione ante preſentem diem
„ non ex proceſſibus, & actis factis in Cancel-
„ laria Epiſcopatus Eſculi, circa demerita,
„ & ...... a nonnullis bonis, & gravibus
„ Civibus dicte Civitatis, & viſis dictis, &
„ atteſtatis dictorum teſtium Venerabilium, &
„ religioſorum Sacerdotum ut ſupra examina-
„ torum, viſis diligenter inſpectis, perlectis,
„ & conſideratis, viſa relatione facta per di-
„ ctum Dominum Antonium de Regibus prout
„ patet in dicto proceſſu. Et viſo Monaſterio
„ S. Agnoli, & ejus continentia, & clauſura,
„ & habita plena informatione de fructibus,
„ & redditibus dicti Monaſterii S. Agnoli tam
„ a dictis Abbatiſſa, & Monialibus, quam
„ etiam

Digitized by Google

Datum Laterani xi. Kal, Januarii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

D d

XXVIII.

„ etiam a Dopno Agnolo Jacobi...... pleniſ-
„ ſimam informationem habere aſſeruit: Et
„ lecto dicto Brevi dictis Abbatiſſe, & Monia-
„ libus S. Agnoli, & ejus tota continentia di-
„ ligenter expoſita etiam vulgari ſermone ad
„ ipſarum Abbatiſſe, & Monialium plenam,
„ & claram intelligentiam..... dictis Abba-
„ tiſſæ, & Monialibus, & ipſarum conditio-
„ nibus, & allegare, licet vanis, & fruſtrato-
„ riis. Et cum eis habito pleno colloquio, &
„ examine de ipſarum vita, & facultate dicti
„ Monaſterii S. Agnoli. Et comperto quod
„ regulam Beate Clare & vota..... non ob-
„ ſervarunt, nec obſervant, minus honeſte,
„ & religioſe. Et quod per honorem divini
„ cultus, & obſervantia dicte regule, & pro
„ debito honeſtatis, & juſtitia honeſtum, &
„ decens eſt, & laudabile juxta ſenſum, &
„ continentiam dicti Brevis, ad vota & deſi-
„ deria Laud...... totius populi Eſculani
„ hoc efficaciſſime cupientis, & ſupplicantis.
„ Chriſti, ejuſque glorioſe Matris ſemper Vir-
„ ginis Marie, ac glorioſiſſimi Michaelis Ar-
„ changeli, ſub cujus vocabulo dicta Eccleſia
„ fundata eſt, pro tribunali ſedentes finaliter
„ pronuntiamus, & declaramus dictam Abba-
„ tiſſam, & Moniales de dicto Monaſterio San-
„ cti Agnoli eſſe extrahendas, & commutan-
„ das, & immittendas in Monaſterium S. Marie
„ Dompnarum extra muros Eſculanos, & ag-
„ gregandas cum aliis Monialibus, & Soro-
„ ribus dicti Monaſterii, ſub eadem regula, &
„ voto degentibus: Et in dictam Eccleſiam, &
„ Monaſterium S. Agnoli eſſe immittendos Mo-
„ nachos, & Fratres regulares Ordinis S. Be-
„ nedicti. Cum hac tamen conditione, quod
„ dicte Moniales quoad vixerint in dicto Mona-
„ ſterio S. Marie Dompnarum, competentem
„ victum habeant ex fructibus, & redditibus
„ dicti Monaſterii S. Agnoli Magni ſingulis an-
„ nis juxta facultatem dicti Monaſterii S. Agno-
„ li,.. neceſſaria exhibeant alimenta juxta teno-
„ rem, & continentiam dicti Brevis. Et pre-
„ dicta decernimus, ſententiamus, pronuntia-
„ mus, & declaramus omni meliori modo,
„ via, jure, ordine, & forma, quibus magis
„ & melius de jure poſſumus, & debemus.
„ Mandamus inſuper dictis Abbatiſſe, & Mo-
„ nialibus Monaſterii S. Agnoli ſub excommu-
„ nicationis pena, ut dicte noſtre ſententie, juſ-
„ ſionibus, & mandatis noſtris, ymo verius
„ Apoſtolicis, diligenter pareant, & obediant,
„ & immediate de dicto Monaſterio & Clauſu-
„ ra exeant, & ſe perſonaliter conferant ad
„ dictum Monaſterium S. Marie Dompnarum
„ extra muros Eſculanos. Actum eſt ſupra,
„ preſentibus dictis Dominis Antianis, & Po-
„ teſtate, & quaſi toto populo Eſculano; &
„ preſente dicto Pero Piccinino Sindico predi-
„ cto petente, & acceptante predicta. Que
„ Abbatiſſa, & Moniales dicti Monaſterii San-
„ cti Agnoli, auditis predictis, volentes parere
„ dictis juſſionibus, & mandatis Apoſtolicis,
„ & dicti Domini Vicarii, & Commiſſarii, di-
„ ctum Monaſterium S. Agnoli exeruerunt, &
„ ſe perſonaliter contulerunt ad, & in dictum
„ Monaſterium S. Marie Dompnarum extra
„ muros Eſculanos, & receptate fuerunt per
„ ſupradictas Abbatiſſam, & Moniales dicti
„ Monaſterii S. Marie Dompnarum, aſſociate
„ cum comitiva plurium nobilium virorum, &
„ mulierum honeſtarum, ac religioſarum dicte
„ Civitatis ad laudem, & reverentiam Omni-
„ potentis Dei, & ſue glorioſiſſime Matris ſem-
„ per Virginis, Beati Michaelis Archangeli,
„ & totius celeſtis Curie triumphantis. Amen.

„ Poſt predicta per intervallum temporis
„ prefatus Dominus Jacobus Vicarius, & Com-
„ miſſarius predictus volens executioni debite
„ demandare omnia & ſingula, que in Brevi
„ prefati Sanctiſſimi Domini noſtri Pape conti-
„ nentur, & pronuntiata, & declarata per
„ ipſum Dominum Vicarium, & Commiſſarium
„ ut ſupra patet omnibus melioribus modo,
„ via, jure, ordine, & forma, quibus magis &
„ melius potuit, Chriſti, ejuſque glorioſe
„ Matris ſemper Virginis Marie nominibus in-
„ vocatis, induxit, poſuit, & immiſit religio-
„ ſum virum Fratrem Nicolaum de Rovarellis
„ de Ferraria, Ordinis S. Benedicti de Monte
„ Oliveti, Viſitatorem dicte religionis vice, &
„ nomine Fratrum regularium regule Ordinis
„ S. Benedicti predicti in tenutam, & corpo-
„ ralem poſſeſſionem prefate Eccleſie S. Agno-
„ li Magni de Eſculo, & Monaſterii, & do-
„ morum ejuſdem Eccleſie, & Monaſterii cum
„ omnibus & ſingulis juribus, actionibus, Ter-
„ ritoriis, Caſtris, terris, manſis, ſilvis, Cap-
„ pellis, Vaſſallis, & pertinentiis ſuis, & ad
„ dictam Eccleſiam & Monaſterium S. Agnoli
„ predicti quomodocumque, & qualitercum-
„ que pertinentibus, & ſpectantibus auctoritate
„ ſibi in hac parte conceſſa, & attributa per
„ prefatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum
„ Papam PIUM mittendo religioſum virum
„ Fratrem Nicolaum in Eccleſiam S. Agnoli
„ Magni, & in Monaſterium, in domibus ejuſ-
„ dem Eccleſie S. Agnoli ibidem perſonaliter
„ conſtitutum cum omnibus juribus, actionibus,
„ Territoriis, Caſtris, terris, manſis, Vaſſal-
„ lis, & pertinentiis ſuis; etiam inducendo di-
„ ctum Fratrem Nicolaum intus dictam Eccle-
„ ſiam, & Monaſterium in ſignum vere poſſeſ-
„ ſionis. Qui Frater Nicolaus volens directe
„ & indirecte tenute & corporalis poſſeſſionis
„ dicte Eccleſie, & Monaſterii S. Agnoli nomi-
„ ne totius religionis regule S. Benedicti de
„ Monte Oliveti acceptare, dictam Eccleſiam,
„ & Monaſterium, & domos intravit in ſignum
„ vere poſſeſſionis, oblationes ſuper altari poſi-
„ tas, & exiſtentes tunc in preſentia dicti Do-
„ mini Vicarii, & Commiſſarii, & executo-
„ ris manu Notarii, & teſtium infraſcriptorum
„ accepit, & recollegit intrando, ſtando, &
„ exeundo de dicta Eccleſia, et Monaſterio
„ S. Agnoli, & domibus ejuſdem, claudendo,
„ & aperiendo oſtia dicte Eccleſie, & Monaſ-
„ terii S. Agnoli, & domorum ejuſdem, Cam-
„ pa-

XXVIII.

Indulgentias elargitur viſitantibus Eccleſiam S. Silveſtri de Pireto in præcipuis Domini Noſtri, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, aliorumque nonnullorum Sanctorum feſtivitatibus. Ex Archivo nobilis Familiæ de Maccaphanis ejuſdem Oppidi.

An. Ch. 1257. die 19. Febr.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sancti Silveſtri de Pereto, Ordinis Sancti Damiani, Marſicanæ Diœceſis (1) *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Æterna gaudia conſequuntur, qui Deum in Sanctis venerantur.

SAnctorum meritis inclyta gaudia fideles Chriſti aſſequi minime dubitamus, qui per condignæ devotionis obſequia eum venerantur in illis, quorum gloria ipſe eſt, & retributio meritorum. Ad promerenda igitur ſem-

„ panas pulſando, aliiſque contactis, & conditionibus aliis; Que Eccleſia, & Monaſterium S. Agnoli erant reperta cum Campanis, & Campanili. Et predicta omnia & ſingula geſta, & procurata, ac percompleta, & executioni debite demandata fuerunt per ſupradictum Dominum Jacobum Vicarium, & Commiſſarium predictum, & per dictum Fratrem Nicolaum Viſitatorem predictum omni meliori modo, via, jure, ordine, & forma, quibus magis & melius fieri potuit; rogante me Notario infraſcripto, ut de predictis omnibus & ſingulis publicum conficmem in fidem. Actum in dictis Eccleſia, Monaſterio, & Campanili S. Agnoli Magni de Eſculo ſitis in dicta Civitate juxta res dicti Monaſterii undique, & aliis finibus, preſentibus Venerabilibus viris Domino Antonio de Regibus, Domino Petro de Pellicionibus, Domino Luyſio Damiani Canonicis Eſculanis, & Domino Antonio Plebano S. Victoris de Eſculo, teſtibus ad predicta habitis, & vocatis.

„ Et ego Stephanus de Amodeis de Amatritio imperiali auctoritate Notarius conſtitutus, & nunc Cancellarius Epiſcopatus Eſculi, predictis omnibus & ſingulis dum ſic agerentur, & fierent perſonaliter interfui; & de predictis omnibus & ſingulis rogatus extiti. Et quia aliis arduis negotiis predicti Epiſcopatus occupatus, & plurimis aliis & diverſis Scripturis prepeditus, per alium Notarium, & Scriptorem mihi fidum ſcribere feci; ideo ad fidem omnium premiſſorum ſubſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum. Et quod ſuperius remiſſum eſt in quarta linea a pede numerando, & in ſextadecima linea ſimiliter a pede numerando, propria manu ejuſdem Notarii, & Scriptoris remiſſum eſt, quia errore abmiſerat, ideo hic mentionem feci „.

Loco ✠ Sigilli

Ex Monumentis ejuſdem Monaſterii S. Angeli conſtat, Moniales inde expulſas, & ad illud S. Mariæ Dominarum translatas, fuiſſe numero viginti duas, ac eorum aliquas permanſiſſe in hoc Monaſterio, nonnullas vero, forſan ob iſtius incapacitatem, vel ad illud S. Spiritus, vel ad aliud S. Mariæ Virginum deinde tranſiiſſe. Nam in quodam Codice apud Patres Olivetanos ibidem exiſtente pag. 18. hæc particula habetur: 1483. *Agoſto. In prima è da ſapere, che inante ſcritte donne de S. Spirito, li quali anno avuto la loro porzione, ne ſono vive 4. La prima ſi è l'Abbadeſſa di S. Spirito donna Biſſania, la ſeconda donna Antonella, la terza donna Golfuccia, la quarta è donna Nardolina Monaca in Santa Maria delle donne.* In alio vero Codice ibidem pariter aſſervato pag. 7. cum eædem numerentur Moniales, quæ anno 1465. vivebant, legitur, quod earum quatuor extabant eo tunc in Monaſterio S. Spiritus, ideſt, *Antonella*, *Majorana*, *Vanna*, *Anaſtaſia*: In Monaſterio S. Mariæ Virginum quinque, nempe, *Beſania*, *Angelucia*, *Rechina*, *Golfuccia*, *Appollonia*: In Monaſterio S. Mariæ Dominarum una, videlicet, *Rita*.

(1) *Marſicanæ Diœceſis*; in Aprutio Ultra, in Provincia nunc S. Bernardini, ut in nota (1) ad Bullam ejuſdem Alexandri IV., *Paupertati veſtræ*, ſub die 15. Maii anni 1255. pro hoc eodem Monaſterio emanatam. In finibus Oppidi Pireti, in ſummitate Montis, qui *Carſoli* appellatur, quædam colitur Beatiſſimæ Virginis Imago, *de Biſognoſi* nuncupata, Hiſpali in Hiſpania anno 609. vel 610., ſedente in Petri Cathedra S. Bonifacio IV., ad Montem ipſum, ut in antiquiſſimo legitur MS. in eodem Monte aſſervato, non ſine miraculo evecta. Ibi conſtructa in ejus honorem Eccleſia, quam eumdem Bonifacium IV., ex Valeria Marſorum Urbe oriundum, anno 613. undecima die Junii conſecraſſe ferunt, multis claruit, claretque adhuc miraculis, ſummaque collitur populi devotione, ac anno 1724. die 5. Novembris a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ aurea coro-

Digitized by Google

ſempiterna gaudia cauſam dare fidelibus Populis cupientes, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus glorioſæ Virginis

corona redimita fuit. Hanc ſacram pervetuſtam ædem una cum adjacentibus ædificiis anno 1761. Pater Cherubinus Romanus, Obſervantis Romanæ Provinciæ tunc Provincialis Miniſter, a nobiliſſima Columnenſium Familia, in cujus ditione Mons ipſe cum Oppidis circumpoſitis conſiſtit, præſertim vero ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Petro Pamphilio Columna, nunc S. R. E. Cardinali, ac etiam eotunc ejuſdem Eccleſiæ Abbate Commendatario, pro ſuis Romanæ Provinciæ Fratribus Minoribus accepit, qui propterea in iiſdem ædificiis, quæ, licet reſtaurata, adhuc Conventus nomen, & prærogativas non obtinent, ad Dei, & B. Virginis cultum hoſpitantur. Eodem anno una cum ipſa B. Virginis Æde, in Monte ſita, etiam Eccleſia S. Silveſtri, de qua ſermo eſt in hoc diplomate, & in aliis vel a Sbaralea, vel a nobis editis, ab iiſdem Columnenſibus Fratribus noſtris collata fuit, ut ibi Conventum excitarent, e cujus familia aliqui deputarentur, qui ad cultum Virginis in ipſo Monte apud eam inhabitarent, ut dictum eſt etiam in nota(2)ad Bullam V. Alexandri IV., *Sacram Religionem veſtram*. De hoc Monte ſcribit in Regia Marſicana pag. 227. Corſignanus: „ Il Monte, che ſtà appreſſo della Terra „ (*Pireti ſcilicet*) era molto frequentato da' „ Monaci di ſanta vita; così che fu illuſtrato „ dalla preſenza di Giovanni XIX. Pontefice, „ poco prima della ſua promozione al Pontifi„ cato, come riportano le Cronache Caſſi„ nenſi „. Hunc Joannem primum fuiſſe ſcribunt Franciſcus Pagius in ejus Vita §. 2., Sandinius in notis ad eamdem, & alii, qui nullis Ordinibus ſacris initiatus Pontificium munus ſuſcepit. Glaber Rodulphus lib. 4. cap. 1. inter Scriptores Hiſtoriæ Francorum Ducheſnii tom. 4. pag. 41. de eo hæc habet: *Joannes XIX. cognomento Romanus, frater Benedicti VIII., largitione pecuniæ repente ex laicali ordine neophytus conſtitutus eſt Præſul Eccleſiæ Catholicæ*, quod ideo a Glabro dictum exiſtimat Pagius modo laudatus, quia nullo exemplo, ac omnium primus factus fuit ex laico Pontifex, quemadmodum refert etiam Romualdus Salernitanus in Chronico pag. 167. dicens: *Papa Benedictus obiit, & ſucceſſit ei Joannes frater ejus, qui uno eodemque die & Laicus fuit, et Pontifex*, videlicet contra Canones, *ut legere eſt*, inquit idem Sandinius in notis ad ejus Vitam nunc citatis, *in Vita Stephani III. Pontificis XCVI.* Si verum ſit Corſignani aſſertum a Febonio confirmatum, quod nempe paulo ante aſſumptionem ad Summum Pontificatum ſolitariam vitam egerit in Monte Carſolio Pireti proximo, vir erat pietate, & religione conſpicuus, licet nullis ſacris ordinibus initiatus. Hunc Montem duobus annis incoluiſſe S. Petrum Confeſſorem, Eremitam nuncupatum, qui obiit Trebis in Latio in Abbatia Sublacenſi, ubi & multis miraculis reſplendet, ut in nova legitur Martylogii Romani editione die 30. Auguſti, fidem faciunt indubiam leonina carmina conſcripta ad calcem vetuſtiſſimæ Hiſtoriæ S. Mariæ *de Biſognoſi*, quæ aſſervatur Pireti apud Maccaphanos, & ſunt ſequentia:

„ Et veniens hoſpes Petrus e Tibure ſoſpes
„ Hic hæremita fuit, qui magno lumine „ fluit.
„ Et multa agebat, Chriſtum populoſque „ docebat;
„ At poſt annorum curſum ſpatiumque „ duorum
„ Mater virtutis ipſius miſerata ſalutis
„ Illinc abire juſſit, ponduſque finire

Etiam S. Romualdum, Camaldulenſium Patrem, in hoc eodem loco inhabitaſſe, & eremiticam vitam duxiſſe, valde probabile eſt, idque innuere videntur laudati Febonius, & Corſignanus cum aliis, quorum primus addit in Hiſtoria Marſorum, quamplures viros Principes tum Eccleſiaſticos, cum Sæculares hunc Montem aſcendiſſe viſendi Imaginem B. Virginis cauſa, *quam*, inquit ipſe, *Hiſpani Heroes cum Urbem petiere venerari conſueverunt, confugiuntque adhuc ex Romana Curia ſupplices in dies Proceres, et novis adhuc miraculis fulget*.

Benedictus XIII. eodem anno, quo Simulacrum B. Virginis, ut dictum eſt, aurea corona a Capitulo Vaticano ornatum fuit, Plenariam conceſſit Indulgentiam, lucrandam ab accedentibus ad eamdem Eccleſiam ipſo coronationis die, ejuſque anniverſario quotannis recurrente, ut ex ejus liquet Diplomate, cujus extat Autographum apud eamdem nobilem Familiam de Maccaphanis, & eſt hujuſmodi.

„ BENEDICTUS PAPA XIII.

„ *Univerſis Chriſti Fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, et Apoſtolicam Benedictionem*. Ad augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia charitate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam, ſeu Cappellam publicam B. M. V. *de Biſognoſi* nuncupatam, in Monte prope Terram Pireti Marſorum Diœceſis, die quinta proximi futuri Menſis Novembris a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Volumus autem, ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid vel minimum detur, aut ſponte recipiatur, præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud S. Mar. Major. ſub annulo Piſcatoris die 6. Octobris 1724. Pontificatus noſtri anno Primo. „

In

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1257.

ginis Mariæ, S. Joannis Baptiſtæ, S. Silveſtri, S. Franciſci, & S. Claræ, Nativitatis Domini, Paraſceve, Reſurrectionis Domini, Aſcenſionis Domini, & in Pentecoſte, cauſa devotionis viſitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi centum dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Laterani XI. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

In Hiſtoria Sacræ hujus Imaginis, impreſſa Roncilione anno 1763. ſequentes adhuc enumerantur indulgentiæ, conceſſæ accedentibus devotionis cauſa ad eamdem Eccleſiam diebus hic italice, prout in ipſa Hiſtoria leguntur, adnotatis. *Nel giorno di S. Barnaba Apoſtolo, e di S. Onofrio, Indulgenza Plenaria. In tutte le Feſte della Madonna ſeimila anni d' Indulgenza. In ciaſcheduna Feſta del Signore, e ciaſcheduna Domenica ſeicento anni. In ciaſchedun giorno dell' anno trecento cinquanta anni.* Etiam Summus Pontifex PIUS VI., quem Deus ſoſpitem diu, incolumemque Chriſtianæ Reipublicæ ſervet, anno proxime elapſo 1779. viſitantibus eamdem Eccleſiam diebus decima, undecima, & duodecima Menſis Junii conceſſit Indulgentiam Plenariam, dato Diplomate, quod hic ſubiicimus, ſimiliter incipiente.

PIUS PAPA VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Ad augendam Fidelium religionem, & „ animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ the„ſauris pia charitate intenti, omnibus, & „ ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, ve„re pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra „ Communione refectis, qui Eccleſiam ſub titu„lo B. Mariæ Virginis *de Biſognoſi* nuncupatam, „ ſitam in Monte prope Piretum Marſorum „ diœceſ. die decima Menſis Junii, ac duobus „ immediate ſequentibus, ſingulis annis devo„te viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum „ Principum concordia, hæreſum extirpatio„ne, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias „ ad Deum preces effuderint, Plenariam ſpa„tio prædictorum dierum, per unumquemque „ Chriſtifidelem ſemel tantum quolibet anno „ ad ſui libitum eligen. lucrifaciendam, om„nium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & „ remiſſionem miſericorditer in Domino con„cedimus. In contrarium facientibus non „ obſtantibus quibuſcumque. Præſentibus per„petuis futuris temporibus valituris. Datum „ Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcato„ris die 21. Junii 1779. Pontificatus Noſtri „ anno Quinto. „



XXIX.

Digitized by Google

XXIX.

Ad inſtantiam Fratrum Prædicatorum mandat Epiſcopo Pariſienſi, ut Magiſtros, & Scholares illius Civitatis juxta Eccleſiæ formam a cenſuris abſolvat.
Ex Speculo Minorum, ſeu Firmamento trium Ordinum 2. part. tract. 1. pag. 16.

An.Ch. 1257. die 27. Sept.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Epiſcopo Pariſien. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Facti expoſitio.

Dilecti filii Prior, & Fratres Prædicatores Pariſien. Nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum nonnulli Magiſtri, & Scholares prætextu diſcordiæ (2) uſque nunc Pariſius habitæ, & occaſione detentionis cujuſdam Libelli (3) olim damnati a Nobis (4) cujus principium erat: *Ecce videntes clamabunt foris* (5) dicantur ſententiam excommunicationis incurriſſe, providere ſuper his ſalubriter curaremus. Nos itaque ſic volentes ipſorum ſaluti in hac parte conſulere, & æquitati noſtræ ſententiæ ſuper hoc latæ (6) nullatenus derogare, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnibus Magiſtris, & Scholaribus, qui occaſione diſcordiæ, ac præfati Libelli, interdicti, ſuſpenſionis, aut excommunicationis ſententias, noſtra, vel quavis auctoritate prolatas, hactenus incurrerunt; poſtquam tibi plene conſtiterit, quod ipſi ordinationem noſtram, quam pro conſervatione ſtudii Pariſienſis de conſilio Fratrum noſtrorum edidimus (7) & quæ continentur in ipſa, ſententiam quoque, ac Statuta in ea per Nos expreſſa diligenter, & efficaciter, ac ſine aliqua fictione obſervent, & juramentum quod de cætero eadem obſervabunt, ac dictum Libellum prius in toto, & in qualibet ſui parte combuſſerint, ac omnino curaverint abolere (8) auctoritate noſtra juxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendas, & diſpenſes cum eis ſuper irregularitatibus, ſi quas forſitan occaſione hujuſmodi contraxerunt.

Fratrum preces admittit, & mandat ut ſupra.

Ante abſolutionem exigat juramentum de ſervandis Pontificis ordinationibus, quodque Libellum combuſſerint.

Datum Viterbii v. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Epiſcopo Pariſien.; Reginaldo hujus nominis Secundo, de quo pluries in notis præcedentibus.

(2) *Prætextu diſcordiæ*, ſubortæ occaſione Statutorum, quibus Fratres Prædicatores, uti dictum eſt in nota (4) ad Bullam primam ex incipientibus, *Controverſiam dudum*, una cum Franciſcanis, & aliis Mendicantibus ab Univerſitatis Collegio excludebantur.

(3) *Cujuſdam Libelli*; a Guillelmo de Sancto-Amore contra prædictos Fratres, & eorum profeſſionem anno 1253., vel 1255. conſcripti, cui titulus: *De periculis noviſſimorum temporum.*

(4) *Olim damnati a Nobis*; & combuſti Anagniæ anno ſuperiori 1256. poſt maturam diſcuſſionem, de qua loquitur Thomas Cantipratanus, Auctor Synchronus, lib. 2. *de Apibus* cap. 10. num. 23., edita Conſtitutione, *Romanus Pontifex*, ſub III. Nonas Octobris ejuſdem anni, de qua vide notam (13) ad Bullam ſimiliter incipientem, datam Archiepiſcopis Turonenſi, & Rothomagenſi, ac Epiſcopo Pariſienſi.

(5) *Cujus principium erat: Ecce videntes clamabunt foris*; quibus verbis Libellus ipſe, *de periculis noviſſimorum temporum*, quandoque abſque alio titulo indigitatur.

(6) *Noſtræ ſententiæ ſuper hoc latæ*; in præcitata Conſtitutione, *Romanus Pontifex*, & in aliis ejuſdem Alexandri IV., quæ in hoc Supplemento, necnon apud Bremondum in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. 1., & apud Sbaraleam in Franciſcano tom. 2. legi poſſunt.

(7) *Edidimus*, anno 1255. die 14. Aprilis in Conſtitutione incipiente, *Quaſi lignum vitæ*, cujus obſervantiam, & executionem in aliis ſuis litteris pluries efficaciter præcepit, & commendavit.

(8) *Combuſſerint, ac omnino curaverint abolere*, ut in prælaudata Conſtitutione, *Romanus Pontifex*, diſtricte mandavit.

Digitized by Google

ALEXANDER. PP. IV. An. Ch. 1257.

XXX.

Clariſſis S. Spiritus, & S. Claræ de Aſculo indulget, ut de uſuris, aliiſque male acquiſitis, quorum cui reſtitutio facienda ſit ignoratur, necnon de redemptione votorum, uſque ad ducentas uncias auri recipere poſſint.
Ex Archivo Monaſterii S. Angeli ejuſdem Civitatis, nunc ad Monachos Olivetanos pertinentis.

An. Ch. 1257. die 13. Nov.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii S. Spiritus, & S. Claræ (1) Eſculan. Ordinis S. Damiani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

Annuit Monialium ſupplicationibus, & indulget ut ſupra.

Conditio advertenda.

VEſtræ meritis Religionis inducimur, ut vos proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus eſſe dignoſcitur opportuna. Hinc eſt quod Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ut de uſuris, rapinis, & alias male acquiſitis, dummodo ii, quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat, omnino ſciri, & inveniri non poſſint; necnon de redemptionibus votorum, auctoritate Diœceſanorum Pontificum commutatorum, limitando dumtaxat ...... uſque ad ſummam ducentarum unciarum auri (2) recipere valeatis, auctoritate vobis præſentium duximus concedendum, ſi alias pro ſimilium receptione non eſtis a Nobis hujuſmodi gratiam conſecutæ, vel quod ſi aliquid de ipſis ducentis unciis dimiſeritis, vel reſtitueritis, aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujuſmodi dimiſſum, vel reſtitutum, ſeu datum, nihil ad liberationem earum proſit; nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo &c.

Datum Viterbii Idibus Novembris Pontificatus noſtri Anno Tertio.

XXXI.

(1) *Monaſterii S. Spiritus, et S. Claræ.* Horum Monaſteriorum nullam apud Waddingum mentionem invenire potui, niſi forte ſub diverſis nominibus hic exprimantur duo Monaſteria Clariſſarum, Aſculi eo tunc exiſtentia, illud nempe S. Angeli Magni, de quo ſæpiſſime in hoc Supplemento peragitur; ac illud S. Mariæ Dominarum, cujus occurrit mentio etiam in litteris Cardinalis Neapoleonis, allatis in nota (4) ad Bullam hujus Pontificis XXIV., incipientem, *Religioſam vitam*, & in aliis Symonis Paltinerii, Sanctorum Silveſtri, & Martini Presbyteri Cardinalis, ſub Urbano IV., ut ſcribit Ciaconius inter Cardinales hujus Pontificis numer. IV., *in Umbria, Piceno, Etruria, Venetiis, et in Gallia Ciſalpina Apoſtolicæ Sedis Legati*, quas hic ex eodem Archivo S. Angeli de Aſculo fideliter damus.

„ Venerabili Patri Epiſcopo Eſculan. Sy-
„ mon miſeratione divina titulo S. Martini
„ Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis
„ Legatus, ſalutem in Domino.
„ Quantumcumque jura nobis competentia ab
„ Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, exigen-
„ te injuncto nobis officio, exigere ubilibet
„ intendamus, nihilominus Apoſtolicæ Sedis
„ indulta locis divino cultui dedicatis, pro qui-
„ bus interdum frangimur hortationis inſtan-
„ tia, conſervari. Cum igitur Monaſteria
„ S. Mariæ, & S. Angeli de Eſculo indultis,
„ privilegiiſque in jurata paupertate præman-
„ tur, volumus, & præſentium vobis auctori-
„ tate mandamus, quatenus ab ipſis occaſione
„ procurationis noſtræ aliquid non petatis, cum
„ nolimus, ut in contributionem procuratio-
„ nis eiſdem ad præſens aliquatenus obligen-
„ tur. Datum Peruſii Idibus Decembris. „

(2) *Ducentarum unciarum auri.* Uncia auri ex monumento apud Raynaldum ad annum 1343. num. LXXXI., hoc eodem anno valoris erat quinque Florenorum; Florenus autem antiquitus diverſi valoris fuit, ut etiam modo, juxta diverſas nationes, & tempora; unde conſulantur, qui de re monetaria pertractant.

Digitized by Google

XXXI.

Inculcat obſervantiam Conſtitutionum Innocentii IV. contra hæreticam pravitatem editarum. Ex Autographo exiſtente in Archivo Romanæ Provinciæ Conventus Aracœlitani.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch: 1257. die 13.Decem.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Ravennatenſi (1) *& univerſis Epiſcopis in Romaniola* (2) *conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem*.

EXortis in agro Fidei Chriſtianæ per partes Italiæ abundantius ſolito hæ- Matth. 13. v. 25.
reticæ peſtis zizaniis, ſeminante illa per temporis impacati malitiam ho-
mine inimico, felicis recordationis Innocentius Papa (3) Prædeceſſor noſter
Conſtitutiones quaſdam ad peſtis extirpationem prædictæ noſcitur edidiſſe (4)
quas in ſuis litteris (5) annotatas mandavit a dilectis filiis Poteſtatibus, ſeu
Rectoribus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum
per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Terviſinam conſtitutis, tam-
quam fidelibus ejuſdem Fidei defenſoribus, exacta diligentia obſervari. Por- Tenor Conſtitutionum Innoc. IV.
ro cum inter Conſtitutiones hujuſmodi habeatur, ut Poteſtas, ſeu Rector
Civitatis, vel loci infra decem dies ſui regiminis ſindicare præcedentem pro-
xime Poteſtatem, vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſores per tres Viros
Catholicos, & fideles electos ad hoc per Diœceſanum, ſi fuerit præſens,
& per Fratres Minores, & Prædicatores de omnibus iis, quæ in Statutis,
ſeu Conſtitutionibus ipſis (6) & legibus contra Hæreticos, & eorum compli-
ces editis continentur, & punire ipſos in omnibus, quæ omiſerint, tenean-
tur, ex eo plerumque contingit ipſarum Conſtitutionum bonum, ut accepi- Conſtitutionum transgreſſio.
mus, impediri, quod dictorum virorum electioni aliqui ex prædictis, ad
quos pertinet, ut forſan malivolentiam Poteſtatis, ſeu Rectoris, & aliorum
evitent, vel favorem ſibi lucrifaciant, apud eos negligunt intereſſe. Cupien-
tes igitur, prout officii noſtri cura exigit, extirpationi zizaninorum lethalium,
ne pullulare neglecta valeant in fidelium pernic em populorum, per vos, &
induſtrios, ac fideles Fidei Operarios ſtudioſius inſudare, Univerſitatem ve- Inculcat ut ſupra.
ſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcri-
pta diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus ſinguli veſtrum in ſua Civi-
tate, ac Diœceſi per ſe, vel alium, cum præſentes fuerint, cum autem
abſentes per Vicarium ſuum, qui etiam per ſe, aut alium peragat fideli-
ter, quod mandamus, prædictorum Virorum electioni, cum ad id requiſiti
fuerint, qualibet occaſione ceſſante, ſtudeant intereſſe, illoſque de prædi-
ctis Fratribus, qui intereſſe debent, ut interſint, & eligant, monitione præ-
miſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, coarctare. Non Clauſula derogans.
ob-

(1) *Archiepiſcopo Ravennatenſi*; Philippo Fontana, qui ex Ughello tom.2. Italiæ Sacræ, *Civis, atque Epiſcopus Ferrarienſis, electus Epiſcopus Florentinus, ad Archiepiſcopatum Ravennatem translatus eſt* 1251. *cujus Eccleſiæ præfuit annos omnino decem, et novem, deceſſitque* 1274.

(2) *In Romaniola*; vulgo *Romagna*, quæ etiam *Æmilia*, & *Flaminia* quandoque dicta fuit, cujus caput Ravenna.

(3) *Innocentius Papa*, hujus nominis Quartus, immediatus Alexandri IV. Prædeceſſor.

(4) *Noſcitur edidiſſe*; anno 1252. & 1254., ut alibi etiam dicemus.

(5) *Quas in ſuis litteris*, incipientibus, *Ad Extirpanda de medio*, editis anno mox laudato 1252: die 15.Maii, & anno 1254. die 20. ejuſdem Menſis, legendis apud Sbaraleam, & alios ad annos, & dies reſpectivos.

(6) *In Statutis, ſeu Conſtitutionibus ipſis*; quæ videri poſſunt in præcitatis litteris Innocentii IV., *Ad extirpanda de medio*, apud Sbaraleam, & alios; vel in hoc ipſo Supplemento in Conſtitutione Alexandri IV. ſimiliter incipiente, inferius afferenda.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An.Ch. 1258.

obſtante quolibet privilegio, ſeu indulgentia Sedis Apoſtolicæ, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam valeant ſe tueri. Preces, & mandatum noſtrum taliter impleturi, quod merito probemini Orthodoxæ Fidei zelatores.

Datum Anagniæ Idibus Decembris Pontificatus Noſtri Anno Quarto (7).

XXXII.

Impartitur Indulgentiam centum dierum viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ de Capitolio in feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, & S. Helenæ Imperatricis. Ex Autographo Aracœlitano in Archivo Romanæ Provinciæ.

An.Ch. 1258. die 25. Febr.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Minoribus Beatæ Mariæ de Capitolio (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium.

LIcet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, & laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant pro-

(7) Idem Alexander IV. alias dedit de hac ipſa re Epiſtolas ejuſdem omnino tenoris, ad Univerſos Epiſcopos per Marchiam Anconitanam conſtitutos, quas infra damus ſub die 22. Novembris anni ſequentis.

(1) *Beatæ Mariæ de Capitolio*; alias *Aracœli*, ubi requieſcunt *F. Sabatinus*, *qui fuit unus de primis Sociis B. Franciſci*, *vir ſanctitate præclarus*, ut ſcribit Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. 8.; F. Juniperus S. P. Franciſci & ipſe Socius, licet non de primis; ac Frater quidam, quem ipſe Piſanus ibidem vocat Electum, *qui ſepultus annis septem*, ut habetur in Polychronico Jordanis, *multis videntibus surrexit, et ſeipsum composuit in Sepulchro*. Hanc inſignem Baſilicam, & Monaſterium ipſi adhærens, tunc Ordinis S. Benedicti, *cum hortis, et aliis appendiciis juxta ipsum, ac libris, et omnibus ornamentis Eccleſiæ, poſſeſſionum ejusdem Monaſterii diſpoſitione ſibi totaliter reservata*, Innocentius IV. anno 1249. die 12. Julii per ſuas litteras, *Dilecti filii*, & per alias ſubſequentis anni 1250. die 26. Junii, *Lampas inſignis*, Fratribus noſtris aſſignari præcepit, eodemque anno in illius poſſeſſionem eos deveniſſe, conſtat ex alio diplomate, *Cum divinis deputati*, edito die 1. Octobris ejuſdem anni. Harum litterarum vigore poſſeſſiones, & redditus omnes prædicti Monaſterii attribuens Innocentius Scholæ Cantorum Urbis, hæc habet: *Cum in illud Fratrum Minorum Ordo de noſtra providentia ex causa neceſſaria ſit introductus*; hanc vero introductionem, ſive poſſeſſionem anno 1252. die 5. Julii aliis ſuis litteris, *Iis, quæ auctoritate noſtra*, idem Pontifex primum, ac deinde Alexander IV. per ſuam Bullam ſimiliter incipientem, & inferius afferendam, ſub die 26. Septembris anni 1259. emanatam, confirmarunt. Ex ultimo Innocentii IV. Diplomate edocemur, Eccleſiam S. Mariæ de Capitolio tunc Parochialem fuiſſe, quia cum in eo concedat in perpetuum Cardinali Ordinis noſtri Protectori *directum dominium, plenum jus, et poſſeſſionem appendiciorum* ejuſdem Eccleſiæ, hæc addit: *Omnibus, quæcumque temporaliter obveniant de eiſdem Parochia, & Parochianis Sanctæ Mariæ de Capitolio, Sedi Apoſtolicæ ex noſtro beneplacito reſervatis*.

Ad hæc verba advertit Sbaralea in Bullario Franciſcano tom. 1. nota (d) pag. 617., *fuiſſe antiquitus interdictum Fratribus Minoribus uſum, et regimen Paræciarum ob metum proprietatis, rerumque temporalium miniſtrationis*. At nos addimus, uſum, & regimen hujuſmodi ſemper vetitum fuiſſe illis, qui eamdem profeſſionem ab initio Ordinis ad hæc uſque tempora ſine ulla interruptione, ſeu diviſione tenuerunt, quique proinde ut Parochiale munus exerceant, etiam hodie Pontificia indigent diſpenſatione. Addimus etiam, quod ſi anno 1252. regimen Parochiarum vetitum erat Minoritis ob metum proprietatis, multo magis eiſdem eotunc prohibitus erat uſus prædiorum, & poſſeſſionum, quia in earum uſu aderat idem metus, & quidem major, ut patet. Hinc propterea inferimus, falſum omnino eſſe, Innocentium IV., ut nonnulli ſcribunt, anno 1245. in ſua Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, uſum bonorum immobilium Franciſcanis conceſſiſſe. Falſitatem hujus Innocentianæ conceſſionis ex eo colligimus validius, quod idem Pontifex poſt annos quatuor, vel quinque ab emanatione prædictæ Conſtitutionis attribuens eiſdem Fratribus ditiſſimum nunc laudatum S. Mariæ de Capitolio Monaſterium, iſtius redditus, & bona cuncta immobilia applicaverit Scholæ Cantorum

Digitized by Google

promereri; nihilominus tamen cupientes reddere Deo Populum acceptabilem, Chriſtifideles ad complacendum, & quaſi quibuſdam illectivis præmiis, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in honorem Beatæ Virginis (2) dedicata, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus ejuſdem Virginis, & Sanctæ Helenæ, cujus feſtum propter Sacras ejus Reliquias inibi exiſtentes (3) ibidem ſolemniter celebratur (4) annuatim venerabiliter viſitaverint, de miſericordia Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi centum dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Feſtum S. Helenæ in Eccleſia Aracœli ſolemniter celebratur. Indulgentiam elargitur ut ſupra.

Datum Viterbii v. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Quarto (5).

F f XXXIII.

rum Urbis, ne vineola quidem illis relicta, quam utique reliquiſſet eorum amantiſſimus Pater, ſi, ut fuſe dictum eſt in noſtris Animadverſionibus, uſum poſſeſſionum anno 1245. eiſdem conceſſiſſet.

(2) *In honorem Beatæ Virginis*; & Sancti Joannis Baptiſtæ, ut habetur in litteris Anacleti Antipapæ, inſertis in præcitata Bulla Innocentii IV., *Iis, quæ auctoritate noſtra*, in quibus ipſe Antipapa dicitur per lapſum Anacletus II., & Innocentii Prædeceſſor, quemadmodum in notis ad eamdem Bullam advertit etiam clariſſimus Sbaralea. Incipiunt hujuſmodi litteræ: *Anacletus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Joanni Abbati Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Joannis Baptiſtæ in Capitolio.* Fuit hic Antipapa Petrus Leonis, qui a factioſis anno 1130. contra legitimum Pontificem Innocentium II. acclamatus, Anacleti II. nomen uſurpavit. Miratur, & merito quidem Waddingus noſter, ad annum 1251. num. XLI., Innocentium IV. vocare Anacletum hunc *ſuum Prædeceſſorem, & felicis recordationis Pontificem*, cum fuerit, ut modo dictum eſt, Antipapa. Hujus rei cauſam repetit Annaliſta a ſcriptoris imperitia *ad eumdem modum*, ut ipſe ait, *quo multas ejuſdem Anacleti inſcriptiones, & memorias dedicatorum, & conſecratorum altarium, hominum incuria ſervatas in Urbe, ſcribit Baronius*. Etenim cum eſſet opinio, cui adæſit etiam Oldoinus apud Ciaconium in Vita S. Anacleti, conſecraſſe Aram Eccleſiæ Aracœlitanæ Anacletum Papam, qui poſt S. Petrum quartus in ejus Cathedra ſedit, hanc & idem imperitus ſcriptor opinionem admiſit, & ad verum Pontificem Anacletum retulit, quod ad Anacletum Antipapam referre debebat. Idem Waddingus ibidem hanc opinionem de Ara Eccleſiæ S. Mariæ de Capitolio a S. Anacleto Papa conſecrata falſam, & erroneam hiſce rationibus evincit, quia *certum eſt*, inquit ipſe, *neque tunc ibi ſacra celebrari, neque Pontificem in Chriſtianorum angulis latitantem, Imperatorum ædes aut Templa penetrare potuiſſe: præterquam quod ſub Trajano Cæſare, qui Anacleto poſterior fuit, in eo loco adhuc Jovis Feretrii fanum erat, quod Romulus fecit, Ancus Martius auxit, C. Cæſar inſtauravit; in cujus poſtea ruinis Conſtantinus Imperator, deinde Beatus Gregorius Magnus Eccleſiam Chriſtiano ritu, & Monachorum Cœnobium dicitur extruxiſſe*. Quæ hic ultimo loco de Eccleſia Aracœlitana primum a Conſtantino, deinde a S. Gregorio Magno conſtructa refert Annaliſta, improbat P. Caſimirus Romanus in ſuo Opere, *Memorie Iſtoriche della Chieſa, e Convento di S. Maria in Araceli cap. 1.*, ubi poſt varias eruditiſſime allatas de origine ejuſdem Eccleſiæ Auctorum ſententias, hanc incertam eſſe concludit.

(3) *Propter Sacras ejus Reliquias inibi exiſtentes*. In Catalogo Reliquiarum Eccleſiæ Aracœlitanæ, quam exhibet idem eruditiſſimus P. Caſimirus Romanus in ſuo Opere celeberrimo, & accuratiſſimo mox in ſuperiori nota laudato cap. VIII. pag. 306., quemque ſe deſumpſiſſe ait ex MS. Exemplari Bibliothecæ Vaticanæ, cujus Originale, ipſomet teſte oculari, extat in Archivo nobiliſſimæ Columnenſium Familiæ, in hoc, inquam, Catalogo quinto loco ponitur: *Item Caput S. Helenæ Matris Conſtantini, poſitum in argento*. In alio vero Catalogo, quem idem P. Caſimirus profert ibidem pag. 307., diſpoſito, ipſo fatente, an. 1596., & aſſervato in Sacrario ejuſdem Eccleſiæ, primo loco legitur: *Il Corpo di S. Elena Imperatrice*, quod una cum Corporibus Sanctorum Artemii Tribuni, ac Abundii, & Abundantii Martyrum in Cappella eidem S. Helenæ Sacra, vulgo dicta *La Cappella Santa*, requieſcere ferunt.

(4) *Ibidem ſolemniter celebratur*; etiam impræſentiarum, licet 18. Auguſti, qua die occurrit S. Helenæ memoria in Martyrologio Romano, Sacrum ejus Caput publicæ venerationi ſolemniter quidem exponatur, ſed Officium de ea non fiat, niſi die 30. ejuſdem menſis, qua die nedum in Eccleſia Aracœli, ſed in univerſo Ordine noſtro recitatur ſub ritu duplici. At Jeroſolymis, & in tota Cuſtodia Paleſtinæ ex Decret. S.R. Congr. 6. Februarii 1740, feſtum S. Helenæ agitur die 18. Auguſti ſub ritu duplicis 2. claſſis cum Octava, ut ex Kalendario pro Fratribus Minoribus, Sanctiſſimi Sepulchri Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & ejuſdem Eccleſiæ ab eadem S. Helena una cum Bethlehemitica magnificentiſſime conſtructæ, Cuſtodibus, & cultoribus, depræhenditur.

(5) Corrigendus eſt laudatus P. Caſimirus Romanus, qui cap. 5. §. XV. pag. 165. prædicti Operis ſcribit, hanc Bullam edidiſſe Alexandrum IV. die 20. Martii, cum data ſit, ut patet, die 25. Februarii.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

XXXIII.

Liberat Fratres noſtros a quamplurimis gravaminibus, quibus a nonnullis Prælatis, aliiſque perſonis afficiebantur. Ex Autographo Archivi Romanæ Provinciæ in Conventu Aracœli.

An. Ch. 1258. die 3. Aprilis.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Generali (1) *& Provincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium. Minorum Paupertas altiſſima.

Nimis iniqua viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur; dum ii, qui de Chriſti Patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtum patenter in famulis ſuis perſequi non verentur, ac ſi factus ſit impotens Dominus ultionum. Cum enim abnegantes ſalubriter voſmetipſos elegeritis in altiſſima paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non deſunt plerique tam Eccleſiarum Prælati, quam alii, qui cœca cupiditate traducti, propriæ aviditati ſubtrahi reputantes quidquid vobis fidelium pietas elargitur, quietem veſtram multipliciter inquietantes, contra vos moleſtiarum occaſiones varias exquirentes. Volunt namque, etſi non omnes, vobis invitis, veſtras confeſſiones audire, ac vobis injungere pœnitentias, & Euchariſtiam exhibere; nec volunt, ut Corpus Chriſti in veſtris Oratoriis reſervetur, & Fratres veſtros defunctos apud Eccleſias ſuas ſepeliri compellunt, & illorum Exequias celebrari. Et ſi quis decedentium Fratrum alibi quam in Eccleſiis ſuis eligit Sepulturam, funus primo ad Eccleſias ſuas deferri cogunt, ut oblatio ſuis uſibus cedat, nec ſuſtinentes vos habere Campanas, vel Cæmeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt vos celebrare divina. Volunt etiam in domibus veſtris certum numerum Fratrum Sacerdotum, Clericorum, & Laicorum, necnon cæreorum, lampadarum, & ornamentorum pro ſua voluntate taxare, ac reſiduum cæreorum, & candelarum a vobis exigunt in toto, vel in parte, quando in veſtris Eccleſiis apponuntur, nec permittunt, ut Novi Sacerdotes veſtri alibi quam in Eccleſiis ſuis celebrent Primas Miſſas, vos nihilominus compellentes, ut in quotidianis Miſſis, quas in veſtris locis, & Altaribus celebratis, oblationes ad opus eorum recipiatis, & etiam conſervetis. Quidquid etiam vobis dum celebratis Miſſarum ſolempnia intra domorum veſtrarum ambitum pia fidelium devotione donatur, a vobis extorquere oblationis nomine contendentes, quod vobis tam in ornamentis Altarium, quam in luminaribus Eccleſiarum, fabricæ, libris, & aliis neceſſitatibus veſtris abſolute confertur, vel in ultima voluntate legatur, in parte, vel in toto, vendicant juri ſuo, cogendo vos ad Synodos ſuas, vel conventiones accedere, ac ſuis Conſtitutionibus ſubjacere: nec iis contenti Capitula, ſcrutinia, & inquiſitiones in locis veſtris, ſeu alibi, de vobis facturos comminantur, fidelitatem juramento firmatam, & promiſſam obedientiam veſtris Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis nihilominus exigentes. Vobis quoque, ut tam extra Civitates, quam

Gravamina Fratribus illata recenſentur.

(1) *Generali*; Sancto Bonaventuræ, ex Fratre Salimbene in ſuo Chronico MS. p. 339. col. 1., Romæ electo anno ſuperiori 1257. in feſto Purificationis Deiparæ, ob voluntariam Generalatus abdicationem B. Joannis de Parma, qui, ut alias quoque diximus, & idem Salimbene ſcribit, rogatus a Patribus, ut Succeſſorem ſuum aſſignaret, *ſtatim aſſignavit Fr. Bonaventuram de Bagnoreto, & dixit, quod in Ordine meliorem eo non cognoſcebat. Et ſtatim omnes conſenſerunt in eum, & fuit electus. Et rogaverunt Fr. Joannem, quod compleret Capitulum. Et factum eſt ita. Et præfuit Fr. Bonaventura. 17. annis, & multa bona fecit.*

Digitized by Google

quam intra cum eis proceſſionaliter veniatis mandantes, excommunicationis ſententiam fulminantes in benefactores veſtros, & idipſum vobis comminantes, vos de locis, in quibus Domino famulamini, ſatagunt amovere, niſi eis obediatis in omnibus ſupradictis. Ad hæc ne vos ad honorabiles Civitates, & Villas, ubi religioſe, ac honeſte commorari poſſitis, a Populis vocati audeatis accedere, & ibidem pro veſtris uſibus ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria conſtruere inhibentes, tam in accedentes Fratres, ſeu conſtructores hujuſmodi, quam in receptatores eorum præſumunt excommunicationis ſententiam promulgare; a vobis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis veſtris, ſicut de Judæorum domibus contendunt redditus extorquere (2) aſſerendo, quod niſi vos ibidem moraremini, eis ab aliis habitatoribus proventus aliqui ſolverentur. Et ut vos ſuæ ſubdant totaliter ditioni, vobis Miniſtros, Cuſtodes, & Guardianos volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntatis, a quibus omnibus veſtris moleſtiis quidam ex eis non omnino abſtinere dicuntur. Cum igitur Ordo veſter a felicis recordationis Innocentio III. (3) Honorio (4) Gregorio (5) & Innocentio IV. (6) Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & a Nobis ipſis (7) veſtris dignis ſit exigentibus meritis approbatus, & veſtræ Religionis obtentu vos inter alios Religioſos arctius amplexemur in viſceribus charitatis, & intentionis noſtræ exiſtat, quod Religio veſtra, quæ quanto præcellit meritis, tanto præminere debet prærogativa favoris, & gratiæ ſpecialis, privilegiata, & immunis ſit in omnibus ſupradictis, ne hujuſmodi gravamina vobis ab eiſdem Prælatis, vel eorum ſubditis ulterius inferantur, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, omnes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas ab ipſis, vel eorum aliquo præmiſſorum occaſione in vos, vel aliquem veſtrum, ſeu Eccleſias, & Oratoria, vel benefactores veſtros promulgari contigerit, decernentes irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Ordo Minorum a quinque Romanis Pontificibus approbatus.

Pontifex ſpeciali amore proſequitur Minoritas, quos eximit ut ſupra.

Declarat irritas, & inanes ſententias omnes in ipſos Fratres, vel eorum Eccleſias, aut benefactores ferendas.

Datum Viterbii III. Nonas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Quarto.

XXXIV.

(2) *Contendunt redditus extorquere*; decimas nempe de domibus, & hortis, ut in Diplomate. At ſi Fratres Minores agrorum, vinearum, aliarumque poſſeſſionum uſum habuiſſent, ut aliqui contendunt, etiam de iſtis, & eo vel magis, decimas ab eis Eccleſiaſtici, & Laici exigere tentaſſent. Sed hoc nullibi legimus: Ergo nil aliud eotunc habebant Minores, quam hortos, & domos, in quibus habitabant, quia de iſtis tantummodo decimæ ab ipſis exigebantur.

(3) *Innocentio III.*; qui, viſa in ſomnis Lateranenſi Eccleſia cullabente, & a Seraphico Patriarcha Franciſco propriis humeris ſuſtentata, anno 1210. regulam ipſi vivæ vocis oraculo approbavit; ac anno 1215. in Generali Concilio Lateranenſi, cum Romam iterum petiiſſet Seraphicus Pater, publice faſſus eſt, ſe anno 1210. prædictam regulam approbaſſe, quam denuo, oretenus pariter in tam ſolemni congreſſu approbare voluit.

(4) *Honorio*; hujus nominis III., qui regulam noſtram anno 1224. die 29. Novembris Pontificatus ſui anno octavo per ſuam Bullam, *Solet annuere*, ſolemniter confirmavit.

(5) *Gregorio*; hujus nominis IX., qui in ſua Conſtitutione, *Quo elongati*, dubia quædam exponit ejuſdem regulæ, ac ingenue fatetur, ſe in officio Cardinalatus conſtitutum Seraphico Parenti aſtitiſſe *in condendo prædictam regulam, & obtinendo confirmationem ipſius per Sedem Apoſtolicam*.

(6) *Et Innocentio IV.*; qui pariter in ſua Conſtitutione, *Ordinem veſtrum*, dubia nonnulla regulæ noſtræ explanavit, eamque tum factis, cum variis litteris approbavit.

(7) *Et a Nobis ipſis*; tum in aliis ſuis litteris, tum præſertim in hac ipſa, ut patet attendenti.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

XXXIV.

Reſpondet conſultationi Inquiſitorum Provinciæ Romanæ, non eſſe admittendam probationem eorum, qui teſtificari voluiſſent, infirmos, cum receperunt ab hæreticis manuum impoſitionem, ſui compotes non fuiſſe.
Ex Autographo Archivi Romanæ Provinciæ in Conventu Aracœlitano.

An.Ch. 1258. die 24. Sept.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Urbe, & Adminiſtratione ipſius (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Inquiſitorum propoſitio.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod nonnulli de partibus, ubi vobis contra Hæreticos Inquiſitionis officium eſt commiſſum, in mortis articulo coſtituti, ſalutis remedium abhorrentes, *Conſolatos* Hæreticos (2) ed ſe introduci faciunt, & ab eis per impoſitionem manus, deſolationis ſuæ conſolationem accipiunt ſecundum peſſimam conſuetudinem eorumdem. Sed Filii, & Hæredes ſic decedentium propter hoc exhæredari timentes (3) ac volentes ob id eorum malitiam excuſari, proponunt, ſe velle probare per teſtes, quod iidem, quando recipiebant conſolationem hujuſmodi, loquelam amiſerant, & erant alienati a mente, cum moris ſit apud eos, ut dicitur, quod nullum taliter conſolentur, qui non ſit ſanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam. Quare Nos conſulere voluiſtis, utrum debeant tales probationes admitti. Nos igitur conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, ut ſi legitime conſtiterit, quod prædicti dum ſanæ mentis eſſent petierunt Hæreticos *Conſolatos*, ſicque vitam fuerint univerſæ carnis ingreſſi, licet conſolationem hujuſmodi, immo verius deſolationem, non ſanæ mentis effecti, vel poſt perditam jam loquelam ſuſcepiſſe dicantur, nulla ſuper hoc probatio admittatur, cum in nullo ſic decedentes debeant propterea relevari. In dubio vero admitti poterit, non tamen uxores, filii, ſeu familiares, aut de ſuis aliqui ad hoc probandum recipiantur ad teſtimonium (4) ſed alii teſtes idonei, & ſpecialiter Fidei zelatores, cum contra tales ſit non modicum præſumendum, ſitque in talibus propter Fidei privile-

Dubium Inquiſitorum. Reſponſio Pontificis.

Quid agendum in dubio.

Quinam teſtes excludi, quinam in caſu admitti debeant.

(1) *Et Adminiſtratione ipſius*; ideſt, in Provincia Romana, quæ ex Polychronico Jordanis ſeptem conſtabat Cuſtodiis, Romana ſcilicet, Viterbienſi, Urbevetana, Reatina, Tiburtina, Campaniæ, & Velletrenſi.

(2) *Conſolatos Hæreticos*. Sic vocabantur Hæretici illi, qui juxta pravam eorum conſuetudinem, ut habetur in his litteris, infirmos viſitabant, eiſque in articulo mortis conſtitutis manum imponebant, quam impoſitionem appellabant *conſolationem*, ſive, ut legunt alii, *Conſolamentum*.

(3) *Exhæredari timentes*; vigore Conſtitutionis Innocentii III. cap. 10. *Vergentis* in 5. tit. 7. *de Hæreticis*; necnon Decreti Innocentii IV., *Cum adverſus hæreticam*; ac Legum Friderici Imperatoris, huic Innocentiano Decreto, aliiſque ejuſdem Pontificis Diplomatibus inſertarum, quæ una cum ipſa Bulla videri poſſunt apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 730., & ſequentibus. Ad rem ſiquidem inquit in iiſdem legibus Fridericus: *Si reos læſæ Majeſtatis in perſonis eorum, et liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multo fortius, juſtiuſque contra Dei blaſphematores nominis, et Catholicæ Fidei detractores provocamur, eorumdem hæreticorum, & receptatorum, fautorum, & advocatorum ſuorum hæredes, & poſteros uſque ad ſecundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis, et honoribus Imperiali auctoritate privatis, ut in paterni memoriam criminis continuo mærore tabeſcant, vere ſcientes, quod Deus Zelotes eſt peccata parentum in filios potenter ulciſcens*.

(4) *Non tamen uxores, filii, ſeu familiares, aut de ſuis aliqui ad probandum recipiantur ad teſtimonium*; quia prudenter timendum erat, ne iſti teſtificarentur, infirmos jam loquela, & mente deſtitutos *conſolamentum*, ſive manus impoſitionem ab Hæreticis recepiſſe, ne horum hæreditate, vel bonis, juxta Conſtitutiones, & Leges recenſitas, privarentur; unde ſubjungit Pontifex, *Cum contra tales ſit non modicum præſumendum*.

Digitized by Google

vilegium cum multa cautela, ſummaque diligentia præ cæteris negotiis procedendum.

Datum Viterbii VIII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quarto (5).

XXXV.

Mandat, ut Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem in Patrimonio S. Petri in exequendo Fidei negotio favorem præbeant, & auxilium opportunum.
Ex Autographo exiſtente in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1258. die 25. Sept.

Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus, Prioribus, Miniſtris, Guardianis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Rectoribus, necnon & univerſo Clero, tam Religioſis cujuſcumque profeſſionis, & Ordinis, quam Sæcularibus Italiæ in B. Petri Patrimonio conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hujus Conſtitutionis occaſio. Matth. 13. v. 25.

EXortis in agro Fidei Chriſtianæ per partes Italiæ abundantius ſolito hæreticæ gravitatis zizaniis (1) ſeminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, Sedes Apoſtolica ejuſdem Caput Fidei, & Magiſtra volens circa zizaniorum extirpationem hujuſmodi per aliquos de Fratribus Ordinis Fratrum Minorum partes ſuæ ſollicitudinis adimpleri, dilecto filio (2) Miniſtro Provinciali ejuſdem Ordinis in Adminiſtratione Romana (3) mandavit, ut ipſe duos ex Fratribus ſuis viros zelum habentes Chriſtianæ Fidei, & opere, ac ſermone potentes aſſumeret, eiſque in partibus veſtris Inquiſitionis officium contra Hæreticos, eorumque fautores, & complices injungere procuraret (4). Nos itaque Chriſti nomen in populo exaltari gaudentes, ac Fidei ejus maſſam ab omni, per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quod Inquiſitores hujuſmodi a prædicto deputati Mini-

Proviſio contra Hæreticos in Provincia Romana.

Mandat ut ſupra.

 ſtro

(5) Hoc eodem anno Idibus Novembris aliam ejuſdem omnino tenoris, & argumenti idem Alexander IV. dedit Epiſtolam Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Adminiſtratione Beati Franciſci, ideſt in Provincia Umbriæ, quæ legi poteſt apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 311., & apud alios.

(1) *Abundantius ſolito hæreticæ pravitatis zizaniis*; ut clare conſpicitur ex Legibus Friderici II. Imperatoris, inſertis in Conſtitutione Innocentii IV., *Cum adverſus*, apud Sbaraleam tom. 1. pag. 730., necnon ex Raynerio Saccono Ordinis Prædicatorum, Stephano de Burbone lib. 2. *de Septem Donis Spiritus Sancti* tit. 7. cap. 30. & ex aliis Scriptoribus illius ætatis.

(2) *Dilecto filio*, Fratri Jacobo de Pigno, ut habetur in Chronico Miniſtrorum Provincialium Romanæ Provinciæ apud P. Caſimirum Romanum in Opere, cui titulus: *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e Conventi de' Frati Minori della Provincia Romana*, cap. XXIX. pag. 474.

(3) *In Adminiſtratione Romana*; ideſt in Romana Fratrum Minorum Provincia, quæ, ut dictum eſt in nota (1) ad Bullam ſuperiorem, Septem Cuſtodiis componebatur.

(4) *Injungere procuraret*. Facultatem inſtituendi Fratres noſtros Inquiſitores contra hæreticam pravitatem, necnon inſtitutos removendi, alioſque eorum loco ſuſtituendi, Miniſtris Generali, & Provincialibus in reſpectivis Provinciis, conceſſit Innocentius IV. in ſua Conſtitutione, *Odore ſuavi*, directa eiſdem Miniſtris Idibus Januarii Pontificatus ſui anno 3., legenda apud Waddingum in Annalibus ad annum 1246. num. 11., & apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 408. In alia vero Conſtitutione, data Aſſiſii III. Kalendas Junii Pontificatus ejuſdem Innocentii IV. anno XI., incipiente, *Licet ex omnibus*, quæ pariter vulgata legitur in Annalibus Minorum ad annum 1254. num. XVI., & in Bullario Franciſcano loco laudato pag. 742., eamdem facultatem tribuit ſpeciatim Miniſtris Provinciarum Romanæ, Tuſciæ, & S. Franciſci, eorumque ſingulis etiam Fratrum deputandorum numerum aſſignat.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

ſtro pro defenſione ipſius Fidei, & cum ſalute Fidelium laborantes, & periculis perſonas proprias ſalubriter exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio, ſufficere per ſeipſos, eiſdem, & aliis, ſi quos ad hoc ex ipſis Fratribus contigerit deputari, in prædicto exequendo negotio efficaciter aſſiſtatis, opportunum ſibi conſilium, favorem, & auxilium impendendo; ita quod exinde veſtræ fidei ſinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus pernicioſe per veſtram negligentiam, vel incuriam intermitti, quas proculdubio, præter id, quod horrendis notaret maculis infamiæ negligentes, ultrix omnis inobedientiæ, ac negligentiæ Apoſtolica ſeveritas acri percelleret diſciplina.

Datum Viterbii VII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quarto (5).

XXXVI.

Præcipit ſimiliter, ut auxilio ſint, & adjutorio Minoritis, Inquiſitoribus in Umbria. Ex Archivo Romanæ Provinciæ exiſtente in Conventu Aracœli.

An. Ch. 1258. die 22. Nov.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabilibus Fratribus ...... Epiſcopis, & dilectis filiis ...... electis Abbatibus, Prioribus, Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & Rectoribus, necnon & univerſo Clero, tam Religioſis cujuſcumque profeſſionis, & Ordinis, quam Sæcularibus in Adminiſtratione Sancti Franciſci (1) *conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cauſa hujus Diplomatis. Matth.13. v.25.

Exortis in agro Fidei Chriſtianæ per partes Italiæ abundantius ſolito (2) hæreticæ pravitatis zizaniis, ſeminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, Sedes Apoſtolica ejuſdem Caput Fidei, & Magiſtra volens circa zizaniorum extirpationem hujuſmodi per aliquos de Fratribus Ordinis Fratrum Minorum partes ſuæ ſollicitudinis adimpleri, dilecto filio Miniſtro Provinciali ejuſdem Ordinis in Adminiſtratione Sancti Franciſci (3) mandavit (4) ut ipſe duos ex Fratribus ſuis, viros zelum habentes Chriſtianæ

Fratres Minores deputati Inquiſitores in Umbria.

(5) Litteras de hac ipſa re, ſimiliter incipientes, idem Alexander IV. anno 1256. ſub die 6. Martii, Pontificatus ſui anno 2. dedit etiam Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Lombardiam conſtitutis: anno 1258. die 15. Novembris Pontificatus anno 4. Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis Ducatus Spoletani; hiſque denuo anno 1260. die 5. Januarii, Pontificatus anno 6., quæ omnes extant in Bullario Franciſcano tom. 2. ad annos, & dies reſpectivos. At præter has litteras, idem Pontifex alias dedit ejuſdem tenoris variis Eccleſiarum Prælatis, quas a nobis adinventas, hic ſuo ordine vulgandas curavimus.

(1) *In Adminiſtratione Sancti Franciſci*; idest in Umbria, quæ apud Noſtrates ob Seraphici Parentis Natale, & obitum in ea, Provincia S. Franciſci, ac etiam Provincia Seraphica, ab initio Ordinis nuncupata fuit.

(2) *Abundantius ſolito*; ut in nota (1) ad litteras præcedentes, ubi citantur etiam Leges Friderici II. Imperatoris, in quibus Hæreticorum Sectæ, quæ tunc per Italiam graſſabantur, nominatim recenſentur.

(3) *In Adminiſtratione S. Franciſci*; videlicet, in Provincia Umbriæ, ut ſupra in nota (1) quæ juxta Jordanis Polychronicon novem Cuſtodias habebat, Aſſiſinatem, Peruſinam, Vallis, ſive Spoletanam, Eugubinam, Caſtellanam, Tudertinam, Narnienſem, Montanorum, & Regni.

(4) *Mandavit*; ut habetur etiam in aliis litteris ejuſdem tenoris, emanatis hoc anno pro Inquiſitoribus Ducatus Spoletani XVII. Kalendas Decembris, & tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 312. vulgatis a Sbaralea, qui in nota (*a*) ad hoc idem verbum ibidem advertit, hujus mandati incertum eſſe annum, quia litteræ Apoſtolicæ, in quibus mandatum ipſum continetur, ad nos, ut addit in nota (*b*) non per-

Digitized by Google

næ Fidei, & opere, ac ſermone potentes aſſumeret, eiſque in partibus veſtris Inquiſitionis officium contra Hæreticos, eorumque fautores, & complices injungere procuraret. Nos itaque Chriſti nomen in populo exaltari gaudentes, ac Fidei ejus maſſam ab omni, per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quod Inquiſitores hujuſmodi a prædicto deputati Miniſtro pro defenſione ipſius Fidei, & cum ſalute fidelium laborantes, & periculis perſonas proprias ſalubriter exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio, ſufficere per ſeipſos, eiſdem, & aliis, ſi quos ad hoc ex ipſis Fratribus contigerit deputari, in prædicto exequendo negotio efficaciter aſſiſtatis, opportunum ſibi conſilium, favorem, & auxilium impendendo, ita quod exinde veſtræ fidei ſinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus periculoſe per veſtram negligentiam, vel incuriam intermitti, quas proculdubio, præter id, quod horrendis notaret maculis infamiæ negligentes, ultrix omnis inobedientiæ, ac negligentiæ Apoſtolica ſeveritas acri percelleret diſciplina.

Datum Anagniæ x. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1258.

Mandat ut ſupra.

XXXVII.

Iterum inculcat obſervantiam Conſtitutionum ab Innocentio IV. editarum pro hæreſum extirpatione, & fidei negotio promovendo. Ex Autographo Aracœlitano in Archivo Romanæ Provinciæ.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1258. die 22. Nov.

Venerabilibus Fratribus univerſis Epiſcopis per Marchiam Anconitanam conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem (1).

EXortis in agro Fidei Chriſtianæ per partes Italiæ abundantius ſolito hæreticæ peſtis zizaniis, ſeminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, felicis recordationis Innocentius Papa (2) Prædeceſſor noſter Conſtitutiones quaſdam ad peſtis extirpationem prædictæ noſcitur edidiſſe (3) quas in ſuis litteris (4) annotatas mandavit a dilectis filiis Poteſtatibus,

Matth. 13. v. 25.

Innocentii IV. Conſtitutiones pro hæreſum extirpatione.

pervenerunt. Et ſane Diploma Innocentii IV., *Licet ex omnibus*, editum die 30. Maii anni 1254. pro Inquiſitoribus *in Vrbe*, *Tuſcia*, *Patrimonio*, *Ducatu Spoletano*, *Campania*, *Maritima*, & *Romania*, Miniſtro Provinciali S. Franciſci, ſive Provinciæ Umbriæ, unum tantummodo Inquiſitorem deputandum præſcribit; ex hoc vero, ſicut & ex præcitato pro Ducatu Spoletano, & ex altero Alexandri IV., *Licet ex omnibus*, dato eidem Miniſtro die 15. Septembris anni ſequentis, duos eum deputaſſe colligimus Inquiſitores, quorum unus Peruſii, Spoleti alter morabatur.

(1) Fratres noſtros deputatos fuiſſe Inquiſitores in Piceno, ſive in Marchia Anconitana, tempore Innocentii IV., conſtat ex ejus Bulla, inſcripta *Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis præſentibus, & futuris in Marchia Anconitana, Romaniola* &c. ſub die 30. Maii anni 1254., incipiente, *Super extirpatione*, legenda in Bullario Franciſcano tom. 1. pag. 740.

(2) *Innocentius Papa*, hujus nominis Quartus, qui pro hæreſum extirpatione quaſdam edidit Conſtitutiones, ut in ſequenti nota.

(3) *Conſtitutiones quaſdam ad peſtis extirpationem prædictæ noſcitur edidiſſe*; quæ ut alibi etiam diximus, habentur in litteris ipſius Innocentii IV., *Ad extirpanda de medio*, editis anno 1252. die 15. Maii, & an. 1254. die 20. ejuſdem Menſis, & mox iterum promulgatæ fuerunt ab Alexandro IV. an. 1259. in ſuo Diplomate, pariter incipiente, *Ad extirpanda*, & in alio ejuſdem tenoris, exarato anno 1261. die 28. Februarii, quod ſuo loco dabimus in hoc Supplemento, ſicuti præcitata videri poſſunt apud Sbaraleam, & alios ad annos, & dies reſpectivos.

(4) *Quas in ſuis litteris*; modo in præcedenti nota laudatis, incipientibus, *Ad extirpanda de medio*.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1258.

tibus, ſeu Rectoribus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Terviſinam conſtitutis, tamquam fidelibus ejuſdem Fidei defenſoribus exacta diligentia obſervari. Porro cum inter Conſtitutiones hujuſmodi habeatur, ut Poteſtas, ſeu Rector Civitatis, vel loci infra decem dies ſui regiminis ſindicare praecedentem proxime Poteſtatem, vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſores per tres Viros Catholicos, & fideles, electos ad hoc per Diœceſanum, ſi fuerit præſens, & per Fratres Minores, & Prædicatores de omnibus iis, quæ in Statutis, ſeu Conſtitutionibus ipſis, & legibus, contra Hæreticos, & eorum complices editis, continentur, & punire ipſos in omnibus, quæ omiſerint, teneantur, ex eo plerumque contingit, ipſarum Conſtitutionum bonum, ut accepimus, impediri, quod dictorum virorum electioni aliqui ex prædictis, ad quos pertinet, ut forſan malivolentiam Poteſtatis, ſeu Rectoris, & aliorum evitent, vel favorem ſibi lucrifaciant, apud eos negligunt intereſſe. Cupientes igitur, prout officii noſtri cura exigit, extirpationi zizaniorum lethalium, ne pullulare neglecta valeant in fidelium perniciem populorum, per vos, & induſtrios, ac fideles Fidei Operarios ſtudioſius inſudare, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus ſinguli veſtrum in ſua Civitate, ac Diœceſi per ſe, vel alium, cum præſentes fuerint, cum autem abſentes, per Vicarium ſuum, qui etiam per ſe, aut alium peragat fideliter, quod mandamus, prædictorum virorum electioni, cum ad id fuerint requiſiti, qualibet occaſione ceſſante, ſtudeant intereſſe, illoſque de prædictis Fratribus, qui intereſſe debent, ut interſint, & eligant, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, coarctare. Non obſtante quolibet privilegio, ſeu indulgentia Sedis Apoſtolicæ, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam valeant quomodolibet ſe tueri. Preces, & præceptum noſtrum taliter impleturi, quod merito probemini Orthodoxæ Fidei zelatores.

Nonnulla Capita earumdem Conſtitutionum.

Tranſgreſſio Conſtitutionum ſignatur.

Mandat ut ſupra. Epiſcopi mandatum impleant per ſe, vel per alium.

Clauſula derogans.

Datum Anagniæ x. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

XXXVIII.

Commendat Moniales, & Monaſterium Sanctorum Coſmæ & Damiani de Urbe protectioni Guidonis Civis Romani. Ex Autographo ejuſdem Monaſterii.

An.Ch. 1258. die 18. Dec.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Nobili Viro Guidoni Civi Romano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

OPus pietatis fore dignoſcitur, ſi perſonis, Divini Nominis adſcriptis cultui, favoris auxilium impendatur. Nos igitur de ſalute tua ſolliciti, volentes te ad opus hujuſmodi invitare, pro dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ (1) & Conventui Monialium Incluſarum (2) Sanctorum Coſmæ & Da-

(1) *Abbatiſſæ*; Margaritæ, ut habetur in Chronico ejuſdem Monaſterii, a Sorore Urſula Formicini exarato, quod MS. aſſervatur ibidem, ut alias quoque dictum eſt.

(2) *Monialium Incluſarum*. Ita ſub Ordinis initiis Moniales Clariſſas ideo appellatas fuiſſe monuimus in nota (2) ad Bullam Gregorii IX., *Tibi ſalutis*, quia ipſæ omnium primæ ſolemne votum emiſerunt manendi in perpetua Clauſura.

Digitized by Google

& Damiani de Urbe (3) Ordinis Sancti Damiani (4) ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, rogandum te duximus, & hortandum, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus eaſdem Abbatiſſam, & Conventum habeas pro divina, & noſtra reverentia propenſius commendatas. Ipſas, & dictum Monaſterium tuæ protectionis auxilio ſtudeas confovere, ita quod tibi exinde retributio perempnis vitæ proveniat, & Nos devotionem tuam condignis proſequamur actionibus gratiarum.

Commendat ut ſupra.

Datum Anagniæ xv. Kal. Januarii Pontificatus noſtri Anno Quinto (5).

(3) *Sanctorum Coſmæ & Damiani de Vrbe*; in regione Tranſtyberis, in loco, qui dicebatur *Mica Aurea*, ut habet Chronicon modo laudatum, aut *Vicus Aureus*, ut legunt alii, & a nobis alibi adnotatum fuit. Celebre hoc Monaſterium, olim Ordinis S. Benedicti, deinde ad Monachos devenit Camaldulenſes, & ab iſtis tandem ad Sanctimoniales Clariſſas, quæ ab anno 1233., ut dictum eſt in nota (9) ad Bullam Innocentii IV., *Piæ recordationis*, non ab anno 1234., uti legitur in eodem Chronico, illud inhabitare cæperunt. Siquidem Gregorius IX. anno 1233. die 5. Julii *Priori, & Fratribus Eremi Camaldulen., & Monachis Fontis boni*, litteras dedit incipientes, *Quia illos*, vulgatas a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 112., in quibus cauſam aſſignat Pontifex, cur ab ipſis abſtulerit, & Clariſſis contulerit idem Monaſterium.

(4) *Ordinis S. Damiani*; ideſt Ordinis Sanctæ Claræ; ſic enim, ac etiam Damianitæ, ut pluries indicavimus, in ipſis Religionis incunabulis appellabantur Clariſſæ a prima earum Aſſiſienſi Eccleſia, Sancto Damiano Sacra, quam modo incolunt Fratres Minores Reformati, translatis Monialibus longe prius ad Eccleſiam S. Georgii, quæ ob Corpus S. Claræ ad eam delatum anno 1260. nunc S. Claræ nuncupatur.

(5) Ad Abbatem, & Monaſterium Sancti Coſmæ de Urbe pertinebat etiam Eccleſia S. Blaſii, quæ nunc S. Franciſci ad Ripam Tyberis appellatur. Conſtat id ex litteris Gregorii IX., *Cum deceat vos*, legendis apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 50., in quibus directis *Abbati, & Conventui S. Coſmæ Tranſtyberini de Vrbe*, Abbatem ipſum, & Monachos hortatur, ut Eccleſiam S. Blaſii, *quæ ad vos*, inquit, *pertinet, cum omnibus ſibi adjacentibus per circuitum Fratribus Minoribus, & eorum Ordini liberaliter concedant*. Obtinuerunt eotunc Fratres noſtri integrum Xenodochium eidem Eccleſiæ S. Blaſii adhærens, in cujus angulo jam ab anno 1212. S. P. Franciſcus Hoſpitium acquiſierat ab Abbate ejuſdem Monaſterii, ad quod Romam adveniens divertebat; unde ejus Cellula adhuc extat ibidem, quæ pia fidelium veneratione colitur, variis locupletata Sanctorum Reliquiis. Præter hoc S. Blaſii Cœnobium aliud habuerunt Fratres noſtri in regione Tranſtyberina in ipſo Religionis exordio domicilium in loco, qui Sanctorum Criſpini & Criſpiniani dicebatur, nunc vero S. Bonoſæ nuncupatur, brevi ob aeris inſalubritatem ab eis derelictum. Hinc ſequitur, Conventum, S. Franciſci ad Ripam Tyberis, a Minoritis Reformatis nunc inhabitatum, eſſe antiquiſſimum eorum omnium, quos Romæ vel incoluere, vel incolunt Franciſcani. In Jordanis Polychronico duo Minorum Cœnobia eotunc Romæ exiſtentia numerantur, nempe S. Franciſci ad Ripam, & Aracœlitanum, ſive S. Mariæ de Capitolio, ut advertit etiam editor, & adnotator ejuſdem Polychronici ad Provinciam Romanam nota (33), ubi etiam ait, Waddingum, Codicem hunc referentem, unum tantummodo Romanum Fratrum Minorum Cœnobium recenſere, quod certe Annaliſtæ oblivioni, aut inadvertentiæ tribuendum eſt, niſi ab Amanuenſi, vel ab alio id repetere velimus, quia, cum ipſe Waddingus Annales componebat, utrumque Cœnobium a Franciſcanis inhabitabatur.

Alexander PP. IV. An. Ch. 1259.

XXXIX.

Regulam confirmat pro Monaſterio Humilitatis B. V. M. prope Pariſios a Beata Iſabella fundato. Ex Bullario Franciſcano tom. 3. pag. 64. in nota (*b*) ubi Sbaralea ex Autographo aſſervato in Archivo Conventus S. Crucis Florentiæ ſe exſcripſiſſe refert.

An. Ch. 1259. die 2. Febr.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam (1).

Exordium.

SOl ille verus perpetuo fulgore coruſcans, lux quidem clariſſima ſummæ lucis, & fons luminis defectum, vel immutationem penitus neſcientis fidelium corda in hac ima, & caliginoſa valle ſub carnis mole degentium infuſione inviſibili ſuæ admirabilis claritatis illuſtrat, & ſæpe Reges, & Principes micantioribus contingens radiis, in eorum mentes lucem ingerit potiorem, per quam iidem intuitu perſpicaciori ſublimius contemplantes, altiora liberius comprehendunt, & celſiora etiam de iis ſubtilius eligunt, & ardentius amplectuntur, adeo quod & ad ſuavem guſtum, & amorem cœleſtium alios ſuo ſalutari exemplo vehementer animant, & inducunt. Hac ſiquidem luce perfuſi Princeps ille Chriſtianiſſimus *Ludovicus* cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Francorum illuſtris (2), & dilecta in Chriſto filia nobilis mulier *Iſabella* Soror ejus (3), quæ virginalis pudicitiæ candore nitida, & pollens aliarum claritate virtutum, ſpatioſo temporalis Regni Palatio ſpreto, in otio dulcis contemplationis Divinis perſeveranter vacare laudibus ferventi ſpiritu appetit; Nobis devote ac humiliter ſupplicarunt, ut eidem I. (4), ac omnibus Chriſti Ancillis, inclitum Chriſto cum ipſa cupientibus impendere famulatum, aliquam certam *Regulam*, ſeu vivendi regulariter formulam ſpecialem, ſub cujus ſalubri obſervantia ipſi Domino magis placere valeant, ſtatuere ac concedere curaremus. Nos autem licet inhibitum fuerit in *Concilio* generali (5), ne quis novam Religionem inveniat; ſed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis aſſumat: ſimiliter qui voluerit religioſam domum de novo fundare, *Regulam*, & inſtitutionem accipiat de Religionibus approbatis: volentes tamen Regis, & *Iſabellæ* prædictorum votis annuere favorabiliter in hac parte, infraſcriptam *Regulam* eidem Iſabellæ, ac omnibus mulieribus de ſæculo fugere, illamque in Monaſterio *Humilitatis* Beatæ Mariæ Virginis Pariſien. Diœceſis (6) volentibus profiteri, & ſub ipſa Divinis ſe beneplacitis dedicare, tradimus in eodem ſolummodo Monaſterio perpetuis temporibus obſervandam, probationi ejuſdem Concilii obtentu eorumdem Regis, & Iſabellæ in hoc ſpecialiter detrahentes. Quam utique *Regulam* a prædicto loco volumus ſortiri vocabulum, ut quæ ipſam profeſſæ fue-

Regulæ poſtulatores.

Pontifex poſtulationes admittit, & exaudit.

(1) Hoc Diploma cum a Sbaralea referatur tom. 3. Bullarii Franciſcani in nota (*b*) ad Bullam Clementis IV., *Ut Ordo B. Claræ*, pagina, ut diximus, 164., extra corpus ſcilicet aliorum diplomatum, rectum duxi idem hic reddere loco ſuo, & ordini.

(2) Hujus nominis Nonus, Sanctorum Faſtis a Bonifacio VIII. adſcriptus, de quo pluries in hoc Supplemento.

(3) *Iſabella Soror ejus*; cujus Feſtum in Kalendario Franciſcano Kalendis Septembris adnotatur.

(4) *Ut eidem I.*; idest Iſabellæ, de qua in Diplomate.

(5) *In Concilio generali*, Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. celebrato Can. 13.

(6) *Pariſien. Diœceſis*; in loco, quem Longum-Campum appellant, gallice *Long-Camp*, duabus leucis Pariſiis diſtante, ubi eadem B. Iſabella anno 1255. Monaſterium ædificari curaverat, quod a Clariſſis adhuc incolitur.

Digitized by Google

fuerint, nuncupentur *Sorores Ordinis Humilium Ancillarum Beatiſſimæ Mariæ Virginis Glorioſæ* (7). Regula vero talis eſt (8).

Incipit Regula Sororum Humilitatis B. M. V.

Qualibet inſpirata divino flamine ordinem hunc aſſumens Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus Sacratiſſimæ Matris veſtigiis inhærendo, juxta Evangelicæ perfectionis conſilium ſemper vivat in *obedientia*, in *caſtitate*, *ſine proprio*, & velut theſaurus occultus incliti Regis *incluſa* moretur toto tempore vitæ ſuæ. Omnes vero, quæ ſæculi vanitate relicta hanc Religionem aſſumere voluerint, diligenter obſervabunt hujuſmodi vitæ legem. Omni namque tempore vitæ ſuæ, poſtquam profeſſæ fuerint, clauſæ manere infra *clauſuram* Monaſterii in virtute obedientiæ teneantur, niſi de licentia Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum, ſeu Provincialis illius Provinciæ, in qua Monaſterium dicti Ordinis ſitum fuerit, aliquando cauſa plantandi eandem Religionem, ſeu cauſa regiminis aſſumendi ad aliquem locum aliquæ tranſmittantur. Si vero contingeret ex inſultu hoſtilis incurſus, aut ex aquarum inundantium impetu Monaſterii muros dirui, aut ipſum Monaſterium incendio concremari, vel ex aliqua hujuſmodi cauſa taliter diſſipari, vel deſtrui, ſeu domibus ejus ruinam minantibus, aut terrore hoſtium irruentium locum tali diſpoſitione conſtitui, quod ſine manifeſto, & gravi periculo perſonæ ibidem manere nequeant, nec ſupraſcripti Miniſtri licentiam, & conſilium expectare; de conſilio, & conſenſu totius Conventus, & Abbatiſſæ mandato ad alium locum tutum ſe transferant Sorores, in quo, ſi poſſint, clauſæ morentur, donec plena deliberatione præhabita, quid agere debeant, decernatur. Si autem Conventus vellet ex alia cauſa evidenti totum earum Monaſterium alibi ædificare; Sorores tunc de Generalis Miniſtri licentia poſſint ad alium locum ſe transferre. Morientes vero tam Profeſſæ, quam Novitiæ, ſive ſervientes Sorores infra clauſuram Monaſterii tumulentur. Omnibus autem hanc Religionem accipere cupientibus, priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, prædicentur eis dura, & aſpera, per quæ ad Patriam itur; & quæ ſecundum hanc Religionem neceſſe habuerint obſervare. Non recipiatur aliqua, quæ vel ſenili ætate, vel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujus vitæ obſervantiam inſufficiens, & non idonea cenſeatur, niſi forte cum aliqua interdum, cauſa valde rationabili exigente, alicubi fuerit de conſilio diſcretarum Sororum loci per prædictos Miniſtros, vel ipſorum aliquem diſpenſandum. Omnes vero volentes hanc ſacram Religionem aſſumere, abjectis vanitatum faſtigiis momentaneæ vitæ hujus, quam cito infra clauſuram receptæ fuerint, ſi intelligibilis ætatis exiſtant, tonſis crinibus mox deponant habitum ſæcularem. Tum etiam prudens Magiſtra concedatur eiſdem ex devotioribus Sororibus una, quæ ipſas ſeorſum in ſanctis moribus inſtruat, & in fervore devotionis inflammet; ac ea, quæ ſunt ſecundum hanc ſacram Religionem ferenda, in ſuavitate charitatis ferre doceat; & in corrigendis corrigat diligenter. Veruntamen Capitulum, niſi cauſa exhortationis, ſeu correctionis, eis intrare non liceat infra annum, ſed completo unius anni ſpatio profeſſionem faciant in manu Abbatiſſæ coram Conventu, videlicet in hunc modum: *Ego talis Soror promitto Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & omnibus Sanctis in manibus veſtris, Mater, vivere ſub regula a Domino Alexandro Papa IV. Ordini noſtro conceſſa, toto tempore vitæ meæ in Obedientia, Caſtitate, ac ſine proprio, & etiam*

Tria Vota eſſentialia.

Clauſura perpetua.

Quando relaxanda.

Moniales omnes defunctæ intra Clauſuram tumulentur.

De Novitiis ad Ordinem recipiendis.

Formula Profeſſionis.

(7) *Humilium Ancillarum Beatiſſimæ Mariæ Virginis Glorioſæ*; a loco ſcilicet, ut in Diplomate, ſive Eccleſiæ titulo, quemadmodum Clariſſæ fere ubique, ut pluries audivimus, a prima earum Eccleſia dicebantur Damianitæ, vel Ordinis S. Damiani.

(8) Hæc Regula eadem eſt quoad ſubſtantiam ac illa, quam in aliis Monaſteriis Clariſſæ profitebantur, quæ cum nimis rigida videretur, rogatu B. Iſabellæ per ſex Ordinis Doctores, quorum unus fuit S. Bonaventura, alter F. Manſuetus, ut in fine ejuſdem adnotatur, modificata fuit.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

& etiam ſub Clauſura, ſecundum quod per eandem regulam ordinatur. Jam ſimiliter profitendi modus de *ſervientibus* obſervetur. Si vero aliquod Monaſterium fuerit, ad quod propter aliquam cauſam juſtam, & neceſſariam cogatur *ſervientes* emittere; de licentia Generalis Miniſtri emittant eaſdem honeſtas tamen, & maturas moribus, & ætate; quæ cum clauſtrum exierint, calceatæ incedant; *Soleas* autem (9) nunquam deferant, neque *chordam*. Unaquæque Soror præter ſtamineam, vel cilicium, ſi voluerint, duas *tunicas*, aut tres, vel etiam quatuor, ſecundum quod Abbatiſſæ viſum fuerit, habere poſſit. De exceſſu tamen pannorum omnes caveant, quantum poſſunt. *Mantellum* quoque unum, aut duo habeant longitudinis, & latitudinis congruentis. Hæc ſiquidem indumenta ſint de panno vili tam pretio, quam colore. Ab aliquibus autem omnino albæ, vel etiam nigræ ſuperiores *Tunicæ*, non ferantur: habere tamen poſſint *ſcapularia* de levi, & religioſo panno, quibus induantur: cum aliquod opus agant, ſic honeſtiores appareant, quando pallea congrue geſtare non poſſunt. Pro cingulo quoque *chordam* Sorores tantummodo, poſtquam fuerint profeſſæ, habeant nullatenus curioſam. Vittis autem, aut peplis (10) omnino albis, non tamen pretioſis, capita ſua cooperiant uniformiter, & honeſte, ita quod frons, genæ, & collum ſint, ſicut convenit, cooperta; nec aliter coram perſonis extraneis audeant apparere, non enim decet ſponſam Regis æterni alicui alteri ſe exponere, nec etiam in aliquo alio delectari. Habeant & nigrum velum extenſum ſuper capita ita amplum, & longum, quod ex utraque parte deſcendat uſque ad ſcapulas, & retro ultra caputium protendatur, ſine quo poſſunt eſſe de nocte, & aliquando de die de licentia Abbatiſſæ. Sorores ſervientes, & Novitiæ *cingulo* laneo præcingantur: Abbatiſſa vero de calceamentis Sororum, & ſerventium infra clauſtra diſponat, ſecundum quod exiget neceſſitas earumdem. Omnes Sorores ſanæ tam Abbatiſſa, quam aliæ in communi *Dormitorio* jaceant (11); & quælibet per ſe lectum habeat ab aliis ſeparatum. Lectus tamen Abbatiſſæ in tali loco Dormitorii diſponatur, quod inde Dormitorii lectos ſine obſtaculo, ſi fieri commode poterit, valeat intueri. In Dormitorio autem ſemper de nocte clara luminaria ſint accenſa. A Reſurrectione Domini uſque ad Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis poſt prandium uſque ad horam nonam Sorores dormiant, quæ vero noluerint, oratione, & meditatione Divina in certo loco ad hoc aſſignato, ſeu aliis quietis piis laboribus occupentur. Liceat autem unicuique *Sacconem* plenum habere de palea, vel de fæno, vel ſtramine, aut ſaltem fœnum, vel ſtipulam pro ſaccone, & pannum rudem laneum extenſum deſuper, necnon *cervical* panno lineo coopertum, quod de fœno, aut de palea, ſeu lana, vel etiam de pluma eſſe poterit, juxta quod Abbatiſſa duxerit diſponendum; nunquam tamen Sorores, ſeu ſervientes aliis lineis uti poſſint. Opertoria ſine pellibus, quibus operiantur, habeant, ſed de Abbatiſſæ licentia infirmæ pelles habere valeant ſub mantellis. *Capillos* ſuos uſque ad aures certis temporibus omnes Sorores communiter tondeant in rotundum. Circa Divinum *officium* tam in die, quam in nocte ad laudem Dei, & gloriam celebrandum obſervantia talis fiat, ut Sorores, quæ legere ſcient, & canere, Officium ſecundum conſuetudinem *Fratrum Minorum* cum gravitate tamen, & modeſtia celebrent reverenter: aliæ vero dicant *viginti quatuor Pater noſter* pro Matutino, *quinque* pro laudibus; pro prima, tertia, ſexta, & nona, & completorio *ſeptem*; pro Veſperis autem *duodecim* dicant (12). Hic idem tamen

De Servientibus. De Veſtibus. De communi Dormitorio. De divino Officio.

(9) *Soleas autem*; Sandalia ſcilicet Franciſcano more.

(10) *Vittis autem, aut peplis*. In Regula ab Urbano IV. modificata legitur: *Vittis, aut velis*.

(11) *In Communi Dormitorio jaceant*; quod tamen in aliquibus Clariſſarum Monaſteriis hodie non ſervatur.

(12) *Dicant*. Hic numerus deſumptus eſt ex cap. 3. Regulæ Fratrum Minorum, quæ tot *Pater noſter* pro qualibet Hora Laicis, ſeu Converſis Fratribus, quotidie præſcribit recitandos.

Digitized by Google

tamen modus per omnia in *officio* Beatiſſimæ Virginis Mariæ obſervetur: orent ſingulæ diebus ſingulis pro defunctis. Si vero Sorores aliquæ aptæ, & capacis ingenii fuerint; Abbatiſſa, ſi ſibi videbitur, eas inſtrui faciat, Magiſtram eis deputans idoneam, & honeſtam, per quam illæ in cantu, & in divinis officiis inſtruantur. Sorores vero horis, & locis ſtatutis, prout ordinatum fuerit, utilibus, & honeſtis laboribus ſub illa providentia occupentur, quod excluſo otio animæ inimico ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſervire (13); & cui ſe debet ſponſa Chriſti mancipare totaliter, ut ibi Sponſi ſui colloquiis & conſolationibus perfruatur. Sacratiſſimum autem *Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti* Sorores confeſſione præmiſſa, cum fuerit neceſſe, cum reverentia, & devotione duabus vicibus quolibet menſe recipiant. In Quadrageſima vero, & in Adventu Domini, ſi eis expedire videbitur, omni die Dominico; niſi ex cauſa rationabili aliqua ipſarum de Abbatiſſæ licentia prætermittat. Sorores ſiquidem, & ſervientes jejunent a Feſto *Beati Franciſci* uſque ad Feſtum Dominicæ Reſurrectionis, & ab Aſcenſione Domini uſque ad Pentecoſten, ut earum pectora Sancti Spiritus chariſmatibus fœcundentur: diebus tamen Dominicis, ſolemnitatibus Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangeliſtæ, Circumciſionis, Epiphaniæ, & Purificationis exceptis. Verum a Reſurrectione Dominica uſque ad Aſcenſionem Domini, & a Pentecoſte uſque ad Feſtum *B. Franciſci* non teneantur niſi ſexta feria, & jejuniis ſtatutis generaliter ab Eccleſia jejunare, vino quoque, piſcibus, ovis, caſeo, & lacticiniis licite poſſint uti. In prædicto vero tempore, ac etiam a Nativitate Domini uſque ad Septuageſimam, exceptis ſexta feria, & die Sabbati, cibaria cum ſagimine condiant, quando volent. A Feſto tamen Omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, majori Quadrageſima, necnon & ſexta feria, & jejuniis generaliter ab Eccleſia inſtitutis ovis, caſeo, cæteriſque lactaciniis non utantur. Sororibus vero ſanis nullo unquam tempore liceat *carnibus* veſci: in ſexta vero feria ſanæ omni tempore jejunent abſque *piſcibus*, niſi ex cauſa cum Conventu ab Abbatiſſa fuerit diſpenſatum, utpote cum aliqua ſolemnis feſtivitas die *Veneris* celebratur. Præfatam autem jejunii, & abſtinentiæ legem adoleſcentulæ infra 15. annum, vel ſenes, ſeu manifeſte debiles, vel infirmæ obſervare minime teneantur; quibus ſecundum earum imbecillitatem tam in carnibus, quam in aliis neceſſariis poſſit per Abbatiſſam miſericorditer, & ſemper communiter, & æqualiter provideri. Cum ſervientibus autem Sororibus, & adoleſcentibus infra 18. annum circa jejunium, præterquam in Adventu Domini, Quadrageſima majori, ſexta feria, ac jejuniis ab Eccleſia inſtitutis poſſit Abbatiſſa, ſecundum quod viderit, diſpenſare. Sanæ quoque Sorores *minutionis* ſuæ tempore (14), quod in triduo terminetur, jejunare non teneantur extra majorem Quadrageſimam, & ſextam feriam, Adventum Domini, & tempus infra Aſcenſionem, & Pentecoſten, ac jejunia ab Eccleſia generaliter inſtituta. Caveat autem Abbatiſſa, ne ultra quam ſex vicibus in anno *minutionem* communiter fieri permittat, niſi certa neceſſitas plus requirat, nec a perſona extranea maxime viro minutionem recipiant aliqua ratione. De *infirmis* vero maxima cura, ac diligentia habeatur, & ſecundum quod poſſibile fuerit, & decuerit, tam in cibariis, quæ ipſarum requirit infirmitas, quam in aliis neceſſariis ex fervore charitatis benigne, communiter, & ſollicite illis per omnia ſerviatur. Quæ vero ſunt infirmæ proprium habeant locum, ubi a ſanis maneant ſeparatæ, ne Conventus quies, & ordinatio in aliquo perturbetur. *Abbatiſſa* vero, quantum poteſt, ſtudeat continuare Conventum, & vitam com-

De Sacra Communione.

De Jejunio.

De ciborum qualitate.

Nunquam carnibus veſci poſſunt. Quæ in hoc diſpenſentur, & a quo.

De Infirmis.

De Abbatiſſa.

(13) Hæc quoque ad litteram ex capite 5. Regulæ Fratrum Minorum deſumpta ſunt, ut camdem Regulam legenti patet apertiſſime.

(14) *Minutionis ſuæ tempore*; cum ſcilicet a Chirurgo ſanguis eis emittitur, vel extrahitur.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

communem ducere, cum debeat eſſe ſpeculum charitatis cæteris, & omnibus ſuis Sororibus in exemplum. *Abbatiſſa* tamen, quæ communem vitam ducere non potuerit, vel noluerit, ſine mora aut diſpendio a ſuo regimine per Miniſtrum, ſeu per Viſitatores Ordinis abſolvatur, niſi de ſua mora in officio nullum diſpendium domus eſſet, ſed grandis valde neceſſitas, & evidens utilitas appareret.

De ſilentio.

Silentium continuum ſit continue ab omnibus, ut eis nec ſibi invicem, nec alicui alii ſine licentia liceat unquam loqui. Attendat tamen Abbatiſſa ſollicite, ubi, quando, & qualiter Sororibus loquendi licentiam largiatur. Omnes uti ſignis religioſis ſtudeant, & honeſtis, in duplicibus autem feſtis, ac Apoſtolorum ſolemnitatibus, & ſi Abbatiſſæ videbitur, infra octavas ſolemnitatum, quarum octavæ ab Ordine celebrantur, in certo loco ad hoc aſſignato ab hora nona uſque ad veſperam loqui poſſint de Domino Jeſu Chriſto, ac piis Sanctorum exemplis ſolemnitate inſtanti, & de aliis licitis, & honeſtis.

De Locutorio.

Quando vero aliquis alicui de Sororibus loqui petierit, hoc Abbatiſſæ, vel Præſidenti primitus nuncietur, & ſi ipſa conceſſerit, tunc illa Soror accedens ad *Locutorium* duas ſemper Sorores ad minus habeat ſecum, quæ loquentem Sororem videant, & audiant, quæ ex utraque parte dicuntur; omni tamen diligentia caveant ſibi Sorores, quæ cum Deo loqui deſiderant, ne per verba inutilia inaniter ſe effundant, nec etiam trahant ibi moram in locutionibus nimis longam. Verum cum aliqua Soror confiteri voluerit, per Locutorium ſola ſoli confeſſionem faciat Sacerdoti; Confeſſores vero ipſarum eis per Miniſtrum generalem, ſeu Provincialem illius Provinciæ aſſignati ſolummodo, ſecundum quod ipſi, vel ipſorum alter duxerit ordinandum, eas a peccatis omnibus abſolvant. Per cratem autem ferream, per quam *Communionem* accipiunt, & Officium audiunt, & ſermonem, nemo loquatur, niſi forte aliquando cauſa rationabili, & neceſſaria exigente; & tunc cum ſocietate, ſicut de locutorio eſt ſtatutum, quod tamen rariſſime fiat. Hujuſmodi ſiquidem cratibus ferreis niger pannus interius apponatur ita, quod nulla ratione aliqua Sororum perinde videri valeat, nec aliquid inde exterius intueri: ſimili modo niger pannus in Locutorio teneatur.

De Cratibus.

Habeant etiam *crates* ad oſtia lignea cum ſeris, & clavibus, ut maneant ſemper clauſa, niſi pro cauſis ſuperius nominatis. *Locutorium* vero ſit ex una tantum tabula ſerrea pluribus in tantum parvis foraminibus perforata, ut nullus poſſit ea mediante videri: Cratis autem ſit ex crebris, & ſpiſſis lineis ferreis diligenti & forti opere fabricata, & tam Cratis, quam Locutorium ſint clavis ferreis in longum protenſis exterius fortiter communita;

De oſtiolo in Crate pro Sororum Communione.

in uno tamen præfatæ cratis latere ſit una parva feneſtra cum oſtiolo ferreo (15), per quam Sacerdos manum porrigens Sororibus poſſit *Corpus Dominicum* impertiri, per nulla etiam cratis partem poſſit aliquis manum mittere infra cratem. Prædictum vero oſtiolum, niſi cum Sorores Corpus Dominicum recipere debent, & ſermonem audire per perſonam idoneam, & honeſtam, duabus clavibus ſit ſeratum.

De unica Rota.

Sine Miniſtri licentia non habeatur niſi una *Rota* conveniens in Conventu, per quam neceſſaria Sororibus concedantur, & auferantur etiam auferenda: hæc ſiquidem taliter ordinetur, ut nihil poſſit ea mediante videri. Per ipſam vero nulla Soror poſſit loqui alicui, duabus tantum exceptis, a quibus cuſtodiatur diligenti cuſtodia velut porta.

De Silentio.

Silentii vero legem præſentis regulæ omnino Abbatiſſa faciat cuſtodiri, & in ſe obſervet diligenter, ut penitus omnis oblocutionis materia omnibus auferatur, excepto quod ipſa cum Sororibus ſuis horis, & locis competentibus loqui poteſt, ſicut ei ſecundum Deum videbitur expedire. Sorores vero infirmæ, ac ſervientes eiſdem juxta diſpoſitionem

(15) *Sit una parva feneſtra cum oſtiolo ferreo*; quæ licet nunc fere ubique obſtructa ſit, & ablata, pluribus tamen in locis adhuc obſtructa remanet, & evidenter conſpicitur in medio cratis, prope Altare ut plurimum exiſtentis.

Digitized by Google

nem Abbatiſſæ infirmitatis ſuæ tempore in Infirmaria, & etiam ſanæ, ſi cauſa viſitationis charitative de Abbatiſſæ licentia ingreſſæ fuerint Infirmariam, vel cum infirmis Sororibus loqui poſſint. Ceterum in virtute obedientiæ diſtrictæ præcipimus, ut nulla unquam Abbatiſſa, nulleque ejus Sorores aliquam Religioſam perſonam, vel ſecularem, cujuſcumque dignitatis exiſtat, infra Monaſterium, ſive Clauſtrum, ideſt ad locum aliquem, ad quem Sorores accedere poſſint, intrare permittant ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali; & ſimili modo ingreſſum omnibus aliis inhibemus, exceptis Generali & Provinciali Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum, & illis, quos de Abbatiſſæ mandato, conſilio, & conſenſu Conventus pro aliquo opere valde neceſſario faciendo evidens neceſſitas exegerit introire, qui cum multi fuerint, ſimul plures ordinentur ad opus, & eo completo exeant feſtinanter. Super hoc etiam Provincialis Miniſtri requiratur aſſenſus, quando fieri poterit congruenter, ut in omnibus famæ claritas conſervetur. Ipſe autem Miniſter Provincialis ipſius Provinciæ Monaſterium præfatum cum duobus ſociis honeſtis cauſa neceſſariæ viſitationis, ſive reformationis Conventus, cum ſine ingreſſu hæc exequi non valebit, aliis autem utilibus, & neceſſariis emergentibus cauſis intrare valeat, ſecundum quod Generalis Miniſter de conſilio diſcretorum ejus duxerit concedendum. Si forte aliquis Cardinalium ad aliquod Monaſterium hujus Religionis aliquando venerit, & in illud ingredi voluerit, cum reverentia quidem, & devote ſuſcipiatur, ſed ſecum non ducat ſocios aliquos ultra ſeptem. Alius autem Prælatus, cui forte aliquando intrare a Summo Pontifice ſit conceſſum, duobus honeſtis ſociis ſit contentus. Quod ſi forte pro benedictione Abbatiſſæ, vel pro aliqua Sorore conſecranda in Monialem, vel alio etiam modo alicui Epiſcopo conceſſum fuerit Miſſam interius celebrare aliquando, tribus aut quatuor ſociis ſit contentus, aut Miniſtris. Cum vero aliquis homo intraverit intra portam, ei Abbatiſſa loqui valeat cum duabus ſemper ex diſcretioribus, & maturioribus Sororibus de Conventu. Si autem, ut dictum eſt, alicui mulieri Monaſterium intrare licuerit, ei Sorores de Abbatiſſæ licentia loqui poſſint. Inhibemus autem, ut nulla loquatur ex certa ſcientia cum aliquo homine, qui ingreſſus fuerit, niſi modo ſuperius annunciato; nec poſſit Abbatiſſa, ſeu Viſitator, aut Miniſter ſuper hoc alicui de Sororibus licentiam impertiri. Ut itaque Sorores quietius, ac liberius poſſint Divinis laudibus inſiſtere, & ſibi vacare honeſtius, omnes, qui in aliquod Monaſterium hujus Religionis ex certa ſcientia contra præfatam formam intrare præſumpſerit, *excommunicationis* ſententia innodamus. Si vero alicui a Sede Apoſtolica ingredi in Monaſterium ſolummodo licentia concedatur, non propter hoc permittatur Monaſterium introire, niſi ſit talis, de cujus vita, moribus, & fama intuentes ædificari valeant, & de cujus ingreſſu materia ſcandali nequeat generari. Omnes autem, qui a Summo Pontifice obtenta licentia intrare voluerint, conceſſionis litteras ſuper hoc oſtendant primo Abbatiſſæ, & aliis diſcretis Sororibus de Conventu; Ubi autem proprius Capellanus fuerit, habitu, & vita religioſus, ac bonæ famæ, nec juvenis, ſed provectæ ætatis exiſtat. Cum ergo aliqua Sororum gravi fuerit infirmitate corporis detenta, ita quod ad Locutorium commode venire non valeat, & neceſſe habeat confiteri, & Dominici Corporis, ſeu alia Sacramenta Eccleſiaſtica recipere, Confeſſor ipſarum Sacerdotalibus indumentis, præter caſulam, ingrediatur indutus, Socius etiam ejus accedat ſimiliter ſemper in albis, & tunc confiteatur Soror infirma, tribus Sororibus non longe exiſtentibus, quæ confitentem, & Confeſſorem videant, & videri poſſint ab eiſdem & confeſſione audita, vel alio tradito Sacramento, ſicut ingreſſi fuerint, ſic egrediantur induti, nec aliquam moram ibi facere præſumant, nec cum aliqua alia Sorore, niſi prædicto modo, loquantur. Sic etiam ſe habeant in animæ commendatione Soro-

De Ingreſſu in Monaſterium.

Ingredientes Monaſterium excommunicationem incurrunt.

De Capellani ætate.

Confeſſor quomodo indutus in Monaſterium ingredi debeat.

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1259.

De Exequiis Monialium.

rorum. Porro ad exequias circa ſepulturas agendas Capellanus non ingrediatur in Clauſtrum, ſed exterius in Eccleſia indutus Sacerdotalibus ante Altare maneat, & quod ad illud officium pertinet, cum ſociis exequatur. Si autem neceſſe fuerit ut ingrediantur aliqui ad fodiendam, vel aperiendam ſepulturam, ſeu terram poſtmodum coaptandam, & Abbatiſſæ, & Conventui viſum fuerit hoc expediens propter imbecillitatem Sororum, ſit eidem Capellano, & Socio cum aliquibus duobus aliis ad hoc idoneis & honeſtis licitum introire, qui ſimul ſtent, quandiu morabuntur, & completo opere exeant ſine mora. Attendat autem diligenter Miniſter, & qui fuerit pro tempore Viſitator, & qui pro operibus ingredi debeant Monaſterium, ſi neceſſaria ſunt hujuſmodi opera, & quando, aut quomodo illi ingrediantur, & qualiter ſe habere debeant infra portam; ac ſuper his ordinent, & diſponant, ſecundum quod ſaluti, & integritati famæ Sororum viderint expedire.

De cuſtodia portæ, & de Oſtiaria.

Ad *portam* cuſtodiendam aliqua talis ex Sororibus conſtituatur, quæ omnino Deum diligat, ſit diligens, & diſcreta, ac moribus & ætate matura, quæ clavem portæ prædictæ ſic diligenter cuſtodiat, & conſervet, ut nunquam ſine ea, vel ipſa neſcia oſtium portæ aliquando valeat aperiri. Reliquam vero clavem diverſam ab illa cuſtodiat Abbatiſſa. Sit & alia æque idonea ei Socia deputata, quæ ejus vicem in omnibus exequatur, quando ipſa aliqua rationabili & neceſſaria cauſa fuerit occupata. Caveant autem ſtudioſiſſimæ hujuſmodi *oſtiariæ*, & procurent, ne unquam oſtium ſtet apertum, niſi quantum minus fieri poterit congruenter. Sit autem *Oſtium* ſeris ferreis cum oſtiolo, & vectibus diligenter munitum, & ſine alicujus prædictarum cuſtodia nullatenus dimittatur, duabus tamen clavibus de die, ac nocte ſit firmiter obſeratum, nec omni pulſanti aperiatur ſtatim, niſi prius oſtiaria viderit per feneſtram parvulam, quæ debet eſſe in porta, & indubitanter pulſantem cognoverit, quod talis ſit, cui ſine dubitatione aliqua ſecundum mandatum, quod in eadem forma de ingreſſuris ſuperius continetur, debeat aperiri. Volumus prorſus, ut *porta* in excelſo exiſtat, ad quam per ſcalam ligneam aſcendatur, quæ catena ferrea elevetur in ſero, & cum clavi firmetur, & mane de die luceſcente tribus præſentibus deponatur (16). Et ſi aliquando intra Monaſterium aliquod opus fuerit faciendum, ad quod agendum ſæculares aliquos, vel quaſcumque perſonas alias oporteat introire, provideat Abbatiſſa ſollicite, & tunc, dum opus exercetur, ſtatuantur ad oſtium cuſtodiendum tres Sorores, vel ſervientes de maturioribus, & diſcretioribus de Conventu, quæ ſemper in ſilentio ſic perſonis ad opus deputatis aperiant, quod alias perſonas intrare penitus non permittant. Ubi vero eſſet nimia multitudo, & grandis preſſura, ſtatuantur ad cuſtodiam aliæ perſonæ, quam Sorores incluſæ. Sorores nempe omnes tunc, & ſemper, quantumcumque rationabiliter poterunt, ſtudioſiſſime caveant, ne a ſæcularibus, vel religioſis aliis videantur. Nullum animal infra Clauſtrum, exceptis murilegis (17), teneatur. Ordinetur aliqua domus interius juxta portam, ad quam poſſit nutrix accedere, ac etiam inciſor Cyrurgicus de conſilio, & conſenſu Conventus, cum fuerit alicujus Sororum neceſſitas manifeſta.

De Viſitatione, & Viſitatore.

De *Viſitatione* hujus Religionis itaque illud eſt ſollicite providendum, ut quicumque ſive Generalis, ſive alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus fuerit *Viſitator*, talis debeat conſtitui, de cujus religioſa vita, & moribus notitia plena, & ſecuritas habeatur, qui cum ad Monaſterium aliquod ipſius Religionis veniens fuerit ingreſſus, ibidem ſic ſe in omnibus habeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad me-

(16) Scala hujuſmodi nullibi modo habetur; licet enim S. Clara oſtium ſui Monaſterii ita in excelſo poſitum habuerit, ut per Scalam ligneam, & mobilem ad ipſum aſcenderetur, decurſu tamen temporis ubique mos hujuſmodi penitus antiquatus eſt. Clauſuram hanc nimis utique arctam optime expreſſit Poeta in Hymno, qui, ut alibi etiam diximus, in ejus Feſto decantatur: *Clauditur velut carcere*.

(17) *Exceptis murilegis*; felibus nempe, italice *Gatti*, qui murilegi hic dicuntur a fugandis, vel deſtruendis muribus.

Digitized by Google

melius provocet, & ad divinum amorem accendat, ac inter Sorores mutuam ſemper charitatem inflammet; & quando Monaſterii clauſtra cauſa viſitationis intraverit, duos Religioſos ſocios, & idoneos ſecum ducat; iidem vero ſocii, quamdiu fuerint intra Clauſtrum, nullatenus ab invicem ſeparentur. Omnia Monaſteria hujus Ordinis viſitentur quolibet anno, aut prorſus in biennio ſaltem ſemel. Viſitator ſit ſemper ex Ordine Fratrum Minorum, & per Miniſtrum Generalem Ordinis tranſmittatur. Omni autem anno, quo per Viſitatorem a Generali tranſmiſſum viſitari non poterit, ſi neceſſe fuerit, per Miniſtrum illius Provinciæ ſecundum formam viſitationis præſentis Regulæ viſitentur. *Viſitator*, Regula primo lecta, ad viſitationem procedens de Sororum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis per obedientiam ab omnibus generaliter, & ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtudioſius veritatem. Et ubi aliquid corrigendum, ſeu etiam reformandum invenerit, zelo charitatis, & amore juſtitiæ cum diſcretione corrigat, & reformet tam in capite, quam in membris. Cum autem viſitatur aliqua ex Sororibus, vel etiam Abbatiſſa, ſuæ viſitationi non interſit, ſed tunc extra Capitulum commoretur; contra quam nihil in publico ab aliqua proponatur omnino, quod non poſſit probari factum fuiſſe, vel per publicam famam. Caveant autem omnes Sorores, & conſiderent diligenter præcipue in viſitatione Sororum, ut nihil aliud, quam amor divinus, & ſuarum Sororum correctio eas moveat ad loquendum. Illis autem, quæ noluerint recognoſcere culpam, quæ ipſis impingitur, ſi excuſare ſe voluerint, præſertim ſi gravia fuerint, audientia non negetur: accuſantes autem in gravibus, ſi in probatione defecerint, pro culpæ impoſitæ modo legitime poniantur. Exceſſus, qui fuerit ſufficienter correctus a *Viſitatore*, iterum nullatenus corrigatur. Modum autem ſupraſcriptum loquendi cuſtodiat *Viſitator*, videlicet ut cum omnibus, aut cum duabus ad minus in aſpectu etiam plurium non exiſtentium longe loquatur, niſi cum extra locum fuerit, & ad Locutorium cum una ſola, vel cum pluribus loqui voluerit de iis, quæ ad officium ipſum pertinere noſcuntur. Volumus omnino, quod *Viſitatores* de viſitatione celeriter ſe expediant, & ſine onere domus, ita quod ſi Conventus in Sororibus quinquagenarium non excedit, infra quinque dierum ſpatium penitus viſitationem compleant tam publicam, quam privatam. Si vero Conventus quinquagintarum incluſarum Sororum erit & ultra, infra octo vel novem dies ad plus omnino viſitatio terminetur, nec poſtmodum Monaſterium ingrediendi habeant facultatem. Tempus viſitationis prædictum ex aliqua cauſa prorogari non poterit ſine Generalis Miniſtri licentia ſpeciali: nec volumus, quod Generalis Miniſter prædictum tempus mutare valeat, niſi in aliquo certo loco, & ex aliqua certa cauſa. Ab occaſu tamen ſolis uſque ad ortum ipſius *Viſitatoribus*, & omnibus aliis quacunque auctoritate munitis, excepta cauſa Confeſſionis alicujus Sororis nimium ægrotantis, vel alicujus alterius imminentis periculi manifeſti, moram & ingreſſum diſtricte per obedientiam inhibemus. Ad hæc autem volumus, & attente monemus, ut ea quæ ſecundum vitæ ſuæ formam, & regularem obſervantiam ſtatuenda fuerint & emendanda, publice ac privatim Sorores, ſicut melius videbitur faciendum, *Viſitatori* diligenter ſuggerant, & proponant, cui per obedientiam teneantur in iis, quæ ad officium ſuum pertinent, infra prædictum tempus firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerit, a Viſitatore debito modo, prout convenit, puniatur. *Abbatiſſa* quoque ab eodem, ſi ejus defectus, aut merita exigant, ab officio abſolvatur. Similiter *Capellanus*, & *Converſi*, ac alii etiam familiares, ſi in aliquo reprehenſibiles fuerint, corrigantur: Si vero noluerint, vel contempſerint emendari, a Monaſterio removeantur omnino, & ſi fratres aliquando ibidem ſteterint, vel etiam ſi non ibidem morantes audierint confeſſiones earum, & Viſitator contra ipſos aliquid notabile invenerit, teneatur illud Miniſtro Provinciæ nuncia-

De Viſitationis modo.

Viſitationis terminus.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

ciare, qui ipſos mox corrigere debeat, vel etiam de loco amovere. *Viſitatori* vero diſtricte injungimus, ut celanda, quæ in ſua viſitatione invenerit, nulli aliquo modo ſcienter revelet; ſed, lectis exceſſibus, & injunctis pœnitentiis, omnia ſcripta coram Conventu comburat, niſi eſſent talia, quæ ex conſilio diſcretarum Sororum Conventus omnino eſſent Miniſtro Generali referenda. Si vero *Provincialis* Miniſter aliquid notabile contra Viſitatorem, aut ſocios ſuos poſt viſitationem invenerit, id teneatur Miniſtro Generali Ordinis indicare: Viſitatorum vero ſocii viſitationibus non interſint. Electio autem *Abbatiſſæ* libere pertineat ad Conventum; confirmatio vero, & infirmatio, ſeu ipſius amotio fiat per Generalem Miniſtrum Ordinis *fratrum Minorum*, ſi aderit in Provincia, & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua Monaſterium fuerit conſtitutum, ad quos ordinatio ſpectat hujus Ordinis, regimen, cura, & viſitatio, correctio, nec non reformatio tam per ſe ipſos, quam per Viſitatores, quibus prædicta fuerint pro loco & tempore imponenda: unde in virtute obedientiæ firmiter præcipimus, & injungimus Abbatiſſis, ac cæteris Sororibus hujus Religionis, quatenus Miniſtro Generali, ac Provinciali illius Provinciæ, in qua Monaſterium ſitum fuerit, obediant in omnibus, quæ non ſunt contra animam ſuam, & præſentem Regulam, cum velimus eas ſemper eorum regimini ſubjacere. Similiter per obedientiam injungimus omnibus Sororibus Religionis ejuſdem ut Abbatiſſæ, poſtquam confirmationem de officio receperit, quamdiu in ipſo permanſerit, pareant diligenter. Sed cum Conventus cauſa infirmitatis, vel quocumque alio caſu regimine Abbatiſſæ carebit, poſſint Sorores ſibi eligere *Præſidentem*, cui obedire teneantur uſque ad tempus, quo de ſuo officio ſe intromiſerit Abbatiſſa. Præſidens vero prædicta, quæ ad Abbatiſſæ officium pertinent, interim exequatur. De cura vero, diſpoſitione, ac diſpenſatione *Poſſeſſionum*, & rerum temporalium Generalis, vel Provincialis Miniſter, aut alii fratres Ordinis ſe nullatenus intromittant. Miniſter autem, & Viſitator in temporalibus, & ſpiritualibus ſemper habent deformia reformare, & corrigere corrigenda. Ad hæc propter diſcurſum indecentem prætextu temporalium evitandum, & ut quietius poſſint Sorores prædictæ Domino deſervire, liceat eis in communi redditus, & *poſſeſſiones* recipere, ac eas libere retinere (18), pro quibus poſſeſſionibus modo debito pertractandis *Procurator* unus prudens, & fidelis in ſingulis hujus Ordinis Monaſteriis habeatur, qui per Abbatiſſam de conſilio, & conſenſu Conventus conſtitui debeat, & etiam quandocumque eis videbitur, amoveri; ac de omnibus ſibi commiſſis tam receptis, quam etiam expenſis Abbatiſſæ, & aliis quibuſdam Sororibus ex parte Conventus ad hoc ſpecialiter aſſignatis, & Viſitatori etiam, cum hoc voluerit audire, rationem reddere teneatur, & nihil omnino de rebus Monaſterii vendere, obligare, commutare, vel alienare valeat quoquomodo; & quidquid contra hoc fuerit attentatum, decernimus irritum, & inane. Cum igitur ſit alibi illa perennis habitatio patriæ hujus Religionis Sororum, curioſitatem, quæ Deo eſt in omnibus odibilis, ac valde pietati contraria, & ædificiorum ſuperfluitatis exceſſum modis omnibus eas volumus evitare: inter ornamenta Eccleſiaſtica *Clerici*, qui cum ipſis pro tempore commorantur, Stolas, Manipulos, & paraturas pannorum habere de ſerico poſſint; Caſulis tamen, & aliis pannis ſericis non utantur. *Sigillum* vero Conventus cuſtodiatur, & conſervetur ſecundum ordinationem Conventus ejuſdem. Omnis littera, quæ ex parte Conventus dirigitur, primo in Capitulo legatur. Nulla Soror aliquas litteras dirigat, ſeu recipiat, niſi primo eas Abbatiſſa legat, vel niſi ab alia ad hoc ſtatuta coram

Electio Abbatiſſæ.

Electio Præſidentis.

Conceſſio poſſeſſionum in communi.

De ſigillo & litteris Sororum.

(18) *Libere retinere*; quod in Clariſſarum Regula a S. Franciſco conſcripta prohibitum erat ſub præcepto, a quo S. Clara morti proxima ab Innocentio IV. diſpenſari noluit, indulgentiam potius ab eo petens ſuorum peccatorum.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An. Ch. 1259.

ram Abbatiſſa legantur. Abbatiſſa autem de correctione, monitione, & ordinatione Sororum *Capitulum* teneat qualibet hebdomada ſemel. Inſuper Abbatiſſæ & cæteris Sororibus diſtrictius inhibemus, ut nullam auctoritatem ſeu laxationem directe vel indirecte contra præſentem Regulam per ſe, vel per alium ab Apoſtolica Sede obtinere procuret ſine licentia Generalis Miniſtri, ac etiam conſilio, & conſenſu totius Conventus; quin ſi forte aliquando fuerit per aliquem aliquid hujuſmodi procuratum, vel ſine procuratione conceſſum, decernimus illud nihil valoris, vel roboris obtinere. Denique hujuſmodi prædilectas filias, ac ſponſas magnifici Regis monemus, & hortamur attente in Domino Jeſu obſecrantes, ut cum ſint hujus excelſæ Religionis, & clariſſimæ vitæ Sorores, conſiderent ſolertia vigili, ac diligentia vigilanti ſe jam pompa præſentis inopiæ ſpreta, jam floridi ſæculi vanitate contempta, jam gaudiis vilibus plenis mœrore deſpectis, abnegando propriam voluntatem ſuper ſe ipſas evolaſſe ſublimius, ut ad horam corpore in antro ſalutis conſtricto, valeant mentes in ſereniſſimis ſplendoribus dilatare. Nihil igitur ex nunc terrenitatis eis ſapiat, nihilque delectet, ſed mortalibus omnibus ſpretis, ſolummodo ſponſum integræ puritatis amplectentes ex animo, ei ardenter ex amoris incendio uniri nitantur. Omni namque hora cor earum ſuſpiret ad ipſum, ac pro univerſali Eccleſia ex intimo mentis clangore ad Altiſſimum valida voce clament. Nos vero cunctis hanc ſacratiſſimam *Regulam* profitentibus de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnium peccatorum, de quibus corde contritæ, & ore confeſſæ fuerint, plenam veniam indulgemus, & minora *Vota*, quæ unquam in hoc ſæculo emiſerunt, in hoc perfectionis *votum* celebre ſalubriter commutamus, & benedictionem eis addicimus ſalutarem, ut ſic nitore ſublimi clarificatæ incedant, quouſque perveniant ad thalamum claritatis. Decernimus ergo, ut nulli Eccleſiaſticæ, ſæcularive perſonæ liceat præſentem *Regulam* infringere, aut aliquatenus immutare, quæ continentur in ea, vel ipſis auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

De Capitulo tenendo pro Sororum correctione.

Exhortatio ad Sorores.

Indulgentiam plenam eiſdem elargitur.

Clauſula prohibens.

Datum Anagniæ IV. Idus Februarii Pontificatus noſtri anno Quinto (19).

(19) In Codice Florentino, unde hoc Diploma deſumptum eſſe Sbaralea fatetur, immediate poſt hæc leguntur: *Explicit Regula Humilium Ancillarum Glorioſiſſimæ Mariæ Virginis Matris Dei, quam Frater Manſuetus de Ordine Fratrum Minorum de mandato Summi Pontificis, & Cardinalium quorumdam diligenti conſilio compoſuit, et dictavit.* Hæc Regula ab Urbano IV. anno 1263. correcta, & modificata fuit ad inſtantiam ejuſdem S. Ludovici IX. Galliarum Regis, Beatæ Iſabellæ Fratris, edito ſub die 27. Julii Diplomate, *Religionis augmentum*, vulgato a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 477., & ſequentibus. Ex his interim apparet, Beatam Iſabellam revera fuiſſe Clariſſam contra nonnullos, qui id negare, vel in dubium revocare auſi ſunt. Ipſa namque anno 1255., vel 1259., ut ait ipſe Sbaralea in nota (*b*) ad Bullam nunc laudatam, *Religionis augmentum*, Monaſterium in *Campolongo* ſuper fluvium Sequanam ad duas leucas extra Pariſios ædificavit, & in eodem, ſolemnibus emiſſis Religionis votis, ſic Deo devota anno 1270. ad Cœlum evolavit. Hanc ipſam Regulam idem Urbanus IV. eodem anno 1263. ſub die 18. Octobris iterum correxit, & modificavit, ac variis demptis nominibus, quibus Clariſſæ tunc audiebant, in ſua Bulla, *Beata Clara virtute clarens*, earum omnes, & ſingulas unico *Sororum Ordinis S. Claræ* vocabulo nominandas decrevit, eamdemque Regulam ſic modificatam eis tradidit obſervandam.

ALEXANDER PP. IV.
An.Ch. 1259.

X L.

Confirmat Fratribus noſtris conceſſionem Aracœlitani Cœnobii, eiſdem factam ab Innocentio IV. Ex Autographo Archivi Provinciæ Romanæ in eodem Aracœlitano Conventu exiſtentis, & ex VVaddingo in Regeſto Pontificio Alexandri IV. num. LXVI.

An.Ch. 1259. die 26. Sept.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Miniſtro (1) & Fratribus Minoribus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Capitolio (2) in Urbe ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

IIs, quæ auctoritate Apoſtolica provide facta ſunt, libenter adiicimus Apoſtolici munimis firmitatem, ut intemerata conſiſtant, quæ noſtro ſunt præſidio communita. Cum enim, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, felicis recordationis Innocentius Papa (3) Prædeceſſor noſter, Nobis tunc in minori officio conſtitutis, & bonæ memoriæ S. (4) tituli S. Mariæ Tranſtyberim Presbytero Cardinali, tunc ejuſdem Prædeceſſoris noſtri Vicario in Urbe, per ſuas dediſſet litteras (5) in mandatis, ut Eccleſia, & Monaſterium Sanctæ Mariæ de Capitolio in Urbe, tunc Ordinis S. Benedicti, de quibus idem Prædeceſſor noſter de Fratrum ſuorum conſilio vobis decreverat providendum cum hortis, & appendiciis ſuis ſitis juxta Monaſterium ipſum vobis aſſignare, ac vos in horum corporalem poſſeſſionem inducere, ac inductos defendere curaremus, contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Nos (6) & Cardinalis prædictus (7) dictum Monaſterium cum eiſdem hortis, & appendiciis vobis mandati auctoritate hujuſmodi curavimus aſſignare, vobiſque inductis in corporalem poſſeſſionem ipſorum, ne ſuper prædictis appendiciis poſſet imposterum ab aliquo dubitari, inſpecto privilegio felicis recordationis Anacleti Papæ (8) Prædeceſſoris noſtri, in quo ipſius Monaſterii termini, & appendicia limitantur, provida, & diligenti deliberatione ſuper his habita, præfatum Monaſterium cum ſuis appendiciis, & limitibus deſcribendo, ea juxta ejuſdem privilegii teno-

Monaſterium Aracœli olim Ord. S. Benedicti.

Idem Monaſterium cum ſuis appendiciis circa ipſum Minoritis conceditur.

(1) *Miniſtro*; Provinciali nimirum Romanæ Provinciæ, qui ex Catalogo Miniſtrorum ejuſdem Provinciæ apud P. Caſimirum Romanum in ſuo Opere alibi etiam laudato, *Memorie Iſtoriche delle Chieſe, e Conventi de' Frati Minori della Provincia Romana*, erat hoc anno Pater Joannes, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Barenſis.

(2) *Sancta Mariæ de Capitolio*; vulgo Aracœli, ut in nota (1) ad Bullam XXXII. hujus Pontificis, *Licet is*, deſuper allatam.

(3) *Innocentius Papa*, hujus nominis Quartus, qui anno 1249. & 1250., ut in nota mox laudata, Eccleſiam, & Monaſterium Sanctæ Mariæ de Capitolio Fratribus noſtris attribuit.

(4) *Et bonæ memoriæ S.*; Stephano Peruſino, ad quem, & ad Raynaldum de Comitibus Signiæ, Oſtienſem Epiſcopum, necnon ad Richardum Annibaldenſem S. Angeli Diaconum Cardinalem, Innocentius IV. ſuas dedit litteras anno 1249., *Dilecti filii*; & anno 1256. alias incipientes, *Lampas inſignis*, ſolis directas Raynaldo, & Stephano, ut Fratres noſtros in poſſeſſionem prædicti Monaſterii, & Eccleſiæ inducerent.

(5) *Per ſuas dediſſet litteras*, modo laudatas, *Dilecti filii*, & *Lampas inſignis*.

(6) *Nos*; ipſe ſcilicet Alexander IV., qui tunc in minori officio conſtitutus vocabatur Raynaldus de Comitibus Signiæ, S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis.

(7) *Et Cardinalis prædictus*; nempe Stephanus Peruſinus, de quo ſuperius, & alibi, præſertim in nota (2) ad Bullam Innocentii IV. *Cum Dilectum filium*. Hic ab Innocentio III. creatus Diaconus Cardinalis S. Adriani, cum antea in ſæculo uxorem habuiſſet, ex ea filium ſuſcepit nomine Philippum, qui Ordinem Minorum ingreſſus, pluribus legationibus functus eſt.

(8) *Anacleti Papæ*; ideſt Petri Leonis Antipapæ, qui, ut dictum eſt in nota (2) ad Bullam XXXII. hujus Pontificis, *Licet is*, an.1130. contra legitimum Pontificem Innocentium II. factioſorum opera intruſus, Anacletus II. dici voluit.

Digitized by Google

tenorem certis duximus finibus deſignada, prout in litteris inde confectis (9) plenius continetur. Dictus quoque Innocentius (10) Prædeceſſor noſter veſtris ſupplicationibus inclinatus, quod ſuper hoc in hac parte factum fuit, ratum habens, & gratum, id auctoritate Apoſtolica confirmavit (11) eadem auctoritate tradens, & concedens in perpetuum Cardinali, qui pro tempore fuerit Gubernator veſtri Ordinis, directum dominium, plenum jus, & poſſeſſionem eorumdem appendiciorum cum omnibus, quæcumque temporaliter obvenient de eiſdem Parochia, & Parochianis Sanctæ Mariæ de Capitolio, Sedi Apoſtolicæ, ac ſuo beneplacito reſervatis; necnon ſtatuentes, quod liceat vobis in ipſis appendiciis, & per ipſas domos, & officinas, hortos, vias, plateas, & alias commoditates facere vobis utiles, & honeſtas ubicumque, quandocumque, & qualitercumque videritis expedire; nec aliquis, cui cenſus hujuſmodi conferre contigerit occaſione non ſoluti, vel ſolvendi cenſus, quos quantum ad eam partem ipſorum appendiciorum, quam in hujuſmodi uſus veſtros convertendam duxeritis, penitus annullavit, vos poſſit aliquatenus impedire, prout in litteris ejuſdem I. (12) Prædeceſſoris noſtri tenorem prædictarum noſtrarum, & ejuſdem Cardinalis litterarum inſertam habentibus, perſpeximus contineri (13). Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, & alia prædicta rata habentes, & firma, ipſa auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, eaque omnia vobis de novo concedimus, & tradimus, ac ſtatuimus ex gratia ſpeciali. Tenorem præfati privilegii dicti A. (14) Prædeceſſoris noſtri de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, ac ſtatuentes, ut de hujuſmodi loci veſtri conceſſione, ſeu prædictarum noſtrarum, & ejuſdem Cardinalis, vel etiam confirmationis præfati Innocentii litterarum tenoribus fides alia, quam præſens præfatæ noſtræ inſpectionis teſtimonium nullatenus exigatur. Tenor autem prædicti privilegii talis eſt. „ *Anacletus* „ *Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Johanni Abbati Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, Sanctique Johannis Baptiſtæ in Capitolio, ſuiſque Succeſſoribus regulariter promovendis in perpetuum.*

Innocentius IV. prædictam conceſſionem firmavit.

Eccleſia Aracœli olim Parochialis. Bona Parochialia S.A. reſervantur.

Conceſſionem confirmat ut ſupra.

Tenor privilegii Anacleti Antipapæ.

Eccleſia Aracœli B. Virgini, & S. Johanni Baptiſtæ dicata.

„ Quod in Apoſtolicæ Sedis adminiſtratione, licet indigni, conſtituti „ judicemur, Religioſorum virorum piis petitionibus juſto benignitatis intuitu aſſenſum Nos præbere convenit, quatenus, quæ religionis proſpectu „ poſtulata cernuntur, noſtræ conceſſionis vigore clareſcant, ac firma in „ poſterum perpetuitate ſerventur. Tuis igitur, dilecte in Chriſto filii Johannes Abbas, & Fratrum tuorum precibus annuentes, commiſſo tibi „ ejuſdem Dei Genitricis Monaſterio, concedimus, & confirmamus totum „ Mon-

Totus Mons Capitolinus Monaſterio S. Mariæ de Aracœli conceditur.

(9) *Prout in litteris inde confectis*; Anacleti ſcilicet Antipapæ, quæ in hoc ipſo Diplomate referuntur, ac extant quoque in præcitata Bulla Innocentii IV., *Iis, quæ auctoritate noſtra*, vulgata a Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 616., a Waddingo in Regeſto Pontificio Innocentii IV. num. LXXXXVII., ab Auctore Novi Bullarii Romani Bulla XXVIII. tom. 3., & a P. Caſimiro Romano in ſuo Opere præcitato, *Memorie Iſtoriche* &c. cap. 3., ubi refert Diplomata cuncta ejuſdem Pontificis, quibus Eccleſia Aracœli Fratribus noſtris conceditur, & confirmatur.

(10) *Dictus quoque Innocentius*, hujus nominis Quartus.

(11) *Auctoritate Apoſtolica confirmavit*; anno 1252. die 5. Julii, datis litteris modo in ſuperiori nota laudatis, *Iis, quæ auctoritate noſtra*.

(12) *Ejuſdem I.*, ideſt, Innocentii IV., ut in notis præcedentibus.

(13) *Perſpeximus contineri*. Litteræ hujuſmodi, relatæ in præcitata Bulla Innocentii IV., *Iis, quæ auctoritate noſtra*, incipiunt, *Miſeratione divina Raynaldus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus, & Stephanus tituli S. Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis viris Religioſis, dilectis in Chriſto Miniſtro, Cuſtodi, Guardiano, & aliis Fratribus in Urbe morantibus ſalutem &c.*

(14) *Dicti A.*; Anacleti Antipapæ, ſive Petri Leonis, quem Alexander, ut jam Innocentius IV., ſuum Prædeceſſorem appellat, quod popularis traditio ferret, Ædem Aracœlitanam ab Anacleto Papa, Sancti Petri Diſcipulo, conſecratam fuiſſe, ab eoque laudatum privilegium Capitolino Monaſterio fuiſſe collatum, quod ridiculum eſt vel ſentire, cum tempore S. Anacleti Papæ nec Monaſteria, nec Eccleſiæ publice extarent, multo minus in Capitolio, ut ad Bullam Alexandri IV., *Licet is*, fuſius dicemus.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1259.

Montis Capitolini fines recenſentur.

„ Montem Capitolii in integrum cum caſis, cryptis, cellis, cortibus, hortis, „ arboribus fructiferis, & infructiferis, cum Porticu Cancellariæ, cum terra ante Monaſterium, qui locus Nundinarum vocatur, cum parietibus, „ petris, & columnis, & omnibus ad eum generaliter pertinentibus, qui „ iſtis finibus terminantur. A primo latere Via publica, quæ ducit per Clivum argenti, qui nunc Deſcenſus Leonis Prothi appellatur: Ab alio latere „ Via publica, quæ ducit ſub Capitolium, & exinde deſcendit per limitem, „ & appendicem ſuper hortos, quos olim Ildebrandus, & Johannes Diaconus, & hæredes Johannis de Guinico tenuerunt, uſque in Templum „ Majus, quod reſpicit ſuper Aleſantum: A tertio latere Ripæ, quæ fuit „ ſuper Fontem de Macello, & exinde revolventes ſe per appendices ſuas „ ſuper Canapara, uſque in Carnarium Sancti Theodori: A quarto latere „ ab eodem Carnario aſcendit per Caveam, in qua eſt Petra verſificata, „ exinde deſcendit per Hortum Sancti Sergii, uſque in Hortum, qui eſt „ ſub Cancellaria, veniens per gradus centum uſque ad primum affinem. „ Circa vero eumdem Montem concedimus, & confirmamus tibi, tuiſque „ Succeſſoribus Domos, Caſalinas, Cryptas, Ergaſteria in Mercato, totum „ Montem prædictum in integrum, & cætera omnia, quæ in Monte, vel „ circa Montem ſunt, juxta tenorem præfati privilegii ſupradictum. Appendicia prætaxata fore intelligimus, dicimus, & tenore præſentium declaramus, concedentes, ut ſicut ea præfatum Monaſterium retroactis temporibus poſſedit, & habuit de conſuetudine, & de jure, vel de aliquo privilegio ſpeciali, poſſit eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ de Capitolio, vobis „ in ea exiſtentibus, cum omni jure prædicta omnia licite perpetuo poſſidere. „ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, conceſſionis, traditionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Clauſula conſueta.

Datum Anagniæ VI. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto (15).

(15) Eruditiſſimus Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 365. inter Alexandrinas Conſtitutiones hanc quoque exhibet a nobis editam; ſed cum initium ejus tantum exſcribat, mittatque lectorem ad aliam dicens: *Vide Bullam* CCCCXVIII. *Innocentii IV. anno* 1252. *die* 5. *Julii editam*, *mutatis mutandis*, quæ eſt jam a nobis citata, incipiens, *Iis quæ auctoritate noſtra*, operæ prætium exiſtimavi, eam hic per extenſum & integram referre, quia variæ admodum ſunt Innocentianæ, ad quam Sbaralea nos mittit, & hujus Alexandrinæ hic a nobis vulgatæ lectiones, quemadmodum ex utriuſque collatione facile quiſque deprehendere poterit. Siquidem in Diplomate Innocentiano extat etiam Epiſtola a Pontifice inſcripta *Venerabili Fratri Epiſcopo Oſtienſi*, & *dilecto filio tituli S. Mariæ Tranſtyberim Presbytero Cardinali*, quæ, ut patet, in hoc Alexandrino non habetur, quin de aliis varietatibus loquamur.

Digitized by Google

XLI.

Mandat Epiſcopo, ut omnino deſiſtat ab exigendis collectis, & gravaminibus imponendis ſuper bona nonnullarum Eccleſiarum, ad Monaſterium S. Coſmæ de Urbe pertinentium. Ex Autographo ejuſdem Monaſterii.

An.Ch. 1260. die 12. Januar.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri (1) *Epiſcopo Sutrin.* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium. Monialium laus. Earum querelæ ad Pontificem.

AB univerſis, & ſingulis Eccleſiæ Romanæ devotis, & iis præcipue te deceret inveniri benivolum, quos religioſa inſtituit vita laudabiles, & Apoſtolica Sedes habere dignoſcitur in filios ſpeciales; ſed tu, ſicut, inſinuantibus dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa (3) & Conventu Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe (4) Ordinis Sancti Damiani, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, accepimus, contrarium ex eo efficere cerneris, quod non ſolum eas, prout Pontificali dignitati convenit, paterna benevolentia tractare non curas, verum etiam Eccleſiam Sancti Jacobi (5) ac alias Eccleſias, quas præfata Abbatiſſa, & Conventus habent in tua Civitate, ac Diœceſi (6) & quæ cum omnibus ſuis pertinentiis ad ipſas, & di-

(1) *Venerabili Fratri*; Marucio, ut eum vocat Ughellus tom. 1. Ital. Sacr., qui de eo hoc unum refert, quod nempe obierit anno 1275.; ſive Morico, uti legitur in litteris ejuſdem Alexandri IV., *Cum a nobis petitur*, quarum vigore anno 1255. die 11. Martii confirmat permutationem Eccleſiæ S. Georgii, & ejus Hoſpitalis, cum Eccleſia S. Damiani, factam ab Epiſcopo, & Capitulo Aſſiſinate, & a Monialibus S. Damiani ejuſdem Urbis, quæque habentur in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 22.

(2) *Epiſcopo Sutrino*; in Patrimonio Sancti Petri, cujus Eccleſiam, eodem Ughello ibidem ſcribente, Eugenius IV. anno 1436. cum Nepeſina conjunxit.

(3) *Abbatiſſa*; Franciſca, quæ an. 1261. ex Chronico Sororis Urſulæ Formicini hoc fungebatur officio, & ſucceſſiſſe videtur Margaritæ, quæ electa anno 1254., ut habet idem Chronicon, quatuor annis illud obivit, uſque ad annum ſcilicet 1258. incluſive.

(4) *Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe*; vulgo *S. Coſimato*, in regione Tranſtyberina, in loco, qui appellabatur *Mica Aurea*, olim Ordinis Sancti Benedicti, mox ad Clariſſas, quæ adhuc illud inhabitant, & ſub cura, & juriſdictione vivunt Ordinis noſtri, ſicuti ab initio, translati, ut alias quoque diximus in notis ad alias Bullas in hoc Supplemento vulgatas, pertinentes ad idem Monaſterium, quod Clariſſarum Romæ exiſtentium Cœnobiorum eſt omnium antiquiſſimum. Siquidem anno 1233. uti dictum eſt etiam in nota (3) ad Bullam hujus Pontificis, *Opus pietatis*, a Benedictinis ad eaſdem Clariſſas tranſivit, & fortaſſe ab ipſiſmet S. Claræ Sodalibus tunc primum inhabitatum fuit. Ex hoc denique Monaſterio diverſis temporibus, & prout neceſſitas exigebat, eductæ fuerunt Moniales vel ad alia condenda ejuſdem Regulæ Cœnobia, vel ad horum Sorores in eadem Regula inſtituendas.

(5) *Eccleſiam Sancti Jacobi*; ſive Sanctorum Philippi, & Jacobi, ut ait prælaudata Formicini in ſuo Chronico, olim Ordinis Sancti Benedicti, cui & Monaſterium ejuſdem Ordinis in Civitate Sutrina adnexum erat, quæque cum ſuis bonis, exiſtentibus in territoriis Sutrii, Capranicæ, Roncilionis, & aliorum finitimorum Oppidorum, ut refert eadem Formicini, ab amantiſſimis Patribus Benedictinis collata fuit Clariſſis una cum Monaſterio Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe, a cujus juriſdictione ipſa Eccleſia S. Jacobi cum ſuo Abbate pendebat, quemadmodum ex antiquis monumentis Sanctimonialis ipſa ſe didiciſſe ſcribit. In hujus rei confirmationem addit, anno 1239. die 24. Novembris, Bencivengam Converſum, & Œconomum Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de aſſenſu Abbatiſſæ, & Monialium ejuſdem Monaſterii ex una parte, & ex altera Cencium Archipresbyterum Capranicæ Sutrinæ Diœceſis, & Dominum Petrum Zillo, illius Cathedralis Canonicum conveniſſe de locatione ad octennium prædictæ Eccleſiæ S. Jacobi, & Hoſpitalis, cum pacto eam, conſervandi, & in meliorem ſtatum redigendi, quæ bona, ipſa Formicini concludit, Monialibus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe a Patribus Benedictinis relicta fuerant.

(6) *Ac alias Eccleſias, quas præfata Abbatiſſa, et Conventus habent in tua Civitate, ac Diœceſi*. Præter Eccleſiam Sanctorum Philippi, & Jacobi habuiſſe Patres Benedictinos in Civitate, & Diœceſi Sutrina etiam illas Sanctæ Ma-

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260.

& dictum Monaſterium pleno jure pertinent, ſuper collectis inſolitis, ſeu aliis exactionibus pro tuæ libito voluntatis aggravare non ceſſas. Cum autem pro parte dictarum Abbatiſſæ, & Conventus propter hoc ad noſtram habitus ſit recurſus, Nos earum moleſtias, quas proprias reputamus, conniventibus oculis pertranſire nolentes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ab hujuſmodi gravaminibus, ſeu moleſtiis omnino deſiſtas, & ipſas Eccleſias ſuper prædictis moleſtare amplius non præſumas; alioquin diſſimulare non poterimus, quin ad defenſionem ipſarum aliter procedamus.

Mandat ut ſupra.

Datum Anagniæ II. Idus Januarii Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XLII.

Eidem Epiſcopo iterum jubet, ut nullo modo collectas, aut exactiones imponat ſuper bona Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, ſpectantium ad Monaſterium Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe. Ex Autographo ejuſdem Monaſterii.

An. Ch. 1260. die 26. April.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri (1) *Epiſcopo Sutrin. ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Cauſa hujus diplomatis.

CUm olim tibi ſub certa forma noſtris dederimus litteris (2) in virtute obedientiæ diſtrictius in præceptis, ut Eccleſiam Sancti Jacobi de Sutro (3) & alias Eccleſias (4) quas habent dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa (5) & Conventus Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani (6) ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, in tua Civitate, & Diœceſi (7) eidem Monaſterio pleno jure ſubjectas, ſuper collectis, & aliis exactionibus nullatenus moleſtares, tu occaſione procurationum Legatorum Sedis Apoſtolicæ, & Nuntiorum ipſius, præceptis noſtris penitus obauditis, ipſas magis ac magis, ſicut accepimus, pro tuæ voluntatis arbitrio ſuper hujuſmodi collectis, & exactionibus aggravaſti (8). Cum autem pro parte dictarum Abba-

Epiſcopi inobedientia.

Mariæ de Capranica, Sancti Pauli, & Sancti Andreæ de Sutrio, haſque, ſicuti alias Sanctæ Mariæ de Farneto, Sancti Petri, S. Cornelii, & Sancti Criſpoliti, ſubjectas fuiſſe Abbati Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe ex authenticis monumentis ſe collegiſſe præcitatus Formicini fatetur. Quare ex hoc, & ſequenti Alexandri IV. Diplomate certiores reddimur, Monachorum Ordinis S. Benedicti munificentiam nedum Eccleſiam Sancti Jacobi, ſed alias quoque vel Sutrii, vel in Diœceſi exiſtentes, & ad jus eorumdem pertinentes, Clariſſis noſtris Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe conceſſiſſe.

(1) *Venerabili Fratri*; Marucio, ſeu Morico, ut in nota (1) ad Bullam ſuperiorem.

(2) *Noſtris dederimus litteris*, quæ ſunt modo ſuperius allatæ, incipientes, *Ab univerſis, et ſingulis*.

(3) *Eccleſiam S. Jacobi de Sutro*; ſive Sanctorum Philippi, & Jacobi, de qua in nota (5) ad Bullam præcedentem.

(4) *Et alias Eccleſias*, de quibus vide notam (6) ad Bullam ſuperiorem.

(5) *Abbatiſſa*; Franciſca, de qua pariter videatur nota (3) ad eamdem Bullam.

(6) *Sanctorum Coſmæ, et Damiani*; de Urbe, in regione Tranſtyberina, in loco, qui dicitur *Mica Aurea*, ut alias pluries.

(7) *In tua Civitate, et Diœceſi*, Sutrinæ ſcilicet, nunc Napeſinæ juncta, ut in nota (2) ad Bullam ſuperiorem.

(8) *Collectis, et exactionibus aggravaſti*; contra mandatum ipſius Alexandri IV., qui anno 1255. die 13. Aprilis, Pontificatus ſui anno primo litteras emanavit, *Paupertati veſtræ*, editas a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 31., quarum tenore eximit Clariſſas univerſas a præſtandis procurationibus, vel ſubſidiis Legatis Apoſtolicis, & aliis quibuſcumque, ut monuimus etiam in nota (2) ad Bullam ejuſdem Pontificis ſimiliter incipiente, *Paupertati veſtræ*, edita pro Monaſterio S. Silveſtri de Pireto, ubi & notavimus, Procurationes quandoque, ex Gloſſario Freſnii, in ſummam aliquam converti pecuniariam conſueviſſe.

Digitized by Google

Abbatiſſæ, & Conventus propter hoc ad noſtram providentiam habitus ſit recurſus, Nos earum moleſtias, quas proprias reputamus, conniventibus oculis pertranſire nolentes, Fraternitati tuæ per iterata ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ab ipſarum Eccleſiarum gravaminibus omnino deſiſtens, aliquas collectas, vel tallias, aut exactiones prætextu aliquorum ſubſidiorum, vel procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel prædictorum Nuntiorum ipſius per te, vel per alium eiſdem Eccleſiis ulterius non imponas. Nos enim decernimus irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas propter hoc in Rectores, vel Procuratores, Colonos, ſeu Operarios Eccleſiarum ipſarum duxeris de cætero promulgandas.

Monialium recurſus ad Pontificem. Mandat ut ſupra.

Cenſuræ ab Epiſcopo ferendæ, irritæ declarantur.

Datum Anagniæ VI. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XLIII.

Indulget Fratribus Alvernæ, ut in divinis Officiis veſtibus, & paramentis ſericis uti poſſint. Ex Autographo ejuſdem Sacri Conventus.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1260. die 28. Aug.

Dilectis filiis ...... Miniſtro Provinciali, Cuſtodi (1) *& Fratribus Ordinis FF. Minorum S. Franciſci in Alverna Aretinæ Diœceſis* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

OLim dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti ad locum veſtrum, & perſonas in eo degentes geſſimus ſinceræ devotionis affectum (3). Noſque poſtmodum favore Apoſtolico proſequentes vos, & dictum locum ſub noſtra protectione ſuſcepimus (4) ac vobis per noſtras litteras inhibuimus, ne locum relinquentes prædictum, aut campanas, vel libros, & ornamenta Eccleſiaſtica aſportaretis ab illo (5). Verum cum adhuc vos, & eumdem locum velimus proſequi ampliori gratia, & favore, quod veſtibus, & pannis ſericis in divinis officiis, non obſtantibus contraria Conſtitu-

Pontificis affectus ad Montem Alvernæ.

Mons Alvernæ ſub protectione Sedis Apoſtolicæ.

Prohibitum eſt Fratribus ab eo recedere, vel aliquid inde aſportare.

(1) *Miniſtro Provinciali, et Cuſtodi*, Provinciæ Tuſciæ, quæ juxta Polychronicon Jordanis ſeptem Cuſtodiis componebatur, Florentina ſcilicet, Senenſi, Piſana, Lucana, Aretina, Cluſina, & Maritima.

(2) *Aretinæ Diœceſis*; in Caſentino, ſive Cluſentino, ut in nota (5) ad Bullam, *Romani eſt Summi Pontificis*.

(3) *Ad locum veſtrum, et perſonas in eo degentes geſſimus ſinceræ devotionis affectum*. In ſuis Diplomatibus, alibi etiam indigitatis, fatetur Alexander IV., ſe in officio Cardinalatus conſtitutum propriis oculis vidiſſe, & manibus palpaſſe Stigmata in Corpore Sancti Patris Franciſci adhuc mortalis impreſſa. Immo Sanctus Bonaventura in Legenda cap. 13. de eodem Pontifice hæc habet: *Summus Pontifex Alexander cum populo prædicaret coram multis Fratribus, et me ipſo, affirmavit, ſe dum Sanctus viveret Stigmata illa Sacra ſuis oculis conſpexiſſe*.

(4) *Sub noſtra protectione ſuſcepimus*; anno primo ſui Pontificatus, edita Conſtitutione, *Si novæ militiæ*, exhibita a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 29., in qua mandat quoque, ne ipſe Mons unquam ab Ordine relinquatur. Sacrum Montem ſub eadem Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperat prius Innocentius IV. anno VIII. ſui Pontificatus, ut liquet ex ejus litteris, editis in hoc Supplemento, *Licet cuncta*, ſub III. Kalendas Decembris emanatis.

(5) *Ne locum relinquentes prædictum, aut campanas, vel libros, et ornamenta Eccleſiaſtica asportetis, ab illo*. Cum in hoc Diplomate, quod inter a ſe deſiderata Sbaralea recenſet, fateatur Alexander IV., ſe per alias ſuas litteras inhibuiſſe Fratribus, ne campanas, libros, aut ornamenta Eccleſiaſtica aſportarent a Monte Alvernæ, clare conſpicitur, ipſum Sbaraleam deceptum eſſe in nota (*d*) ad Bullam, *Si novæ militiæ*, cum ait, Alexandrum id inhibuiſſe per ſuas litteras incipientes, *Olim dum*, quia in his, ut patet legenti, hujuſmodi inhibitio non apparet, ſed hanc ſe feciſſe inquit in aliis, quæ adhuc deſiderantur.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. 1260

Indulget ut ſupra. Derogat Conſtitutioni Capituli Generalis. Indulget ut ſupra. Clauſula conſueta.

ſtitutione, ac definitione Capituli Generalis Ordinis veſtri (6) uti poſſitis, vobis, & per vos Succeſſoribus veſtris, ac Fratribus ejuſdem Ordinis ad dictum locum accedentibus, auctoritate præſentium indulgemus (7). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Sublaci v. Kal. Septembris Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XLIV.

Inquiſitoribus impartitur facultatem procedendi contra quoſcumque in cauſa Fidei, necnon ſibi Notarios eligendi. Ex Bullario Ordinis Prædicatorum a Clariſſimo Bremondo coordinato tom. 1. pag. 396.

An. Ch. 1260. die 15. Octob.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Lombardia; & Marchia Januenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Impartitur facultatem ut ſupra. Derogatur privilegiis aliis conceſſis.

NE commiſſæ vobis contra hæreticos Inquiſitionis officium quocumque contingat obice præpediri, vobis, & ſingulis veſtrum præſentium auctoritate concedimus, ut, non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque perſonis cujuſvis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis aut Ordinis, & præſertim Ciſtercien. Prædicatorum, Minorum, ſeu Eremitarum, ſive Communitatibus, vel Univerſitatibus Civitatum, locorum, ſpecialiter, vel generaliter ſub quacumque verborum expreſſione, vel

(6) *Non obſtantibus contraria Conſtitutione, ac definitione Capituli Generalis Ordinis veſtri*; forſan Narbonenſis, hoc eodem anno 1260. in Pentecoſte a Miniſtro Generali S. Bonaventura celebrati, in quo inter alia ſtatutum fuit, quod Fratres noſtri etiam *in menſis utensilibus uterentur humilibus*; quia in alio nullo Generali Capitulo ante hunc annum celebrato hujuſmodi prohibitionem explicitam invenire potui. Auctor *Chronologiæ Hiſtorico-Legalis Seraph. Ord.* tom. 1. *ad Capitulum Generale XIX. in Concluſione Declaratoria* pag. 40. prohibitionem hujuſmodi in antiquioribus Conſtitutionibus Ordinis factam ſupponit, & addit „ Paupertati noſtræ „ Evangelicæ perfecte, ac bene acceptæ non derogare, ſi interdum Fratres in Eccleſiis Conventuum Ordinis utantur prætioſis, juriſdictione, & proprietate Romanæ Eccleſiæ acceptis, & retentis, ad divinum cultum pure, „ & non ad fines vitioſos, utputa vanitatis, „ curioſitatis, proprietatis, cupiditatis, theſaurizationis, providentiæ in futurum, vel „ ſuperfluitatis manifeſtæ, & immoderatæ. „ Nam iſto modo talibus uti non prohibentur „ Fratres per regulam, & juxta nonnullorum „ antiquorum opinionem. Sanctus Pater Noſter Franciſcus etiam paramenta prætioſa in „ Altare Sanctæ Mariæ de Angelis poni ſubſtinuit, ad divinum cultum, & honorem Beatæ Virginis, prout de ipſo legitur, & expreſſius loquendo de Sanctiſſimo Sacramento, ait: *Et hæc Sanctiſſima Myſteria ſuper* „ *omnia volo honorare, et venerari, & in locis* „ *prætioſis collocare.* „

(7) *Auctoritate præſentium indulgemus.* Quoniam Alexander IV. eumdem ſericorum uſum indulgens anno III. ſui Pontificatus Fratribus Neapolis vigore ſuarum litterarum, *Locis pia*, ſub v. Nonas Julii, quæ legi poſſunt in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 226., hanc clauſulam adhibet, *Non obſtante Statuto contrario ejuſdem Ordinis*, palam fit, ſericorum paramentorum uſum in Ordine noſtro ante Generale Capitulum Narbonenſe prohibitum fuiſſe, & quidem ſub ipſis Religionis incunabulis. Hujuſmodi Statutum, ſeu Conſtitutionem Alexander IV. utrobique ſupponit, tum in hoc videlicet, cum in prælaudato pro Conventu Neapolis diplomate; quemadmodum ſupponit etiam Innocentius IV. in ſua Bulla relata a Sbaralea tom. 1. pag. 666., *Dignum exiſtimamus*, qua idem privilegium concedit Eccleſiæ Aſſiſinati Sancti Patris Franciſci, hac appoſita particula, *Non obſtantibus quibuſcumque Statutis, vel Conſtitutionibus contrariis ipſius Ordinis.*

Digitized by Google

vel forma ab Apoſtolica Sede conceſſis, vel amodo concedendis, etiamſi dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras, totum de verbo ab verbum tenorem non continentes, privilegiorum, vel indulgentiarum ipſarum nequeat derogari, maxime quod illi excommunicari, vel ipſorum Terræ ſupponi non poſſint Eccleſiaſtico interdicto: aut quod prædictorum, vel aliorum quorumlibet Ordinum Fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, ſive denuntiationes ſententiarum, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, auctoritate litterarum Apoſtolicarum minime cogi poſſint, niſi de ipſorum Ordinibus, & privilegiis, vel indulgentiis, eis ſuper hoc a Sede Apoſtolica conceſſis, habeatur in eiſdem litteris mentio ſpecialis: in eodem officio, & contra impedientes illud, vel in eo vobis juxta officium, & poſſe ſuum, a vobis requiſitos, aſſiſtere non curantes, libere juxta formam vobis per litteras noſtras traditam procedatis, cum ex hujuſmodi, vel aliis privilegiis, & indulgentiis, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum generari. Ad hæc ſi ſuper his, quæ circa idem officium, illudque contingentia, in ſcriptis fuerint redigenda, Tabellionum (1) Secularium copia forte defuerit opportuna, perſonis Regularibus cujuſcumque Ordinis, qui Tabellionatus officium in Sæculo habuiſſe noſcuntur, exercendi illud in his, cum a vobis, neceſſitate hujuſmodi ſuadente, fuerint requiſiti, auctoritate noſtra licentiam concedatis, quos ad hoc, Conſtitutione Canonica (2) vel regulari (2) contraria nequaquam obſtante, ex diſtricto volumus juſſionis noſtræ præcepto teneri. Quod ſi nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos Clericos, vel Laicos, quoties imminebit neceſſitas, aſſumatis, qui ſimul fideliter ea, quæ fuerint a vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda, conſcribant, quorum ſcripta quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, ac ſi unius perſonæ publicæ manu confecta fuiſſent, inconcuſſam habere decernimus firmitatem. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtante Conſtitutione de duabus dietis (4) edita in Concilio Generali (5).

Facultatem impartitur eligendi ad officium Notariatus etiam perſonas Regulares.

Si ex Regularibus non inveniant, alios viros probos eligere poſſint.

Datum Anagniæ Idibus Octobris Pontificatus noſtri Anno Sexto (6).

(1) *Tabellionum*; ideſt Notariorum, ut pluries alibi in notis hiſce noſtris.

(2) *Conſtitutione Canonica*; cap. *Sicut te* 8. *Ne Clerici, vel Monachi*, ubi Clericis inhibetur officium Tabellionis, ſeu Notarii publici agere, quemadmodum etiam cap. *Ut officium* 11. §. *Verum* de Hæretic. in 6. Poſſunt tamen Clerici tam Sæculares, quam Regulares hujuſmodi officio fungi in cauſis Fidei cap. *Ut officium* 11. §. *Ad conſcribendas* de Hæretic in 6., & expreſſe in præſenti Conſtitutione, & in aliis ejuſdem Pontificis, & aliorum. Poſſunt etiam Clerici eſſe Notarii Papæ, aut in Romana Curia, ut ait Fagnanus in cap. *Sicut te* 8. *Ne Clerici, vel Monachi* num. 60. & 68., Barboſa ibidem num. 1., & alii. Poſſunt item Tabellionatum gerere in locis, ubi eſt conſuetudo, maxime in cauſis ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis coram Judice Eccleſiaſtico, & ratio eſt, quia ſola lege humana prohibitum eſt Clericis officium Tabellionis, vel Notarii.

(3) *Vel Regulari*; propria ſcilicet reſpectivi Ordinis, vel Inſtituti Conſtitutione, qua Regulares, præter jus Canonicum Clericis omnibus commune, Notarii munus exercere ſpecialiter prohibentur.

(4) *Non obſtante Conſtitutione de duabus dietis*; de qua vide notam (2) ad Bullam Innocentii IV., *Inundans malitia*, in hoc Supplemento deſuper exſcriptam.

(5) *Edita in Concilio Generali*; Lateranenſi IV., anno 1215. ſub Innocentio III. celebrato.

(6) Idem Alexander IV. anno ſequenti 1261. die 8. Februarii alias ejuſdem tenoris de hac ipſa re dedit Epiſtolas *Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis per diverſas Italiæ partes*, quas legere eſt apud Sbaraleam in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 415., in quibus eamdem omnino facultatem ſub eadem verborum forma Inquiſitoribus Franciſcanis elargitur.

Digitized by Google

Alexander PP. IV. An. Ch. 1260.

XLV.

Exoratus a Rege mandat, quod inſtituatur Miniſter Provincialis in Regno Scotiæ. Ex Formulario Marini de Ebulo in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem in Archivo noſtro Sancti Iſidori de Urbe.

An. Ch. 1260. die ....

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Miniſtro (1) *& Capitulo Generali* (2) *Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Deſiderium Regis exponit.

DE chariſſimo in Chriſto filio noſtro (3) illuſtri Regi Scotiæ ad noſtram gaudemus notitiam perveniſſe, quod ferventer in ſuo voto geritur, ut ætatis ſuæ teneritas Virorum Religioſorum, ac Deum timentium, & præcipue Fratrum veſtri Ordinis in ſuo Regno manentium conſiliis, ſalutem animæ ſuæ contingentibus, fulciatur; ac etiam quod Provincialis Miniſter de Ordine ipſo inſtituatur, ob illam cauſam ibidem, ut & jam dictus Rex per informationem ipſius aliquando in iis, quæ digna ſunt, poſſit, divina gratia ſuffragante, proſperari facilius, & præfatus Ordo ſit magis per ejuſdem Regis latitudinem reverendus. Cum itaque dignum ſit, ut tam laudabile ipſius Regis deſiderium, Nobis faventibus, optatum habeat complementum, Univerſitatem veſtram attente rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Provincialem Miniſtrum in Regno ipſo affectu prompto, & benivolo pro Apoſtolicæ Sedis, & noſtra reverentia ſine dilatione aliqua inſtituere ſtudeatis (4) ita quod & Nos

Mandat ut ſupra.

(1) *Miniſtro*, Sancto Bonaventuræ, Ordinis Generali renunciato anno 1257. in Conventu Aracœlitano, ipſo Feſto Purificationis Deiparæ Virginis recurrente, ut in nota (1) ad Bullam hujus Pontificis, *Nimis iniqua*.

(2) *Et Capitulo Generali*; Narbonæ anno 1260. ab eodem Sancto Bonaventura celebrato, in quo multa prudenter decrevit, ac inter alia, referente Waddingo ad hunc annum num. XIV., *de numero, ordine, & terminis Provinciarum egit, taxatis jam antea per Gregorium IX. certos limites præſcripſit, novas ex mulciplicatis domiciliis Cuſtodias eiſdem adjunxit, & duas integras Provincias adauxit.*

(3) *Filio noſtro*; Alexandro III., quem Raynaldus ad annum 1249. num. X. *parentis ſceptrum anno ætatis nono capeſſiſſe* ſcribit, eique concordat Spondanus ad eumdem annum n. X., ubi ait; *Alexander III. Rex Scotiæ anno* 1249. *vix octavum ætatis annum egreſſus ſucceſſit Alexandro II. Genitori ſuo*. Cum itaque Pontifex commemoret in his litteris teneram Regis ætatem, qui petiit, ut conſtitueretur Miniſter Provincialis Fratrum Minorum in Scotia, has illum edidiſſe putavi anno 1260., qui ſextus erat Pontificatus Alexandri IV., & decimus nonus ætatis prædicti Regis Alexandri III. Roboratur conjectura noſtra ex circumſtantia Capituli Generalis hoc anno, ut modo dictum eſt in nota (2) Narbonæ celebrati, in quo actum fuit de numero, ordine, & terminis Provinciarum; unde veroſimiliter affirmare poſſumus, quod Scoti Minoritæ præſentientes hanc Provinciarum diſtributionem in proximo futuro Capitulo faciendam, per Alexandrum Regem exoraverint Alexandrum Pontificem, Pontifex vero Generale Capitulum, ut Scotiæ Fratrum Minorum Cuſtodia erigeretur in Provinciam, ejuſque Cuſtodi Miniſtri Provincialis dignitas, & nomen tribueretur, quamquam defraudati fuerint a deſiderio ſuo, ut ex ſequenti nota conſtabit.

(4) *Sine dilatione aliqua inſtituere ſtudeatis*. Hujuſmodi preces effectu caruerunt, uti conſtat ex hiſtoria. Cum namque Waddingus ad annum 1224. num. XLIV. ex Gonzaga, ſive potius ex Joanne Hajo Scoto, qui anno 1586. dedit ad eumdem Gonzagam brevem hiſtoriam Provinciæ Scotiæ, a ſe concinnatam, affirmaſſet, primos Scotiæ Minorum Provinciæ fundatores miſſos fuiſſe a S. P. Franciſco an. 1224., id poſtmodum ad annum 1234. num. XX. retractat, & emendat, adhæretque Thomæ Dempſtero lib. 1. Apparatus de Religione ſcribenti, *Gonzagam lapſum annis ſeptem, penetraſſeque Franciſcanos Regnum Scotiæ anno* 1231., quod ipſius Waddingi Additor confirmat ex Scoti Chronico lib. 9. cap. 47., & ex vetuſto Codice MS. Bibliothecæ Roberti Cottoni in Anglia. Hinc idem Annaliſta ad annum prælaudatum 1234. num. XX. in Dempſteri ſententia confirmatus, addit, Fratres Minores in Hibernia ante Capitulum Generale Narbonenſe ſub Sancto Bonaventura coaluiſſe in integram Provin-

Digitized by Google

& Nos vobis exinde gratioſi præmia compenſemus, & benevolentia Regis ejuſmodi circa vos, & Ordinem veſtrum de bono in melius augeatur. Datum . . . . . . Pontificatus noſtri Anno Sexto (5).

XLVI.

Præcipit, ut ſerventur Conſtitutiones ab Innocentio IV. contra hæreticam pravitatem emanatæ, utque ſecundum eaſdem adverſus Hæreticos procedatur. Ex Autographo aſſervato in Archivo Aracœlitano Romanæ Provinciæ, & ex Bremondo in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. 1.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1261. die 28. Febr.

Dilectis filiis Poteſtatibus, ſeu Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Antianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem (1).

Exordium a cura extirpandæ hæreticæ pravitatis.

AD extirpanda de medio populi Chriſtiani hæreticæ pravitatis zizania, quæ abundantius ſolito ſuccreverunt (2) ſuperſeminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto ſtudioſius juxta commiſſam Nobis ſollicitudinem inſudare proponimus, quanto pernicioſius negligeremus eadem in necem Catholici ſeminis propagari. Ut autem adverſus hujuſmodi nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque firmiter Eccleſiæ filii, ac Orthodoxæ Fidei zelatores, Conſtitutiones quaſdam felicis recordationis Innocentii Papæ (3) Præ-

Nn

vinciam, in Cuſtodias quinque diſtributam; in Scotia vero etiam anno 1259. pauca domicilia eos habuiſſe ſub titulo Vicariæ dumtaxat, & anno 1399., quo Bartholomæus Piſanus librum Conformitatum exaravit, Scotiæ Monaſteria, ut ait ipſe Piſanus Conformit VIII., ſub Cuſtodia Novicaſtri, quæ juxta Polychronicon Jordanis erat ſeptima, & ultima Provinciæ Anglicanæ, recenſita fuiſſe, quod Waddingus ad annum 1359. num. V., hoc anno in Comitiis Januenſibus a Cardinali Farinerio, in Feſto Pentecoſtes die 9. Junii celebratis, contigiſſe affirmat. Hæc cum ita ſint, recte me intuliſſe puto, anno 1260. in Capitulo Narbonenſi nec Provinciæ, nec Miniſtri Provincialis honorem Scotos obtinuiſſe, ſed ſub Vicario, vel Cuſtode perſeveraſſe, ſicuti ab initio. Siquidem etiam Auctor Polychronici mox laudati, qui ſcribebat circa annum 1334., Scotiæ Conventus enumerat in Cuſtodia Novicaſtri, & in fine Provinciarum Tranſalpinarum ponit *Scotiæ Vicariatum*, cui ſex loca tantum attribuit. Nec officit, quod litteræ Nicolai III., *Commiſſa Nobis*, exaratæ a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 381., directæ legantur etiam *Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum in Scotia*, qui fuit Frater Hugo de Bampton, quia, ut optime ipſemet Sbaralea advertit ibidem ex Waddingo ad annum 1400. num. XXXVI., hic Frater Hugo, ex ſerie Miniſtrorum Provinciæ Angliæ, ſucceſſit in Miniſteriatu hujus Provinciæ Fratri Joanni Pekano, & dicitur *Miniſter Provincialis in Scotia, eoquod Scotia pars erat, nempe Cuſtodia, Provinciæ Angliæ.*

(5) Cum Alexander IV. Anagniam ſe contulerit Novembri exeunte anni 1259., ibique manſerit uſque ad Julium ſequentis anni, ut apparet ex ejus litteris per id temporis in ea Civitate ſignatis, Capitulum vero Narbonenſe, cui præſentes litteras datas putamus, celebratum fuerit, Waddingo teſte ad annum 1260. num. XI., *hoc anno in Feſto Pentecoſtes, quod incidit in pridie Idus Junii*, veroſimile eſt admodum, has litteras ſcriptas fuiſſe vel Aprili exeunte, vel ſaltem Majo ineunte ejuſdem anni 1260., qui fuit Sextus Pontificatus Alexandri IV.

(1) Idem Pontifex anno 1259. die 30. Novembris eiſdem perſonis alias dedit litteras hiſce omnino perſimiles, quæ exhibentur a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 370.

(2) *Abundantius ſolito ſuccreverunt*; ut monuimus etiam in nota (1) ad Bullam XXXV., *Exortis in agro Fidei*, ejuſdem Alexandri IV. Sed vide præſertim Leges Friderici II. Imperatoris, relatas in Bulla Innocentii IV., *Cum adverſus*, apud Sbaraleam tom. 1. pag. 730., ubi omnes, quæ tunc in Italia ſerpebant, Hæreticorum Sectæ, diſtincte recenſentur.

(3) *Felicis recordationis Innocentii Papæ*; hujus nominis Quarti.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1261.

Conſtitutiones Innocentii IV. conſcribi, & obſervari mandat.

Prædeceſſoris noſtri ad extirpationem hæreticæ peſtis editas (4) & in Capitularibus veſtris (5) conſcribi, ac a vobis exacta diligentia obſervari mandavit, quæ ſeriatim inferius continentur. Ideoque Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli Conſtitutiones eaſdem conſcribi in veſtris Capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, ſecundum eas contra omnem hæreſim ſe adverſus hanc Sanctam Eccleſiam extollentem ſine omiſſione aliqua procedatis; alioquin dilectis filiis Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitori hæreticæ pravitatis, & eorum ſingulis damus noſtris litteris in mandatis, ut ſingulos veſtrum ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione poſtpoſita, compellant. Conſtitutiones autem ſunt hæ.

Conſtitutiones Innocentii IV.

Magiſtratus jurent obſervantiam harum Conſtitutionum.

Statuimus, ut Poteſtas, Capitaneus, ſeu Rector, ſeu Conſules, ſeu quivis alii, qui Civitati præſunt, vel loco alii ad præſens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, jurent præciſe, ac ſine tenore aliquo attendere inviolabiliter, & ſervare, & facere ab omnibus obſervari toto tempore ſui regiminis tam in Civitate, vel loco ſui regiminis, quam in terris ſuæ ditioni ſubjectis, omnes, & ſingulas tam infraſcriptas, quam alias Conſtitutiones, & Leges tam Canonicas, quam Civiles editas contra hæreticam pravitatem, & ſuper iis præciſe ſervandis recipiat a quibuslibet ſibi in poteſtaria, vel regimine ſuccedentibus juramenta, quæ qui præſtare noluerit, pro Poteſtate, Capitaneo, ſeu Conſule, vel Rectore nullatenus habeatur; & quæ ut Poteſtas, Capitaneus, Conſul, vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem, nec ullus teneatur, aut debeat ſequi eos, etiamſi de ſequela præſtanda eis exhibuerit juramentum. Quod ſi Poteſtas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum hæc omnia, & ſingula ſervare noluerit, vel neglexerit, præter notam perjurii, & perpetuæ jacturam infamiæ, ducentarum Marcarum (6) pœnam incurrat, quæ irremiſſibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem Communis, cui præeſt, integre convertantur; & nihilominus ut perjurus, & infamis, & tamquam Hæreticorum fautor, de fide ſuſpectus, officio, & honore ſui regiminis ſpolietur, nec ulterius Poteſtas, Conſul, ſeu Rector habeatur in aliquo, aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum ullatenus aſſumatur.

Pœna contra non ſervantes dictas Conſtitutiones.

Idem

(4) *Ad extirpationem hæreticæ pravitatis editas*; anno 1252. die 15. Maii, & an. 1254. die 20. ejuſdem menſis, contentas in ejuſdem Innocentii litteris, *Ad extirpanda*.

(5) *In Capitularibus veſtris*; ideſt in Libris Statutorum Communis cujuſque Civitatis, & loci, prout præcipitur in eadem modo laudata Innocentiana Conſtitutione, quæ per hanc Alexandrinam confirmatur, ſicuti poſtmodum hæc una cum illa confirmata fuit a Clemente IV. per aliam ſimiliter incipientem, *Ad extirpanda*, ubi Pontifex mandat, quod Innocentiana Conſtitutio cum adjectionibus, modificationibus, & declarationibus vel ab Alexandro IV., vel a ſe factis conſcribatur in præfatis Capitularibus, ſeu libris Statutorum Civitatum, & locorum, ſicuti mandaverant iidem ſui Prædeceſſores Innocentius, & Alexander.

(6) *Ducentarum Marcharum*. Gonzalez in librum 1. Decretalium cap. *Cum pridem* tit. xxxv. *de Pactis* cap. 4. ad hæc verba, *Tres Marchæ argenti*, ſcribit: *Argenti Marcha non ejuſdem valoris eſt apud omnes*; ac ſubinde varios recenſet Marcharum valores apud Colonienſes, Gallos, & Anglos, penes quos ex Polydoro Virgilio lib. 10. Hiſtor. Angliæ pag. 164. unam Marcham pendiſſe ait tres nummos, quos Angli Ducatos appellant. At Marcharum valor nedum varius fuit pro Regnorum, & Provinciarum diverſitate, ſed etiam pro varietate temporum, itaut in eadem regione diverſi fuerit valoris pro temporum diverſitate, quemadmodum advertit etiam Freſnius in Gloſſario Verb. *Marca*, ubi ait: „ *Marca*, *Marcus*, „ pondus, quod appendit beſſem libræ regiæ, „ qua negotiatores, & pigmentarii, & alii „ utuntur, omneſque omnino, qui appenſas „ Merces venditant. Auri Libra habet duas „ Marcas auri. „ Hinc referens diverſarum nationum Marchas, *Marca Curiæ Romanæ*, inquit, *ſub Joanne XXII. anno* 1322. *erat* 64. *Florenorum*. Verbo autem *Floreni*, ſcribit: „ „ Floreni, Monetæ aureæ Florentinorum, „ apud quos cudi primum cæpere anno 1252., „ quorum octo unciam conficiebant. In una „ horum parte inſculptus fuit Flos lilii, unde „ Monetæ nomen inditum...... cujus præ- „ tium erat tunc temporis 10. ſolidorum Pariſ. „ Tandem refert, Joannem XXII. Florenos aureos cudiſſe circa annum 1322. ſimiles pondere, lege, & forma Florentinis, præter figuras in illis affictas, quos Florenos, concludit Freſnius, *Robertus Canalis lib. de Ponder. & Menſur. vocat Novellos Ducatus Papales, ſeu de Camera*.

Digitized by Google

Idem quoque Poteſtas, Capitaneus, Conſules, Rector, vel quivis alii ad regimen cujuslibet Civitatis, vel loci aſſumpti, in principio ſui regiminis in publica concione, more ſolito congregata, banno Civitatis, vel loci ſupponant tamquam pro maleficio omnes Hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, & teneantur bannum hujuſmodi, a ſuis prædeceſſoribus poſitum, confirmare. Præcipiant autem, quod nullus Hæreticus, vel Hæretica de cætero habitet, moretur, aut ſubſiſtat in Civitate, ſeu aliquo loco juriſdictionis, aut diſtrictus ejuſdem, & quicumque ipſum, vel ipſam invenerit, libere capiant, & capere poſſit impune, & omnes res ipſius, vel ipſorum, eis licenter auferre, quæ ſint auferentium pleno jure, niſi auferentes hujuſmodi ſint in officio conſtituti. Iidem quoque Poteſtas, Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel quivis alii infra tertium diem (7) poſt introitum regiminis ſui duodecim viros probos, & Catholicos, & duos Notarios, & duos Servitores, vel quotquot fuerint neceſſarii, inſtituere teneantur, quos Diœceſanus, ſi præſens extiterit, & intereſſe voluerit, & duo Fratres Prædicatores, & duo Minores, ad hoc a ſuis Prioribus, ſi Conventus ibi fuerit eorumdem Ordinum, deputati, duxerint aligendos (8). Inſtituti autem hujuſmodi, & electi poſſint, & debeant Hæreticos capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferre per alios, & procurent hæc tam in Civitate, quam in tota ejus juriſdictione, atque diſtrictu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in poteſtatem Diœceſani, vel ejus Vicarii, ſeu Inquiſitorum, vel Inquiſitoris (9). Teneantur autem Poteſtas, Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel alii ad hujuſmodi regimen deputati, quilibet in expenſis Communis, cui præeſt, facere duci eoſdem Hæreticos ita captos quocumque Diœceſanus, vel ejus Vicarius, ſeu Inquiſitores, vel Inquiſitor prædictus in juriſdictione, vel diſtrictu Diœceſani, ſeu Civitatis, vel loci, voluerint illos duci. Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliquo ſpecialiter præſtito juramento, probatione aliqua in contrarium non admiſſa, ubi duo, vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem. Porro cum Officiales hujuſmodi eliguntur, jurent hæc omnia exequi fideliter, & pro poſſe, ac ſuper iis ſemper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in iis, quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur; & tam dicti duodecim, quam Servitores, & Notarii prætaxati ſimul, vel diviſim plenariam præcipiendi ſub pœna, & banno, quæ ad officium ſuum pertinent, habeant poteſtatem. Poſſint autem Officiales prædicti Communitati, Caſtris, ſeu Villæ in diſtrictu, ſeu juriſdictione Civitatis, cui præſunt, præcipere ſub pœna, & banno uſque ad centum libras Provenien. (10) & ultra ad arbitrium Poteſtatis, quod Poteſtati, vel Diœceſano, aut ejus Vicario, ſeu Inqui-

Magiſtratus banno ſupponant Hæreticos.

Hæreticos omnes a locis propriæ juriſdictionis expellant.

Hæretici a quoquam capi poſſint.

Eligantur viri idonei ad Hæreticos perquirendos, & a quibus eligi debeant.

Hæreticis bona auferantur, ipſique capti vel ad Epiſcopum, vel ad Inquiſitores ducantur.

Hæretici ita capti ducantur quo voluerit Epiſcopus, vel Inquiſitor.

Plena fides habeatur S. Inquiſitionis Officialibus.

Juramentum ab Officialibus electis exigendum.

Qualis eorumdem Officialium poteſtas, & cura.

(7) *Infra tertium diem*; prout ordinaverat etiam in alia ſua Conſtitutione, edita anno 1259. die 30. Novembris, ac ipſo prius Innocentius IV. in ſuis deſuper in nota (4) laudatis; quamquam poſtea Clemens IV. in altera ejuſdem tenoris ad dies octo ampliaverit.

(8) *Duxerint eligendos*; quod idem Alexander IV. temperaverat in ſuo Diplomate, *Cum ſecundum*, emanato anno 1255. die 30. Aprilis, decernens, quod ſi *Diœceſanus, & Fratres Minores prædictæ electioni prædictorum virorum noluerint, vel non potuerint intereſſe*, ipſi Inquiſitores in locis, in quibus Inquiſitionis munus exercent, per eorum aliquem, ſeu illos, quibus id duxerint committendum, *eligere perſonas, ſeu viros hujuſmodi libere valeant*.

(9) *Inquiſitorum, vel Inquiſitoris*. Hujus mandati obſervantiam interdum neglectam idem Alexander IV. inculcavit etiam an. 1256. die 6. Martii in ſuis litteris ad Antiſtites Lombardiæ, *Exortis in agro Fidei*, videndis apud Sbaraleam; & anno 1258. in aliis eodem modo incipientibus ſub x. Kalendas Decembris, & Idibus ejuſdem Menſis ad Archiepiſcopum Ravennatem, & Epiſcopos Marchiæ Anconitanæ, vulgatis a nobis in hoc Supplemento.

(10) *Uſque ad centum libras Provenien.* Hæc non habentur in litteris Innocentii IV., in illa vero Clementis IV. modo citata in notis (5) & (7) legitur, *uſque ad ducentas Marchas argenti*, quod eſt idem ac *uſque ad centum libras Provenien.*, quia cum Freſnius loco laudato in nota (6) ſcribat, quod *Auri libra habet duas Marchas auri*, patet aperte, centum libras, de quibus hic Alexander, efficere ducentas Marchas taxatas a Clemente IV.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1261.

quiſitoribus, aut Inquiſitori Hæreticorum præſentent infra præfigendum eis terminum competentem omnes Hæreticos, & Hæreticas, quos, & quas ſibi dicti Officiales duxerint aſſignandos; & Poteſtas a non ſervantibus præceptum, pœnam, vel bannum hujuſmodi exigere teneatur. Poteſtas autem, vel Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel alii hujuſmodi, quocumque vocabulo cenſeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occaſione officii ſui fecerint duo ex ipſis, ſeu plures, & pœnas exigere non ſervantium. Quod ſi dictis Officialibus aliquo tempore aliquod dampnum contigerit in perſonis, vel rebus pro ſuis officiis exequendis, a Communi Civitatis, vel loci per reſtitutionem plenariam ſerventur indempnes; nec ipſi Officiales, vel hæredes eorum poſſint aliquo tempore conveniri de iis, quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, niſi ſecundum quod eiſdem Diœceſanis, & Fratribus, & Inquiſitoribus, vel Inquiſitori videbitur expedire. Ipſorum autem officium duret tantummodo per ſex menſes, quibus completis, Poteſtas, vel quicumque ipſius Civitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem ſubrogare Officiales ſecundum formam præſcriptam, qui prædictum officium ſecundum formam eamdem in aliis ſex menſibus ſequentibus exequantur. Sane ipſis Officialibus dentur de Camera Communis prædicti, quando exeunt Civitatem, aut ſolum pro hoc officio exequendo unicuique pro qualibet die decem & octo Provenien. (11) in pecunia numerata, quos Poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, aut alius hujuſmodi, teneantur eis dare, vel dari facere infra diem tertium poſtquam ad eamdem redierint Civitatem, vel locum. Et inſuper habeant tertiam partem bonorum Hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ occupaverunt, & mulctarum, ad quas fuerint condempnati, ſecundum quod inferius continetur, & hoc ſalario ſint contenti. Sed ad nullum aliud, quod iſtud officium impediat, vel impedire poſſit, ullo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. Nullum etiam ſtatutum conditum, vel condendum eorum officium valeat impedire. Et ſi quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, ſeu occupationem aliquam, vel exceſſum, Diœceſano, & Fratribus ſupradictis viſus fuerit amovendus, ipſum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amovere Poteſtas, Capitaneus, vel aliquis alius hujuſmodi prædictorum, & alium ſecundum formam præſcriptam ſubſtituere loco ejus. Quod ſi quis eorum contra fidem, & ſinceritatem officii ſui in favorem hæreſis deprehenſus fuerit exceſſiſſe, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor Hæreticorum incurrat, per Poteſtatem, Capitaneum, Conſules, vel Rectorem, ſeu alium ſimilem ad Diœceſan., & dictorum Fratrum, vel Inquiſitorum, ſeu Inquiſitoris arbitrium puniatur.

Ipſi Officiales, eorumque hæredes in caſu ſerventur indemnes, nec unquam conveniri poſſint de iis, quæ ad proprium pertinent officium.

Eorum officium quanto tempore durct.

Salarium Officialium.

Præter ſalarium tertia pars bonorum Hæreticorum ipſis tribuitur.

Liberi omnino ſint ad ſuum munus exequendum.

Quando, & quomodo ab officio amovendi ſint.

Qualiter puniendi, ſi vel in fide, vel in proprio officio delinquant.

Poteſtas præterea militem ſuum, vel alium Aſſeſſorem, ſi Diœceſanus, vel ejus Vicarius, aut Inquiſitores, vel Inquiſitor a Sede Apoſtolica deputati, ſeu dicti Officiales petiverint, cum ipſis Officialibus mittere teneantur, & cum ipſis eorum Officium exercere fideliter. Quilibet etiam, ſi præſens in terra, vel requiſitus fuerit, teneatur tam in Civitate, quam in juriſdictione, vel diſtrictu quolibet dare ipſis Officialibus, & eorum Sociis conſilium, & juvamen quando voluerint Hæreticum, vel Hæreticam capere, vel

Magiſtratus Sæculares, ab Epiſcopo, vel Inquiſitoribus, aut Officialibus requiſiti, teneantur mittere ſuos milites in horum auxilium.

Quilibet expetitus auxilium præſtare tenetur eiſdem.

(11) *Decem & octo Provenien.*; Solidi nimirum, vel Denarii, qui ab Innocentio IV. in ſuis Conſtitutionibus, *Perſonas illas*, &, *Ad extirpanda*, quas videre eſt apud Sbaraleam tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 312., & 725., dicuntur *Imperiales*, quique iidem ſunt, ac *duo ſolidi provenien. Senatus, vel Imperialium*, ut habetur in prælaudata Clementina, *Ad extirpanda*. Hi autem Solidi moneta erant Imperatorum, unde *Imperiales* dicti ſunt, cujus monetæ erat uſus in Italia, & valor ſemper idem non fuit, licet ex monumentis Eccleſiæ Ravennatenſis apud Rubeum, & Pinctum Diſſertat. *de Nummis Ravennat.* cap. 6. num. x. *decem & octo ſolidi Imperiales æquivalerent Floreno aureo*. Ricchardus a Sancto Germano refert, anno 1236. Brunduſii in Apulia juſſu Friderici II. Imperatoris novos Imperiales cuſos fuiſſe, & veteres ceſſaſſe.

Digitized by Google

vel ſpoliare, aut inquirere, ſeu domum, vel locum; aut aditum aliquem intrare pro Hæreticis capiendis ſub librarum vigintiquinque provenien. (12) pœna, vel banno. Univerſitas autem Caſtri, vel Burgi ſub pœna, & banno librarum quinquaginta; Villæ vero vigintiquinque provenien. (13) pro qualibet vice ſolvenda in pecunia numerata. Quicumque autem Hæreticum, vel Hæreticam, captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis auſus fuerit, vel defendere ne capiatur, ſeu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel cortem, ſeu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, juxta legem Paduæ promulgatam per Fridericum tunc Imperatorem (14) publicatis bonis omnibus, in perpetuum relegetur, & domus illa, a qua prohibiti fuerint, ſine ſpe reædificandi funditus deſtruatur, & ſi forte Diœceſano, vel in ejus abſentia ipſius Vicario una cum Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore Hæreticorum, vel ſoli ipſi Diœceſano, quando Inquiſitorum, vel Inquiſitoris præſentia de facili haberi non poteſt, legitime conſtiterit, præfatæ domus Dominum in hoc caſu penitus innocentem, & prorſus inculpabilem extitiſſe, ac etiam eum non eſſe credentem, vel receptatorem, aut defenſorem, ſeu fautorum Hæreticorum, ſeu de hæretica labe ſuſpectum, & bona, quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac ſi Hæretici fuiſſent ibidem inventi, niſi forte legitime conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, prædicta bona eſſe aliarum perſonarum, quam Domini domus ejuſdem, & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem ſpecialem Burgus, vel Caſtrum componat Communi libras centum, & Villa libras quinquaginta, & Vicinia tam Burgi, quam Caſtri, & Civitatis libras vigintiquinque provenien. (15) in pecunia numerata, niſi infra tertium diem (16) ipſos defenſores, vel defenſorem Hæreticorum, Poteſtati captos duxerint perſonaliter præſentandos.

Hæreticos captos de Officialium manibus rapientes, aut aliquo modo impedientes ne capiantur, quibus pœnis afficiendi.

Teneantur inſuper Poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, ſeu alii hujuſmodi omnes Hæreticos, vel Hæreticas, qui capti amodo fuerint, cuſtodiri facere ſub expenſis Communis Civitatis, vel loci, cui præſunt, per Viros Catholicos ad hoc electos a Diœceſano, ſi fuerit præſens, & Fratribus ſupradictis, vel Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore, in aliquo ſpeciali carcere tuto, & ſecuro, in quo ipſi ſoli teneantur ſeorſim a latronibus, & bannitis, & donec de ipſis fuerit definitum. Si quando aliqui, vel aliquæ non Hæretici pro captis Hæreticis, ipſis non contradicentibus, fuerint aſſignati, vel ſe forſitan aſſignaverint, prædicti ſuppoſiti carceri mancipentur, & Hæretici nihilominus reddi, & aſſignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, juxta legem prædictam, bonis omnibus publicatis, relegentur. Teneantur

Hæretici capti caute cuſtodiantur.

In carcere ab aliis reis ſeparati.

Qua pœna puniendi, qui ſe, vel alios non Hæreticos, pro Hæreticis offerunt.

 inſu-

(12) *Librarum vigintiquinque provenien.*; ſolidorum ſcilicet, quos, ut modo dictum eſt, Innocentius IV. vocat *Imperiales*, Clemens vero IV. & *Imperiales*, & *Provenienſes*.

(13) *Villæ vero vigintiquinque provenien.* Alexander IV. perſtringit hic mulctam ab Innocentio IV. taxatam, qui cum ipſe indixiſſet Burgo ſummam librarum centum, & Villæ Imperialium quinquaginta, Alexander IV., ut patet, & poſt ipſum Clemens IV. in ſuis litteris deſuper laudatis, ad medietatem retraxerunt, aſſignantes Burgo libras quinquaginta, & Villæ libras vigintiquinque.

(14) *Promulgatam per Fridericum tunc Imperatorem*; hujus nominis Secundum, de quo pluries in hoc Supplemento. Leges ab ipſo datas Paduæ contra Hæreticos Innocentius IV. anno 1254. die 22. Maii obſervari mandavit, edita Conſtitutione, *Cum adverſus hæreticam*, legenda in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. I., & in Franciſcano tom. item I. pag. 730. qua in Conſtitutione leges ipſæ continentur.

(15) *Libras vigintiquinque provenien.* Hic denuo Alexander IV. detrahit medietatem a mulcta ab Innocentio IV. præſcripta; indixerat enim Innocentius, quod *Burgus componat libras biſcentum, & Villa libras centum, & Vicinia tam Burgi, quam Civitatis libras quinquaginta Imperialium*, ſive *Provenienſium*, ut ait Clemens IV., qui mulctam Alexandrinam confirmavit, & utrumque retinuit pecuniæ nomen, *Provenienſium* nempe, & *Imperialium*.

(16) *Niſi infra tertium diem.* Clemens IV. adjecit, *Niſi infra quintum diem*. Hic autem adnotare juvat, quod ſicuti Alexander IV. in hac ſua Conſtitutione, edita primum an. 1259. die 30. Novembris, nonnihil recedit ab Innocentio IV., ita Clemens IV. diſcedit in aliquibus ab Alexandro, vel ampliando ſcilicet, vel declarando, vel perſtringendo, ut ex collatione litterarum eorumdem facile quiſque perſpiciet.

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1261.

Hæretici capti infra 15. dies poſt capturam Epiſcopo, vel Inquiſitoribus præſententur examinandi. Cogantur ad errores ſuos fatendos, & alios Hæreticos manifeſtandos.

inſuper Poteſtas, Capitaneus, Conſules, vel Rector, ſeu alii hujuſmodi cum bono, & ſecuro comitatu omnes Hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, infra quindecim dies poſtquam capti fuerint, Diœceſano, vel ejus ſpeciali Vicario, ſeu Hæreticorum Inquiſitoribus, vel Inquiſitori præſentare pro examinatione de ipſis, & eorum hæreſi facienda. Damnatos vero de hæreſi per Diœceſanum, vel ejus Vicarium, ſeu Inquiſitores, vel Inquiſitorem prædictos, Poteſtas, vel Rector, vel ejus Nuncius ſpecialis, eos ſibi relictos recipiat ſtatim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos Conſtitutiones contra tales editas ſervaturus. Teneantur præterea Poteſtas, Capitaneus, Conſules, aut Rector, vel alii hujuſmodi omnes Hæreticos, quos captos habuerint, cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum, tamquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures Sacramentorum Dei, & Fidei Chriſtianæ, errores ſuos expreſſe fateri, & accuſare alios Hæreticos, quos ſciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defenſores eorum, ſicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium, accuſare ſuos complices, & fateri maleficia, quæ fecerunt. Domus autem, in qua repertus fuerit aliquis Hæreticus, vel Hæretica, ſine ulla ſpe reædificandi funditus deſtruatur, niſi Dominus domus eos ibi procuraverit reperiri. Et ſi Dominus habuerit cum ea domos alias appendices, cum una eademque domus interdum diverſis, & cohærentibus manſionibus diſtinguatur, & omnes illæ domus appendices, ſive in domo illa, ſive in ejus appendicibus Hæreticus, vel Hæretica deprehenſus fuerit, ſimiliter deſtruantur, & bona, quæ fuerint inventa in domo illa, ipſiuſque appendicibus, niſi forte legitime conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, ipſa bona eſſe aliarum perſonarum, quam Domini domorum earumdem, publicentur, & fiant auferentium, niſi auferentes fuerint in officio conſtituti; & inſuper Dominus domus illius, præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat Communi Civitatis, vel loci quinquaginta libras provenien. in pecunia numerata, quam ſi non ſolverit, in perpetuo carcere detrudatur. Quæ autem de domorum, & appendicium deſtructione, harum publicatione, ac pœnarum impoſitione facienda Dominis domorum præmiſſa ſunt, volumus obſervari, niſi forte Diœceſano, vel in ejus abſentia ipſius Vicario una cum Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore Hæreticorum, vel ſoli ipſi Diœceſano, quando Inquiſitorum, vel Inquiſitoris præſentia haberi non poterit, legitime conſtiterit per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, præfatarum domorum Dominos in hoc caſu prorſus innocentes, ac penitus inculpabiles extitiſſe, ac etiam eos non eſſe credentes, vel receptatores, aut defenſores, ſive fautores Hæreticorum, ſeu de hæretica labe ſuſpectos, quos nec in domibus, vel appendicibus, nec in bonis eiſdem, ſeu quovis modo puniri volumus, ſi, ut dictum eſt, appareant innocentes. Burgus autem ille, ſeu Caſtrum, in quo Hæretici capti fuerint, vel inventi, componat Communi Civitatis libras centum, Villa libras quinquaginta, & Vicinia tam Burgi, quam Caſtri, & Civitatis libras vigintiquinque provenien. (17) pecunia numerata, niſi infra tertium diem (18) receptatores ipſorum captos præſentaverint Poteſtati, ſive cuivis alii Præſidenti ejuſdem regimini Civitatis. Quicumque vero deprehenſus fuerit dare alicui Hæretico conſilium, vel auxilium, ſeu favorem, præter aliam pœnam ſuperius, & inferius prætaxatam, eo ipſo jure in perpetuum ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit autem inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei

Domus, in qua Hæretici reperiuntur, funditus deſtruatur.

Bona in ipſa domo inventa, niſi fuerint aliorum, publicentur.

De prædictis pœnis conditiones nonnullæ adjectæ.

Quid loca, in quibus Hæretici inventi fuerint, ſolvere debeant, & cui.

Pœnæ contra fautores Hæreticorum.

(17) *Libras vigintiquinque provenien.*, medietatem ſcilicet ſummæ jam ab Innocentio IV. prætaxatæ, ut dictum eſt in nota (15) quam poſtea Clemens IV. confirmavit.

(18) *Niſi infra tertium diem.* Clemens IV., ut pariter monuimus in nota (16) alios duos adjecit, dicens: *Niſi infra quintum diem.*

Digitized by Google

ei ſuper quocumque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte Judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio, Inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti. Credentes quoque erroribus Hæreticorum tamquam Hæretici puniantur.

Nomina Hæreticorum deſcribantur in libellis aſſervandis, & penes quos.

Teneantur inſuper Poteſtas, ſive Capitaneus, Conſules, ſeu Rector, vel quivis alius Præſidens regimini Civitatis ejuſdem, nomina virorum omnium, qui de hæreſi fuerint infamati, vel banniti, in quatuor libellis unius tenoris facere annotare, quorum unum Commune Civitatis, vel loci habeat, & alium Diœceſanus, & tertium Fratres Prædicatores, & quartum Fratres Minores, & ipſorum nomina ter in anno in concione publica ſolemniter faciat recitari. Teneatur quoque Poteſtas, ſeu Rector, vel quicumque regimini ſupradicto præfuerit, filios, & nepotes Hæreticorum, & receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum diligenter inveſtigare, eoſque ad aliquod officium publicum, ſeu conſilium nullatenus admittere in futurum.

Nomina Hæreticorum ter in anno ſolemniter publicentur.

Filii, & nepotes Hæreticorum ad nullum officium publicum admittantur.

Teneatur præterea Poteſtas, ſeu Rector, vel quivis alius hujuſmodi regimini Præſidens, unum de Aſſeſſoribus ſuis, quem elegerit Diœceſanus, ſi fuerit præſens, & Inquiſitores, ſeu Inquiſitor prædicti, ab Apoſtolica Sede dati, mittere cum eis quandocumque voluerint in Juriſdictione Civitatis, atque diſtrictu; qui Aſſeſſor, ſecundum quod prædictis Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitori viſum fuerit, ibi tres, aut plures boni teſtimonii viros, vel totam Viciniam, ſi eis videbitur, jurare compellat. Quod ſi quos ibidem Hæreticos ſciverint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, vel credentes, aut defenſores, ſeu receptatores, vel fautores Hæreticorum, eos dictis Inquiſitoribus ſtudeant indicare. Ipſe autem Poteſtas contra accuſatos procedat ſecundum Leges quondam Friderici (19) tunc Imperatoris, Paduæ promulgatas (20).

Aſſeſſor dandus a Rectore loci Inquiſitori, & quale ipſius Aſſeſſoris munus.

De tempore, quo pœnæ exequi debeant.

Teneatur inſuper Poteſtas, ſeu quivis Rector Civitatis, vel loci, quocumque vocabulo nuncupentur, in deſtructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inventis, vel occupatis, conſignandis, & dividendis, de quibus ſuperius dicitur, infra decem dies (21) poſtquam accuſatio, ſeu denunciatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu, & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menſes exigere, & dividere illas, ſicut inferius continetur. Et eos, qui ſolvere non poterunt, banno maleficii ſupponere, & donec ſolvant in carcere detinere, alioquin pro his omnibus, & ſingulis ſyndicetur, ſicut inferius continetur.

De Aſſeſſore dando a Rectore loci.

Et inſuper teneatur unum de Aſſeſſoribus ſuis, quemcumque Diœceſanus, vel ejus Vicarius, & dicti Inquiſitores, ſeu Inquiſitor Hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter aſſignare, & mutare pro tempore, ſi eis viſum fuerit opportunum.

Pœnæ prædictæ nullo modo relaxentur.

Omnes autem condemnationes, & pœnæ, quæ occaſione hæreſis factæ fuerint, neque per concionem, neque per conſilium, neque ad vocem Populi, ullo modo, aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari. Teneatur inſuper Poteſtas, Capitaneus, Conſul, ſeu quivis alius Rector, omnia bona Hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos Offi-

(19) *Quondam Friderici*; hujus nominis II., ab Innocentio IV. excommunicati, & in Concilio I. Generali Lugdunenſi Imperio privati, ut alibi dictum eſt.

(20) *Paduæ promulgatas*; anno ſcilicet 1239. die 22. Februarii, indictione XII., non anno 1225., uti ſcribunt Bzovius in Annalibus Eccleſ., & Raynaldus ad eum annum n.XLVII., quos corrigit etiam eruditiſſimus Sbaralea in nota (*b*) ad litteras Innocentii IV., *Cum adverſus hæreticam*, ſive potius ad Leges ipſas Friderici Imperatoris, quæ in ipſis litteris continentur.

(21) *Infra decem dies*; prout mandaverat Innocentius IV. in ſua nunc laudata Conſtitutione, & Alexander ipſe anno 1259. die 30. Novembris confirmaverat; licet Clemens IV. protraxerit ad dies viginti in ſua Conſtitutione, *Ad Extirpanda*, allata in Bullario Romano tom. 3. Bulla VI., in Bullario Ordinis Prædicatorum tom. I., & in Franciſcano tom. 3. pag. 48.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An.Ch. 1261.

Officiales fuerint occupata, ſeu inventa, & condemnationes pro iis exactas dividere tali modo: Una pars deveniat in Commune Civitatis, ſeu loci: Secunda in expeditionem, & favorem officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto loco ſecundum quod dictis Diœceſano, & Inquiſitoribus, vel Inquiſitori videbitur reſervanda, & expendenda per conſilium eorumdem in favorem Fidei, & ad Hæreticos extirpandos; non obſtante hujuſmodi diviſioni Statuto aliquo condito, vel condendo.

Bona Hæreticorum confiſcata quomodo dividenda.

Si quis autem de cætero aliquod iſtorum Statutorum, ſeu Conſtitutionum attemptaverit delere, diminuere, vel mutare ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, Poteſtas, Capitaneus, ſeu Conſul, vel alius quivis Rector, qui pro tempore fuerit in illa Civitate, vel loco, teneatur eum tamquam defenſorem Hæreticorum publicum, & fautorem ſecundum formam præſcriptam perpetuo publice infamare, atque punire in libris quinquaginta provenien. in pecunia numerata, quam ſi exigere non poterit, eum maleficii banno ſupponat, de quo eximi non valeat, niſi ſolverit duplam dictæ pecuniæ quantitatem. Teneatur ſane Poteſtas, ſive Capitaneus, Conſul, ſeu quivis Rector infra decem dies ſui regiminis ſyndicare præcedentem proxime Poteſtatem, Capitaneum, Conſulem, vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſorem per tres viros Catholicos, & fideles, quos eligant una cum Diœceſano Fratres Prædicatores, & Minores a ſuis Priore, ac Guardiano pariter aſſignati de omnibus iis, quæ in Statutis iſtis, ſeu Conſtiturionibus, & Legibus contra Hæreticos, & eorum complices editis continentur; & punire ipſos, ſi exceſſerint, in omnibus, & ſingulis, quæ omiſerint, & cogere reſtituere de propria facultate, non obſtante ſi per aliquam licentiam conſilii, vel alterius cujuslibet a ſyndicatione fuerint abſoluti. Jurabunt autem prædicti tres Viri bona fide ſyndicare præfatos de omnibus ſupradictis.

Pœnæ contra violantes, aut immutantes has Conſtitutiones.

Magiſtratus Seculares ſyndicentur.

Statutis his contrariis derogatur.

Cæterum teneatur Poteſtas, ſive Capitaneus, Conſul, ſeu quivis Rector cujuslibet Civitatis, vel loci delere, ſeu abradere penitus de Statutis, & Capitularibus Communis quodcumque Statutum conditum, vel condendum inveniatur contradicere iſtis Conſtitutionibus, ſeu Statutis, & Legibus, ſive quomodolibet obviare, & in principio, & in medio ſui regiminis hæc Statuta, ſeu Conſtitutiones, & Leges in publica concione facere ſolempniter recitare, & etiam in aliis locis extra Civitatem ſuam, ſeu locum, ſicut Diœceſano, ſeu Inquiſitoribus, ſive Inquiſitori, & Fratribus ſupradictis videbitur expedire. Porro hæc omnia Statuta, ſeu Conſtitutiones, & Leges, & ſiquæ aliæ contra Hæreticos, & eorum complices, & fautores tempore aliquo auctoritate Sedis Apoſtolicæ conderentur, in quatuor voluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum unum ſit in Statuto Communis cujuslibet Civitatis, ſeu loci: Secundum apud Diœceſanum: Tertium apud Fratres Prædicatores: Quartum apud Fratres Minores cum omni ſinceritate ſerventur, ne poſſint per falſarios in aliquo violari.

Hæc Statuta quomodo, & ubi publicanda.

Hæc Statuta 4. voluminibus ſcribantur, & 4. in locis aſſerventur.

Datum Laterani 11. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Digitized by Google

XLVII.

Mandat, quod ſicut procedunt Inquiſitores in uno loco, ita & in quibuſdam aliis procedant. Ex Formulario Marini de Ebulo aſſervato in Vaticano Archivo, & ex Compendio ejuſdem extante in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 175.

ALEXANDER EPISCOPUS

An. Ch. ....

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Comitatu (1) *auctoritate Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

NOſtro nil magis accedit affectui, quam quod Fidei Catholicæ puritas ubique terrarum ad Dei gloriam valeat ampliari, & macula pravitatis hæreticæ de locis illis, quæ infeciſſe dignoſcitur, per Sedis Apoſtolicæ providentiam, veritatis divinæ cooperante ſubſidio, penitus deleatur. Cum itaque Nos olim de fraterni veſtri Ordinis devotione ſinceriſſima, & prudentia circumſpecta confiſi, vobis, prout accepimus, Inquiſitionis officium contra Hæreticos in Terris talibus (2) committi mandaverimus per noſtras litteras ſpeciales (3) ferventer in deſiderio gerimus, ut non ſolum in Terris ipſis, ſed etiam alibi prædicta Inquiſitio per vos poſſit ſalubriter exerceri. Sane quædam ſunt in Imperio (4) Civitates, & loca, in quibus Nobilis Vir C. (5) Comes temporalem juriſdictionem exercet, quamquam de Comitatu ſuo exiſtere non dicantur (6). Ne autem prædictæ Inquiſitionis officium dignum ſeduli cooperatione ſubſidii propter hoc poſſit aliquatenus impediri,

Sollicitudo Pontificis pro hæreſum profligatione.

Munus Inquiſitionis aliquibus in locis Minoritis commiſſum, in aliis etiam demandatur.

(1) *In Comitatu*; Caroli ſcilicet Andegavenſis, S. Ludovici IX. Galliarum Regis Fratris, poſtmodum a Clemente IV. ad Siciliæ Regnum provecti, Provinciæ, italice *Provenza*, Andegaviæ, gallice *Angers*, & aliorum locorum Comitis.

(2) *In Terris talibus*; ditionis videlicet prædicti Comitis Andegavenſis, ad quem, præter Provinciam, & Andegavenſem Ducatum vulgo *Angiò*, etiam Avenio, & Arelate cum Comitatu Forcalquerii, *Folgiciliaquiri* legit Polychronicon Jordanis, ſive Fori Neronis, aut Fori Calcarii, ut aliis placet, gallice *Forcalquier*, pertinebant.

(3) *Committi mandaverimus per noſtras litteras ſpeciales*; quæ diligentiam noſtram aufugerunt, editæ forſan anno primo Pontificatus Alexandri IV. die 15. Aprilis, quo ex ejus litteris 23., & 24., vulgatis a Bremondo tom. 1. Bullarii Ordinis Prædicatorum, ſpecialiter commiſiſſe ſcimus Fratribus Prædicatoribus munus Inquiſitionis in Terris Pictavii, & Toloſæ Comitis. Cum namque in Regno Navarræ, in Occitania, cujus Caput Toloſa, & in aliis Franciæ locis Fratres noſtri una cum Dominicanis hujuſmodi munere fungerentur, itaut Inquiſitores utriuſque Ordinis anno 1242. martyrio coronati fuerint Avenioneti, tunc Toloſanæ Diœceſis; poſtea Prædicatoribus Francia aſſignata fuit, Franciſcanis vero Provincia cum Delphinatu. Hujus rei veritatem compertam habemus ex Diplomatibus Urbani IV., *Dilectus filius*, & Clementis IV., *Præ cunctis noſtræ mentis*, quæ in Bullario Franciſcano tom. 2., & 3. data conſpiciuntur Fratribus Minoribus, Inquiſitoribus *Provinciæ*, ideſt, *In partibus Comitatum Provinciæ, & Forcalquerii*, ut ait Clemens IV., ſive *Folcalcarii*, ut habet Urbanus IV., *& in quibusdam Civitatibus, & locis, ſive terris Imperii infra Arelaten., Aquen., & Ebredunen. Provinciarum terminos conſtitutis, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo illuſtri Regi Siciliæ mediate, vel immediate ſubjectis, & etiam in Civitate Avenionen.*

(4) *In Imperio*; in ditione ſcilicet, vel Comitatu Caroli Andegavenſis, niſi Imperii nomine Regnum Arelatenſe, quod ad jus pertinebat ejuſdem Comitis, hic intelligere velimus, quod olim Otho Imperator, Boſone Rege depoſito, ditionis Imperii conſtituit.

(5) *Nobilis Vir C.*; Carolus Andegavenſis, ut ſupra, S. Ludovici IX. Galliarum Regis Frater, & poſtea Siciliæ Rex.

(6) *Quamquam de Comitatu ſuo exiſtere non dicantur*; uti erant Civitates, & loca Delphinatus præſertim, ubi Minoritæ non ſecus ac in Provincia Inquiſitionis munus exercebant.

Digitized by Google

ALEXANDER PP. IV. An. Ch. . . . .

Mandat ut ſupra. Loca nonnulla excipiuntur.

mandamus, quatenus in Civitatibus, & locis ipſius Imperii (7) quæ in Provinciis eſſe dicuntur, in quibus præfatus Comes temporalem juriſdictionem dignoſcitur obtinere, præmiſſæ Inquiſitionis officium, juxta formam pro Terris eiſdem a Nobis traditam (8) exequi cum omni diligentia ſtudeatis; niſi forte conſueverit, quod hujuſmodi officium in Civitatibus, & locis eiſdem, aliis ab Apoſtolica Sede commiſſum &c. (9).

Datum . . . .

XLVIII.

Præcipit, quod præficiatur Abbatiſſa in Arelatenſi Clariſſarum Monaſterio, in quo antea nulla fuerat propter novitatem. Ex Formulario Marini de Ebulo, quod extat in Archivo Vaticano, & ex ejus Compendio, quod aſſervatur in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe.

An. Ch. . . . . .

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Dilecto filio Miniſtro Provinciali (1) *Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Monialium petitio.

Electio Abbatiſſæ.

RAtionis oculis intuentes &c. Sane dilectæ in Chriſto filiæ Conventus Monialium Incluſarum Monaſterii Arelaten. (2) Ordinis S. Claræ Nobis ſignificare curarunt, quod ipſæ, tamquam novella plantatio, nondum habuerunt, nec adhuc habent Abbatiſſæ præſidium (3) convenienteſque in unum,

(7) *In Civitatibus, et locis ipſius Imperii*; ideſt, in Comitatibus Provinciæ, Andegaviæ, & Forcalquerii, necnon in Civitatibus Arelatenſi, Avenionenſi, & aliis.

(8) *Juxta formam pro terris eisdem a Nobis traditam*; in litteris, quarum vigore demandavit Franciſcanis munus Inquiſitionis in Provincia, ac Delphinatu, dum Prædicatoribus Franciæ Regnum aſſignavit, quæ tamen litteræ, ut mox dictum eſt in nota (3) adhuc a nobis deſiderantur.

(9) *Niſi forte conſueverit, quod hujuſmodi officium in Civitatibus, et locis eisdem, aliis ab Apoſtolica Sede commiſſum &c.* Hoc ideo additum exiſtimo, quia in Occitania, quæ in Pontificiis Diplomatibus quandoque ſub nomine Provinciæ late ſumptæ comprehenditur, & in aliis finitimis regionibus, munus Inquiſitionis, ut monuimus in nota (3) Fratribus Prædicatoribus commiſſum fuerat, ac utriuſque Ordinis, Prædicatorum nempe, & Minorum Fratribus confinia ad illud obeundum fuerant præfinita.

(1) *Miniſtro Provinciali*; Provinciæ, italice *Provenza*, quæ ex Polychronico Jordanis octo componebatur Cuſtodiis, quarum ſexta erat Arelatenſis, ad quam per conſequens ſpectabat Monaſterium, de quo in his litteris habetur ſermo.

(2) *Monaſterii Arelaten.*; gallice *Arles*; de quo Monaſterio nil penitus, nec etiam coniiciendo dici poteſt, quia de nullo Clariſſarum Monaſterio intra intervallum temporis, quod excurrimus, in Arelatenſi Civitate erecto, vel exiſtente, apud Noſtrates, aut extraneos occurrit mentio.

(3) *Nondum habuerunt, nec adhuc habent Abbatiſſæ præſidium*. Ex his colligimus, Monaſterium, de quo agitur impræſentiarum, paulo ante harum litterarum emanationem vel pro Clariſſis fuiſſe conſtructum, vel pro aliis jam erectum ad regulam Sanctæ Claræ tranſiiſſe. Ab Alexandro IV. hujuſmodi litteras prodiiſſe ex eo inferimus, quod Moniales hujus Monaſterii & Incluſæ, & Ordinis Sanctæ Claræ dicantur. Nam cum Beatam Claram Sanctorum Faſtis adſcripſerit idem Alexander IV. anno 1255., ac Succeſſor ejus immediatus Urbanus IV. anno 1263. mandaverit, ut, ſublatis Incluſarum, Damianitarum, aliiſque nominibus, quibus Sanctæ Claræ Diſcipulæ tunc audiebant, uno Clariſſarum, aut Sanctæ Claræ omnes appellarentur, apertiſſime patet, quod ſi Mo-

unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dil. in Chriſto Fil. &c. *uſque elegerunt*. Quare prædicti Conventus Nobis ſupplicarunt humiliter, ut confirmari electionem hujuſmodi, ac eidem electæ mendaremus in illis partibus munus benedictionis impendi. Quocirca mandamus, quatenus inquiſitis de modo electionis eligentium ſtudiis &c., ut in forma Monachorum, excepto, quod de mandato noſtro propter aliquid ſi non eſt exemptum, nec de juramento &c.

Ejus confirmatio, & benedictio demandatur.

Datum . . . .

ſi Moniales Monaſterii Arelatenſis in hoc Diplomate dicuntur *Incluſæ*, & ſimul *Ordinis S. Claræ*, prodiit hoc poſt S. Claræ Canonizationem, & antequam Sorores ejus, & aſſeclæ alio nomine, quam Clariſſarum, appellari prohiberentur; & idcirco ab uno Alexandro IV.

Diplo-

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

Diplomata Urbani IV., qui Pontificatum geſſit annos tres, menſem unum, & dies quatuor, utpotequi, electus anno 1261 IV. Kalendas Septembris, obierit Peruſii anno 1264. VI. Nonas Octobris.

I.

Fratres Ordinis Prædicatorum deputantur Inquiſitores in Provinciis Lombardiæ, & Marchiæ Januenſis. Ex Bullario Ordinis Prædicatorum tom. I. pag. 417.

An. Ch. 1262. die 20. Martii.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Prædicatorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Lombardia, & Marchia Januen. deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium a paſtorali ſollicitudine.

LIcet ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtiana Religione cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito extirpare letiferam peſtem hæreticæ pravitatis; in Italia tamen imminet Nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa germina germinavit, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe (1). Ut igitur Inquiſitionis officium contra Hæreticos in Provincia Lombardiæ, videlicet a Bononia, & Ferraria incluſive, uſque ad ultimos fines ſuperiorum partium ejuſdem Provinciæ, ac Marchiæ Januen. auctoritate Apoſtolica poſſit efficacius adimpleri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induentes ex alto, prædictum officium ubique infra præfatos limites ſimul, vel ſeparatim, aut ſingulariter, prout negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ ſic efficaciter proſequi, & exequi ſtudeatis, ut per ſollicitudinis veſtræ prudentiam, de prædictis Lombardia, & Marchia radix iniquitatis hæreticæ ſuccidatur, & Vinea Domini, exterminatis vulpeculis, quæ perverſis morſibus demoliuntur eamdem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de pravitate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos, niſi examinati abſolute velint mandatis Eccleſiæ obedire, necnon & contra receptatores, defenſores, & fautores eorum, juxta Sanctiones Canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominum metu divino timori poſtpoſito procedatis. Non obſtantibus aliquibus litteris, ad quoſcumque alios de Lombardia, & Marchia prædictis, exceptis Locorum Diœceſanis, ſuper hujuſmodi negotio ab Apoſtolica Sede directis, quarum deinceps ad inquiſitiones hujuſmodi faciendas nolumus auctoritate procedi, quinimo ne procedatur per illas diſtrictius inhibemus. Nec prætextu commiſſionis, ſpecialiter eiſdem Diœ-

Inſtat de hæreſi funditus extirpanda.

Hæretici, & complices puniantur ſecundum leges Innocentii IV., deſuper allatas in Bulla Alexandri IV., *Ad extirpanda*.

(1) *Perſenſimus abundantius ſuccreviſſe*. In Legibus Friderici II. Imperatoris, indicatis etiam in nota (1) ad Bullam XXXV., & in (2) ad XXXVI. Alexandri IV. Hæreticos omnes habemus, qui tunc temporis Orbem Catholicum ſua peſte inficiebant, ſic proprio nomine diſtinctos, *Catharos, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, et Circumciſos, Paſſaginos, Joſepinos, Garratenſes, Albavienſes, Franciſcos, Bagnarolos, Comiſtas, Valdenſes, Runcarolos, Comminellos, Wallinos, et Ortolenos, cum illis de Aquanigra.*

Diœceſanis ſuper hoc factæ, veſtros proceſſus in eorumdem Diœceſanorum Civitatibus, & Diœceſibus volumus impediri. Nec per hoc quod Fidei negotium generaliter in ipſis Lombardia, & Marchia vobis committimus, commiſſiones a præfata Sede Diœceſanis eiſdem factas, ſi forſan illarum, ſeu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Verumtamen ſive auctoritate ordinaria, ſive ex delegatione prædictæ Sedis, iidem Diœceſani in hujuſmodi negotio proceſſerint, nequaquam volumus, vel per concurſum proceſſuum, vel alias quomodolibet veſtros impediri proceſſus, quin, Diœceſanorum ipſorum proceſſibus non obſtantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad Eccleſiaſticam unitatem, eis juxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & injungatis eiſdem, quod injungi talibus conſuevit, proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione redeant fraudolenter, & vos, immo potius ſeipſos fallentes, ſub Agni ſpecie gerant Lupum. Quod ſi aliqui fuerint indicandi Hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujuſmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de Diœceſanorum, vel Vicariorum ſuorum, ſi, ipſis Diœceſanis abſentibus, præſentes fuerint, conſilio procedatur, ut in tantæ animadverſionis judicio non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos ſine ullo proferatur errore duræ, ac dignæ ſeveritas ultionis, volumus, & mandamus, ut vos, vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas Religioſas, & honeſtas perſonas, in quarum præſentia per publicam, ſi commode poteſt haberi, perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque hujuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio, ad Scriniarii, ſeu Tabellionis officium pertinent, teneri diſtricte præcipimus, cum per vos, ſeu deputatos ad hoc a vobis requiſiti fuerint, omnes, & ſingulos veſtri Ordinis Fratres, qui dum eſſent in Sæculo hujuſmodi tabellionatus officium habuiſſe, & exercuiſſe noſcuntur, & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotii Fidei fuit a dicta Sede commiſſum, & in poſterum committetur. Concedentes hujuſmodi Fratribus, necnon & aliis Religioſis quibuslibet, qui ſimiliter dum eſſent in Sæculo dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibuſcumque etiam Clericis Sæcularibus, officium ipſum habentibus, etiamſi iidem Fratres Religioſi, & Clerici ſint in Sacris conſtituti Ordinibus, exercendi libere officium ipſum quoad præmiſſa, non obſtante aliquo contrario Statuto Canonis, vel Ordinis (2) quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod ſi teſtibus, quos a vobis recipi, vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorumdem videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publice, ſed ſecrete coram aliquibus perſonis providis, & honeſtis, religioſis, & aliis ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur; & ſic, non obſtante quod illis, contra quos hujuſmodi teſtes depoſuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem Judicis inſtruendam, adhibeatur plena fides teſtium depoſitionibus eorumdem. Ut ergo commiſſi vobis officii debitum utilius, & liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum hujuſmodi crimine, ac ipſius circumſtantiis duxeritis inquirendum; & denunciationes ſen-

Hæretici ad Eccleſiam redeuntes abſolvantur.

Nemo damnetur ſine conſilio Diœceſanorum.

Examinentur teſtes.

Religioſi in cauſis Fidei tabellionatus officium exercere poſſunt.

Nomina teſtium, imminente ſcandalo non publicentur.

(2) *Non obſtante aliquo contrario Statuto Canonis, vel Ordinis*. Eidem Statuto derogavit etiam Alexander IV., eamdem facultatem tribuens Inquiſitoribus earumdem Provinciarum Lombardiæ, & Marchiæ Januenſis, in ſua Conſtitutione, *Ne commiſſæ vobis*, jam a nobis in hoc Supplemento, vulgata, ad quam in nota (2) monuimus quænam ſint Statuta Canonica, quæ prohibent Clericis tabellionatus, ſive notariatus officium exercere.

Digitized by Google

Urbanus PP. IV. An. Ch. 1262.

ſententiarum, quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, accerſiendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis in ferendis hujuſmodi ſententiis præbeant conſilium opportunum, ac vobis aſſiſtant; convocandi etiam Clerum, & Populum Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum, prout dicto negotio Fidei videritis expedire: Inſuper in dicto negotio de plano, & abſque judiciorum, & Advocatorum ſtrepitu, ac contra illos, quos in prædictis Lombardia, & Marchia Januenſi in hæreſeos crimine commiſiſſe conſtiterit, licet ad alias partes ſe transferendos duxerint, procedendi: Necnon faciendi obſervari inviolabiliter omnes Conſtitutiones Apoſtolicas, & Leges Imperiales per quondam Federicum, olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentem, Paduæ promulgatas adverſus hujuſmodi peſtem hæreticæ pravitatis (3): Necnon elargiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad veſtram convocationem, propter hoc faciendam, acceſſerint, plena ſit vobis, & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas. Vobis autem, pro hujuſmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus Terræ Sanctæ in Generali Concilio (4) eſt conceſſa: Sociis vero veſtri Ordinis, & Notariis veſtris, qui una vobiſcum in proſecutione hujuſmodi negotii laborabunt, & omnibus, qui perſonaliter vobis aſtiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum Hæreticos, fautores, receptatores, & defenſores eorum, vobis ex animo præſtiterint conſilium, auxilium, vel favorem, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Et ſi qui ex his in proſecutione hujuſmodi negotii forte deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenariam veniam indulgemus. Compeſcendi præterea, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, Prædicatores quæſtuarios a prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantum charitativa ſubſidia ſimpliciter petere, & indulgentiam, ſi quam forte habent, exponere, liberam vobis, & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentium facultatem. Cæterum ſi forte, quod non credimus, aliqui, cujuſcumque conditionis, huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, ut non poſſit procedi in eodem, immo niſi requiſiti illud foverint, & juxta officium, & poſſe ſuum ſinguli juverint ſtudioſe, contra eos, tamquam contra Hæreticorum fautores, & defenſores, ſecundum Sanctiones Canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis; Nos enim nihilominus ad reprimendam tam ſuperbam, & pernicioſam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Eccleſiaſticæ poteſtatis acriter exeremus, & Reges, & Principes, alioſque Chriſtifideles, ſive pro Terræ Sanctæ ſuccurſu, ſive alias pro Chriſti ſervitio Crucis charactere inſignitos, necnon & cæteros Catholicos, prout expedire viderimus, invocabimus contra eos, ut Cœlum, & Terra adverſus deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moveantur. Denique ut circa præmiſſa plene vobis, & ſingulis veſtrum coercitionis expedita, & inviolabilis adſit auctoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exequamini, invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque perſonis, cujuſvis conditionis, gradus, dignitatis, Religionis, vel

Præcipitur obſervantia Legum Friderici II. contra Hæreticos editarum.

Facultas Inquiſitoribus conceditur Indulgentias elargiendi.

Indulgentiæ conceſſæ ipſis Inquiſitoribus, eorumque Sociis.

Pœnæ contra impedientes Inquiſitionis officium.

Inquiſitores invocare poſſunt auxilium brachii ſæcularis, & contradictores coercere per cenſuras Eccleſiaſticas.

(3) *Paduæ promulgatas adverſus hujuſmodi peſtem hæreticæ pravitatis*. De hiſce Legibus, earumque promulgatione, vide notam (14) ad Bullam XLVI. Alexandri IV., *Ad extirpanda*, in hoc Supplemento vulgatam.

(4) *In Generali Concilio*; Lateranenſi IV. anno 1215. ſub Innocentio III. celebrato.

Digitized by Google

vel Ordinis, & præſertim Ciſtercienſium, Prædicatorum, Minorum, ſeu Eremitarum; ſive Communitatibus, vel Univerſitatibus Civitatum, & locorum ſpecialiter, vel generaliter, ſub quacumque verborum expreſſione, vel forma, a memorata Sede conceſſis, vel in poſterum concedendis; etiamſi dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes, privilegiorum, vel indulgentiarum ipſorum nequeat derogari, & illis maxime privilegiis, & indulgentiis, quibus ab ipſa Sede conceſſum eſt aliquibus, ſeu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipſorum Terræ ſupponi non poſſint Eccleſiaſtico interdicto, aut quod Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet Ordinum Fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, ſive denunciationes ſententiarum, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, auctoritate litterarum Apoſtolicarum minime cogi poſſint, niſi de ipſorum Ordinibus, & privilegiis, vel indulgentiis, eis ſuper hoc a dicta Sede conceſſis, eadem habeatur in eiſdem litteris mentio ſpecialis, cum ex hujuſmodi, vel aliis privilegiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum interponi, & Conſtitutione de duabus dietis (5) edita in Concilio Generali (6).

Derogatur quibuſcumque privilegiis.

Datum Viterbii XIII. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo (7).

(5) *Conſtitutione de duabus dietis*, incipiente, *Nulli gratia Sedis Apoſtolicæ abutentes*. Vide notam (2) ad Bullam Innocentii IV. *Inundans malitia*, quæ eſt XVII. hujus Pontificis ex allatis in hoc Supplemento.

(6) *Edita in Concilio Generali*; Lateranenſi IV. habito ſub Innocentio III. an. 1215., & eſt hujus Concilii XXXVII., ut pariter dictum eſt in nota (2) ad Bullam prælaudatam, *Inundans malitia*, ubi etiam de natura, & diverſitate dietarum actum eſt.

(7) Eamdem Conſtitutionem edidit Urbanus IV. etiam pro Fratribus Minoribus, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Adminiſtratione S. Franciſci, ſive in Provincia Umbriæ, & quidem hoc eodem anno ſub XII. Kalendas Aprilis; ac ipſo prius eamdem pro iiſdem Fratribus Ordinis Minorum, munus hujuſmodi exercentibus variis in locis, ediderant Innocentius IV. anno 1254. die 30. Maii, & Alexander IV. anno 1258. die 14. Novembris; poſtea vero ipſam innovavit pro iiſdem Fratribus Clemens IV. anno 1265. die 17. Septembris, quæ omnes cum aliis ejuſdem tenoris, & argumenti, legi poſſunt apud Sbaraleam in Bullario Franciſcano, & apud Waddingum ad annos, & dies reſpectivos. At vero aliam hic ſubnectimus ejuſdem Urbani, datam Franciſcanis Inquiſitoribus in Romana Provincia, in qua, ut liquet ex ejus lectione, diſtincte recenſentur ipſius Provinciæ partes, & loca, in quibus Fratres ipſi Inquiſitionis munere fungebantur.

Urbanus PP. IV. An.Ch. 1262.

II.

Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Romana Provincia, facultates ampliſſimas impartitur, & modum præſcribit in officio procedendi. Ex Autographo exiſtente in Aracœlitano Archivo Romanæ Provinciæ.

An.Ch. 1262. Die 8. Julii.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Adminiſtratione Romana (1) deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pontificis cura ſollicitior pro hæreſibus extirpandis ab Urbe Roma, ejuſque viciniis.

Provinciæ Minoritis aſſignatæ ad munus Inquiſitionis obeundum.

Licet ex omnibus Mundi partibus, quæ Chriſtiana Religione cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito extirpare letiferam peſtem hæreticæ pravitatis, in Italia tamen imminet Nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum Fidei Catholicæ perverſa genimina germinant, ex vicinitate perſenſimus abundantius ſuccreviſſe (2). Ut igitur Inquiſitionis officium contra Hæreticos in Urbe (3) Campania (4) Maritima (5) Oſtien. Velletren. (6) Portuen., Albanen., Tuſculan., Præneſtin., Sabinen. (7) Tiburtin. (8) Nepeſin. Sutrin. (9) Caſtellan., Ortan. (10) Viterbien., Tuſcanen. (11) Caſtren-

(1) *In Adminiſtratione Romana*; ideſt in Romana Fratrum Minorum Provincia.

(2) *Abundantius ſuccreviſſe.* Vide notam (1) ad Bullam ſuperiorem, & alias ibi indicatas.

(3) *In Urbe*; Romæ ſcilicet, ubi Fratres noſtri jam ab Innocentio IV. Inquiſitores fuerant deſtinati.

(4) *Campania*; Sexta Romanæ Provinciæ Cuſtodia juxta Polychronicon Jordanis, cujus Caput Anagnia, ad quam quinque Conventus pertinebant, *Anagninus* videlicet, *Pilei*, *Alatrinus*, *Ferentini*, & *Vallis Montonis*.

(5) *Maritima*; Ultima in eodem Polychronico Romanæ Provinciæ Cuſtodia, quæ ibidem Velitrenſis appellatur, ab Urbe Velitrarum, cujus erant Cœnobia ſeptem, *Veliternum*, *Albani*, *Neptuni*, *Nimphæ*, *Seciæ*, *Piperni*, *et Terracinæ*.

(6) *Oſtien. Velletren.* Hæ duæ Eccleſiæ, inquit Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. *de Velitris antiquiſſima Volſcorum Civitate*, junctæ fuerunt ab Eugenio III., *cum Oſtia habitatoribus deſtituta propemodum eſſe Civitas deſiit*.

(7) *Sabinen.* Sabinenſis Epiſcopus, ſextus, & ultimus Epiſcoporum, qui a ſex antiquioribus S. R. E. Presbyteris Cardinalibus aſſumuntur, quorum primus eſt Oſtienſis, deinde alii uſque ad Sabinenſem in hoc Diplomate ordine commemorati.

(8) *Tiburtin.* Quinta Romanæ Provinciæ Cuſtodia, etiam Romaniæ in aliquibus litteris nuncupata, quæ, ex Jordanis Polychronico, ſex Conventus habebat, *Tiburis* nempe, *Vicovarii*, *Rubiani*, aliis *Roviani*, *Civitellæ*, *Sublaci*, *Cellarum*, alias *Carſoli* in finibus Aprutii.

(9) *Nepeſin. Sutrin.*; quæ duæ eo tunc erant Eccleſiæ diviſæ, junctæ poſtmodum, & unitæ ab Eugenio IV. anno 1436., ut alias quoque dictum eſt cum Ughello tom. 1. Ital. Sacr.

(10) *Caſtellan. Ortan.* Hæ duæ pariter Eccleſiæ, quarum unaquæque ſuum habebat Paſtorem, anno 1437. ab eodem Eugenio IV. inter ſe fæderatæ fuerunt, ac unius Præſulis curæ commiſſæ, ut liquet ex ejuſdem Pontificis Diplomate, *Sacroſancta Romana Eccleſia*, edito a laudato Ughello tom. 1. Italiæ Sacræ *de Civitatis Caſtellanæ Epiſcopis* num. XXVII.

(11) *Viterbien.*, *Tuſcanen.* Unio harum Eccleſiarum, ut habetur in Bulla Cœleſtini V. *Dudum*, apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. *de Epiſcopis Viterbien.*, peracta fuit a Cœleſtino III., qui Viterbio Civitatis nomen, & honorem attribuit, uti ſcribit Baluz. Epiſt. Innoc. III. tom. 2. pag. 80. dicens: *Viterbienſe Oppidum honorabili Civitatis nomine inſignivit, & Pontificalis Cathedræ dignitate donavit, auctoritate ſtatuens Apoſtolica, ut Viterbienſis Eccleſia cum Tuſcanenſi, Centumcellenſi, atque Bledenenſi Pontificalem obtineret deinceps dignitatem.* At vero Ughellus loco citato probabilius putat, non Cœleſtinum III., ſed Clementem III. deceſſorem ejus immediatum, qui anno 1187. Summo Sacerdotio præfectus fuit, Viterbium Epiſcopali Cathedra decoraſſe, quamquam advertat, Scriptores nullam certam afferre ſententiam de Eccleſiæ, ſive Epiſcopatus Viterbienſis origine, quam tamen longe recentiorem credere debemus origine Eccleſiæ Tuſcanenſis, utpotequæ ſub initio naſcentis Religionis Chriſtianæ proprios habuerit Urbs vetuſtiſſima, & nobiliſſima Epiſcopos, quorum Se-

Digitized by Google

ſtren. (12) Balneoregen. (13) Urbevetan. (14) Suanen. (15) Reatin. (16) Terris Machiloni, & Amiterni (17) exceptis, & Marſican (18) Civitatibus, & Diœceſibus ſuis, auctoritate Apoſtolica poſſit efficaciter adimpleri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore poſtpoſi-

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

Ad munus Inquiſitionis hortantur, & excitantur.

R r to;

Seriem, notis illuſtratam, edi curavit Dominus Antonius Barbani, ejuſdem Eccleſiæ Primicerius; nuperrime vero egregie adornavit Dominus Franciſcus Antonius Turriozzi, ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyter, in ſuo Opere inſcripto; *Memorie Iſtoriche della Città Tuſcania, che ora volgarmente diceſi Toſtanella*, in quo optimis, perſpicuiſque monumentis oſtendit ſuæ Patriæ vetuſtatem, & nobilitatem, necnon Epiſcopatus ejuſdem ſupra Viterbienſem antiquioritatem, & præeminentiam. Cuſtodia Viterbienſis in Polychronico Jordanis ordine ponitur ſecunda, & ſex conſtabat Cœnobiis, *Viterbienſi*, *Tuſcanellæ*, *Corneti*, *Montis-alti*, *Montisflaſconis*, *&* *Ortani*.

(12) *Caſtren.*; in Patrimonio, ſive melius in Ducatu Caſtrenſi, a Caſtro præcipua illius Civitate ſic denominato, qui cum eſſet dominii Farneſiorum Ducum, anno 1649. in jus Romanæ Eccleſiæ eum bello tranſtulit Innocentius X., Caſtrenſi Civitate a fundamentis diruta, & ſolo æquata ob cædem Chriſtophori Giarda Novarienſis, Clerici Regularis Barnabitæ, Caſtrenſis Epiſcopi. Cum namque anno 1648. die 16. Maii Romæ in Eccleſia S. Caroli de Catinariis conſecratus Epiſcopus, menſe Martio ſequentis anni ad Eccleſiam ſuam pergeret, non longe ab Oppidulo, vulgo *Monte Roſo* nuncupato, inhumaniter a nefariis innocens occiſus fuit, ejuſque Corpus Romam delatum in eadem Eccleſia S. Caroli ſepultum eſt; unde idem Innocentius X. Caſtrum diruit, ejuſque Epiſcopalem Sedem tranſtulit Aculam, ſive Aquipendium, incolis *Acquapendente*, olim Urbevetanæ Diœceſis.

(13) *Balneoregen.*; italice *Bagnarea*, Urbs in Etruria Pontificia, non procul ab Urbevetere, natali S. Bonaventuræ, Ordinis noſtri jam Generalis Miniſtri, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopi Albanenſis, ac Doctoris Seraphici illuſtris, quam Deſiderium Longobardorum Regem edicto ſuo Rodam appellandam decreviſſe ferunt.

(14) *Urbevetan.*; Italis *Orvieto*, Civitas Etruſcorum pervetuſta, & nobiliſſima in ditione Pontificia, de cujus origine multi multa ſcripſere, profugis Romanis Pontificibus aſylum aliquando tutiſſimum. Cuſtodia Urbevetana juxta Polychronicon Jordanis tertia erat Provinciæ Romanæ, & ſex habebat Conventus, *Urbevetanum*, *Balneoregienſem*, *Vulſinienſem*, *Aquapendentis*, *Troceni*, *et Petiliani*, qui anno elapſo juſſu Magni Ducis Etruriæ, in cujus ditione nunc exiſtit Petilianum Oppidum, ad Tuſciæ Provinciam devolutus eſt.

(15) *Suanen.*; vulgo *Soana*, patria Sancti Gregorii Papæ VII., nunc pene diruta, in Territorio Senenſi, ad Magnum pertinens Etruriæ Ducem, cujus Epiſcopus nunc Petiliani domicilium habet.

(16) *Reatin.*; in Sabinis, Urbs *adeo vetuſtæ originis*, inquit Ughellus tom. I. Ital. Sacr. de Reatinis Epiſcopis, *ut ante Trojanum bellum ædificatam fuiſſe velint*. In toties laudato Jordanis Polychronico Cuſtodia Reatina quarta numeratur Provinciæ Romanæ, & duodecim Conventus ipſi tribuuntur, *Reatinus*, in quo requieſcit Beatus Thomas de Florentia, unus ex Obſervantibus de Familia, jam Sanctorum Bernardini Senenſis, & Joannis de Capiſtrano Diſcipulus, qui illuc infirmitate decumbens, ut curaretur, delatus, ibique mortuus, a Patribus Conventualibus, qui nunc ipſum incolunt Cœnobium, veritatis injuria, & prorſus immerito, ſub Clemente XIV. & ipſe Conventualis declaratus fuit, *Turrani*, *Malliani*, *Sancti Alexandri*, *Montis Leonis*, *Archeſinibaldi*, *Longoni*, *S. Jacobi de Radicaria*, *Valintroduci*, *Podiibaſtionis*, *Fontis Columbæ*, *et Gracii*, omnes fere præſentia, & geſtis Seraphici Parentis illuſtres.

(17) *Terris Machiloni*, *et Amiterni*; in Aprutio, & eotunc in Provincia Pennenſi, nunc Sancti Bernardini, quæ Terræ licet extra limites Romanæ Provinciæ, & ditionis Pontificiæ continerentur, a Clemente IV. anno primo ſui Pontificatus per ſuas litteras, *Licet ex omnibus*, editas VIII. Kalendas Octobris, Inquiſitoribus Umbriæ commiſſæ fuerunt. Deſtructionem Machiloni in Reatina Diœceſi a S. P. Franciſco prædictam fuiſſe ſcribunt, feruntque ejus loco circa annum 1300. Oppidum excitatum fuiſſe, quod nunc vulgo vocatur *La Poſta*, non longe a ſitu, ubi Fluvium Raptum jacitur in Velinum. Amiternum Urbs olim, fuit in Veſtinis antiquiſſima, quæ una cum Furconio, altera Veſtinorum Civitate, a Longobardis excidium paſſa, Aquilæ, nunc florentiſſimæ Urbi, ſuis ruinis exordium fecit. Amiterno, ſex milliaribus circiter, vel ſeptem ab Aquila diſtanti, nomen ſubinde acceſſit Sancti Victorini, ob Corpus ejuſdem S. Martyris, olim Epiſcopi Amiternini, quod in finitima Provincia Valeria apud Cutilias martyrio affectum, & a Chriſtianis raptum, honorifica ſepultura Amiterni conditum fuit, ubi adhuc in Eccleſia ejus nomine Deo dicata requieſcit, una cum Reliquiis Sanctorum Octogintatrium Militum Martyrum, quorum memoria in Martyrologio Romano agitur Nono Kalendas Auguſti, Beati Victorini vero Nonis Septembris.

(18) *Marſican.*; Marſorum nempe in Aprutio, quæ in Jordanis Polychronico Sexta notatur, & ultima Cuſtodia Provinciæ Pennenſis, nunc S. Bernardini. De Marſorum regione, de qua in hoc Diplomate, diſtincta a Marſicana Salernitana, vide notam (1) ad Bullam IX. Alexandri IV., *Religioſam vitam*, in hoc Supplemento impreſſam.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

to, virtutem Spiritus induentes ex alto, prædictum officium ubique infra præfatos limites ſimul, vel ſeparatim, aut ſingulariter, prout negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ ſic efficaciter proſequi, & exequi ſtudeatis, ut per ſollicitudinis veſtræ prudentiam de locis prædictis radix iniquitatis hæreticæ ſuccidatur, & Vinea Domini, exterminatis Vulpeculis, quæ perverſis morſibus demoliuntur eamdem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de puritate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos, niſi examinati abſolute velint mandatis Eccleſiæ obedire, necnon & contra receptatores, defenſores, & fautores eorum, juxta Sanctiones Canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominum metu divino timori poſtpoſito, procedatis: Non obſtantibus aliquibus litteris ad quoſcumque alios de locis prædictis, exceptis locorum Diœceſanis, ſuper hujuſmodi negotio ab Apoſtolica Sede directis, quarum deinceps ad inquiſitiones hujuſmodi faciendas nolumus auctoritate procedi; quinimmo ne procedatur per illas diſtrictius inhibemus, nec prætextu commiſſionis, ſpecialiter eiſdem Diœceſanis ſuper hoc factæ, veſtros proceſſus in eorumdem Diœceſanorum Civitatibus, & Diœceſibus volumus impediri, nec per hoc quod Fidei negotium generaliter in ipſis locis vobis committimus, commiſſiones, a præfata Sede Diœceſanis eiſdem factas, ſi forſan illarum, ſeu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Verumtamen ſive auctoritate ordinaria, ſive ex delegatione prædictæ Sedis iidem Diœceſani in hujuſmodi negotio proceſſerint, nequaquam volumus vel per concurſum proceſſuum, vel alias quomodolibet veſtros impediri proceſſus, quin, Diœceſanorum ipſorum proceſſibus non obſtantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad Eccleſiaſticam unitatem, eis juxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & injungatis eiſdem, quod injungi talibus conſuevit, proviſo ſolerter, ne, ſimulata converſione, redeant fraudolenter, & vos, immo potius ſeipſos fallentes, ſub Agni ſpecie gerant Lupum. Quod ſi aliqui fuerint judicandi Hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujuſmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de Diœceſanorum, vel Vicariorum ſuorum, ſi, ipſis Diœceſanis abſentibus, præſentes fuerint, conſilio procedatur, ut in tantæ animadverſionis judicio non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos ſine ullo proferatur errore duræ, ac dignæ ſeveritas ultionis, volumus, & mandamus, ut vos, vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus, oportuerit, adhibeatis duas religioſas, & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam, ſi commode poteſt haberi, perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorumdem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque hujuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio ad Scriniarii, ſeu Tabellionis officium pertinent, teneri diſtricte præcipimus, cum per vos, ſeu per deputatos ad hoc a vobis requiſiti fuerint, omnes, & ſingulos veſtri Ordinis Fratres, qui dum eſſent in Sæculo hujuſmodi tabellionatus officium habuiſſe, & exercuiſſe noſcuntur, & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotii Fidei fuit a dicta Sede commiſſum, & in poſterum committetur, concedentes hujuſmodi Fratribus, necnon & aliis Religioſis quibuslibet, qui ſimiliter dum eſſent in Sæculo dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt, quibuſcumque etiam Clericis Sæcularibus, officium ipſum habentibus, etiamſi iidem Fratres Religioſi, & Clerici ſint in Sacris Ordinibus conſtituti, exercendi libere officium ipſum quoad præmiſſa, non obſtante aliquo contrario Statuto Canonis,

Quomodo contra Hæreticos procedere debeant.

Indultis Apoſtolicis derogatur.

Hæreſim abjurantes, abſolvantur, & quomodo.

Quomodo in Hæreticis judicandis, & puniendis ſe gerere debeant.

Quomodo ſe gerere debeant in depoſitione teſtium.

In cauſis Fidei etiam Clerici, & Regulares ad Notariatus officium aſſumi poſſunt.

Digitized by Google

nis, vel Ordinis (19) quocumque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod ſi teſtibus, quos a vobis recipi, vel ab alio vice veſtra ſuper eodem crimine examinari contigerit, & publicatione nominum eorumdem videritis periculum imminere, ipſorum nomina non publice, ſed ſecrete coram aliquibus perſonis providis, & honeſtis, religioſis, & aliis ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur; & ſic, non obſtante quod illis, contra quos hujuſmodi teſtes depoſuerunt, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem Judicis inſtruendam, adhibeatur plena fides teſtium depoſitionibus eorumdem. Ut ergo commiſſi vobis officii debitum utilius, & liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum de hujuſmodi crimine, ac ipſius circumſtantiis duxeritis inquirendum, & denunciationes ſententiarum, quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, accerſiendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis in ferendis hujuſmodi ſententiis præbeant conſilium opportunum, ac vobis aſſiſtant, convocandi etiam Clerum, & Populum Civitatum, Caſtrorum, aliorumque locorum, prout dicto negotio Fidei videritis expedire: Inſuper in dicto negotio de plano, & abſque judiciorum, & Advocatorum ſtrepitu, ac contra illos, quos in prædictis locis in hæreſeos crimine commiſiſſe conſtiterit, licet ad alias partes ſe transferendos duxerint, procedendi, necnon faciendi obſervari inviolabiliter omnes Conſtitutiones Apoſtolicas, & Leges Imperiales per quondam Fridericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in devotione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentem, Paduæ promulgatas adverſus hujuſmodi peſtem hæreticæ pravitatis (20) necnon & largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad veſtram convocationem, propter hoc faciendam, acceſſerint, plena ſit vobis, & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas. Vobis autem pro hujuſmodi negotio laborantibus illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus Terræ Sanctæ in Generali Concilio eſt conceſſa (21). Sociis vero veſtri Ordinis, & Notariis veſtris, qui una vobiſcum in proſecutione hujuſmodi negotii laborabunt, & omnibus, qui vobis perſonaliter aſtiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum Hæreticos, fautores, receptatores, & defenſores eorum vobis ex animo præſtiterint conſilium, auxilium, vel favorem, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Et ſi qui ex iis in proſecutione hujuſmodi negotii forte deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compeſcendi præterea, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, Prædicatores quæſtuarios a prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantum charitativa ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam, ſi quam forte habent, exponere, liberam vobis, & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentium facultatem. Quod ſi forte, quod non credimus, aliqui cujuſcumque conditionis huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, ut non poſſit libere procedi in eodem, immo niſi requiſiti illud foverint, & juxta officium, & poſſe ſuum ſinguli juverint ſtudioſe, contra eos, tamquam contra Hæreticorum fautores, & defenſores, ſecundum Sanctiones Canonicas, freti eadem auctoritate intrepide procedatis. Nos enim nihilominus ad reprimendam tam ſuperbam, & per-

Nomina teſtium, ubi damnum iminet, non manifeſtentur.

Facultates Inquiſitoribus conceſſæ.

Præcipitur obſervantia Legum Friderici II. Imperatoris.

Indulgentia conceditur Inquiſitoribus, ejuſque Sociis, & Notariis.

Pœnæ contra impedientes Inquiſitionis officium.

(19) *Non obſtante aliquo contrario Statuto Canonis, vel Ordinis*. Vide notam (2) ad Bullam præcedentem.

(20) *Paduæ promulgatas adverſus hujuſmodi peſtem hæreticæ pravitatis*. Vide notam (3) ad Bullam præcedentem, & aliam ibi indicatam.

(21) *In Generali Concilio eſt conceſſa*; in Lateranenſi IV. nimirum, celebrato an. 1215. ſub Innocentio III.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

& pernicioſam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Eccleſiaſticæ poteſtatis acriter exeremus, & Reges, & Principes, & alios Chriſtifideles, ſive pro Terræ Sanctæ ſuccurſu, ſive alias pro Chriſti ſervitio Crucis charactere inſignitos, necnon & cæteros Catholicos, prout expedire viderimus, invocabimus contra eos, ut Cœlum, & Terra adverſus deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moveantur. Denique ut circa præmiſſa plene vobis, & ſingulis veſtrum coercitionis expedita, & inviolabilis adſit auctoritas, volumus, ut ea omnia viriliter exequamini, invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis quibuſcumque perſonis cujuſvis conditionis, dignitatis, vel gradus, Religionis, vel Ordinis, & præſertim Ciſtercienſium, Prædicatorum, Minorum, ſeu Eremitarum, ſive Communitatibus, vel Univerſitatibus Civitatum, & locorum ſpecialiter, vel generaliter, ſub quacumque verborum expreſſione, vel forma, a memorata Sede conceſſis, vel in poſterum concedendis, etiamſi dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes, privilegiorum, vel indulgentiarum ipſorum nequeat derogari, & illis maxime privilegiis, & indulgentiis, quibus ab ipſa Sede conceſſum eſt aliquibus, ſeu concedetur deinceps, quod excommunicari, vel ipſorum Terræ ſupponi non poſſint Eccleſiaſtico interdicto, aut quod prædictorum, vel aliorum quorumlibet Ordinum Fratres ad executionem negotii, aut ad citationes quorumlibet, ſive denunciationes ſententiarum excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti auctoritate litterarum Apoſtolicarum minime cogi poſſint, niſi de ipſorum Ordinibus, & privilegiis, vel indulgentiis eis ſuper hoc a dicta Sede conceſſis, eadem habeatur in eiſdem litteris mentio ſpecialis, cum ex hujuſmodi, vel aliis privilegiis, & indulgentiis nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obſtaculum interponi, & Conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali (22).

Privilegiis quorumcumque derogatur.

Datum Viterbii VIII. Idus Julii Pontificatus noſtri Anno Primo.

(22) De duabus dietis, & de Concilio Generali, de quibus hic agitur, vide notas (5) & (6) ad Bullam præcedentem.

III.

III.

Mandat, ut Abbatem Monaſterii S. Matthiæ in poſſeſſionem ejuſdem inducant; & Abbati Monaſterii S. Mariæ hujus adminiſtrationem reſtituant.
Ex Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Veter. Scriptor. tom. IV. num. 227.

An. Ch. 1262. die 3. Septem.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Abbati (1) S. Martini Glandarienſis (2) Metenſis Diœceſis (3) & Cantori (4) Eccleſiæ Treverenſis (5) ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium a Mundi corruptione.

QUam ſit Mundus poſitus in maligno, & abundet iniquitatum diluvium ſuper terram, manifeſte perpendit, qui prudenter advertit pernitioſos exceſſus temporibus iſtis per viros Eccleſiaſticos, qui altitudine loci, & debito Religionis alios ad bonum informare debuerant, in Civitate Treverenſi commiſſos. Dudum ſiquidem dilectis filiis Fratribus Wilhelmo (6) & Rorico (7) de Ordine Minorum (8) inquiſitionem contra Henricum (9) qui pro Treverenſi electo ſe gerit (10) per noſtras litteras (11) ſub certa forma ſuper diverſis commiſimus criminibus (12) faciendam; & cum iidem inquiſitores ipſum Henricum propter hoc ad ſuam præſentiam evocaſſent (13) idem Henricus, qui tamquam male ſibi conſcius, multipliciter inquiſitionem hujuſmodi viſus eſt hactenus, & adhuc nititur impedire, ad excogitatam malitiam ſe convertens contra S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres Trevirenſes, Monaſteriorum Abbates (14) conſanguineos alterius Inquiſitorum ipſorum (15) ut forte per hoc ejuſdem inquiſitionis impediret proceſſum, vel iidem Abbates, per quos ſuper hujuſmodi criminibus haberi poterat teſtimonium veritatis, ſe ſubtraherent a ferendo teſtimonia con-

Cauſa Henrici electi Trevirenſis duobus Minoritis demandata.

Henricus electus Trevirenſis Abbates S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres infeſtatur.

(1) *Dilectis filiis Abbati*; Joanni, ut in Geſtis præcitatis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 216., & 228.

(2) *Sancti Martini Glandarienſis*; Ordinis S. Benedicti, de quo Monaſterio vide infra notam (1) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*.

(3) *Metenſis Diœceſis*; gallice *Metz*, ſub Archiepiſcopo Trevirenſi.

(4) *Et Cantori*; cui pariter ex iiſdem Geſtis num. 227. nomen erat Joannes.

(5) *Eccleſiæ Treverenſis*; Auguſtæ Trevirorum, Urbis in Alemania celeberrimæ, de qua vide infra notam (2) ad Bullam Gregorii X., *Felicis recordationis*.

(6) *Wilhelmo*; qui in Bulla ejuſdem Urbani IV., *Per exigentiam*, legenda apud Sbaraleam tom. 2. pag. 456., dicitur de Waltmanshuſen, & Guardianus Fratrum Minorum de Wezele, ut in nota (5) ad Bullam ejuſdem Pontificis, *Inquiſitionem faciendam*.

(7) *Et Rorico*; de quo vide notam mox laudatam ad eamdem Bullam, *Inquiſitionem faciendam*.

(8) *De Ordine Minorum*. Nulla, quod ſciverim, apud Waddingum Wilhelmi, & Rorici mentio in Annalibus occurrit.

(9) *Contra Henricum*; de Feſtinga nuncupatum, ut in notis ad Bullas præcitatas, *Inquiſitionem faciendam*, &, *Felicis recordationis*.

(10) *Qui pro Treverenſi electo ſe gerit*; electus enim fuerat ab Alexandro IV. anno 1262. Kalendis Decembris, ut infra in nota (3) ad eamdem Bullam, *Inquiſitionem faciendam*.

(11) *Per noſtras litteras*; incipientes, *Venerabilibus Fratribus noſtris*, &, *Per exigentiam*, vulgatas a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani.

(12) *Super diverſis commiſimus criminibus*; quæ referuntur in litteris Clementis IV., *A via rectitudinis*, editis a Sbaralea tom. 3. pag. 132., & in illis Gregorii X., *Felicis recordationis*, inferius legendis in hoc Supplemento.

(13) *Ad ſuam præſentiam evocaſſent*; poſt receptas ſecundas litteras modo citatas, *Per exigentiam*, in quibus eis Pontifex diſtricte mandat, ut contra Henricum abſolute procedant, quod poſt acceptas primas litteras, *Venerabilibus Fratribus noſtris*, ob rationes videndas in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum facere detrectaverant.

(14) *Abbates*; ambo Ordinis S. Benedicti, & *Fratres Carnales*, ut habetur in iiſdem Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum n. 206.

(15) *Conſanguineos alterius Inquiſitorum ipſorum*; Fratris nempe Wilhelmi, aut Fratris Rorici Ordinis Minorum, ut ſupra.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1262.

contra ipſum, aut eos ad hoc inhabiles redderet, ad inquiſitionem contra ipſos auctoritate propria incæpit procedere (16) ſuper quibuſdam criminibus, ſuper quibus nulla contra eos infamia laborabat, & in ipſos, quamquam idem Henricus pro debitis, in quibus Romanæ tenetur Eccleſiæ (17) foret excommunicationis vinculo innodatus (18) propter quod alios ligare non poterat, vel contra eoſdem Abbates ad inquiſitionem procedere, vel juriſdictionem aliquam excercere, excommunicationis ſententiam promulgavit (19) in eluſionem mandati Apoſtolici, & ſcandalum plurimorum. Cumque id noſtro Apoſtolatui fide dignorum aſſertione veridica reſeratum eſſet, Nos vobis per noſtras litteras (20) dedimus in mandatis, ut hujuſmodi proceſſum, & ſententiam ipſius Henrici denuntiantes penitus non tenere (21) ipſum quod a ſimili eorumdem Abbatum (22) & quorumlibet aliorum Subditorum Eccleſiæ Treverenſis gravamine omnino deſiſteret, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, cogeretis. Injuncto nihilominus vobis, ut ſi dictus Henricus propter hoc in Abbatias Monaſteriorum ipſorum aliquos intruſiſſet, intruſos hujuſmodi amoveretis ſine difficultate qualibet ab eiſdem, ipſis Abbatibus ad Abbatias ipſas plenarie reſtitutis, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus eſſet, auxilio brachii ſæcularis. Licet autem proceſſum per dictum Henricum contra ipſos Abbates in hac parte habitum, juxta formam vobis traditam nuntiaviſſetis irritum, & inanem, ac ipſum Henricum earumdem litterarum auctoritate monueritis diligenter, ut a qualibet ſuper hoc ipſorum moleſtatione deſiſtere procuraret, & eum, ſi ſecus faceret, excommunicaveritis ſententia promulgata; ipſe tamen conceptam nequitiam in opus perducens, quadam die, cum ex more ad dictum Monaſterium S. Matthiæ devotionis cauſa Civium, & Populi Treverenſis confluerat multitudo, quoſdam Satanæ ſatellites cum hujuſmodi multitudine doloſe dicitur ſubmiſiſſe, qui orationis prætextu ipſum Monaſterium fraudolenter ingreſſi, tandem turres ipſius, in quibus campanæ pendebant, favente Cuſtode, proditorie aſcenderunt, ſicque munitionibus ejus captis, Abbate quoque dicti Monaſterii extra idem Monaſterium pro ipſius negotiis tunc agente, Monachos ibidem inventos exinde cum lapidibus auſu ſacrilego ejece-

Acta per Henricum contra eoſdem nulla declarantur.

Violentiæ illatæ ab Henrico Monachis, & Monaſterio S. Matthiæ recenſentur.

(16) *Contra ipſos auctoritate propria incæpit procedere*; & multa contra utrumque molitus eſt, itaut in Monaſterium S. Matthiæ intruſerit Abbatem Wilhelmum de Meyſenburch, Monachum S. Maximini; Monaſterii vero Sanctæ Mariæ ad Martyres adminiſtrationem commiſerit cuidam Ægidio Monacho ejuſdem Monaſterii S. Mariæ.

(17) *Romana tenetur Eccleſiæ*. Vide notam (10) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*.

(18) *Excommunicationis vinculo innodatus*. Anno ſuperiori per ſuas litteras incipientes, *Intellecto quod Henricus*, ſe mandaſſe inquit Urbanus IV. Henrico de Bolandia Archidiacono Trevirenſi, quatenus moneret Henricum electum, ut infra certum tempus Mercatoribus Senenſibus in Francia commorantibus ſolveret duo millia Marcarum ſterlingorum, ſecus contra ipſum excommunicationis ſententiam pronunciaret; addens inſuper, quod ſi prædictus Archidiaconus mandatum Apoſtolicum executus non eſſet, Frater Roricus, Raymundus Canonicus Trevirenſis, & Magiſter Albertus de Parma, quibus laudatæ litteræ, *Intellecto quod Henricus*, datæ ſunt, alio termino conſtituto, & admonitione præmiſſa, in eumdem Electum eamdem ſententiam proferrent.

(19) *Excommunicationis ſententiam promulgavit*; irritam tamen, & nullam, quia excommunicationis vinculo innodatus, ut hic quoque dicitur, alios ligare non poterat, & quidem ex cap. *Adverſus Conſules*, Concilii Lateranenſis IV., in quo ſic decernitur: „ Quoniam vero nec ſic quorumdam malitia contra Dei Eccleſiam conquievit; adiicimus, ut conſtitutiones, & ſententiæ, quæ ab excommunicatis hujuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ. „

(20) *Per noſtras litteras*; incipientes, *Inquiſitionem faciendam*, inferius vulgatas.

(21) *Denuntiantes penitus non tenere*; ex Decreto Concilii IV. Lateranenſis mox allato.

(22) *Eorumdem Abbatum*; S. Matthiæ nempe, & S. Mariæ ad Martyres, quorum primus vocabatur Theodoricus, uti dicetur in notis ad litteras de hac ipſa re agentes, & clarius apparebit ex alia ejuſdem Pontificis, quæ incipit, *Dilecti Filii Theodoricus*; ſecundo vero erat nomen Robertus, uti conſtat ex Geſtis toties laudatis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 228.

Digitized by Google

cerunt, illo, qui collectam in Choro dicebat, ex hujuſmodi jactu lapidis fere perempto. Ac protinus ſubſequens eos dictus Henricus & Wilhelmum Monaſterii S. Maximini Treverenſis, dicti Ordinis (23) infamem, diſcolum, & perverſum in ejuſdem Monaſterii S. Matthiæ Abbatem intrudens, & adminiſtrationem prædicti Monaſterii S. Mariæ ad Martyres Ægydio ipſius Monaſterii Monacho de facto committens, dictos Monachos in Conventu ipſius Monaſterii S. Matthiæ collectos exhortationibus, & minis laboraverit inducere, ut eumdem pro Abbate habentes, ei ut Abbati, & paſtori animarum ſuarum in ſpiritualibus, & temporalibus obedirent. Sed ipſi ſuper hoc obtemperare nolentes eidem, ſicut etiam nec debebant, ad Treverenſem Eccleſiam, ut in Capitulo Treverenſi ſuper his querelam deponerent, acceſſerunt, & tandem ad ipſum Monaſterium S. Matthiæ, cum eſſent ejus turres armatis munitæ, redire non irrationabiliter formidantes, diſperſi, & profugi coacti ſunt extra ipſum Monaſterium S. Matthiæ miſerabiliter exulare (24) ſicque dictum Monaſterium, quod in illis partibus, & in tota Germania velut religionis ſpeculum in ſpiritualibus, & temporalibus florere ſolebat, Abbatis regimine, ac debitis Monachorum obſequiis deſtitutum, jacet totaliter deſolatum, & Henrico, & Wilhelmo intruſo prædictis prodigalitate continua dilapidantibus bona ejus, Abbas ipſe una cum eiſdem Monachis cogitur contemptibiliter exulare (25).

Violentiæ prædictæ quam ſint deteſtabiles.

Sane quam ſit præſumptuoſus, & deteſtabilis exceſſus hujuſmodi inſtituta Canonica manifeſtant, quæ inter alia jubent, Præſulem, qui ſcienter in locum viventis ſe intrudi permiſerit, ei tradi, cujus locum noſcitur occupaſſe, ab ipſo in cuſtodia detinendum, vel tranſmittendum ad Sedem Apoſtolicam per eumdem (26). Quia igitur latum pandit delinquentibus ſinum, qui non condemnat errata, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum ſuper his de plano, & ſine judiciorum ſtrepitu, veritate comperta, dictos Abbates quoad omnia ad eum ſtatum reducere ſtudeatis, in quo erant quando prædictus Henricus cœpit inquirere contra eos, ipſum Abbatem Monaſterii S. Matthiæ, Priorem, & Monachos in poſſeſſionem ejuſdem, & omnium pertinentiarum ejus quantocius reducendo (27) ac reſtituendo Abbati prædicto ipſius Monaſterii S. Ma-

Mandat ut ſupra.

riæ

(23) *Dicti Ordinis*; Sancti Benedicti nimirum, cujus & alii duo, S. Matthiæ ſcilicet, & S. Mariæ ad Martyres, ut ſupra dictum eſt in nota (14) erant Profeſſores.

(24) *Coacti ſunt extra ipſum Monaſterium S. Matthiæ miſerabiliter exulare.* Vide de hac re Geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Vet. Scriptor. tom. IV., ubi hæc Hiſtoria fuſe deſcribitur, & violentiæ in hoc Diplomate recenſitæ, ac etiam aliæ diſtincte referuntur.

(25) *Abbas ipſe una cum eisdem Monachis cogitur contemptibiliter exulare.* Vide notam (8) ad Bullam Urbani IV. incipientem, *Inquiſitionem faciendam*, & notas (26) & (27) ad Bullam Gregorii X., *Felicis recordationis*, inferius pariter afferendam.

(26) *Vel tranſmittendum ad Sedem Apoſtolicam per eumdem.* Canon hujuſmodi, præcipiens, ut intruſus ei tradatur, cujus locum occupavit, nullibi, quod ſapiam, adinvenitur, nec uſquam prodiit. Quare dicendum venit, Urbanum IV. tali pœna dignum Wilhelmum exiſtimaſſe nedum ob intruſionis delictum, ſed etiam ob alia crimina ab eo perpetrata, & in hoc ipſo Diplomate recenſita, quod ſenſus ejuſdem planus, & obvius innuere videtur. Poſt narrata ſiquidem hujuſmodi delicta, ut patet legenti, immediate proſequitur: *Sane quam ſit præſumptuoſus, & deteſtabilis exceſſus hujuſmodi*; ubi ſub exceſſus nomine ſcelera univerſa vel a Wilhelmo, vel cauſa intruſionis ipſius ab aliis commiſſa perſtringit. Niſi dicere velimus, quod cum Henricus electus Trevirenſis excommunicationis ſententiam injuſte protuliſſet in Theodoricum legitimum Abbatem Monaſterii S. Matthiæ, ut Wilhelmum in ejus locum intruderet, Urbanum IV. hic mandaſſe, ut intruſus expulſus legitimo Abbati reſtituto præſentaretur, ac ſubinde puniretur juxta Concilium IV. Lateranenſe cap. *Sacro Approbante Concilio*, in quo ſic decernitur: *Cumque adverſus excommunicatorem de injuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe; alias nihilominus ſi culpæ qualitas poſtulaverit ſuperioris arbitrio puniendus.*

(27) *Quantocius reducendo.* Vide notam (11) ad Bullam Urbani IV., *Inquiſitionem faciendam*, ubi tempus indicabimus, quo Theodoricus Abbas S. Matthiæ, & Monachi ejuſdem Monaſterii exules, & expulſi ad illud redierint.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1262.

riæ prædictam adminiſtrationem hujuſmodi, & Ægydio, ac Wilhelmo intruſo, & occupatoribus prædictis ab ipſis prorſus amotis (28) faciatis dictis Abbatibus reſtitui univerſa, quæ Henricus, Ægydius, Wilhelmus intruſus, & occupatores prædicti, de bonis ipſorum Monaſteriorum quomodolibet habuerunt (29). Et quia ſine culpa non poſſemus circa hujuſmodi culpam intruſi prædicti relaxare vindictam, volumus, & ſub eiſdem virtute, ac pœna diſtricte vobis injungimus, quatenus ipſum intruſum in prædicto ſuo Monaſterio (30) arctæ Cuſtodiæ retrudatis, ac eum tunc demum cum per condignam pœnitentiam expiaverit tantum crimen, Conventus ejuſdem Monaſterii ſui conſortio reſtitutum faciatis in Choro, & in Capitulo ultimum perpetuo permanere (31). Et ſi ſuper hoc ejus Abbas, & Conventus nimium difficiles ſe redderent, ipſum Wilhelmum intruſum in alio Monaſterio ejuſdem Ordinis vicinarum partium, juxta præmiſſum modum, retrudere ſtudeatis, conſtituentes eum eſſe inelegibilem ad adminiſtrationes Ordinis cujuſcumque (32) ad hoc Univerſitatis Treverenſis, & Principum, Baronum, ac militum illarum partium auxilium invocando (33) non obſtante ap-

Pœnæ infligendæ Wilhelmo intruſo.

(28) De Wilhelmo intruſo ſic legitur in Geſtis prælaudatis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 129. *Humiliatus, & confuſus, & a ſuis omnibus derelictus, ſolus ad ſuum Monaſterium S. Maximini, nemine ipſum ducente, ignominioſe reverſus eſt*; & quidem occulte e Monaſterio S. Matthiæ aufugiens, ut habetur in iiſdem Geſtis.

(29) *De bonis ipſorum Monaſteriorum quomodolibet habuerunt*. Ab Executoribus præfatis, Abbate ſcilicet Glandarienſi, & Cantore Trevirenſi damnatus fuit Wilhelmus ad reſtitutionem ablatorum, quorum ſumma erat *quinque millia Marcarum denariorum Colonienſium*, uti conſtat ex Geſtis præcitatis n. 228.; ubi num. 230. alia extat ejuſdem Urbani IV. Epiſtola, ſoli data Abbati S. Martini Glandarienſis ſub XII. Kalendas Novembris Pontificatus anno 3., incipiens, *Res nimis horrida*, qua contractus omnes, & venditiones, factas a Wilhelmo ſuæ intruſionis tempore, nullas omnino, ac nullius roboris Pontifex declarat. Et quidem juxta Eccleſiæ Canones, quia ex Gonzalez in lib. 5. Decretal. tit. *de Schiſmaticis*, cap. 1. primum in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. cap. *Quod a Predeceſſore noſtro*, deinde a Gregorio IX. ſic definitum fuit: *Alienationes quoque, ſive invaſiones, quæ per eosdem Schiſmaticos* (quales ſunt etiam intruſi, ut audiemus ex Fagnano) *ſive quæ per laicos factæ ſunt de rebus Eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesiam sine omni onere ejus revertantur*. Hinc etiam Hoſtienſis in Summa lib. v. *De Schiſmaticis* num. 4. inquit: *Alienationes rerum Ecclesiaſticarum ab eis factæ irritæ ſunt, & ad eas sine omni onere reverti præcipiuntur* 12. quæſt. 1. *Alienationes*, & cap. *Si quid de rebus*.

(30) *In prædicto ſuo Monaſterio*; ideſt S. Maximini Trevirenſis, ex quo ab Henrico eductus fuerat, ut in Abbatem Monaſterii Sanctæ Matthiæ intruderetur.

(31) *Faciatis in Choro, & Capitulo ultimum perpetuo permanere*. Ita decrevit in ſequenti caſu etiam Urbanus II., ejuſque decretum innovavit poſtmodum Innocentius III. capit. *Intelleximus*, ubi ait: *In Canone cautum eſt, ne quis Canonicus Regularis, niſi (quod abſit) publice lapſus fuerit, ad ordinem canonicum revertatur, ultimus in Choro manendo*. Ad quæ verba ſic adnotat Gonzalez in lib. 1. Decretal. tit. XIV. cap. 12. *Eſt enim genus pœnæ in ultimo loco ſemper ſedere, & manere* cap. *Presbyter* 82. quæſt., cap. *Mandamus* 19. quæſt. 3., cap. *Magnopere ne Clerici, vel Monachi*; *unde Urbanus II.*, proſequitur Gonzalez, *in pœnam deſertionis vitæ regularis, & tranſitus ad vitam Monaſticam jubet, ut Canonicus ultimo loco in Choro ſedeat*. In Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 129. habemus, Wilhelmum intruſum, & ad Monaſterium ſuum S. Maximini ignominioſe reverſum, poſtea excommunicatum ab Executoribus Theodorici Abbatis pro manifeſta offenſa, non ſolum in ſuo Monaſterio S. Maximini, ſed in omnibus Parochialibus Eccleſiis Civitatis, & Diœceſis Trevirenſis denuntiatum fuiſſe. Et hoc quoque juxta Canones, quia cap. *Ex frequentibus* 3. de Inſtit. intruſi ſententia excommunicationis effici poſſunt.

(32) *Conſtituentes eum eſſe inelegibilem ad adminiſtrationes ordinis cujuſcumque*; ex cap. *Quiſquis* 43. de Election.; quamquam Felinus in cap. *Poſtulaſti* circa finem de Reſcript. cum Petro Ancharano in Clementin. *Si Romanus* num. 3. h. t., aliiſque, ſuſtineat, intruſum tunc eſſe in pœnam ſuæ temeritatis inelegibilem, ac ſuſpenſione, & excommunicatione innodari, cum intruſus fuit, vel conſenſit electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis laicalis; aut inelegibilem reddi, cum ob contumaciam in dimittendis beneficio, vel dignitate per intruſionem occupatis excommunicationis ſubiit ſententiam.

(33) *Auxilium invocando*. Idem Urbanus IV. anno ſequenti ſub V. Idus Septembris litteras dedit omnibus fidelibus Eccleſiæ Trevirenſis, *Scabinis, & Univerſitati* ejuſdem Eccleſiæ, incipientes, *Quoniam timorem Domini*, vulgatas in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 31., quibus in litteris mandat, ut Abbati Glandarienſi, & Cantori Trevirenſi op-

Digitized by Google

Cenſura in Henricum contumacem ferenda.

appellatione, quam Henricus, & Wilhelmus intruſus prædicti, a vobis dicuntur ad dictam Sedem Apoſtolicam emiſiſſe, cum tales audiri non ſoleant, nec debeant (34) appellantes contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et quia dictus Henricus ſententiam excommunicationis per Nos in eum, ut dicitur, promulgatam (35) quam incidiſſe dicitur, damnabiliter, ut intelleximus, vilipendit, volumus, & mandamus, ut ſi eum ſententiam ipſam incurriſſe conſtiterit, & ipſam per tres menſes ſuſtinuerit animo indurato, ipſum ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, candelis accenſis per omnes Civitates, & loca, in quibus videritis expedire, uſque ad ſatisfactionem condignam excommunicatum publice nuntietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari (36) aggravantes hujuſmodi ſententiam contra eum, prout ejus proterviam videritis promereri, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum apud Urbem Veterem III. Nonas Septembris Pontificatus noſtri Anno Secundo (37).

opportunum, ac debitum auxilium largiri curent; & quidem ut hi mandatum Pontificium contra Henricum electum, & Wilhelmum intruſum exequi poſſent. Sciebat enim Pontifex Henrici artes, quibus inquiſitionem de ſe faciendam vel impedire, vel perturbare procurabat, itaut hac de cauſa variis perſonis eam committere debuerit, ut patet ex ejuſdem litteris de hac ipſa re datis primo Epiſcopis Wormacienſi, & Spirenſi, necnon Abbati Præmoſtratenſi, ac ſubinde iterato Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum, tertio Abbati Glandarienſi, & Cantori Trevirenſi, ac tandem Abbatibus de Villario, & de Gorzia.

(34) *Cum tales audiri non ſoleant, nec debeant*; utpote indigni, & raptores, de quibus Gregorius VII. in Synodo Generali præſidens cap. *Si Quis deinceps* 16. quæſt. 7. ſic definiit: *Si quis deinceps Epiſcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Epiſcopo, ſeu Abbati audientia concedatur*. Hæc enim licet proprie accipienda ſint de iis, qui laicæ poteſtatis ſuffragio dignitates obtinent Eccleſiaſticas, de intruſis omnibus accipi poſſunt, quia nemo vere intruſus pro Paſtore habetur, utpotequi non intret per oſtium in ovile, ſed aſcendat aliunde.

(35) *Per Nos in eum, ut dicitur, promulgatam*; vigore litterarum incipientium, *Inquiſitionem faciendam*, quin etiam commemoremus excommunicationem in ipſum latam vel ab Archidiacono Trevirenſi, vel a Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum ob pecuniam Eccleſiæ debitam, & ab ipſo non ſolutam, ut in Bulla, *Intellecto, quod Henricus*, de qua vide notam (18) deſuper appoſitam.

(36) *Excommunicatum publice nuntietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari*. Idem Pontifex anno ſequenti ſub Idibus Septembris litteras dedit Univerſis Suffraganeis Eccleſiæ Trevirenſis, impreſſas in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 229., incipientes, *Henricus gerens ſe pro electo*, in quibus ita eos alloquitur: „ Dictum Henricum tamquam ex„ communicatum arctius vitetis, & faciatis „ vos Epiſcopi, & Archidiaconi a veſtris Sub„ ditis evitari .... Poſt inhibitionem littera„ rum noſtrarum ſibi factam Wilhelmum de „ Meyſenburch Monachum Trevirenſem te„ meritate propria intrudendo, & adminiſtra„ tionem ejuſdem Monaſterii S.Mariæ cuidam „ illius Monaſterii Monacho illuſorie commit„ tendo, in excommunicationis ſententiam „ inciderat. „

(37) Hic advertit Martene: *Sic lego in meo MS.*; *Brovverus vero legit Tertio Kalendas*. Et hæc Brovveri lectio mihi recta videtur, quia cum Urbanus IV., ut opportune adnotavimus, Summus Pontifex renunciatus fuerit IV. Kalendas Septembris, ſive 29. Auguſti; ut præſens ejus Epiſtola data dici poſſit Pontificatus ejuſdem anno ſecundo, potius III. Kalendas Septembris cum Brovvero, quam III. Nonas ejuſdem menſis ſignanda videtur; niſi affirmare velimus, quod eſt veroſimilius, datam fuiſſe Pontificatus Urbani anno 3., quando nempe aliæ datæ erant de hoc eodem argumento ad Suffraganeos Eccleſiæ Trevirenſis, aliæque ad Univerſos fideles ejuſdem Eccleſiæ, quia tam die 30. Auguſti, quam die 3. Septembris anni 1262. currebat annus tertius Pontificatus ipſius Urbani.

Digitized by Google

IV.

Indulget Fratribus Conventus Sezaniæ, ut ad novum Domicilium tranſeuntes iiſdem gaudeant Apoſtolicis privilegiis, quibus in veteri gaudebant.
Ex Autographo exiſtente in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe.

An. Ch. 1263. die 31. Januar.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Minoribus de Sezania (1) *Trecenſis Diœceſis* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cauſa harum litterarum.

EX parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Navarræ (3) Campaniæ, & Briæ Comitis Palatini, fuit Nobis expoſitum, quod de illa parte Sezaniæ, ubi veſtra ſibi elegerat humilitas manſionem, ad aliam ejus loci partem, habitationi veſtræ magis congruam, ſtatuiſtis deliberatione provida vos transferre. Nos itaque devotis ejuſdem Regis precibus inclinati, ut iiſdem privilegiis, & indulgentiis Apoſtolicis, quibus hactenus in priori veſtro loco gaviſi eſtis, in poſteriori manentes gaudere, ac uti plene, atque libere valeatis, ſine juris præjudicio alicujus, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Indulget ut ſupra.

Clauſula conſueta.

Datum apud Urbem Veterem 11. Kal. Februarii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

V.

(1) *De Sezania*; ſive *Sezanii*, ut habet Waddingus, aut *Beſaniæ*, uti legitur in Jordanis Polychronico, gallice *Sezanne*. In eodem Polychronico hoc Cœnobium notatur ultimum Cuſtodiæ Campaniæ Provinciæ Franciæ, cujus, inquit ex Gonzaga waddingi Additor ad annum 1260. num. LXI., ignoratur origo, quamvis affirmet a Sancto Michaele appellatum fuiſſe, & bellis, incendiiſque fuiſſe conſumptum. *Anno Domini*, ita ipſe, 1568. *graſſante per univerſam Eccleſiam Gallicanam furore Hæreticorum, Cœnobium hoc redactum eſt in cineres, relictis tantum Templi fundamentis. Denuo renovatum eſt induſtria docti viri Ludovici Principii, Doctoris Theologi, tunc Campaniæ Cuſtodis.* Quamvis autem ignoremus originem vetuſtioris Conventus, a quo Fratres noſtri ſe tranſtulerunt ad novum, hujus tamen initium certiſſime tenemus ex hoc Urbani IV. Diplomate, quod præfatus Waddingi Additor ſe inſpexiſſe refert, & Sbaralea inter Epiſtolas hujus Pontificis a ſe deſideratas ſub numero XXI. in Bullario Franciſcano tom. 2. pag. 573. recenſet.

(2) *Trecenſis Diœceſis*; ab Urbe Tricaſſe, quæ in Polychronico Jordanis *Trecas*, gallice *Troyes* nuncupatur, in Cuſtodia Campaniæ, cujus a nonnullis Caput aſſeritur.

(3) *Regis Navarræ*; Theobaldi, Iſabellæ filiæ Sancti Ludovici IX. Galliarum Regis Mariti, de quo plura habet Raynaldus ad annos 1257. num. LVII., & 1259. num. XV. Hoc ultimo in loco refert elogium inſigne ab Alexandro IV. Summo Pontifice ipſi Theobaldo redditum, ac tandem poſt alia multa de eodem variis in locis recenſita, ad annum 1270. num. XXIV. ſcribit, Theobaldum naturæ debitum ſolviſſe, morte interveniente, in Portu Drepani, italice *Trapani*, in Regno Siciliæ, ad quem appulerat cum adverſæ valetudinis cauſa diſceſſiſſet Tuneto, vulgo *Tuneſi*, in Barbaria, quo ſe pro Terræ Sanctæ recuperatione contulerat. Dividitur Navarra in Superiorem, & Inferiorem, habuitque ſic unita proprios Reges usque ad ann. 1512., quo Ferdinandus III. Rex Catholicus Joannem Albret Regem ejus expoliavit ea parte, quæ eſt citra Pirenæos, alia, quæ eſt ultra eoſdem Montes, eidem relicta, quam poſtea Ludovicus XIII. Galliarum Rex, tamquam Joannæ Albret Reginæ Navarræ Nepos ampliſſimæ ditioni ſuæ adjunxit anno 1620., unde Navarra Superior pertinet ad Hiſpanos, ad Gallos vero Inferior.

Digitized by Google

V.

Proceſſus, & ſententias latas per Henricum electum Archiepiſcopum Trevirenſem contra Abbatem Sancti Matthiæ mandat Pontifex non valere. Ex Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 215. apud Martene Veter. Scriptor. tom. IV.

URBANUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An. Ch. 1263. die 23. Maii.

Dilectis filiis Abbati S. Martini Glandarienſis Metenſis Diœceſis (1) *& Cantori Trevirenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Facti narratio, & cauſa harum litterarum.

INquiſitionem faciendam contra Henricum (2) qui ſe gerit pro electo Treverenſi (3) ſuper diverſis criminibus (4) Fratribus Wilhelmo, & Rorico de Ordine Minorum (5) per noſtras litteras (6) ſub certa forma duximus committendam. Verum idem Henricus, qui multipliciter inquiſitionem hujuſmodi nititur impedire, ad excogitatam malitiam ſe convertens, poſtquam dicti executores ipſum propter hoc ad ſuam præſentiam evo-

(1) *Abbati S. Martini Glandarienſis Metenſis Diœceſis*. De hoc Monaſterio vide Mabillonium in Annalibus Benedictinis ad annum 875. num. LXVIII., ubi ait quod vulgo *Longevillæ*, ac Sancti Martini, *necnon & Beati Udonis Confeſſoris* nuncupatur.

(2) *Contra Henricum*; de Feſtinga appellatum, de quo in hoc Supplemento pluries occurrit mentio.

(3) *Qui ſe gerit pro electo Treverenſi*. Anno 1259., mortuo Arnoldo Trevirenſi Archiepiſcopo, *in Vigilia S. Nicolai in diſcordia*, ut habetur in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Vet. Scriptor. tom. IV. *fuerunt electi Archiepiſcopi Trevirenſes, Arnoldus Major de Sleida, & Henricus dictus Bolandia, Archidiaconi prædictæ Eccleſiæ*, qui per biennium contenderunt de Archiepiſcopatu, quem poſtea Alexander IV. contulit Henrico de Feſtinga, ab eodem Treviros miſſo anno 1262. Kal. Decembris.

(4) *Super diverſis criminibus*; quæ referuntur in Bulla Gregorii X. jam laudata, *Felicis recordationis Urbanus*, legenda in hoc Supplemento, & in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene prælaudatum, necnon in litteris Clementis IV. *A via rectitudinis*.

(5) *Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum*. Ambo genere nobiliſſimi, ut ait idem Urbanus IV. in Epiſtola ipſis data, *Per exigentiam*, edita a Sbaralea tom. 2. pag. 456., ubi Pontifex eoſdem alloquens hæc habet; *Non dubitantes illud*, negotium ſcilicet Henrici de Feſtinga, *in veſtris manibus debere proficere, quod apud dictas perſonas deficere miſerabiliter videbamus, conſtantia, quam veſtri natales conſpicui, Sacra Religio, & zelus divini Nominis pollicebantur, Apoſtolicæ Sedis de vobis ſuper hoc firmam certitudinem, inducente*. Wilhelmus in his litteris, & in aliis dicitur de Waltmanshuſen, & Guardianus Fratrum Minorum de Wezele Trevirenſis Diœceſis; Roricus vero, qui in præcitatis litteris, *Per exigentiam*, mendoſe dicitur Robertus, appellatur de Warnesberch de Ordine Fratrum Minorum in Conventu Treverenſi, ut etiam in aliis litteris ejuſdem Pontificis.

(6) *Per noſtras litteras*; incipientes *Venerabilibus Fratribus noſtris*, editas ſub VIII. Idus Aprilis; & alias mox citatas, *Per exigentiam*, ſub II. Idus Decembris. Cum namque inquiſitionem de Henrico faciendam Urbanus IV. primum commiſiſſet Epiſcopis Wormacienſi, & Spirenſi, ac Abbati Monaſterii de Rodinſtirchen Ordinis Præmoſtratenſis, atque hi negotium injunctum minus ſtudioſe proſequerentur, ut ait idem Urbanus IV. in ultima ex præcitatis litteris, illud Fratribus Wilhelmo, & Rorico per ſuum Diploma, *Venerabilibus Fratribus noſtris*, demandavit. At cum & ipſi remiſſe in eo ſe gererent, ab aliis Fratribus noſtri Ordinis præpediti, qui & duos Fratres Romam miſerunt, *ut peterent, ipſam inquiſitionem vel differri, vel ſaltem aliis committi*, ut habetur in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 200. apud Martene Vet. Scriptor. tom. IV., Pontifex id egre ferens, Fratres ad ſe deſtinatos, & S. Bonaventuram Generalem Miniſtrum, acriter de hac re increpavit, ut legitur in Geſtis eiſdem; ac tandem litteras dedit Guardianis, & Cuſtodi Ordinis Minorum Provinciæ Trevirenſis, *Implacida de actibus*, redditas a Sbaralea tom. 2. pag. 460., necnon ipſis Fratribus Wilhelmo, & Rorico deſuper laudatas, *Per exigentiam*, in quibus diſtricte eis mandat, ut contra Henricum abſolute procedant.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1263.

evocarant (7) circa feſtum Reſurrectionis Dominicæ proxime præteritum, prout accepimus, contra S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres Monaſteriorum Trevirenſium Abbates (8) conſanguineos alterius inquiſitorum ipſorum, ut forte per hæc impediret proceſſum inquiſitionis hujuſmodi, vel iidem Abbates, per quos ſuper hujuſmodi criminibus veritas ſciri poterat, ſe ſubtraherent a ferendo teſtimonio contra ipſum, aut ipſos ad hoc inhabiles redderet, ad inquiſitionem auctoritate propria incepit procedere (9) ſuper quibuſdam criminibus, ſuper quibus contra eos infamia nulla laborabat, & in ipſos, quamquam pro debitis, in quibus Romanæ tenetur Eccleſiæ (10) foret excommunicationis vinculo innodatus, propter quod alios ligare non poterat, vel ad inquiſitionem procedere contra eos, ſeu juriſdictionem aliquam exercere, occaſione hujuſmodi excommunicationis ſententiam dicitur promulgaſſe, in eluſionem mandati Apoſtolici, & ſcandalum plurimorum. Nolentes itaque, ut inquiſitio facienda adverſus dictum Henricum, cujus ex his creſcit infamia, & augmentatur ſuſpicio contra eum, occaſione hujuſmodi retardetur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi proceſſum, & ſententiam ipſius Henrici denuntiantes penitus non tenere, ipſum, quod a ſimili eorumdem Abbatum, & quorumlibet aliorum ſubditorum Eccleſiæ Treverenſis gravamine omnino deſiſtat, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remo-

Mandatur ſupra.

(7) *Poſtquam dicti executores ipſum propter hoc ad ſuam præſentiam evocarant*. Secundis litteris acceptis, prædicti Fratres Wilhelmus, & Roricus contra ipſum Henricum intrepide, ut habent eadem Geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum, agere cæperunt; unde Pontifex alias eiſdem dedit litteras, *Sollicitudinem, & devotionem*, relatas a Sbaralea tom. 2. pag. 460,, in quibus de aſſumpta inquiſitione eos commendat, hortaturque, ut ad exitum rem producant.

(8) *S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres Monaſteriorum Trevirensium Abbates*. Ambo Ordinis Sancti Benedicti, & Germani Fratres, ut habetur in Geſtis laudatis num.206., necnon conſanguinei alterius inquiſitorum, Wilhelmi ſcilicet, aut Rorici Ordinis Minorum, ut ex hoc ipſo Diplomate, & ex aliis ejuſdem Pontificis liquet. Abbas Monaſterii S. Matthiæ, nomine Theodoricus, quia tamquam inquiſitionum auctor immerito ab Henrico habebatur, diram ab ipſo paſſus eſt perſecutionem, itaut e ſuo Monaſterio aufugere debuerit, & apud Fridericum Lotharingiæ Ducem ſe recipere, apud quem in Caſtro dicto Sirkis diu permanſit, dum ipſe Henricus interim *veniens ad Monaſterium Sancti Matthiæ, ducens ſecum Wilhelmum de Meyſemburch Monachum S. Maximini, necnon Abbatem, totumque pene Conventum ejusdem Monaſterii S. Maximini, Wilhelmum ipſum in Choro in Sede Abbatis locans, poſtmodum etiam ipſum in Capitulo in Sede Abbatis collocavit.* Ita in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum numer. 118., ubi num. 119. additur, quod Monachi ejuſdem Monaſterii, quia Wilhelmo intruſo obedientiam denegarunt, *omnes cum pueris coacti ſunt miſerabiliter, & contemptibiliter exulare*, donec & ipſe Abbas Theodoricus cum ſuis Monachis ad idem Monaſterium reverſus, carceribus mancipatus fuit, ut videbimus infra ad Bullam Gregorii X., *Felicis recordationis Urbanus*.

(9) *Ad inquiſitionem auctoritate propria incæpit procedere*. Contra Abbatem S. Matthiæ, quia ipſum, ut modo dictum eſt, tamquam auctorem habebat inquiſitionum, quæ contra ipſum de mandato Pontificis agebantur; contra Abbatem vero S. Mariæ ad Martyres, quia erat illius frater, & ambo conſanguinei alterius Minoritarum, quibus inquiſitio fuerat demandata.

(10) *Quamquam pro debitis, in quibus Romanæ tenetur Ecclesiæ*. Idem Urbanus IV. anno præcedenti ſub die 18. Martii per ſuas litteras, *Intellecto, quod Henricus*, mandaverat eidem F. Rorico, necnon Boemundo Canonico Trevirenſi, & Magiſtro Alberto de Parma, ut exigerent ab Henrico duo millia Marcarum Sterlingorum, quæ erant taxa a quolibet ad Trevirenſem Eccleſiam promoto Fiſco Apoſtolico ſolvenda; nam juxta veteres Eccleſiarum taxas Trevirenſis notata legitur pro x. M. Florenis; Marca enim Sterlingorum id temporis quinque Florenis pendebatur, ut advertit etiam clariſſimus Garampi in notis ad diſſertationem VII. pro Vita B. Claræ Ariminenſis illuſtranda. Hanc ſummam promiſerat Henricus ſe ſoluturum *Petro Benencaſa, ac Dino Perini Mercatoribus Florentinis*, ut habetur in præcitatis litteris, *Intellecto, quod Henricus*, tempore Alexandri IV., a quo, ut dictum eſt in nota (3) electus fuerat Archiepiſcopus. At eam ante hunc annum non ſolviſſe patet ex hoc Diplomate, in quo dicitur excommunicationis vinculo innodatus *pro debitis, in quibus Romanæ tenetur Eccleſiæ*; quia revera in laudata Bulla, *Intellecto, quod Henricus*, ait Urbanus IV., ſe mandaſſe Henrico de Bolandia Archidiacono Trevirenſi, ut moneret ipſum Electum, quatenus præfatam Marcarum quantitatem ſolvere procuraret, alioquin excommunicationis ſententiam in ipſum proferret.

Digitized by Google

mota, cogatis. Cæterum ſi dictus Henricus aliquos propter hoc intruſit in Abbatias Monaſteriorum ipſorum, de quo, ſi verum eſt, in illis partibus plene conſtat, intruſos hujuſmodi ab eiſdem Monaſteriis ſine dilatione qualibet amovere curetis, eiſdem Abbatibus ad Abbatias ipſas plenarie reſtitutis (11) contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante, ſi eidem Henrico, aut aliquibus aliis a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam mentionem non faciant, per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus ea exequatur.

Datum apud Urbem Veterem x. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno Secundo (12).

VI.

Litteræ Urbani IV., quibus VVilhelmus intruſus in Abbatiam S. Matthiæ fulciebatur, falſæ declarantur. Ex Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Vet. Scriptor. tom. IV.

URBANUS EPISCOPUS

An.Ch. 1264. Die 18. Junii.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis de Villario (1) *& de Gorzia Ciſtercienſi, & S. Benedicti Abbatibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Facti narratio.

Dilecti filii Theodoricus Abbas, & Conventus Monaſterii S. Matthiæ Treverenſis (2) Ordinis S. Benedicti, tranſmiſſa Nobis petitione monſtrarunt, quod cum olim dilecti filii Fratres Wilhelmus, & Roricus de Ordine Minorum (3) quibus inquiſitionem faciendam ſuper diverſis criminibus (4) contra Henricum (5) Treverenſem electum ſub certa forma com-

(11) *Eiſdem Abbatibus ad Abbatias ipſas plenarie reſtitutis*. Theodorico Abbate Monaſterii S. Matthiæ apud Lotharingiæ Ducem exulante, Henricum electum Trevirenſem ejuſdem Monaſterii Abbatem conſtituiſſe Wilhelmum de Meyſenburch, & Monachos omnes inde expuliſſe, aliis ſubſtitutis, adductis e Monaſterio S. Maximini, ex quo erat ipſe Wilhelmus, jam dictum eſt ſuperius in nota (8). Ex Geſtis vero toties indicatis Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene numero 234. ſcimus Monachos expulſos ad ſuum S. Matthiæ Monaſterium rediiſſe die 23. Novembris ejuſdem anni 1263., quo circa Pentecoſten ab eo fuerant ejecti; Abbatem vero Theodoricum *in Feſto B. Barbaræ*, die nempe 4. Decembris ejuſdem anni, dimiſſo Wilhelmo cum ſuis Monachis intruſis, dum ipſe Henricus electus *in Feſto Beati Nicolai hiemalis*, Romam venturus Treviris diſceſſit.

(12) Præter hanc, & jam laudatas Epiſtolas, alias de hac ipſa re dedit Urbanus IV. *de Villario, & de Gorzia Ciſtercienſi, & S. Benedicti Abbatibus*; necnon eiſdem *Abbati Sancti Martini Glandarienſis, & Cantori Eccleſiæ Treverensis*, legendas in Geſtis præcitatis Trevirenſium Archiepiſcoporum, in quibus fatetur, inquiſitionem contra Henricum ſe Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum commiſiſſe, ſicuti in præſenti declarat.

(1) *De Villario*; ſive Villarienſis Monaſterii, cujus Abbatis nomen erat Fridericus, ut in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum numer. 246.

(2) *Monaſterii S. Matthiæ Treverensis*; de quo vide notam (26) ad Bullam Gregorii X. *Felicis recordationis*, quæ ſuo loco exhibebitur in hoc Supplemento.

(3) *Wilhelmus, & Roricus de Ordine Minorum*; de quibus vide notas (5) & (6) ad Bullam, *Inquisitionem faciendam*.

(4) *Super diversis criminibus*; quæ referuntur in litteris Clementis IV., *A via rectitudinis*, editis a Sbaralea, & in litteris Gregorii X., *Felicis recordationis*, vulgatis in hoc Supplemento.

(5) *Contra Henricum*; de Feſtinga nuncupatum, de quo pluries in hoc noſtro Opere actum eſt, & agemus iterum.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1264.

Acta ab Henrico contra Abbatem S. Matthiæ.

miſeramus per litteras noſtras (6) eumdem Henricum propter hoc ad ſuam præſentiam evocaſſent (7) idem Henricus inquiſitionem ipſam niſus eſt multipliciter impedire, & contra eumdem Abbatem conſanguineum alterius Inquiſitorum (8) ipſorum, ut per hoc impediret proceſſum inquiſitionis hujuſmodi, vel idem Abbas, per quem ſuper hujuſmodi criminibus haberi poterat teſtimonium veritatis, ſe ſubtraheret a ferendo teſtimonio contra ipſum, aut eum ad hoc inhabilem redderet ad inquiſitionem, auctoritate propria incæpit procedere ſuper quibuſdam criminibus, ſuper quibus nulla idem Abbas infamia laborabat, & in eum, quamquam idem Henricus pro debitis, in quibus Romanæ Eccleſiæ tenebatur (9) foret excommunicationis vinculo innodatus (10) propter quod alios ligare non poterat (11) vel contra eumdem Abbatem ad inquiſitionem procedere, ſeu juriſdictionem aliquam exercere (12) excommunicationis ſententiam promulgavit in eluſionem mandati Apoſtolici, & ſcandalum plurimorum. Cum id ad noſtram audientiam perveniſſet, Nos dilectis filiis Abbati S. Martini Glandarienſis Metenſis Diœceſis, & Cantori Eccleſiæ Treverenſis noſtris dedimus litteris in mandatis (13) ut proceſſum hujuſmodi, & ſententiam ipſius Henrici denuntiantes penitus non tenere, ipſum, quod a ſimili ejuſdem Abbatis, & quorumlibet aliorum ſubditorum Eccleſiæ Treverenſis gravamine omnino deſiſteret, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, coarctarent. Et ſi dictus Henricus propter hoc in Abbatiam dicti Monaſterii aliquem intruſiſſet, intruſum hujuſmodi amoverent ſine difficultate qualibet, eodem dicto Theodorico Abbate ad Abbatiam ipſam plenarie reſtituto (14) contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Verum etiam cum hujuſmodi mandatum noſtrum ad ipſius Henrici notitiam perveniſſet, idem quadam die ſubmiſit quoſdam ſatellites Sathanæ, qui prætextu orationis Monaſterium ipſum ingreſſi fraudulenter, tandem turres, in quibus Campanæ pendebant, favente Cuſtode, proditorie aſcenderunt, ſicque munitionibus ejus captis, dicto quoque Abbate extra prædictum Monaſterium pro ipſius negotiis tunc agente, Monachos ibidem inventos exinde cum lapidibus auſu ſacrilego ejecerunt, ac protinus idem Henricus eoſdem ſatellites ſubſecutus, Wilhelmum Monachum Monaſterii S. Maximini Treverenſis ejuſdem Ordinis infamem, diſcolum, & perverſum, in Abbatem

Acta hujuſmodi nulla declarantur.

Violentiæ illatæ ab Henrico Monaſterio, & Monachis S. Matthiæ.

(6) *Per litteras noſtras*, incipientes, *Venerabilibus Fratribus noſtris*, &, *Per exigentiam*, quæ extant apud Sbaraleam tom. 2. Bullar. Franciſcani pag. 437. & 456.

(7) *Ad ſuam præſentiam evocaſſent*; poſt receptas ſecundas litteras, quia primas ab aliis præpediti executioni non emandarunt, ut in eiſdem ſecundis litteris, *Per exigentiam*, Pontifex apertiſſime ſcribit.

(8) *Conſanguineum alterius Inquiſitorum*; Fratris Wilhelmi ſcilicet, vel Fratris Rorici Ordinis Minorum, ut etiam alibi adnotavimus.

(9) *Pro debitis, in quibus Romanæ Eccleſiæ tenebatur*. Vide notam (10) ad Bullam *Inquiſitionem faciendam*.

(10) *Foret excommunicationis vinculo innodatus*; quam pronunciarunt in ipſum Fratres prædicti Wilhelmus, & Roricus, aut Henricus de Bolandia Archidiaconus Trevirenſis, uti conſtat ex Bulla ejuſdem Urbani IV., *Intellecto quod Henricus*, exhibita a Sbaralea tom. 2. Bullarii Franciſcani.

(11) *Propter quod alios ligare non poterat*; ut habetur in litteris Alexandri II. datis Guillelmo Marcioni, ubi ait: *Audivimus quod Henricus, Ravennas dictus Archiepiſcopus, niſus ſit te excommunicare, quod, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apoſtolica auctoritate te, tuoſque abſolventes, mandamus exinde non curare*. Idipſum definivit etiam Nicolaus I. in Epiſt. ad Michaelem Auguſtum 24. quæſt. 1. cap. *Ait Cæleſtinus*; & in alia ad Clerum Conſtantinopolitanum 24. quæſt. 1. cap. *Aperte inquit*.

(12) *Seu juriſdictionem aliquam exercere*; ex cap. *Adverſus Conſules* Concilii IV. Lateranenſis, quo ſic decernitur: *Adiicimus, ut conſtitutiones, & ſententiæ, quæ ab excommunicatis hujuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ*.

(13) *Noſtris dedimus litteris in mandatis*. Incipiunt hujuſmodi litteræ, *Inquiſitionem faciendam*, a nobis in hoc Supplemento deſuper vulgatæ, ibique legendæ.

(14) *Eodem dicto Theodorico Abbate ad Abbatiam ipſam plenarie reſtituto*. De hoc mandavit Urbanus IV. in aliis ſuis litteris, *Quam ſit Mundus*, pariter a nobis deſuper allatis.

Digitized by Google

tem dicti Monaſterii S. Matthiæ de facto intruſit. Propter quod idem Theodoricus Abbas una cum Monachis ejuſdem Monaſterii S. Matthiæ coactus fuit aliquandiu miſerabiliter exulare (15).

Sane hujuſmodi exceſſibus ad audientiam noſtram perlatis, Nos prædictis Abbati Glandarienſi, & Cantori per alias noſtras litteras (16) injunximus, ut, ſuper his veritate comperta, dictum Theodoricum Abbatem Sancti Matthiæ quoad omnia reducerent ad eum ſtatum, in quo erat quando dictus Henricus incæpit inquirere contra eum; ipſum, & Monachos ſupradictos in poſſeſſionem ejuſdem Monaſterii S. Matthiæ, ac omnium pertinentiarum ejus quantocius reducendo (17) prædicto intruſo amoto penitus ab eodem (18) & arctæ cuſtodiæ in dicto Monaſterio S. Maximini retrudendo, & quouſque expiaſſet per condignam pœnitentiam tantum crimen, Conventus ejuſdem Monaſterii ſui conſortio reſtitutus, ultimus in Choro, & Capitulo perpetuo permanſurus (19) conſtitueretur per eoſdem judices ineligibilis ad adminiſtrationes ordinis cujuſcumque; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Quarum litterarum auctoritate dictus Theodoricus Abbas ad Abbatiam ejuſdem Monaſterii S. Matthiæ fuit plenarie reſtitutus, & contra dictum Wilhelmum, juxta formam mandati Apoſtolici, ad dictas pœnas dicti judices ſententialiter proceſſerunt, quas ipſe damnabiliter vilipendens, & de prædicto Monaſterio S. Matthiæ per noctis adjutorium effugiens, libros ejuſdem, ornamenta, & res alias ſecum ad Caſtrum Falconis Petræ ſacrilegis manibus aſportavit, in quo aggreſſoris more viatoribus inſidians, Clericos, & Laicos indifferenter ſatagit deprædari. Porro idem VVilhelmus Monachus tacito de præmiſſis & falſo prætendens, ac mendaciter aſſerens quod Henricus idem ſuper homicidio (20) dilapidatione, incontinentia, & quibuſdam aliis criminibus contra eumdem Theodoricum inquirens, ipſum occaſione hujuſmodi criminum a regimine dicti Monaſterii S. Matthiæ, ſuadente juſtitia, duxerat amovendum, & ipſum W. (21) eidem Monaſterio canonice præfecerat in Abbatem; quodque Abbas Glandarienſis, & Cantor prædicti, ſeu Theobaldus de Turre Canonicus Treverenſis, ipſum Theodoricum * juſtitiam reſtituerant ad Abbatiam eamdem, & dictum VVilhelmum inde amoverant, in eum excommunicationis ſententia promulgata; propter quod idem Wilhelmus ad Sedem Apoſtolicam appellarat ſuper hoc ad Decanum Eccleſiæ S. Caſtoris in Confluentia Treverenſis Diœceſis, quaſdam ſub nomine noſtro confectas reportaſſe dicitur litteras inter alia continentes, ut vocatis qui vocandi eſſent, & auditis hinc inde propoſitis ſuper præmiſſis, quod canonicum foret, appellatione remota, ſtatuere procuraret, faciens quod decerneret per cenſuram Eccle-

Hujuſmodi violentiis occurritur per Abbatem Glandarien. & Cantorem Treviren.

Theodorico Abbate reſtituto, Wilhelmus aufugit, & alia perpetratur.

* *Secundum*.

Jactat Wilhelmus ſe per litteras Apoſtolicas reſtitutum eſſe ad Abbatiam.

(15) *Coactus fuit aliquandiu miſerabiliter exulare*. Vide de hac re notam (8) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*, & notas (26) & (27) ad Bullam Gregorii X., *Felicis recordationis*, in hoc Supplemento vulgatam.

(16) *Per alias noſtras litteras*; deſuper exſcriptas, incipientes, *Quam ſit Mundus*, in quibus tota hæc habetur facti narratio; & idcirco vide notas ad eaſdem litteras.

(17) *Quantocius reducendo*. Vide notam (11) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*, in qua dicitur quo tempore Abbas Theodoricus, & Monachi expulſi ad ſuum redierint S. Matthiæ Monaſterium.

(18) *Prædicto intruſo amoto penitus ab eodem*. In nota (28) ad Bullam, *Quam ſit Mundus*, dictum eſt quando, & quomodo Wilhelmus intruſus ad ſuum redierit S. Maximini Monaſterium, *effugiendo* ſcilicet, *& per noctis adjutorium*, ut infra in hoc ipſo Diplomate legitur.

(19) *Ultimus in Choro, & Capitulo perpetuo permanſurus*; ut etiam in Bulla præcitata, *Quam ſit Mundus*, unde vide notam (31) ad eamdem.

(20) *Super homicidio*; patrato a ſatellitibus, qui jactu lapidis e Turri Campanaria, Monachum, collectam in Choro Eccleſiæ Sancti Matthiæ legentem, percuſſerunt, ac fere interemerunt, ut habetur in eadem præcitata Bulla, *Quam ſit Mundus*, a nobis deſuper in hoc Supplemento vulgata.

(21) *Et ipſum W.*; Wilhelmum de Meyſenburch, Monachum S. Maximini Trevirenſis, ut in his litteris, aliiſque de hoc eodem argumento pertractantibus, ac in notis noſtris ad eaſdem in hoc Supplemento exaratis.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An. Ch. 1264.

Litteræ Apoſtolicæ a Wilhelmo jactatæ falſæ declarantur.

cleſiaſticam firmiter obſervari. Quarum litterarum prætextu dictus Decanus peremptorie citaſſe dicitur dictum Abbatem ad certam diem coram ſe, prout dictaret ratio, ſuper proceſſurum, cordibuſque ſimplicium ſugerit idem VVilhelmus, quod Nos eum ad Abbatiam reſtituimus ſupradictam, ſicque nonnulli fidem exhibentes hujuſmodi mendaciis, ipſi VVilhelmo propter hoc præſtant favórem non modicum, bona ipſius Monaſterii S. Matthiæ temere uſurpantes (22). Cum igitur non ſit veriſimile, quod Nos contra hujuſmodi litteras ad Abbatem Glandarienſem, & Cantorem prædictos directas a Nobis, quæ de noſtra certa conſcientia emanarunt, aliquas litteras eidem VVilhelmo, vel pro ipſo duxerimus concedendas, propter quod litteræ hujuſmodi obtentæ, ſicut dicitur, ad Decanum eumdem, creduntur ſubreptitiæ, & falſæ. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictas, & quaſcumque alias litteras ſimiles ab eodem VVilhelmo ſuper hujuſmodi negotio ſub noſtro nomine fabricatas, vobis facientes exhiberi, detentores ad exhibitionem earum, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, eaſdem Nobis traſmittere non tardetis, faciatis nihilominus eumdem Theodoricum Abbatem interim pacifica ipſius Monaſterii, & omnium pertinentiarum ejuſdem poſſeſſione gaudere (23) contradictores per cenſuram eamdem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Mandat Pontifex, ut hujuſmodi litteras a detentoribus accipiant, & ad ipſum tranſmittant.

Datum apud Urbem Veterem XIV. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

(22) Univerſa, quæ hic narrantur de appellatione ad Sedem Apoſtolicam a Wilhelmo conficta, deque falſis litteris ab eo impetratis, ac de aliis ab hiſce mendaciis conſequentibus, fuſe deſcribuntur in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum, in quibus, ut alibi quoque monuimus; tota hæc Hiſtoria cum ſuis adminiculis recenſetur apud Martene Veter. Scriptor. tom. IV.

(23) *Faciatis nihilominus eumdem Theodoricum Abbatem interim pacifica ipſius Monaſterii, & omnium pertinentiarum ejuſdem poſſeſſione gaudere*. Quid acciderit Theodorico Abbati poſt denuo adeptam Monaſterii S. Matthiæ poſſeſſionem, & poſt ſuum a Lotharingia regreſſum, dicetur infra in nota (27) ad Bullam Gregorii X., *Felicis recordationis*, quæ Henrici de Feſtinga Electi Trevirenſis cauſam, diu agitatam ſub Romanis Pontificibus Urbano IV., & Clemente IV., plene deſcribit, ac tandem abſolvit, lata contra ipſum Henricum ſententia, poſt diligens, & maturum ejuſdem cauſæ examen ab eodem Gregorio X. revocata.

VII.

VII.

Facultatem facit compellendi Fratres Minores, & Prædicatores ad perhibendum teſtimonium veritati in cauſa Epiſcopi Ruthenen. Ex Regeſt. Vatic. Pontif. epiſt. 272. tom. 3. ann. 3.

An. Ch. 1264. die 1. Julii.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri noſtro P. (1) *Biterren Epiſcopo* (2) *& dilectis filiis ..... Cantori Nivernen., & Magiſtro Henrico de Verziliano Antiſiodoren. Canonico ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem* (3).

Quæ egerit, narrat.

OLim inquiſitionis negotium contra venerabilem fratrem noſtrum .... (4) Ruthenen (5) Epiſcopum ſuper diverſis criminibus (6) vobis ſub certa forma per noſtras litteras (7) duximus committendum, compellendi perſonas religioſas cujuſcumque Ordinis, vel Religionis ad perhibendum teſtimonium veritati, non obſtantibus quibuſcumque indulgentia, vel privilegio ipſis, vel eorum Ordini conceſſis a Sede Apoſtolica ſub quacumque forma verborum, conceſſa vobis plena, & libera facultate. Verum quia creditur per Fratres Minorum, & Prædicatorum Ordinum hujuſmodi crimina poſſe probari, compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam juxta tenorem prædictarum litterarum Fratres prædictorum Minorum, & Prædicatorum Ordinum ad perhibendum in eodem negotio teſtimonium veritati; non obſtante indulgentia Sedis ejuſdem, qua ipſis, vel eorum Ordini dicitur eſſe conceſſum, ut ad perhibendum teſtimonium in cauſis, vel negotiis quibuſcumque compelli non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam

Facultatem concedit ut ſupra.

Derogatur privilegiis.

X x & ex-

(1) *Venerabili fratri noſtro P.*; Pontio de S. Juſto, qui ex nova Gallia Chriſtiana, ut advertit etiam Sbaralea ad Bullam LV. Clementis IV. nota (*d*) pag. 55. tom. 3. Bullarii Franciſcani, ab anno 1262. ad annum uſque 1293. ſuam Eccleſiam gubernavit.

(2) *Biterren. Epiſcopo*; Gallice *Beziers* in Occitania inferiori ſub Archiepiſcopo Narbonenſi.

(3) Has litteras refert Sbaralea in nota (*f*) ad Bullam mox laudatam Clementis IV., *De Venerabili Fratre noſtro*, pag. 55. At quoniam ibi extra ſuum locum, & ordinem recenſetur, non abs re exiſtimavi hic ſuo loco, & anno eam reſtituere, ne legentium oculos effugiat.

(4) *Contra Venerabilem fatrem noſtrum* ... Vivianum ex Ordine Minorum, electum a Capitulo, & ab Innocentio IV. confirmatum per ſuas litteras, *Cum ex injuncto nobis*, an. 1247. die 15. Martii datas Archiepiſcopo Bituricenſi, & relatas a Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 449., qui ibidem in nota (*f*) Viviani nomen ipſi fuiſſe advertit. Waddingus de eo verba facit ad ann. 1309. num. 1., ubi ait, Vivianum Sedem Epiſcopalem tenuiſſe *ab anno* 1247. *uſque ad annum* 1274. Additor vero ipſius Waddingi ad ann. 1247. num. VI. hæc habet: *Fuiſſe etiam hoc tempore alium hujus Inſtituti Epiſcopum in Gallia Eccleſiæ Ruthenen. ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, nomine Vivianum, ſcribit Claudius Roberti, & hoc anno, condito teſtamento, apud Franciſcanos ſepulturam elegiſſe.* Sbaralea loco mox laudato ulterius adnotat, hæc omnia conſtare *ex charta Eccleſiæ Vabrenſis anno 1249. ſcripta, aliiſque monumentis apud Claudium Roberti, & dictam Galliam Chriſtianam.*

(5) *Ruthenen.*: Gallice *Rovergue*, vel, *Rovergue*, Galliæ Provincia, cujus Urbs præcipua eſt *Segodunum*, gallice *Rodez*, Epiſcopali Cathedra, quam tenuit Vivianus, de quo agimus, decorata, ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ut modo dictum eſt.

(6) *Super diverſis criminibus*; quæ referuntur a Clemente IV. in ſuis litteris præcitatis, *De Venerabili Fratre noſtro*, videndis apud Sbaraleam tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 54., in quibus idem Clemens IV. poſt enumeratas perſonas, quæ de mandato prius Alexandri IV., ac deinde Urbani IV. de prædictis criminibus inquirere debuerunt, & proceſſum efformare, tandem, cauſa ad ſe delata, proceſſum ipſum reprobat, eumque *caſſum & irritum, exigente juſtitia*, denuntiat.

(7) *Per noſtras litteras*, quæ non habentur, ſicuti nec aliæ ejuſdem Urbani duobus Cappellanis miſſæ de hac re, nec illæ Alexandri IV. ad Archiepiſcopum Narbonenſem de eodem negotio directæ, omnes indicatæ a Clemente IV. in laudato Diplomate, *De Venerabili Fratre noſtro*.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1264.

& expreſſam non fecerint mentionem (8) ſive qualibet alia Sedis ipſius, per quam effectus litterarum noſtrarum impediri valeat, aut differri, vobis auctoritate præſentium concedimus poteſtatem.

Datum apud Urbem Veterem Kalendis Julii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

VIII.

Gratulatur Peruſinis, quod ad prædicationem Nuntii Apoſtolici ceſſaverint ab uſuris, & ab his deinceps promiſerint abſtinere. Ex Formulario Ebuli exiſtente in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe pag. 199.

An. Ch....

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Conſulibus, & Populo Peruſino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium a Dei bonitate, & clementia.

PLenus gratia, & veritate Unigenitus Dei Vivi, quem, diſponente Patris Æterni clementia, generis humani miſeranda conditio ad recuperationem ſuæ perditæ dignitatis legarum de Cœlis obtinuit, poteſtatis plenitudinem obtinens nunc, & in ſæcula, quia ſemper apud ſuos exiſtit per gratiam, licet ubique maneat per naturam, ut charum ſibi Populum, chare grandi prætio comparatum, de faucibus leonis eriperet rugientis, per ſe, ac illos, quos verbi Nuntios, & præcones conſtituit ſui Nominis glorioſi, viſitare ſuos ſalubriter non deſiſtit, geſtans illa ſecum de Cœlo remedia, per quæ conſervat contemplationi deditos, & mente in electorum numero confidentes; per quæ conſervat contemptores Sæculi, & obſervandæ pœnitentiæ deputatos; per quæ curat vitiorum labe conſperſos, & fauciatos Sathanæ jaculis tam evidentibus, quam occultis; per quæ meliorat bonitatis inſudantes operibus, & perfectionis obtinere bravium ſatagentes; ut quos ex quatuor conſtituit elementis, igne ſubtiles ad indaganda cœleſtia, leves aere ad virtutum inſignia facile conſequenda, aqua mobiles, ut ad fontem vitæ propere perveniant, terra ſtabiles, quod in dignitatis amore perpetui permanerent; nunc propulſi de Cœlo perfidia procurante, intentos obtentu terrenorum, vitiorum nexibus alligatos, & puteo mortis abſorptos, & obfirmatos in peccatis, illorum congerie coarctante, per prudentiam bonum a malo provide diſcernentes, per temperantiam reſiſtentem motibus importunis, per fortitudinem retundentem impetum adverſorum, & per juſtitiam bona communia cenſervantem, ad Patriam Patris Æterni perducat, ſubtilitatis, & agilitatis, immortalitatis, & ſplendoris præmia percepturos. Sane meritis Apoſtolorum Principis, cujus exiſtit Peruſina Civitas ſpecialis mitis, & humilis corde, Dominus Jeſus Chriſtus, qui ſalutem quærit, & diligit unda ſui Sanguinis redemptorum, volens, ut Univerſitatem veſtram, vitiis unanimiter derelictis, ad odorem virtutum cum lætitia feſtinaret, Virum virtutis, & gra-

Peruſina Civitas ſpeciali devotione Apoſtolorum Principi addicta.

(8) *Non fecerint mentionem*. Quod Fratres Minores per litteras Apoſtolicas conveniri nequeant, niſi hujus indulgentiæ, eorumque Ordinis mentione facta, decrevit omnium primus Gregorius IX. in ſua Conſtitutione, *Cum jam per ejus gratiam*, data ann. 1235. die 18. Julii, & confirmata per aliam ſimiliter incipientem ann. 1236. die 21. Februarii; ac ſubinde ſtatuit etiam Innocentius IV. die 21. Novembris, & die 17. Decembris ann. 1243., iterumque ann. 1244. die 22. Julii, ut videre eſt apud Sbaraleam tom. 1. Bullarii Franciſcani ad annos reſpectivos utriuſque Pontificis.

Digitized by Google

Frater Velaſcus ad Peruſinos miſſus laudatur. Peruſini F. Velaſcum reverenter ſuſcipiunt.

gratiæ, Virum vias vitæ tantummodo perquirentem, dilectum filium Fratrem V. (1) de Ordine Minorum, Pœnitentiarium noſtrum, continuæ pœnitentiæ applicatum operibus, ad vos miſit Spiritus Sancti gratia comitatum, ut ipſo vobis panem Angelorum laudabiliter confringente, fidei veſtræ puritas illius paſto ſalutifero aleretur, & ſic talibus refecta deliciis, a prohibitionibus omnibus, & præcipue uſurarum maculis munda fieret, ac immunis. Vos quidem, ut lætantes accepimus, prædictum Fratrem ſuſcipientes in ſpiritu reverentiæ filialis, Altiſſimi verba ex ore ſuo devotis mentibus, & avidis auribus audiviſtis, vitiorum contagia, & uſurarum opprobria, quibus olim Terra veſtra, Nobis dolentibus, nimis extitit infamata, ex animo taliter abdicantes, quod etiam ſuper tali materia Advocati, Tabelliones, & Judices ſcripturæ allegationis, & ſententiæ ſe negaturos officium obligarunt, & quod detentores, & receptores pignorum pro uſuris illa reſtituere non omittent.

Pontifex gaudio ſuperabundat pro Peruſinorum emendatione.

Super quo inexplicabili gaudio exultantes, eo quod Patres turbati filiorum defectibus de illorum profectibus in immenſum ſoleant gloriari, vos plenis gratiarum actionibus proſequendo, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, & in remiſſionem vobis peccatorum injungentes, quatenus memores, quod omnia ſicut umbra prætereunt, & nihil in divitiis retinetur, præter quod in theſauros cœleſtes manus deferunt egenorum, de habendis illicitis fallacibus Mundi divitiis amodo decipi contempnatis, vos non metipſos ſeducentes, chariſſimi, ſed diſcretionis, quam obtinetis a Deo, gratiam imitantes.

Pontificis ad eoſdem exhortatio.

Scitis enim, quod cum quis a vitiorum collo ſegregatur, divitiæ Mundo, caro vermibus, & Anima Deo, ſi ſuffragantur merita, vel Sathanæ committitur, ſi obſtant crimina, & peccata. Quis enim de numero Sapientum aliquo membrorum privari pro pecunia pateretur? Quis pro fœudo modico ad tempus momentaneum obtinendo hæreditatis perpetuæ valentiam inexplicabilem commutaret? Nullus ſi ſuffragium veritatis in medium libere producatur. Quis enim hominum, ſi rationis dominio non careat, pro denario Deum, pro Terra Cœlum, pro Inferis Paradiſum, pro morte vitam, & lucem pro tenebris abnegaret? Abſit, abſit a profeſſoribus fidei Chriſtianæ, quorum eſt vita Chriſtus, Cœlum patria, & hæreditas felicitas ſempiterna. Nonne vana ſunt vitæ labentis umbracula, quam laborum inſtantia comitatur, & tandem præcio morborum, diſpendio mortis amaræ diſcrimina ſubſequuntur. O Deus, quæ major dementia, quam perdere æternum pro caduco! Quæ cæcitas evidentior, quam quod dubium ad horam ſubſiſtit gloriæ præponere ſempiternæ? Res miranda, quod carnis damna fugimus, animæ pericula non vitemus, quod eam morituram colimus, victuram in perpetuum non amemus, quod ferventis balnei calorem metuimus, & tamen Inferni urentis incendia non timeamus. Quis iſte ſenſus, quæ diſcretio, quis hoc docuit, quis invenit? Reſpondebunt forſitan aliqui eruditorum: *Ex abundantia cordis os loquitur*, præſertim cum hæc, & ſimilia veritati proxima non exiſtant, unde laus: *Miſerationes Domini ſuper omnia ſunt*

Matth. 12. v. 34. & Luc. 6. v. 45. Pſalm. 144. v. 9.

(1) *Fratrem V.*; Velaſcum, natione Hiſpanum, ex Familia Roda, inter Ilerdenſes, vel Cæſarauguſtanas nobiliſſima, ut optime colligitur ex alia Bulla hujus Pontificis, quæ ſic inſcripta legitur apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 576: *Dilecti filii Eneti Petri de Roda Canonici Ilerden., Nepotis dilecti filii Fratris Velaſci, Cappellani, & Pœnitentiarii noſtri &c.* Hic variis functus legationibus ad omnes fere Europæ Principes, ad quos miſſus fuit primum ab Innocentio IV., deinde ab Alexandro IV., & Urbano IV., quorum omnium dicitur Pœnitentiarius, tandem de Eccleſia optime meritus, a Clemente IV. anno primo ſui Pontificatus Eccleſiæ Famauguſtanæ in Inſula Cypri Epiſcopus electus eſt, atque hinc ab eodem ad Egitanienſem in Luſitania translatus. In horum Pontificum epiſtolis, quæ habentur tom. 1. 2. & 3. Bullarii prælaudati, nedum Velaſcus, ſed etiam *Walaſcus*, aut *Wallaſcus*, & *Gualaſcus* quandoque appellatur. Sub Gualaſci nomine enunciatur in Bulla Urbani IV., *Olim in die Cœnæ*, & in alia ejuſdem Pontificis, quæ hanc immediate conſequitur, ut modo ex ejus lectione patebit.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An.Ch. 1264.

Pſalm. 67. v. 21. Pſalm. 73. v. 22. Ecci. 13. v. 19.

ſunt opera ipſius; miſerendi, non pereundi occaſionem quærit Dominus miſerator, maxime cum *Deus noſter Deus ſalvos faciendi* Prophetæ teſtimonio comprobetur. Quare ergo *ſuavis Dominus univerſis* manuum ſuarum opera condemnabit? *Exurge Domine, & judica cauſam iſtam*. Omne ſimile gaudere ſuo ſimili eſt evidens, & expreſſum. Tu igitur ſine peccato natus, nil commune cum ſæculi mollitiis habuiſti, cum ſis fidelis, & abſque iniquitate, cum ſis bonus, & conditor bonitatis. Superbos, cupidos, & avaros, & alios in pulvere dormientes, qualiter in ſortem dilectorum aſſumes, qui nihil, præter bonum, potes diligere, aut fovere? Nonne ſi homo peccator amat omne conſonum votis ſuis, tu juſte Deus diligis, quem tibi conſentaneum recognoſcis? Quid ergo de juſtis, Domine, quid de impiis ordinabis? Illos, qui ſequuntur tuorum ſemitam mandatorum, ſatiabis gloria in æternæ patria claritatis: Injuſtos, quia tui beneplaciti contemptores, ut in utriſque ſecundum ſua reddidiſſe opera cognoſcaris, conteri præcipies in area principis damnatorum, cujus habitatio eſt Infernus, gehenna pabulum, venena poculum, odoramenta pix, & ſulphur, auditorium ululatus, tactus, & viſio miſeria tenebrarum. Quæ ſunt iſtæ deliciæ? Quis habebit? Numquid, qui carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigunt? Non, ſed fornicatores, & adulteri, raptores, & uſurarii taciti, vel expreſſi. Exurgat igitur Populus Chriſtianus, dilectus Populus Peruſinus, exurgat, & properet ad Confeſſionis lavacrum, lepram criminum, & peccatorum maculas abolendas. Exurgat, & præfatum Fratrem, cenſu pauperem, ſenſu vero divitem, quem Nobis, & Univerſali Eccleſiæ pro ſalute fidelium multipliciter opportunum (2) vobis mittimus, veſtra ſupplicatione devicti, lætanter, & veneranter admittat, verbis, quæ in ore ſuo poſuimus, fidei plenitudinem præſtaturus. Ad hæc pro divina, & noſtra reverentia ejuſdem Fratris piis conſiliis, & ſalutaribus monitis ad obtinendam reſtitutionem damnabilium uſurarum, ſeu pignorum, ipſarum nomine detentorum; quinimo ſuper illarum crimine, ac vilitate de Terra veſtra totaliter expiandis, ſibi tale detis auxilium, & favorem, quod, ipſo tandem ad Nos cum exultationis manipulis redeunte, vobis ſit benedictionis æternæ perceptio, & Nos devotioni veſtræ de favore Apoſtolico conſtituamur merito liberales.

Galat. 5. v. 24.

Vehementiori exhortatione eoſdem excitat ad pœnitentiam.

Datum apud Urbem Veterem . . . . (3)

(2) *Multipliciter opportunum*. Reſpicit hic Pontifex Legationes a Fratre Velaſco pro Eccleſia functas; ad Auſtriæ, Bohemiæ, Hungariæ, Aragoniæ, Caſtellæ, & Luſitaniæ Reges, & Principes ſub Innocentio IV., ad Epiſcopum Wintonienſem in Anglia ſub Alexandro IV., & ad Manfredum Principem Tarentinum ſub ipſomet Urbano IV., in quibus omnibus egregiam navavit operam, & res Eccleſiæ optime juvit.

(3) *Apud Urbem Veterem*; & forſan anno ſecundo Pontificatus Urbani IV. has litteras datas fuiſſe ex eo opinati ſumus, quod idem Urbanus anno 1261. IV. Kalendas Septembris electus Viterbii, poſt menſes circiter undecim a Manfredi timore ſibi timens, ut ait Spondanus ad annum 1262. num. 1. Viterbio ſeceſſerit Urbem Veterem, ubi permanſit uſque ferme ad vitæ finem, qui ei ſupervenit Peruſii anno 1264. IV. Nonas Octobris. Datas vero fuiſſe poſt Bullam incipientem, *Olim in die Cænæ*, ab ipſo emanatam apud Urbem Veterem III. Idus Novembris Pontificatus ſui anno ſecundo, vulgatam a Sbaralea tom. 2. pag. 453. & poſt abſolutam a F. Velaſco ad Manfredum Legationem, coniicimus ex eo, quod hic Pontifex ipſum commendet tamquam ſibi, & Eccleſiæ opportunum.

Digitized by Google

IX.

Mandat Judicibus, & Tabellionibus Peruſinis, ne contractus efficiant ſuper uſuris, utque vitium hujuſmodi ab eorum Civitate penitus eliminari procurent. Ex Formulario Marini de Ebulo, quod aſſervatur in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem exiſtente in Archivo noſtri Conventus Sancti Iſidori de Urbe pag. 201.

URBANUS EPISCOPUS

An. Ch. . . . . .

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Advocatis, & Tabellionibus Peruſinis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

VIri virtutum, & ſcientiarum lumine refulgentes, quos divina potentia evidenti gratiarum munere conſtituit gratioſos, circa illa ſemper debent eſſe ſolliciti, & efficaces aſſidue reperiri, per quæ Altiſſimi gloria, honor ipſorum, & proximorum utilitas procuratur. Sane per verba doctrinæ cœleſtis, quæ dilectus filius Frater G. (1) de Ordine Fratrum Minorum, Pœnitentiarius noſter (2) ex parte noſtra tranſmiſſus in Civitatem veſtram, propoſuit humiliter, & devote, pridem veſtris, & auditorum mentibus cœleſti lumine illuſtratis, cum dilecti filii univerſus fere Populus Peruſinus, Salvatoris clementia inſpirante, ad ſanctæ Confeſſionis lavacrum properarent, & a peccatorum ſordibus per illam ſe redderent expiatos, dicti Fratris piis conſiliis, & monitis ſalutaribus intendendo, & offerendo ſatiſfactionem omnimodam de peccatis omnibus, & præcipue de uſuris, vos nihilominus, quod nulli ſuper illarum tractatibus ullo unquam tempore patrocinium præſtaretis, reddidiſtis per promiſſiones, & ſcripta publica obligatos (3). Verum quia proceſſum hujuſmodi tam utilem, tam ſalubrem eo libentius acceptamus, quo magis illum Majeſtati ſupernæ placitum credimus, & acceptum; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ſicut divinam, & noſtram gratiam charam habetis, ſuper damnabilium crimine uſurarum, quibus olim veſtra Civitas nimis extitit infamata, amore, gratia, vel timore nullo aliquid, quod ad veſtrum ſpectat officium, præſtare patrocinium præſumatis, quin potius curam detis, & operam, ut per eumdem Fratrem, in virtute Sancti Spiritus operantem, accedente verbo, auxilio, & favore, de Civitate prædicta labes tam peſtifera deleatur; ſicque fiat, quod vos per benedictionem ex alto uberius promerentes, Nos liberius favore Sedis Apoſtolicæ proſequamur; alioquin ſi contra mandatum no-

Mandat ut ſupra.

(1) *Frater G.*; Gualaſcus, qui, ut dictum eſt in nota (1) ad Bullam, *Plenus gratia*, idem eſt ac Frater Velaſcus, quandoque etiam Walaſcus, & Wallaſcus appellatus.

(2) *Pœnitentiarius noſter*; ut etiam in Bulla immediate præcedente, ac in litteris quoque Innocentii, & Alexandri IV., legendis apud Waddingum, & Sbaraleam.

(3) *Reddidiſtis per promiſſiones, & ſcripta publica obligatos*; quod habetur etiam in Diplomate ſuperiori.

Digitized by Google

URBANUS PP. IV. An. Ch. . . . . .

noſtrum, quod non credimus, aliquid temere duxeritis attentandum, vereri poteritis, quod Nos perpetuo privari veſtro officio faciemus.

Datum apud Urbem Veterem . . . . (4).

(4) Iiſdem loco, & tempore has litteras datas fuiſſe, quibus præcedentes datæ fuerunt, ex eo conſtat, quod idem ſit unius & alterius argumentum: quod vero ambæ datæ fuerint apud Urbem Veterem, & forſan anno 2. Pontificatus Urbani IV., vide adnotationem (3) ad Bullam ſuperiorem.

Diplo-

Diplomata Clementis IV., qui electus ſub initio anni 1265., licet ignorentur Menſis, & dies electionis, Pontifex fuit annos tres, & menſes novem, uſque ad annum ſcilicet 268., quo ultima Nomvebris die obiit Viterbii.

I.

Rogat Regem, ut Epiſcopum Zagabrien. ob natalium ignobilitatem admittere non repugnet. Ex Formulario Ebuli in Archivo Vaticano aſſervato, & ex ejus Compendio extante in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 242.

CLEMENS EPISCOPUS

An.Ch. 1266. die....

SERVUS SERVORUM DEI.

Chariſſimo in Chriſto illuſtri Regi Ungariæ (1) ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Omnes homines ratione originis & naturæ æquales.

REx omnium providus ordinator omnes homines lege propagandos communi ex ſimilibus naſci ſeminibus, eodem Cœlo contegi, ſimilique gaudere ſpiraculo voluit, nudos in mundum ingredi, nudos egredi pari ratione decrevit, non a ſervo diſtinguens liberum, non ab egeno divitem, non a Rege plebejum in omnibus ſupradictis, ſed in terra multiplicatis hominibus, & eorum nonnullis voluntatis indomitæ, motus agiles, & effrenes libertatis propriæ relinquentibus, aliis autem ſaniori conſilio rationis imperio ſuas ſubdentibus voluntates, iſtos illis merito præfici non ſola permiſit honeſtas, ſed neceſſitas etiam publica contulit anteferri, ut qui ſuis perfectius dominabantur annuis expugnatoribus Urbium, meliorem exercerent in alios Principatum, & repreſſis improborum exceſſibus, Societatis humanæ fœdera ſub jucundo tranquillitatis præſidio ſalvarentur. Non abnuimus, fili chariſſime, quin alicubi, Domino permittente, poteſtatis uſurpata præſumptio thronum aliquibus dederit principalem; ſed illa, quam præmiſimus, recta fuit occaſio, immo cauſa rectiſſima, quos natura pares produxerit ſublimitatis faſtigio, & ſubjectionis obſequio ſecernendi, quæ diverſitas ſtatuum nihil habet adverſum, ſi ſubjectus ſe mentis imparem, & Prælatus ſe natura confitetur, & agnoſcit æqualem. Sic igitur ſucceſſivis temporibus prærogata prælatio, ſplendore morum a Patribus acquiſita, Populorum aſſenſu, quam armorum conſuetudo firmavit, in poſteros derivata, Nobilitati laudabilem, & ab omnibus honorandam dedit originem, & eo prædotavit affectu, ut a nobilibus naſcerentur nobiles, & quod neſciverat uſus hominum, humano generi non mediocriter utilis, ſuperaddidit, quæ res divinæ gratiæ non præſcribit, quin parvis, & magnis, ſervis, & liberis pro ſuo libito voluntatis illabens, nunc illos erigat, vel deiiciat juxta ſui diſpoſitionem arbitrii; quod non fallitur, licet ejus arcana ratio nequeat ab ho-

Cauſa Principatus inter homines.

Principatum Deus permiſit.

(1) *Regi Ungariæ*; Belæ IV., Andreæ Senioris Ungariæ Regis filio, qui anno 1235.; ut dictum eſt in nota (1) ad Bullam Innocentii IV., *Si diligenter conſiderarent*, paterno ſceptro potitus, ipſum moderatus eſt ad annum uſque 1270., quo cum Sterone in ſuis Annalibus, & Siffrido Monacho Erpheſtordenſe in Epiſt. lib.2., illius ætatis Hiſtoricis, obiiſſe putat Spondanus ad eumdem annum 1270. nu.XI., contra Turoſium, Renzanum, & Bonfinium, Scriptores a Belæ ætate longe diſſitos, qui eum mortuum aſſerunt Menſe Majo anni 1275.

hominibus comprehendi (2). Sane cum Ven. Fratrem noſtrum T. (3) Zagabrien. (4) Epiſcopum, a fel. mem. Urbano Papa (5) Prædeceſſore noſtro promotum (6) & ab ipſo dum viveret, & a Nobis, qui licet immeriti ſucceſſiſſe dignoſcimur, tuæ benivolentiæ commendatum (7) adeo, prout ipſa ſe veritas exhibet, abhorrueris, ut nec precibus acquieſcens, nec conſiliis te coaptans, nec obtemperans monitis, nec mandatis obediens, eum duxeris admittendum (8) vel ab Apoſtolica Sede, vel ab eo nihilominus miſſum Fratrem Galterum (9) Cappellanum, & Pœnitentiarium noſtrum, Epiſcopatus ejuſdem permiſeris pacifica poſſeſſione gaudere, mirati fuimus, & miramur, & intendimur admiratione, dum attendimus ignorare te non debere, Regem Regum, & Dominum Dominantium, per quem cæteri Reges regnant; ſic Regibus Sæcularibus rerum Regnum ſæcularium conceſſiſſe, ut ad ſpiritualia dignoſcenda manus ſuas, cum eiſdem non competat, non extendant, ſed illius hæc relinquant judicio, qui vices in terris obtinet Domini Noſtri Jeſu Chriſti per ſe, aut alios in ſolicitudinis partem admiſſos, ſpiritualia ſpiritualibus comparans, ea ſpiritualiter adminiſtrat. Scimus equidem jam diverſis temporibus tuos ad Apoſtolicam Sedem Nuntios acceſſiſſe, & quod primi dixerunt, referebant ſequentes, quorum unus, immo noviſſimus (10) in noſtra nuper, & Fratrum noſtrorum præſentia a tua Magnitudine ſibi, ut aſſerebat, injuncta propoſuit, quæ niſi tuo propoſuiſſet nomine, cum ſua non intereſſet in aliquo, vel nullam, vel modicam ſuper iis audientiam habuiſſet; pro tua tamen reverentia patienter auditus, & ſicut Vir eloquens, & peritus, pulchre proponens turpia, & decenter inſerens indecentia, perſonam Epiſcopi multipliciter aſſerens contemptibilem, cum defectu conſilii, tum originis militaris, quinimmo ob conditionem ſervilem, tum

Deus Principibus Sæcularibus ſæcularia, ſpiritualia Eccleſiaſticis commiſit.

1. Corinth. cap. 2. v. 13.

Nuntii a Rege ad Pontificem miſſi.

(2) Quæ hactenus in hoc Diplomate allata ſunt, utriuſque Teſtamenti innituntur exemplis, ex quibus edocemur, Deum pro ſuæ voluntatis arbitrio etiam de gregibus ovium ad Populi Principatum, & Regni ſolium homines aſſumpſiſſe, ac viros Piſcatores Eccleſiæ ſuæ Magiſtros, & Rectores ordinaſſe; unde nil frequentius in utriuſque fœderis paginis occurrit, quam Deum non reſpicere perſonam hominum, nec eſſe perſonarum acceptorem; & S. Paulus Eccleſiæ Doctor in ſuis Epiſtolis ad Thimotheum prima, & ad Titum, Epiſcopi dotes, & prærogativas enumerans, inter has generis, aut ſanguinis juxta Sæculi æſtimationem certe non recenſet nobilitatem.

(3) *Ven. Fratrem noſtrum T.*; Timotheum, olim Archidiaconum de Zala, vulgo *Zalervar*, antiquitus vero *Sala*, in Ungaria, & Subdiaconum Veſprimienſem pariter in Ungaria inferiori, necnon Urbani IV. Cappellanum, virum probum, ac morum nobilitate præclarum, ut ait idem Urbanus in ſuo Diplomate, *Gratiæ divinæ*, vulgato a Sbaralea tom. 2. pag. 536.

(4) *Zagabrien.*; ab Urbe in inferioris Ungariæ parte, Sclavonia dicta, ſita, quæ & *Siſcia*, incolis *Zagrab*, Germanis vero *Agram* appellatur, in finibus Croatiæ, leucis 55. a Buda diſtans ſub Archiepiſcopo Colocenſi.

(5) *A felicis mem. Urbano Papa*; hujus nominis IV., immediato Clementis IV. Prædeceſſore.

(6) *Promotum*; anno 1263. ante diem Septembris 25., ut ex Epiſt. 26. Regeſti Vaticani Urbani IV. tom. 4., *In noſtra propoſuiſti*, & ex 36., *Qua de Sedis*, colligit Sbaralea loco citato in notis ad prælaudatam Bullam, *Gratiæ divinæ*.

(7) *Tuæ benivolentiæ commendatum*; ut patet ex litteris ipſius Clementis IV. *Rerum providus*, datis anno 1. ſui Pontificatus ſub XII. Kalendas Februarii eidem Ungariæ Regi, allatis a Raynaldo ad ann. 1266. num. XXXVIII. & XXXIX.

(8) *Nec mandatis obediens, eum duxeris admittendum*; prætextu ignobilitatis ipſius Epiſcopi, ut ex his litteris clare conſpicitur.

(9) *Vel ab Apoſtolica Sede, vel ab eo nihilominus miſſum Fratrem Galterum*; ſive Gualterium, Ordinis Minorum, ut in Bulla, *Inter alias ſollicitudines*, qua Urbanus IV. eumdem Fratrem, ſuum Pœnitentiarum, & Cappellanum, electum a Timotheo procuratorem Eccleſiæ Zagabrienſis uſque ad ſuum ad illam acceſſum, confirmat, illucque dirigit etiam titulo Nuntii Apoſtolici inſignitum, quem tamen Præpoſitus, & Capitulum recipere noluerunt, eodem Urbano IV. referente in ſuis litteris, *Gratiæ divinæ*, quas dedit Præpoſito, & Capitulo Zagabrien., ut Timotheum tamquam Epiſcopum, & Fratrem Gualterium tamquam ipſius Procuratorem admitterent, quorum neutrum obtinuiſſe ex hoc liquet Clementis IV. Diplomate.

(10) *Quorum unus, immo noviſſimus*; nempe Magiſter Demetrius Archidiaconus Borſien. hoc anno Romam a Bela miſſus una cum Fratre Paulo Ordinis Minorum, & ipſius Belæ Confeſſario, qui Clementi IV. regias detulit litteras, quarum exemplar hic inferius dabimus in nota (18).

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An. Ch. 1266.

tum ex cauſis quibuſdam aliis indignum tuo latere multiplici ratione concluſit. Sed & Magnatum Regni tui litteras Nobis reddidit, quas tamen legi publice non permiſimus, quia nec tuam, nec alterius poterant cauſam inſtruere ſine juris ſuffragio, ſolam injuriam continentes. Verum ſi retines, quæ præmiſimus (11) fruſtra certas de conditione perſonæ, cui ſuam Dominus poteſt infundere gratiam, & infundit cum ſibi placet, qui non eſt perſonarum acceptor, ſed nec ei poſſet originalis ſervitus, etiamſi de ipſa conſtaret, obiici, quam dignitas Epiſcopalis obſorbuit, & eliſit; nec injuriam lateri facit pauper a dextris aſſidens, vel ſiniſtris, ſi non aſſidentis originem, ſed Sacerdotis dignitatem attendas, ſi reminiſci volueris Summi Regis, qui commenſales, & Socios, operiſque ſui Vicarios, & quod eſt amplius, cohæredes in Regno voluit pauperes Piſcatores (12). Verum ſi tu ad tui culminis gloriam tuæ providentiæ direxeris aciem, quis quæſumus honor eſt excellentiæ tantæ Regem adverſus pauperem dimicare, ſtipulam ſiccam perſequi, & contra virum ſimplicem potentiam tuam oſtendere? Leones ſcimus contra vermiculos non armari, ad paſſeres Aquilas non volare, & Vir, atque Princeps magnificus inſtantia tanta ſudabis ad unius ejectionem Epiſcopi, cui quod obiicis, dato per omnia quod ſit verum, imputare non potes, qui cum ſeipſum non fecerit, ſed a Domino factus fuerit, nec parentes eligere nobiles ſibi potuerit, non peccavit, ſed illos habuit, quos Dominus ſibi dedit. Sed quia tamen obiicienda contra conſecratum Epiſcopum viderentur produci ab eo, qui poſſet obiicere, non eſſet ei poſſeſſio deneganda, ſi ea ſibi conceſſa primitus, exinde forſitan eſſet de meritis inquirendum quantum juſtitia pateretur. Cæterum ſi ſuper hoc negotio varie tibi ſcripſimus (13) non mireris. Spiritualem quidem Medicum nunc lenibus uti decet, nunc aſperis, & juxta parabolam Evangelicam (14) vinum, & oleum vel ſimul, vel alternis infundere vicibus ſauciati vulneribus, ut nec aſpera nimis exaſperent, nec lenia pluſquam oportet blandiantur. Si igitur, quod vix credimus, nec prædicti Fratris Galterii, nec Ven. Fratris Strigonien.

Rationes contra Epiſcopum allatæ refelluntur.

Deut. 10. v. 17. 2. Paralip. 19. v. 7. Act. 10. v. 34. Roman. 2. v. 11. Ad Galat. 2. v. 6. & alibi.

Job. 13. v. 25.

Z z Epi-

(11) *Verum ſi retines, quæ præmiſimus*; in præcitatis nempe litteris, *Rerum providus*, in quibus Clemens IV. pro cauſa Epiſcopi Timothei, de qua & in his agitur, multa Belæ Regi ſcripſit, ab his, quæ in præſentibus leguntur, parum diſſimilia.

(12) *Cohæredes in Regno voluit pauperes Piſcatores*; quales ex Evangelio didicimus fuiſſe Apoſtolos fere omnes, quorum unum, Petrum ſcilicet, ſui Vicarium, & Eccleſiæ Caput Chriſtus inſtituit, clavibus Regni Cœlorum ipſi collatis.

(13) *Variæ tibi ſcripſimus*; quia varias adhibuit vias prudentiſſimus Pontifex, ut Regis animum emolliret, eumdemque induceret ad Epiſcopum recipiendum jam conſecratum, quemadmodum ex hiſce non minus, quam ex aliis ejus litteris evidenter apparet. Præſentes edidiſſe Clementem IV. putamus poſt receptam ipſius Belæ Epiſtolam, per Magiſtrum Demetrium, ut dictum eſt in nota (10), & Fratrem Paulum Minoritam ab eo miſſam, quæ Romæ aſſervatur in Archivo Caſtri S. Angeli Capſ. 7. Q., & ſic ſe habet: „ Sanctiſſimo in Chriſto „ Patri C. divina providentia Sacroſanctæ „ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici B. Dei „ gratia Rex Hungariæ deſiderata pedum oſ„ cula beatorum.

„ Cum Magiſtrum Demetrium Archidia„ conum Borſien., chariſſimæ Nurus noſtræ „ Duciſſæ Cancellarium dilectum, & fidelem „ noſtrum, & virum Religioſum Fratrem „ Paulum Ordinis Minorum, Confeſſorem „ noſtrum reverendum, ſuper noſtris, & Re„ gni noſtri negotiis, & ſpecialiter pro facto „ Eccleſiæ Zagabrien., quod præcipuum reputamus, ad veſtram Beatitudinem duxerimus „ dirigendos: Sanctitatem Veſtram humiliter „ petimus, & rogamus, quatenus eiſdem beni„ gnam præbentes audientiam, petitiones noſ„ tras admittere dignemini cum effectu: Ver„ bis, quæ ex parte noſtra Beatitudini Veſtræ „ dicent, & præſertim noſtrum negotium con„ tingentibus, fidem credulam noſtri intuitu „ adhibentes. „

„ Datum in Caſtro Viſagrad III. Idus „ Octobris Anno Domini MCCLXV. „

(14) *Juxta parabolam Evangelicam*; Samaritani ſcilicet iter facientis, ut habetur Lucæ cap. 10., qui videns hominem in via, plagis a latronibus affectum, *miſericordia motus eſt. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in jumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam ejus egit*, ac proinde Legiſperiti ſententia, a Chriſto confirmata, proximus illius pauperis dici meruit.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An.Ch. 1266.

Pontifex validius Regem adprecatur, ut Epiſcopum admittat.

Epiſcopi (15) cui ſecundo ſcripſimus (16) acquieviſti monitis ſalutaribus, excellentiam tuam per aſperſionem Sanguinis tui, & omnium redemptoris multiplicatis precibus obſecramus, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus tua nunc ſaltem indignatio conquieſcat, & eumdem Epiſcopum admittens ad gratiam rerum Epiſcopalium, ac jurium, poſſeſſionem eidem liberam cum fructibus facias aſſignari, ut animæ tuæ conſulas, & famæ provideas, & Sedem Apoſtolicam, quam in omnibus habuiſti propitiam, amplius non offendas. Scire quidem te volumus, quod illius inhærentes veſtigiis, quantum ſcimus, & poſſumus, qui defendens viriliter Chriſtos ſuos, non relinquit eis nocere hominum, immo Reges corripuit, pro eiſdem omittere non poterimus, quin cauſam pauperis, qui relictus eſt Domino, proſequamur. Nec te turbet aliquorum ſugeſtio Clericorum (17) qui, prout dicitur, Epiſcopatum potius, quam Epiſcopum inſequentes, ad viventis ſucceſſionem aſpirant, quam profecto, Nobis viventibus, per hanc viam, vel verius invium, non habebunt.

Pſalm. 104. v. 14.

Pſalm. 9. v. 14.

Datum Peruſii . . . . (18).

(15) *Nec Ven. Fratris Strigonien. Epiſcopi*; Philippi, ut in litteris Othochari Regis Bohemiæ, pro pace ineunda ipſum inter, & Belam IV. Ungariæ Regem inſcriptis, & vulgatis a Raynaldo ad annum 1271. num. xxv., Archiepiſcopi, & Ungariæ Metropolitæ, qui Regni Cancellarii titulum obtinet.

(16) *Cui ſecundo ſcripſimus*. Hæ litteræ, ſi adhuc extent, diligentiam, & perquiſitionem noſtram aufugerunt.

(17) *Aliquorum ſuggeſtio Clericorum*; ejuſdem forte Eccleſiæ Zagabrienſis, qui nec Timotheum Epiſcopum, nec Fratrem Gualterium ejuſdem Epiſcopi Procuratorem, ut ſuperius dictum eſt in nota (9) recipere voluerunt, & a quibus proinde, inhiantibus Epiſcopatui; Belæ animum contra Epiſcopum Timotheum prætextu ignobilitatis exacerbatum fuiſſe credendum eſt.

(18) Peruſii has litteras datas fuiſſe putamus, quia in hac Civitate anno 1265. litteras Regis Belæ deſuper allatas in nota (13) recepit Clemens IV., qui ibi moram traxit ad Aprilem uſque anni ſequentis 1266.

II.

Mandat, quod Fratres Prædicatores Fratres noſtros ad Ordinem ſuum non admittant ſine licentia ſuorum Miniſtrorum. Ex Autographo Archivi Romanæ Provinciæ in Conventu Aracœlitano exiſtentis.

An.Ch. 1268. die 3. Januar.

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Magiſtro (1) *& Fratribus Ordinis Prædicatorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Facti narratio.

QUo vos in Chriſto ſinceriori charitate diligimus, eo plenius ut in cunctis providi ſitis, & vigiles affectamus, turbationis non modicæ ſpiritum aſſumentes, ſi de vobis quandoque contrarium ad Nos relatu perveniat aliquorum. Sane admirantes accepimus, quod vos non abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris debet actibus haberi continue ſpecialis, Fratres Minores, & eorum Ordini obligatos frequenter ad veſtrum recipitis, unitatem ſpiritus in pacis vinculo non ſervantes. Verum cum ex hoc ſciſſuræ poſſit, & ſcandali exoriri materia, quæ ſolatium pacis æternæ quærentibus debet omnimodis exiſtere peregrina, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus tam Fratres eoſdem, quam eorum Ordini voto, vel juramento etiam obligatos nullatenus de cætero prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de præſentibus expreſſam non fecerint mentionem, niſi prius Miniſtri ſui petita fuerit, & obtenta licentia, recipere præſumatis. Alioquin decernentes irritum, & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum noſtrum contigerit attemptari, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut hujuſmodi præſumptores incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua nequaquam abſolvi valeant, niſi ſe apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter repræſentent, ab ea, ſicut ſibi viſum fuerit, abſolvendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Mandat ut ſupra.

Pœna excommunicationis.

Clauſula conſueta.

Datum Viterbii III. Nonas Januarii Pontificatus noſtri Anno Tertio (2).

III.

(1) *Magiſtro*; Fratri Joanni Vercellenſi, anno 1264. die 7. Junii in Comitiis Generalibus ſui Ordinis Pariſiis electo.

(2) Innocentius IV. anno primo ſui Pontificatus die 21. Aprilis litteras dedit ejuſdem tenoris Miniſtro Generali Ordinis noſtri Fratri Haymoni Anglo, vulgatas a Sbaralea tom. I. Bullarii Franciſcani pag. 327., quarum vigore prohibet ſimiliter receptionem Fratrum Prædicatorum ad Inſtitutum noſtrum. Has litteras poſtmodum innovavit idem Clemens IV. ſub XI. Kalendas Januarii Pontificatus ſui anno 3., eaſque citat Sbaralea tom. 3. ejuſdem Bullarii pag. 136., ubi & hanc commemorat ad Fratres Prædicatores, quam hic exhibemus. Etiam Gregorius IX. anno 1235. die 19. Maii conſimilem emanavit Conſtitutionem, ab eodem Sbaralea tom. I. pag. 159. relatam, qua prohibet Ciſtercienſibus receptionem Fratrum Minorum ad eorum Ordinem, quod ipſimet Ciſtercienſes anno 1267. ad inſtantiam S. Bonaventuræ, tunc Ordinis noſtri Miniſtri Generalis, in ſuis Comitiis edito peculiari ſtatuto innovarunt. Siquidem tom. 4. Anecd. Martene, & Durand. col. 1428. num. XI. habetur: *Petitio Fratris Bonaventuræ de Ordine Minorum, qui petit, quod in Ordine noſtro non recipiantur eorum fugitivi ſine litteris commendatitiis, exauditur; & orationibus Ordinis ipſum Ordinem ſuum aſſociat Capitulum Generale.*

Digitized by Google

Clemens PP. IV. An. Ch. . . . .

III.

Pro Fratribus Minoribus, qui ſervantes Interdictum in Regno Daniæ incurrerant odium Populi. Ex Formulario Ebuli aſſervato in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem exiſtente in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 236.

An. Ch. . . . .

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Populis Regni Datiæ (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Laudantur Fratres Minores a virtute obedientiæ.

VIrtus obedientiæ ſalutaris illum mentibus dil. fil. Ordinis Fratrum Minorum per Dei gratiam invenitur habere vigorem, ut ipſi promptis affectibus ea delectentur efficere, quæ religioſam honeſtatem percipiunt continere, ac divinæ voluntati fore placita, & Apoſtolicæ Sedi votiva, ſe, ac ſua ita relinquendo totaliter obtentu divini Nominis, quod ferentes ſuaviter obedientiæ ſanctæ jugum nihil ſibi retinent propriæ voluntatis, ſicque Religionem ſuam mitem, & humilem, quam oſtendunt in abjecto habitu (2) ſtudent exequi cum effectu, prout ex eo inter alia poteſt colligi manifeſte, quod cum dilectus filius noſter G. (3) tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatus (4) Regnum Datiæ certis de cauſis Eccleſiaſtico ſuppoſuerit Interdicto (5) pluribus aliis per-

Guido Cardinalis Legatus in Dania, Regnum Interdicto ſupponit.

ſonis

(1) *Populis Regni Datiæ*; Daniæ ſcilicet, vulgo *Danimarca*, pro qua olim rude, & imperite Datiam, & Daciam ſcribebant, ut paſſim legitur apud Auctores. Etiam Eccleſia Danica in Concilio Weilacenſi, quod & Danicum appellatur, ſub Jacobo Lundenſi Archiepiſcopo, & Daniæ Primate anno 1256., ut vult Manſi contra Raynaldum in Notis ad Annales iſtius ad annum 1257. num. XXIX., congregata, dicitur *Eccleſia Daciana*.

(2) *In abjecto habitu*; juxta propriæ regulæ præceptum cap. 2., ubi legitur: *Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur*; quam vilitatem Conſtitutiones, & Doctores Ordinis noſtri unanimiter declarant attendendam eſſe quoad prætium, & quoad colorem, qui griſeus, ſeu cinereus, ut Conſtitutiones ipſæ præcipiunt, & Doctores laudati exponunt, eſſe debet.

(3) *Dilectus filius noſter G.*; Guido Gallus, ut ait Ciaconius inter Cardinales Urbani IV., patria Burgundus, Monachus, & Abbas Ciſtercii.

(4) *In partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatus*; miſſus a Clemente IV. anno 1266., uti ſcribit Henricus Daniæ Rex in Hiſtoria Gentis Danorum apud Erpoldum Lindenbrogium, dicens: *Anno Domini* 1266. *venit Guido Cardinalis in Daciam, & excommunicavit Regem, & Reginam. Cauſa Legationis*, inquit Chronica Regnorum Aquilonarium per Albertum Krantzium Hamburgen. conſcripta, agens de Regno Daniæ, *hæc fuit, quod Chriſtophorus hujus Pater*, ideſt Henrici VIII., *Jacobum Archiepiſcopum Lunden. captivum habuit in cauſa decimarum*, de qua re vide infra notam (4) ad Bullam, *Qui diſponente*, & notam hic immediate ſequentem.

(5) *Certis de cauſis Eccleſiaſtico ſuppoſuerit Interdicto*. Ob violatam nimirum Eccleſiaſticam libertatem, & Præſulum, aliarumque Eccleſiaſticarum perſonarum oppreſſionem, a quibus, regnante Chriſtophoro inchoatis, Henricus ejus filius, nec a Pontifice vel per litteras, vel per ſuum Legatum admonitus deſiſtere voluit, imo multa mala fecit, ut refert alius Henricus pariter Daniæ Rex in Hiſtoria Gentis Danorum modo laudata, & ex eo ſcribit etiam Spondanus ad annum 1264. numer. III. Ciaconius loco citato agens de Cardinalis Guidonis legatione, deque Clementis IV., aliorumque Romanorum Pontificum ſollicitudine pro continendis fluctuantibus Danis in obſequio Henrici Regis, inquit, ipſum Henricum, *confirmata jam potentia, inſectari poſtea Præſules, & jus Eccleſiaſticum violare cœpiſſe, quibus acceptis, Clemens graviſſimis illum ſententiis ingrati animi arguit, ut Guidonis ſalubribus conſiliis obſequeretur admonuit, ac ni libertatem Eccleſiaſticam reſtitueret, eamque contra Procerum injurias tueretur, cenſuras intentavit*, quas tandem per ipſum Guidonem in eum inobedientem, & contumacem intorſit. Hinc deceptus eſt Krantzius in ſuo Chronico, & cum eo Odoricus Raynaldus ad annum 1265. num. LVII. ſcribens, *Guidonem Cardinalem, Danicis rebus compoſitis, Eccleſiaſticum Interdictum, quod annis novem ob Archiepiſcopum*

Upſa-

Digitized by Google

ſonis de Regno ipſo, tam Sæcularibus, quam Regularibus hujuſmodi, non ſervantibus Interdictum, dilecti filii Miniſter, & Fratres ſupradicti Ordinis de Regno eodem, prout ex ipſorum publicatione collegimus, Interdictum obſervare præmiſſum velut obedientiæ propriæ filii elegerunt. Verum quidam de Miniſtris dil. (6) Regis Danorum illuſtris propter hoc adverſus dictos Miniſtrum, & Fratres, quos, ſi recte ſaperent, exinde laudare deberent, injuſte commoti, & virtutum præconia in detractionum obloquia nequiter convertentes, præfatos Miniſtrum, & Fratres excommunicatos fore, ac dictorum Regis, & Regni proditores dicere non verentur, impedientes eos, ne Crucis prædicationem, cujus officium pro Terræ Sanctæ ſubſidio eſt eis in eodem Regno a prædicta Sede commiſſum (7) valeant exercere. Nec his contenti, temerario auſu in nonnullis dicti Regni partibus inhibuiſſe dicuntur, ut nullus ad prædicationem dictorum Fratrum accedere, vel eis eleemoſynas ſuper hoc, appoſita certa pœna, elargiri præſumat; ſicque fidelibus illarum partium ſe ab ipſorum Miniſtri, & Fratrum devotione ſolita ſubtrahentibus, nec curantibus illis eleemeſynas porrigere juxta morem (8)

Minores vexantur, quia ſervant Interdictum.

Minoribus a Miniſtris Regiis prædicatio Crucis interdicitur.

Prohibentur fideles Minoritis eleemoſynas elargiri, eorumque prædicationes audire.

Upſalenſem vinculis mancipatum tenuerat, diſſolviſſe. Errat, inquam, cum Krantzio Raynaldus, quia tum ex hoc, cum ex ſequenti Clementis IV. Diplomate luce clarius apparet, Guidonem *Regnum Daniæ certis de cauſis Eccleſiaſtico ſuppoſuiſſe Interdicto*, quod confirmat etiam prælaudatus Rex Henricus in ſua Hiſtoria dicens, *Guidonem excommunicaſſe Regem, & Reginam*, Matrem ſcilicet *Regis pueri*, ut ait idem Raynaldus ad annum 1265 num. II., *qui ferendæ Regiæ dignitati impar ætate erat, graveſque diſſentiones Regina Mater cum Præſulibus exercebat*. Quare optime rem totam attingit Spondanus ad annum 1266. num. XIV. dicens:
„ Hoc item anno Guidonem Legatum adiiſſe
„ Daniam, tradit Ericus Rex in ſua illius Gen-
„ tis breviſſima annali Hiſtoria, ac Regem dic-
„ tum item Ericum, ſive Herricum, & Regi-
„ nam, Matrem videlicet Regis, quæ, filio
„ adoleſcentulo, Regnum adminiſtrabat, ex-
„ communicaſſe. Cauſam tamen hujus excom-
„ municationis non aperit. Sed eam ex Krant-
„ zio 7. Dan. 24. & 7. Wandal. 33. intelligi-
„ mus, dum in ſua Wandalia ait, miſſum Gui-
„ donem fuiſſe in Daniam componendis rebus
„ inter Regem, & Jacobum Archiepiſcopum
„ Lundenſem, multamque impendiſſe operam
„ ad liberationem Archiepiſcopi, quem Rex
„ vinctum tenebat in carcere: cumque diu la-
„ borans nihil proficeret, feſtinaſſe egredi, ut
„ Regem excommunicationi, univerſum Re-
„ gnum interdicto ſubiiceret. Fuiſſe autem Ar-
„ chiepiſcopum jam a Patre Erici Chriſtophoro
„ in carcerem conjectum, tam idem Ericus Hi-
„ ſtoricus, quam Krantzius in Dania conſenti-
„ unt, & cauſam Krantzius addit, ſolutionem
„ decimarum, qui tamen in eo errare videtur,
„ quod ſcribit, Guidonem rebus compoſitis re-
„ laxaſſe interdictum, cum reperiantur etiam
„ Epiſtolæ Gregorii X. de his decimarum con-
„ troverſiis, quarum cauſa Rex Archiepiſco-
„ pum Lundenſem, alioſque Epiſcopos ex-
„ pulerat, ad Henricum ſcriptæ pro pace inter
„ eumdem Regem & Clerum conponenda, niſi
„ & hæc fuerit nova Regis in eum perſecutio. „
Hactenus Spondanus.

(6) *Quidam de Miniſtris dil.*; ideſt, dilecti filii Henrici VIII. Regis Danorum, ut ſupra.

(7) *Eſt eis in eodem Regno a prædicta Sede commiſſum*; anno ſcilicet 1250. ab Innocentio IV., datis litteris Priori Prædicatorum, & Miniſtro Fratrum Minorum Provincialibus Alemaniæ, incipientibus, *Cum ad præſens Terra Sancta*, quæ extant in Bullario Franciſcano tom. I. pag. 561., & in Annalibus Minorum ad annum 1251. num. XXXII., ubi Waddingus hæc habet: *Laborarunt etiam ſtrenue hoc anno in Germania Prædicatores, & Minores pro tranſmittendis copiis ſubſidiariis ad partes tranſmarinas, præcipue ex regionibus Friſiæ, & Norvegiæ*, quæ Daniæ finitima eſt, cuique anno 1387., amiſſis propriis Regibus, adjuncta fuit, ac etiam hodie ab ipſa dependet. Etiam Nicolao III. Summo Pontifice Fratres noſtros una cum Dominicanis adlaboraſſe in Dania pro Terræ Sanctæ ſubſidio habemus ex ejuſdem Pontificis Epiſtolis, *Intelleximus*, datis Idibus Junii Pontificatus ſui anno ſecundo *Univerſis Prioribus Prædicatorum, ac Guardianis Minorum Fratrum, ac Ordinum, ac Fratribus eorumdem Ordinum per Datiæ, & Svetiæ Regna conſtitutis*, quæ legi poſſunt in Bullario Franciſcano tom. 3. pag. 400.

(8) *Nec curantibus illis eleemosynas porrigere juxta morem*. Circa annum 1222. in Svetiam ingreſſos fuiſſe Minores, & Prædicatores ſcribit Waddingus ad hunc annum num. XXVI. addens, quod *multiplicato numero religioſiſſimos viros miſerunt ad alia Regna Aquilonaria, qui glorioſis, & ſanctis exhortationibus, ac mirabili vitæ Sanctitate Gentes Aquilonares in Dei obedientia pura fide inſtruxerunt, & beatis moribus, ac exemplis, religioſaque pietate conſervarunt*. In Polychronico Jordanis Provincia Daniæ, quæ juxta morem illius temporis dicitur Dacia, ordine Sextadecima ponitur, & octo habebat Cuſtodias, Norvegiæ nimirum, Lincopenſem, Stocolmenſem, Lundunenſem, Roſchildenſem, Othonienſem Vibergenſem, & Ripenſem, Conventus vero trigintaquatuor.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch.....

E Dania recedere coguntur Minores. Pontificem rogant Minores, ut interdictum relaxet.

neceſſario ſequitur, quod dicti Miniſter, & Fratres de Regno ipſo recedere non ſine Regni ejuſdem, & ſuorum incolarum infamia, vel Interdictum violare hujuſmodi non abſque noſtra, & prædictæ Sedis offenſa, coguntur. Cum autem dicti Miniſter, & Fratres circa Interdictum relaxandum præmiſſam a Nobis gratiam, propter quam inſiſti fecerunt ſuppliciter, nequiverint, cum non debuerint, obtinere; Nos Miniſtrum, & Fratres eoſdem in hac parte veræ ſinceritatis induſtria excuſantes, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus conſiderantes provide, quod iidem Miniſter, & Fratres ex eo, quod Interdictum ipſum obſervant pro bono ſalutaris obedientiæ, ad quam ex ſui Ordinis profeſſione tenentur (9) nullis debere injuriis affici, ſed potius laudibus condignis attolli, eis tali prætextu ſolitæ pietatis viſcera non claudatis, ſed habentes ipſos pro divina, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra reverentia efficaciter in Domino commendatos, eis in eleemoſynarum largitione gratuita, & aliis ſuis neceſſitatibus vos exhibeatis favorabiles, & benignos, ita quod vobis exinde a bonorum omnium Retributore proveniat, quod ipſe ſuis fidelibus pro piis actibus reconpenſat; Nos nihil &c. devotionem veſtram exinde merito commendare poſſimus.

Datum Viterbii .... (10).

(9) *Ad quam ex ſui Ordinis profeſſione tenentur*. Licet fideles omnes revereri teneantur Summum Eccleſiæ Paſtorem Romanum Pontificem, eique obedientiam exhibere, Fratres Minores tamen ad id obligantur etiam ex ſpeciali propriæ regulæ præcepto, quod S. P. Franciſcus cap. 1. hiſce verbis expreſſit: *Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac Succeſſoribus ejus canonice intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ*; quæ verba Seraphicus Doctor S. Bonaventura in Expoſitione regulæ Fratrum Minorum ſic declarat: „ Etſi „ totus Clerus, & Religioſorum univerſitas, „ teneatur firmiter Apoſtolico Domino obedire, „ tamen Sanctus (*Franciſcus*) huic debito votum adiicit ſpeciale, ſciens voto ſupervenire, „ & fortificari ſacri Ordinis vinculum, & meritum geminari ...... Unde Fratres Minores, ſicut humilitatis profundiſſimæ profeſſores, debent inter omnes ſumme revereri Summum Pontificem, & alios, pro gradu, in „ Eccleſiaſticis officiis conſtitutos. „

(10) Præſens diploma datum eſſe Viterbii citra dubium videtur, quia Clemens IV. eò ſe contulit circa medietatem anni ſecundi ſui Pontificatus, & in eadem Civitate commoratus eſt uſque ad mortem, quæ ei obvenit ultima die Novembris anni 1268., *poſt annos* nimirum *tres* Pontificatus, ut ait Sandinius Vit. Pontif. Romanor. part. 2. in Clementem IV. *& menſes novem*, ſepultuſque eſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Gradus Ordinis Prædicatorum ejuſdem Civitatis, *ubi ipſemet*, inquit S. Antoninus in Chron. 3. part. tit. 20. cap. 1. §. 11. *ſibi elegerat ſepulturam*.

Digitized by Google

IV.

Ad Fratres Prædicatores Regni Daniæ, qui violabant Interdictum, cui Dani ſuppoſiti erant. Ex Formulario Ebuli, quod extat in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem, quod aſſervatur in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe.

CLEMENS EPISCOPUS

An.Ch. .....

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Priori Provinciali, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Regni Datiæ (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Inobedientia in cunctis deteſtabilis, deteſtabilior vero in Regularibus.

SI Nobis præſumptio Laicorum diſpliceat, quos quodammodo conſueta licentia noxiæ libertatis, & ignorantia litterarum excuſat, non immerito in Clericorum quorumlibet, ſed præſertim Religioſorum provocamur exceſſibus, qui ſub jugo divinæ obedientiæ ſpecialiter conſtituti, quid ſit beneplacitum Domino, quid eis utile, quid proximo ſalutare, in ſerie Sacræ Paginæ ſpeculantur. Sane dil: fil. Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum de Regno Datiæ Nobis ſignificare curarunt, quod dil. fil. noſter G. (2) tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, tunc in illis partibus Apoſtolicæ Sedis Legatus, Regnum ipſum certis de cauſis (3) Eccleſiaſtico ſuppoſuit Interdicto, & licet prædicti Miniſter, & Fratres Interdictum ipſum reverenter obſervent, velut obedientiæ filii, cui ex profeſſione ſui Ordinis ſunt aſtricti (4) quamplures tamen aliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ de Regno, tam Sæculares, quam Regulares Interdictum hujuſmodi negligunt obſervare. Vos autem, qui ſuper hoc tenemini eis toto poſſe aſſiſtere, præſertim pro conſervanda Eccleſiaſtica libertate, prædictis Miniſtro, & Fratribus ex eo multipliciter detrahitis, quod Interdictum ipſum obſervant, quos nihilominus excommunicatos, & adverſarios fore Regis Danorum (5) illuſtris aſſeritis, ac in ſuis prædicationibus, etſi vocentur a Rectoribus Eccleſiarum Parochialium, pro veſtro libertatis arbitrio impeditis, ita quod aliquos de ipſis Rectoribus, qui Fratres eoſdem ad prædicandum admiſerant, procuraſtis a ſuis Eccleſiis amoveri, alias tam illos, quam alios Fratrum benefactores ipſorum diverſimode moleſtando. Nec his contenti, publice coram Populo affirmatis, quod dicti Fratres confeſſiones illorum, qui eis ſua volunt confiteri peccata, audire non poſſunt, quodque non tenet, quam ipſi impendunt, abſolutio pro commiſſis, & ut ſæpe dictos Fratres exoſos prædicto Regi, Magnatibus, & aliis dicti Regni reddatis, præmiſſis, & aliis modis quampluribus eos diffamare contenditis, prædicantes publice, vos ad obſervationem ejuſmodi Interdicti aliquatenus non teneri. Sic ergo, ſi bene advertitis, altare videtur adverſus altare conſurgere, domus impingere ad caſum mutuæ depreſſionis in Domum, & in Cœlo ſtellæ ſtupendis curſibus invicem dimicare, dum Religioſi, qui præcipue in pacis vinculo unitatem ſpiritus obſervare tenentur, per impetitionis mutuæ ſcandala ſe collidunt. Hic ſiquidem contradictionis modus noſtris venit ſenſibus, & Apoſtolici vigoris motibus arguendus, quia ſi morantes in contemplationis excelſo, ad quos pro cha-

Facti narratio.

(1) *Regni Datiæ*; ideſt Daniæ, vulgo *Danimarca*, ut in nota (1) ad Bullam ſuperiorem.

(2) *Dilectus filius noſter G.*; Guido Gallus, Ordinis Ciſtercienſis, ab Urbano IV. inter S. R. E. Cardinales adcenſitus.

(3) *Certis de cauſis*; quas vide in nota (5) ad Bullam immediate præcedentem.

(4) *Ex profeſſione ſui Ordinis ſunt aſtricti*; ex præcepto ſcilicet propriæ regulæ, quod ſuperius adnotavimus in nota (9) ad eamdem Bullam modo laudatam.

(5) *Regis Danorum*; Henrici VIII., de quo actum eſt in notis ad Bullam præcedentem.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. . . . .

charitatis obſervandis nexibus activorum reſpectus habetur, circa proximos pacem non habeant, unde tranquillitatis, & concordiæ reliquis Sæcularibus exempla poterunt ſalutaria provenire? Quid plura? Cum dicti Miniſter, & Fratres circa Interdictum &c. *Uſque obtinere*. Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, conſiderantes attente, quod dicti Miniſter, & Fratres ex eo, quod Interdictum ipſum obſervant pro bono ſalutaris obedientiæ, nullis debent detractionibus ſubjacere, nulliſque injuriis affici, ſed potius laudibus condignis attolli; à præmiſſis, & aliis quibuslibet injurioſis moleſtiis penitus deſiſtatis. Alioquin vos volumus pro conſtanti tenere, quod ſi clamor ſimilis, veritate ſuffultus, ulterius ad Nos veniat, nequaquam diſſimulare poterimus, quin contra vos graviter procedamus.

Datum Viterbii . . . . (6).

V.

Mandat Clero, & Populo Othonienſi, ut recipiant Epiſcopum, qui accuſatus veniens ad Curiam, recedit licentiatus. Ex Formulario Ebuli in Vaticano Archivo exiſtente, & ex ejus Compendio in Conventu noſtro S. Iſidori de Urbe aſſervato.

An. Ch. . . . . .

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Clero, & Populo Civitatis, & Diœceſis Othonien. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem*.

Exordium.

QUi, diſponente Patre luminum, curam gerimus omnium Eccleſiæ filiorum, devotionem veſtram ad id ſolicite faciendum debemus inducere, per quod vobis benedictionis divinæ præmium digne valeat pervenire.

Facti narratio.

Sane Venerabilis Frater noſter R. (2) Othonienſis Epiſcopus, Profeſſor Ordinis Minorum (3) cum prætextu quarumdam diſcordiarum Regni Da-

(6) Etiam hoc diploma datum eſſe Viterbii firmiter tenemus ob easdem rationes allatas in nota (10) ad ſuperiorem Bullam, quam etiam, ſicuti præſentem, prodiiſſe anno 1267., poſt annum ſcilicet, quo Guido in Daniam perrexit, & Interdictum promulgavit, qui fuit annus 1266., citra dubium affirmari poſſe putarem.

(1) *Civitatis, & Diœceſis Othonien.*; in Inſula Fioniæ, ſive *Funen*, in Mari Baltico, ad Regnum Daniæ pertinente, cujus Othonia Civitas, vulgo *Odenſee*, caput eſt.

(2) *Frater noſter R.*; Regnerus II., qui Epiſcopatum geſſit ab anno 1253. uſque ad 1267., ut habetur in Catalogo Epiſcoporum Othonienſium per Joannem Meſſenium ordinato, relatoque tom. IX. *Scandiæ Illuſtratæ* pag. 67. Othonienſis Epiſcopus olim Suffraganeus erat Archiepiſcopi Lundenſis, ab Urbe *Lunden*, Lundinum Sanorum latine dicta, cujus incolæ, ſicuti & alii omnes illius regionis, Proteſtantium nunc ſequuntur religionem. Othonienſis noſtri Ordinis Conventus Caput erat Cuſtodiæ ſui nominis, quæ in Polychronico Jordanis, ut audivimus ad Bullam, *Virtus obedientiæ*, in nota (8) Sexta erat Provinciæ Daniæ, & tribus tantummodo conſtabat Cœnobiis. Waddingus poſt annum 1473 uſque ad 1519. incluſive haud raro loquitur de Othonienſi Conventu, quem ad prædictum annum 1519. num. VIII., ex Diplomate Leonis X., *Ex ſupernæ*, a S. Catharina appellatum fuiſſe ſcribit. Ad annum vero 1518. num. XLII. refert, Leonem X. Chriſtinæ Daniæ Reginæ conceſſiſſe, *ut in domo, ad Chriſtiernum Regem ſuum filium ſpectante, Monaſterium poſſet ædificare Clariſſarum in Civitate Ottonienſi*, licet poſtea concludat: *Quid autem actum ſit, ignoro; perierunt enim cum Fide Catholica in illo Regno univerſa ferme Regularium monumenta*,

(3) *Profeſſor Ordinis Minorum*. Cunctis Scriptoribus Minoritis, quos perviderim, ignotus fuit hic Othonienſis Epiſcopus, quia nullum apud eosdem invenire potui, qui ex Ordine noſtro aſſumptus illam Cathedram aliquando tenuerit; unde in hoc diplomate, ni fallor, primum occurrit mentio Epiſcopi Othonienſis profeſſione Minoritæ, cujus nomen, niſi audiſſem ex Catalogo citato in nota ſuperiori, & impreſſo tom. IX. *Scandiæ Illuſtratæ*, nos adhuc latuiſſet.

Digitized by Google

Datiæ (4) olim Apoſtolicæ Sedis fuiſſet auctoritate citatus, ſe volens obedientiæ filius *..... & confiſus de innocentia ſuæ mentis, ac etiam de conſervatione famæ ſollicitus, ejuſdem Sedis conſpectui perſonaliter præſentavit. Cumque idem Epiſcopus, diu apud Sedem ipſam ſub mora diutina conſtitutus, ſe illis gravatum lamentaretur incommodis, quæ diſpendioſa proprietas ſenectutis, & affectum tædio laborum multiplicium, & gravium oneribus expenſarum, quas veniendo, & morando pertulerat (5) per dies ſingulos ſuſtinebat. Nos circa ipſum, cui de religioſa vita, & pia converſatione a quamplurimis fide dignis laudabile teſtimonium perhibetur, paternæ ducti compaſſionis affectu eum ab illis omnibus, pro quibus hujuſmodi citatio facta fuerat, ducimus abſolvendum, conceſſa ſibi licentia, ut in Chriſti Nomine ad ſuam libere rediret Eccleſiam, de cura commiſſi ſibi gregis vigilem, & efficacem vigilantiam habiturus. Rogamus itaque Univerſitatem veſtram, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus provide attendentes, quod bonum ſupernæ gratiæ, ac præconium humanæ laudis acquiritur, ſi reverendis Patribus a devotis filiis condigna reverentia exhibeatur hilariter, & devote in omnibus, quibus tenemini, ſibi, quandiu gratiam, & communionem prædictæ Sedis habuerit, obedire, & intendere ſtudeatis; ita quod ipſe lætetur in vobis devotionis habere filios, & vos fructum paternæ benivolentiæ gaudeatis in ipſo per conſequens obtinere; Noſque nihilominus ſinceritatem veſtram exinde merito commendare poſſimus.

* Forſan juſtificare.

Laudatur Epiſcopus a vita religioſa, & pia converſatione.

Mandat ut ſupra.

Datum ....

(4) *Prætextu quarumdam diſcordiarum Regni Datiæ*. Hæ diſcordiæ Clerum inter, & Regem, Regnique Proceres ob violatam bellorum cauſa Eccleſiaſticam libertatem, ut ait Raynaldus ad annum 1257. num. XXIX., magis in dies ingraveſcentes, anno 1257., ut vult idem Raynaldus, vel 1256., ut ait in notis ibidem clariſſimus Manſi, Regni Epiſcopi ſub Primate Lundenſi Jacobo Concilium Danicum, quod ex Chronica cujusdem Anonymi Danici Scriptoris apud Ludevvig tom. IX. Reliquiarum pag. 79. idem Manſi Weilacenſe appellandum putat, celebrarunt, ab Alexandro IV. confirmatum, in quo decreverunt „ ut quicunque Epiſcoporum „ infra terminos Regni Daciæ mala captione „ de mandato Domini Regis, ſive ejus conniventia, vel conſenſu, vel alicujus Nobilis, „ qui manet infra fines prædicti Regni, captus „ fuerit, ipſo facto, dummodo probabiliter „ præſumi poſſit, hoc de voluntate Domini „ Regis proceſſiſſe, ac dubium non ſit, ipſum „ hoc faciliter corrigere poſſe, in toto Regno „ divina ſint officia interdicta. „ Hoc decretum adeo offendit Chriſtophorum, qui tunc regnabat in Dania, ut ipſum Primatem Jacobum cum aliis nonnullis Epiſcopis carceribus mancipaverit, quemadmodum refert Spondanus ad annum 1250. num. XXIII., ac ipſo prius ſcripſit Ericus Rex in Hiſtoria Gentis Danorum apud Erpoldum Lindenbrogium. *Anno Domini* 1259., inquit Ericus, & ipſe Daniæ Rex, *captus eſt Jacobus Archiepiſcopus Lundenſis, & carceratus in Caſtro Hakenſcog*. Hæc diſcordia poſt Chriſtophori mortem, quæ contigit hoc eodem anno 1259., magis recruduit, quia *Ericus filius ejus*, ut ait alter Ericus mox laudatus in Hiſtoria Gentis Danorum, *multa mala fecit, Eccleſias ſpoliando, læſis, & injuriam paſſis juſtitiam nullam faciendo. Monaſteria quoque, quæ Patres ejus per ſe, & ſuos ædificaverant, per equos, & canes miſerabiliter attenuavit*. His malis ut occurreret Clemens IV., quo electo anno 1265. *Jacobus Archiepiſcopus curiam adiit*, ut ſcribit idem Ericus Rex in præcitata Hiſtoria, anno ſequenti 1266., quemadmodum dictum eſt in nota (4) ad Bullam, *Virtus obedientiæ*, Legatum ſuum miſit in Daniam Guidonem Presbyterum Cardinalem tituli S. Laurentii in Lucina. Hæc neceſſario hic adnotanda putavi, quia cum hoc diploma deſumptum ſit, ut præmonuimus, ex Ebuli Formulario, in quo, ſicuti dictum eſt in nota (1) ad primam Bullam in hoc Supplemento impreſſam, diplomata omnia exhibentur abſque Pontificis nomine, & abſque loci, vel temporis indicio, ex præmiſſa hiſtorica narratione lector dijudicare poteſt, Regnerum, ſive Raynerium, Epiſcopum Othonienſem, Ordinis Minorum Profeſſorem, auctoritate Apoſtolica citatum fuiſſe ſub initio forſan diſcordiarum Regni Daniæ, ideſt, tempore Alexandri Papæ IV., quo regnante, diſcordiæ ipſæ ſubortæ erant, & ſub Clemente IV., poſt reditum Guidonis Cardinalis a Legatione Danica, abſolutum, ad ſuam Eccleſiam rediiſſe.

(5) *Quas veniendo, & morando pertulerat*. Hæc, & præcedentia verba, quibus ait Pontifex, Regnerum *diu apud Sedem Apoſtolicam ſub mora diutina conſtitutum* fuiſſe, probabiliorem reddunt aſſertum noſtrum, ipſum nempe Epiſcopum occaſione diſcordiarum Regni Daniæ falſo accuſatum, Romam fuiſſe advocatum ab Alexandro IV., ibique moram traxiſſe ad Pontificatum uſque Clementis IV., donec ſcilicet de origine, & cauſa prædictarum diſcordiarum a Cardinali Guidone plene Clemens ipſe informatus, cognita Regneri innocentia, eum liberum, & abſolutum ad ſuam miſit Othonienſem Eccleſiam, ac illius Clero, Populoque commendavit.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. . . . .

V I.

Præcipit, ut ad preces Inquiſitorum in Burgundia conſtituat quatuor Tabelliones, quibus præſcribit formam juramenti præmittendi. Ex Formulario Ebuli, & ex Compendio ejuſdem, exiſtentibus in locis toties indicatis.

An. Ch. . . . .

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI (1).

Dilecto filio (2) electo Archiepiſcopo (3) Lugdunen. (4) ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa harum litterarum.

EX parte dilectorum filiorum Fratrum Minorum, Inquiſitorum hæreticæ pravitatis in Provincia Burgundiæ, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut, cum in Terris eorum Inquiſitioni commiſſis (5) Tabellionum, ſeu

(1) Quoniam ex litteris, non Calixti III., ut perperam ait Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani in Indiculo Epiſtolarum Clementis IV. ab ipſo deſideratarum num. 5., ſed Pii II., incipientibus, *Ex ſupernæ diſpoſitionis*, relatis a Waddingo ad annum 1458. num. XIII., apertiſſime conſtat, ipſum Clementem IV. Miniſtro Fratrum Minorum Provinciæ Burgundiæ conceſſiſſe facultatem inſtituendi tres ex Ordine noſtro Inquiſitores in ſua Provincia, ideſt, in *Lugdunenſi*, *Viennenſi*, *Bellicenſi*, *Gratianopolitano*, *Murianenſi*, *Vivarienſi*, *Valentino*, *Tarentaſienſi*, & *Auguſtenſi* territoriis, ut legitur in prædictis Pianis, ideo arbitratus ſum, hoc diploma Clementi IV. fore tribuendum. Ad id roborandum accedit, quod Epiſtolæ Clementis IV., quas non habemus, & quarum vigore facultas conceditur Miniſtro Burgundiæ deputandi tres Inquiſitores Minoritas, ut ſupra, Sbaralea loco mox indicato fatente, incipiunt, *Licet ex omnibus*, eodem ſcilicet prorſus modo, quo aliæ incipiunt ejusdem Pontificis inſcriptæ Fratribus Minoribus, Inquiſitoribus in Provincia Romana, in Umbria, in Tuſcia, in Marchia Tarviſina, & in Anconitana, vulgatæ ab eodem Sbaralea tom. 3. ad annos, & dies reſpectivos.

(2) *Dilecto filio*; Philippo Sabaudiæ, ut in Gallia Chriſtiana tom. 4. de Eccleſia Lugdunenſi num. LXXXII., electo ab Innocentio IV. Lugduni commorante, loco Aimerici, qui anno 1245. Archiepiſcopatum in manibus ejuſdem Innocentii reſignavit, receſſitque in Grandimontenſe Monaſterium, ubi anno 1257. piiſſime obiit.

(3) *Electo Archiepiſcopo*; & ideo titulo *dilecti filii*, non *Venerabilis Fratris*, hic a nobis diſtincto, quia hæ litteræ in Formulario Ebuli unice prætitulantur *Archiepiſcopo*, abſque alio adjecto. Electum vero dicimus, quia ex eadem Gallia Chriſtiana edocemur, Philippum Sabaudiæ conſecrationis Epiſcopalis munus nunquam ſuſcepiſſe, immo nec ullo Ordine Sacro unquam fuiſſe initiatum, itaut anno 1267. mortuo Petro Sabaudiæ ſine liberis, ipſe Philippus, dimiſſo Lugdunenſi Archiepiſcopatu, licite uxorem duxerit, cui junctus decem annos vixit.

(4) *Lugdunenſi*. Cum hæ litteræ, ut modo adnotavimus, in præcitato Formulario Ebuli inſcribantur tantummodo *Archiepiſcopo*, non indicata ſcilicet Eccleſia, cujus erat Archiepiſcopus, Lugdunenſi potius, quam alteri Gallicano Præſuli eas datas fuiſſe credidi, quod Burgundia proprie dicta tunc Diœceſis eſſet Archiepiſcopi Lugdunenſis, quemadmodum etiam impræſentiarum Epiſcopus Divionenſis, gallice *Dijon*, quæ Civitas eſt præcipua, & caput Burgundiæ, anno 1731. a Clemente XII. Epiſcopali Cathedra decorata, Suffraganeus eſt Archiepiſcopi Lugdunenſis. Ipſamet Lugduni Civitas olim ad Burgundiam late ſumptam pertinebat, ut advertunt etiam Patres Maurini in eadem Gallia Chriſtiana tom. 4. de Eccleſia Lugdunenſi pertractantes, ubi num. LXXXIV. ad rem noſtram de Petro Tarantaſienſi hæc habent: „ Petrus de Tarantaſia cognominatus a loco originis in Alpinis ſcopulis, non procul a Maurienna Valle, flumineque Iſara. In Annalibus Prædicatorum Burgundus vulgo nominatur, ſive a loco profeſſionis, quam Lugduni, in Urbe tunc ad Burgundiam pertinente, emiſerit, ſive ex eo, quod Provincia, in qua natus eſt, ut & Sabaudia, & Delphinatus ſub Regno Burgundiæ continentur. „ Etiam Pius II. in ſuis Litteris nunc citatis in nota (1) facultatem commemorans Fratribus Minoribus factam a Clemente IV. exercendi munus Inquiſitionis in Burgundia, ſub hoc nomine varia comprehendit territoria deſuper in eadem nota indicata, & omnium primum Archiepiſcopatum Lugdunenſem recenſet.

(5) *In Terris eorum Inquiſitioni commiſſis*. Provincia Bugundiæ Fratrum Minorum ex Po.

Digitized by Google

ſeu publicorum Notariorum ſufficientia nequeat inveniri, ac ſine talibus commode dictum officium exerceri non poſſit; ne pro illorum defectu executionem ipſius officii retardari, ſeu impediri contingat, providere ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaque de tua circumſpectione confiſi, creandi, & faciendi quatuor Tabelliones, aut Notarios publicos, tibi a Fratribus præſentandos, quos poſt diligentem inquiſitionem ad hoc idoneos eſſe reperēris, prius ab eis juramento juxta formam, quam tibi mittimus inferius denotatam, recepto, plenam tibi auctoritate præſentium concedimus facultatem. Forma vero juramenti, quod quilibet ipſorum præſtabit, hæc eſt.

Præcipit ut ſupra. Notarios præſentatos examinet, & juramentum exigat ab eis.

Forma juramenti a novis Notariis præſtandi.

„ Ego N. ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro, & Sanctæ Ro„ manæ Eccleſiæ, ac D. Papæ N., & Succeſſoribus ejus canonice intranti„ bus. Non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut „ membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi per ſe, „ vel per litteras, aut Nuntium manifeſtatur, ad eorum damnum ſcienter „ nemini pandam. Si vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat, „ quod in periculum Romani Pontificis, aut Eccleſiæ Romanæ urgeret, ſeu „ grave damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſ„ ſem, procurabo bona fide id ad notitiam Domini Papæ proferri. Papa„ tum Romanæ Eccleſiæ, ac Regalia S. Petri, & jura ipſius Eccleſiæ ſpecia„ liter, ſi qua eadem Eccleſia in Civitate, vel Terra, de qua ſum oriundus, „ habeat, adjutor ero ad defendendum, vel retinendum, vel recuperandum „ contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo. Con„ tractus, in quibus exigitur conſenſus, per alium fideliter faciam, nihil ad„ dendo, vel minuendo, ſecundum voluntatem partium, quod formam „ contractus immutet. Si vero in conficiendo aliquod Inſtrumentum unius „ ſolius partis ſit requirenda voluntas, hoc ipſum faciam, ut ſecus nihil ad„ dam, vel minuam, quod immutet facti ſubſtantiam contra voluntatem „ ipſius. Inſtrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo ſciam „ intervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem. Contractum in Protocol„ lum redigam, & poſtquam in Protocollum redigero, malitioſe non diffe„ ram contra voluntatem illorum, vel illius, quorum eſt contractus, ſuper „ eo conficere publicum Inſtrumentum, ſalvo meo juſto, & conſueto ſala„ rio. Si autem aliquod Inſtrumentum, quod falſum eſſe cognovero, ad „ manus meas contigerit devenire, deſtruam illud, ſi poſſim hoc facere abſ„ que meo periculo, ſive damno: quod ſi viderim mihi damnum, vel pe„ riculum imminere, perferam in notitiam Rectoris, ſeu Domini juriſdictio„ nem habentis in Civitate, ſeu loco, in quo ad manus meas devenerit „ hu-

Polychronico Jordanis ſex habebat Cuſtodias, quarum prima erat *Alvernæ*, ſecunda *Vienneſis*, tertia *Lugdunenſis*, quarta *Divionenſis*, quinta *Bizuntina*, ſexta *Loſanenſis*; unde etiam juxta diviſionem Provinciarum, ab Ordine noſtro factam, Lugdunum in Burgundia computabatur. Quare Terræ Inquiſitioni Fratrum Minorum a Clemente IV. commiſſæ ſub nomine Burgundiæ, ſive accipiantur juxta litteras Pii II., ſive juxta morem in Ordine noſtro receptum, Urbem Lugdunenſem, ejuſque Diœceſim ſemper comprehendunt; ac proinde præſens diploma, in quo agitur de Tabellionibus præſentandis Archiepiſcopo a Fratribus Minoribus, Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Burgundia, Lugdunenſi Archiepiſcopo, tamquam Burgundiæ Metropolitano, directum fuiſſe rationabiliter exiſtimavi.

Digitized by Google

CLEMENS PP. IV. An. Ch. . . . . .

„ hujuſmodi Inſtrumentum . Sic me Deus adjuvet , & hæc Sancta Dei „ Evangelia . „

Datum . . . . (6).

(6) Urbanus IV. in ſua Conſtitutione, *Licet ex omnibus* , edita in hoc Supplemento , facultatem aſſumendi ad munus Tabellionatus in cauſis Fidei etiam Clericos, & Regulares , conceſſit Fratribus noſtris , Inquiſitoribus in Provincia Romana , ſicuti prius per aliam Conſtitutionem ſimiliter incipientem , in hoc eodem Opere vulgatam , indulſerat Fratribus Ordinis Prædicatorum , Inquiſitoribus in Lombardia , & in Marchia Januenſi , quam poſtea pro Franciſcanis innovavit idem Clemens IV. , ut videre eſt apud Sbaraleam in Bullario Franciſcano tom. 3. pag. 33. Alexander IV. per ſuas litteras , *Cordi Nobis eſt*, legendas apud eumdem Sbaraleam tom. 2. pag. 350. conceſſerat omnium primus Miniſtro Fratrum Minorum Provinciæ Umbriæ , *quatenus quinque* , *vel ſex Fratribus prædicti Ordinis* , illius tamen Provinciæ , *officium Tabellionatus exercendum in Inquiſitione prædicta dumtaxat* , *vice ſua concederet*.

Diplo-

Digitized by Google

Diplomata Gregorii X. Viterbii electi anno 1271. Kalendis Septembris, qui cum obierit IV. Idus Januarii anni 1276., Pontifex fuit annos, ac menſes quatuor, & dies decem, ſi a die electionis computentur.

I.

Revocatur Suſpenſio ab officio, & beneficio, facta de Henrico electo Archiepiſcopo Trevirenſi. Ex Regeſto Vaticano Litterarum Apoſtolicarum Gregorii Papæ X. Epiſt. 88., necnon ex Formulario Ebuli, & ex ejus Compendio toties laudatis, & ex Geſtis Archiepiſcoporum Trevirenſium numer. 263. apud Martene Vet. Scriptor. tom. IV.

An.Ch. 1271. die 25. Octob.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Henrico (1) *electo Treveren.* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Henrici delicta Urbano IV. delata ſummarie recenſentur.

Felicis recordationis Urbanus Papa (3) Prædeceſſor noſter, perlato ad ipſius auditum, quod tu Treveren. electus, Pallio non obtento, te in tuis litteris Archiepiſcopum nominaras (4). In Rheni flumine novum Pedagium motu proprio inſtitueras (5) & hoc ipſo excommunicationis ligatus ſententia divina celebrabas officia (6) immo quantum erat in te potius prophanabas, & exiſtens

C c c ſimo-

(1) *Dilecto filio Henrico*; de Feſtinga, ut in nota (2) ad Bullam Urbani IV., *Inquiſitionem faciendam*, Eccleſiæ Metenſis in Gallia Decano, Romæ ab Alexandro IV., ob diſcordiam inter Henricum de Bolandia, & Arnoldum de Sleida, ſimul electos poſt mortem alterius Arnoldi, & de Archiepiſcopatu contendentes, aſſumpto. De quo vide etiam notas ad Bullas, *Quam ſit Mundus*, &, *Dilecti filii Theodoricus*.

(2) *Electo Treveren.*; Auguſtæ Trevirorum, Urbis in Alemania celeberrimæ, cujus Eccleſia, ut legitur in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum num. 191. *Mater extitit primitiva totius Alemaniæ*, cujuſque Archiepiſcopus omnium primus in Imperatoris electione ſuffragatur, ac titulo gaudet Archicancellarii Imperii pro Galliis.

(3) *Felicis recordationis Urbanus Papa*; hujus nominis IV., qui Henrici cauſam variis perſonis commiſit, ut liquet ex Bulla ejuſdem, *Inquiſitionem faciendam*, & ex notis ad eamdem in hoc Supplemento videndis.

(4) *Pallio non obtento, te in tuis litteris Archiepiſcopum nominaras*; contra Jus Canonicum, Cap. *Quoniam* 1. diſt. 100., ubi præcipitur, quod quicumque habet uſum Pallii, *debet intra tres menſes a die conſecrationis, ſi ante non fuit conſecratus, vel a die confirmationis, ſi jam ante fuit conſecratus, ceſſante juſto impedimento, per ſe, vel per Procuratorem petere Pallium, alias privatur commiſſa ſibi dignitate*. Hinc ex eodem jure Canonico ante Pallii receptionem non licet ei, quamvis in Epiſcopum ſit conſecratus, imo etiamſi poſſeſſionem acceperit, ſe vel Archiepiſcopum nominare, vel eos exercere actus, qui ſunt juriſdictionis majoris, quoſque, non ut ſimplex Epiſcopus, ſed tamquam Archiepiſcopus facere videtur, uti ſunt convocare Concilium, viſitare Provinciam, & ſimilia. Id ſiquidem ei prohibetur cap. *Quod ſicut* 28. de Elect. per hæc verba: *Præterea cum non liceat Archiepiſcopo ſine Pallio convocare Concilium, conficere Chriſma, dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare &c.* Ratio vero eſt, ut ait Baronius ad annum 1102. num. VIII., & IX., & cum ipſo ſcribit Thomaſſinus Vet. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 58., quia *in Pallio plenitudo conceditur Pontificalis officii*.

(5) *Novum Pedagium motu proprio inſtitueras*; Vectigal nempe, quod a tranſeuntibus ſolvitur Principi in locis ab ipſo conſtitutis. Hæc impoſitio prohibetur, ut infra, ex antiquo Canone C. 23. *Si quis Romipetas* cauſ. 24. q. 5., ubi legitur, quod qui *Mercatores novis Teloneorum, aut Pedagiorum exactionibus moleſtare tentaverit, communione careat Chriſtiana, donec ſatiſfecerit*. Etiam in Bulla Cœnæ Domini §. 5. eadem inhibitio ſub hiſce verbis habetur: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris ſuis nova pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi a jure, ſeu ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt.*

(6) *Excommunicationis ligatus ſententia divi-*

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1271.

Henrici cauſa pluribus commiſſa ab Urbano IV.

ſimonia, perjurio, ſacrilegio, homicidio, & criminibus aliis irretitus, bona Treveren. Eccleſiæ dilapidabas, & etiam conſummebas; inquiſitionem ſuper iis primo Venerabilibus Fratribus noſtris Wormacien. (7) & bonæ memoriæ Spiren. (8) Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati de Rodinkirchen (9) Præmonſtratenſis Ordinis (10) ſub certa forma committens, tandem eorum proceſſus tibi exhibitos reputans defectivos, negotium hujuſmodi Fratribus Wilhelmo, & Rorico de Ordine Minorum iterato commiſit (11). Et licet illi dum in eodem negotio laborarent, tum quia juris apices non ſervarunt, felicis recordationis Clemens Papa (12) Prædeceſſor noſter proceſſum per eos habitum de Fratrum noſtrorum conſilio, juſtitia exigente, caſſavit. Et prædicens tibi tunc in ſua præſentia conſtituto (13) quod inquiſitionem ab eodem Prædeceſſore Urbano commiſſam proſequi per ſe, vel per alios intendebat, ſuper certis articulis tibi traditis nunc per ſe, nunc per alios, quibus id commiſit interdum (14) tuas reſponſiones audivit, ex quibus contra te multipliciter invehi videbatur. Et a Telonio (15) quod impoſuiſſe dicebaris, ſumens initium, ac tibi allegando primo excommunicationem imponens pro eo, quod ratione Telonei a tuo Prædeceſſore (16) impoſiti, quod uno anno, ſicut conſtat ex tua confeſſione, vendideras, magno prætio ex hujuſmodi venditione percepto. Et ſecundo negligentiam in eo

Clemens IV. Henrici cauſam diſcutit.

Primum delictum Henrico objectum.

Secundum delictum.

Tertium delictum.

divina celebrabas officia; & idcirco ob violatam cenſuram irregularis effectus ex cap. *Si quis Epiſcopus* 11. q. 3., ex cap. *Is qui* de Sentent. Excom. in 6., & ex cap. *Is cui* 20. in eodem titulo item in 6., ubi decernitur, quod *ſi ſuſpenſus aliquem actum, a quo eſt ſuſpenſus; exerceat, graviter peccat, ſi materia eſt gravis, &, ſi durante ſuſpenſione, actus Ordinis exerceat, ipſo facto incurrit irregularitatem*. Item *evadunt irregulares Clerici cenſuras temere violantes, v. g. ſi excommunicati, interdicti, vel ſuſpenſi Ordinum munera exerceant, divinis ſcienter ſe ingerendo, ſcienter celebrando in loco interdicto, in caſibus non permiſſis*.

(7) *Wormacien.*; Eberhardo I. ex Gallia Chriſtiana tom. 5. num. XLII. Epiſcopo Wormatiæ, vulgo *Worms*, quæ Urbs eſt Imperialis Alemaniæ in Rheni Palatinatu, cujuſque Epiſcopus eſt Princeps Romani Imperii.

(8) *Spiren.*; Henrico II., de quo in eadem Gallia Chriſtiana loco laudato n. XLIX., Spiræ ſcilicet, Urbis pariter Imperialis in Palatinatu inferiori Epiſcopo, Archiepiſcopi Moguntini Suffraganeo.

(9) *Abbati de Rodinkirchen.*; ita etiam in litteris Urbani IV., *Venerabilibus Fratribus noſtris*, & in aliis; unde mendoſe legitur in Formulario Ebuli, de *Rodezibec*.

(10) *Præmonſtratenſis Ordinis*; Moguntinenſis Diœceſis, ut in citatis litteris Urbani IV., *Venerabilibus Fratribus noſtris*. Huic Abbati, ac duobus Epiſcopis laudatis primum commiſit Urbanus IV. inquiſitionem contra Henricum electum Trevirenſem, ſed quia *perſonæ ipſæ minus ſtudioſe negotium proſequebantur injunctum*, ut ait idem Pontifex in ſuo Diplomate, *Per exigentiam*, illud Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum demandavit, ut in ſequenti nota.

(11) *Fratribus Wilhelmo, & Rorico de Ordine Minorum iterato commiſit*; anno ſcilicet primo ſui Pontificatus vigore litterarum, *Venerabilibus Fratribus noſtris*; & anno ſecundo per alias mox indicatas, *Per exigentiam*. De Wilhelmo, & Rorico vide notam (5) & immediate ſequentem ad Bullam Urbani IV. *Inquiſitionem faciendam*.

(12) *Clemens Papa*; hujus nominis IV.

(13) *Prædicens tibi tunc in ſua præſentia conſtituto*; Henricus enim, ut vidimus in nota (11) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*, Romam ſe contulit, Treviris diſcedens die 6. Decembris anni 1263., & in partibus Romanis commoratus eſt uſque ad electionem Clementis IV., quæ contigit Viterbii ſub initio anni 1265.

(14) *Quibus id commiſit interdum*; cauſam videlicet Henrici, quam primo quidem commiſit Urbanus IV. Epiſcopis Wormacienſi, & Spirenſi, necnon Abbati Præmonſtratenſi de Rodinkirchen; deinde ſemel & iterum Fratribus Wilhelmo, & Rorico Ordinis Minorum; tertio Abbati S. Martini Glandarienſis, & Cantori Eccleſiæ Trevirenſis; quarto denique Abbatibus de Villario, & de Garzia Ordinum Ciſtercienſis, & S. Benedicti.

(15) *A Telonio*; ideſt, a Pedagio, de quo vide ſupra in nota (5).

(16) *A tuo Prædeceſſore*; Arnoldo, vel Arnulpho, de quo in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum, & apud Raynaldum, qui ex Chronico Trevirenſi ad annum 1259. num. LII. hæc refert: „ Arnoldus Trevirenſis Archiepiſcopus, quem nonnulli Arnulphum vocant, „ Eccleſiam ſuam e vivis diſcedens turbis plenam reliquit, ut proditur, cui adminiſtrandæ Alexander Papa Henricum Metenſem „ Decanum præfecit, ac litteris Apoſtolicis inſtructum, ornatumque Pallio Treviros miſit; „ cum Henricum alterum, Arnoldumque Romæ in conſiſtorio de Archiepiſcopatu diſceptantes ex ambito gradu ſubmoviſſet. „ Hæc

Digitized by Google

eo, quod per ſex annos, & amplius in Pallii petitione ceſſaras (17) Tertio te propterea inexcuſabilem arguebat, quod Philippum quondam Meten. Epiſcopum (18) patientem notorie intolerabilem, ut dicebatur, defectum in litteratura (19) confirmans, conſecrari mandaſti (20). Quarto inſuper ex tua confeſſione, qua confeſſus fueras, quod nec unam Miſſam per totum horum ſex annorum ſpatium, quibus tamen Sacerdos extiteras, celebraras (21) te graviter culpabili reputato. Quinto tibi per eumdem Prædeceſſorem Clemen-

Quartum delictum. Quintum delictum.

Hæc Raynaldus, quem una cum Chronici Auctore deceptum eſſe in eo, quod aſſerit, Henricum nempe ab Alexandro IV. Treviros miſſum fuiſſe Pallio ornatum, ex hoc diplomate evidentiſſime apparet.

(17) *Per ſex annos, & amplius in Pallii petitione ceſſaras*; contra Eccleſiæ mandatum cap. *Quoniam* 1. diſt. 100., deſuper in nota (4) laudatum.

(18) *Philippum quondam Meten. Epiſcopum*; & Suffraganeum Archiepiſcopi Trevirenſis, qui, ut ait Urbanus IV. in ſuis litteris, *Metenſis Eccleſia*, Theſaurarius erat Eccleſiæ Metenſis, & in diſcordia electus fuit una cum quodam Theobaldo ejuſdem Eccleſiæ Cantore, qui proinde de Epiſcopatu contendentes, Alexandrum IV. appellarunt, qui Philippi cauſam ab Henrici electi Trevirenſis judicio exemit, & Octaviano Ubaldino Diacono Cardinali S. Mariæ in Via lata commiſit. Ita in Appendice ad Geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Vet. Script. tom. IV., ubi laudatæ Urbani litteræ exhibentur.

(19) *Patientem notorie intolerabilem, ut dicebatur, defectum in litteratura*; & idcirco irregularem ex defectu ſcientiæ, ut neminem latet. Canon Secundus Septimæ Synodus Generalis, quæ fuit Nicœna Secunda, vetuit inaugurari Epiſcopum, qui Pſalterium non teneat: *Definimus, omnem, qui ad Epiſcopatus provehendus eſt gradum, modis omnibus Pſalterium noſſe, ut ex hoc etiam omnis Clericus, qui ſub eo fuerit, ita moneatur, & imbuatur*. Hinc Thomaſſinus Veter. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. tom. 2. lib. 1. cap. 9. num. 5. refert, Gillemerum excluſum fuiſſe ab Archiepiſcopatu Remenſi, ad quem fuerat electus, quia cum Epiſcopi Provinciæ eum ad examen vocaſſent, & Evangelii Codicem ei obtuliſſent, *legit quidem, ſed manifeſte oſtendit ſe non intelligere*.

(20) *Confirmans, conſecrari mandaſti*; ut ad ipſum pertinebat tamquam Metropolitanum Epiſcopi Metenſis, quia ex eodem Thomaſſino loco citato tom. 1. lib. 1. cap. 47. num. 1. *Princeps, & primaria Metropolitani poteſtas ea eſt, ut Epiſcopos ſuos ipſe ordinet, nec niſi prævio accuratiſſimo examine ordinet. Conſerta, connexaque ſunt hæc jura, Epiſcopos eligendi, examinandi, confirmandique*; quod repetit idem Thomaſſinus tom. 2. lib. 2. cap. 42. num. 1. dicens: *Jure hodierno Decretalium Metropolitanis antiquum vendicatur jus ſuum ad examen vocandi, & confirmandi, infirmandique tum electionem, tum etiam Electum ipſum. Sunt & Canonicæ in eos pœnæ, qui vitioſas confirmaverint electiones, aut perſonas*, Extr. de Elect. cap. 20. 32. & 44. Has pœnas incurriſſe Henricum in confirmatione Philippi contendebant, quia perſonam irregularem ex defectu ſcientiæ confirmaverat, quia id egerat Pallio non obtento, & quia, ut ait Urbanus IV. in Bulla, *Metenſis Eccleſia*, citata in nota (18) *poſtquam Philippi negotium erat ab examine ipſius Henrici prorſus exemptum, & apud Sedem Apoſtolicam coram Pontificis Auditore pendebat, idem Henricus electionem de dicto Philippo celebratam confirmare præſumpſit, & ipſum fecit temerarie conſecrari*. Siquidem in Concilio Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. celebrato cap. *Nihil eſt*, ita de hac re definitum fuit: „ Irrefragabili Conſtitutione ſancimus, quatenus cum „ quiſquam fuerit ad regimen animarum aſſumptus, is, ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet & electionis proceſſum, & perſonam electi, ut, cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat; quia ſi ſecus fuerit incaute „ præſumptum, non ſolum deiiciendus eſt indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus. Ipſum quoque decernimus hac animadverſione puniri, ut cum de „ ipſius conſtiterit negligentia, maxime ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ „ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbaverit, „ non ſolum confirmandi primum ſucceſſorem „ illius careat poteſtate; verum etiam, ne „ aliquo caſu pœnam effugiat, a perceptione „ proprii beneficii ſuſpendatur, quouſque, ſi „ æquum fuerit, indulgentiam valeat promereri; ſi convictus fuerit in hoc per malitiam „ exceſſiſſe, graviori ſubjaceat ultioni. „

(21) *Nec unam Miſſam per totum ſex annorum ſpatium, quibus tamen Sacerdos extiteras, celebraras*. Laudatus Thomaſſinus in eodem Opere tom. 3. lib. 1. cap. 72. num. 3. ſcribit, anno 1056. in Concilio Compoſtellano præceptum fuiſſe, *ut Epiſcopi, Presbyterique quotidie Sacra facerent*; poſt quæ ſubjungit: *Si certis tamen nitatur is Canon præſidiis, ad Epiſcopos, & Parochos, qui uſitatiſſime Presbyteri dicebantur, reſtringendus erit; quod eorum maxime partes eſſent, ut quotidie Myſteria frequentarent*. Concilium Tridentinum Seſſ. 23. de Reformat. cap. 1. decrevit, Parochos teneri jure divino applicare Miſſam pro Populo ſibi commiſſo, ſi pingues habeant redditus, quotidie, ſi tenues, ſaltem diebus feſtivis; quod pluries etiam declararunt Romani Pontifices, & Sacra ejuſdem Concilii Congregatio. Etiam in Concilio Arauſicano can. 3. apud Ivonem Carnotenſem in Decret. part. 5. cap. 207. ſic decernitur: *Statuimus, ut non tantum dominicis diebus, & præcipuis feſtivitatibus Epiſcopi Miſſas celebrent, ſed, cum poſſibile fuerit, quotidiana quæque Sacramenta frequentent*.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1271.

mentem illud etiam ſimili modo gravem imponebatur ad culpam, quod prædicto Prædeceſſore Urbano Altare apud Urbem Veterem conſecrante tu inter Epiſcopos alios exiſtens, eidem cum ipſis conſecrationis officium, quod tibi, Pallio non obtento, videbatur inhibitum, peregiſti (22). Habebat præterea ſexto loco hujuſmodi allegationum adjectio, quod cum quibuſdam Mercatoribus Senen. (23) certam quantitatem pecuniæ (24) ipſis ſub tuo juramento debitam (25) in præfixo ad hoc termino, tunc etiam jam tranſacto, adeo ſolvere non curaſſes, quod ſuper hoc coram eodem Prædeceſſore Clemente cum ipſis litem etiam conteſtatus, litigare potius, quam cedere maluiſti, perjurii eras crimine involutus. Et cum in Inſtrumento ſuper hujuſmodi quantitate confecto contineretur expreſſe, quod ad non petendum Pallium donec quantitatem ſolviſſes eamdem te adſtrinxeras juramento, idem Prædeceſſor Clemens ſubinferens hoc non carere vitio ſimoniæ, ac te cenſendum proinde ſimoniacum arguens. Et adijcens ſeptimo, te pro eo, quod dilectum filium Abbatem Monaſterii S. Matthiæ (26) ac duos ejus Monachos Sacerdotes in Caſtro tuo captivos nec liberaveras, nec procuraveras liberari (27) excommunicationem aliam in-

Sextum delictum.

Septimum delictum.

(22) *Conſecrationis officium, quod tibi, Pallio non obtento, videbatur inhibitum, peregiſti*; ex cap. *Quoniam* 1. diſt. 100., & ex cap. *Quod ſicut* 28. de Elect., ut in nota (4). Ex Diario cujuſdam Thomæ de Silveſtro Eccleſiæ Urbevetanæ Canonici, quod aſſervatur in Archivo ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis intelligimus, Urbanum IV. anno 1264. Kalendis Maii, Menſibus nempe quatuor circiter poſtquam Henricus Treviris diſceſſerat Romam profecturus, conſecraſſe Eccleſiam S. Dominici Fratrum Prædicatorum ejuſdem Civitatis.

(23) *Quibuſdam Mercatoribus Senen.*; nimirum *Andreæ Jacobi*, *Fatio Junctæ*, *& Bonſignori Raynerii*, *Sociis Orlandi Bonſignoris*, *Bonaventuræ Bernardi*, *& Raynerii Jacobi Civium*, *& Mercatorum Senenſium in Francia commorantibus*, uti legitur in Bulla Urbani IV. apud Sbaraleam, *Intellecto, quod Henricus*.

(24) *Certam quantitatem pecuniæ*; duo millia ſcilicet Marcarum Sterlingorum, ut habetur in eadem Bulla, quæ taxa erat ab electo ad Trevirenſem Eccleſiam Fiſco Apoſtolico ſolvenda, quæque ſummam conficiebat x. M. Florenorum, ut dictum eſt in nota (10) ad Bullam Urbani IV., *Inquiſitionem faciendam*.

(25) *Ipſis ſub tuo juramento debitam*. Ex eadem Bulla, *Intellecto, quod Henricus*, palam fit, Henricum electum Trevirenſem tempore Alexandri Papæ IV. promiſiſſe *Petro Benencaſæ, ac Dino Perini Mercatoribus Florentinis* præfatam pecuniæ quantitatem, *nomine Cameræ Apoſtolicæ ſoluturum*, atque, hac minime ſoluta, mandaſſe Urbanum IV. Henrico de Bolandia Archidiacono Trevirenſi, ut pariter monuimus in nota (10) nunc laudata, *quatenus Electum moneret eumdem, ut uſque ad Dominicam Palmarum* Mercatoribus Senenſibus deſuper nominatis ſolvere procuraret, ſub pœna excommunicationis, eamdem pecuniæ ſummam; quod cum Henricus implere neglexiſſet, ut patet ex eiſdem Urbani litteris, harum vigore mandavit Fratri Rorico Ordinis Minorum, Boemundo Canonico Trevirenſi, & Magiſtro Alberto de Parma, quorum mentionem fecimus etiam in præcitata nota (10) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*, quatenus Electum ipſum monerent, *ut præfatam Marcarum quantitatem infra Octavas Beati Johannis Baptiſtæ proxime venturas prædictis Mercatoribus Senenſibus juxta præſcriptam formam ſolvere non poſtponeret*.

(26) *Abbatem Monaſterii S. Matthiæ*; nomine Theodoricum, de quo vide notam (8) ad Bullam Urbani IV., *Inquiſitionem faciendam*. Hoc Monaſterium, quod prius S. Eucharii appellabatur, S. Matthiæ nomen obtinuiſſe ſcribit ex Brovero in Annalibus Trevirenſibus clariſſimus Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 59. ad annum 1050. num. 108., a Corpore hujus Apoſtoli, in eo circa annum 1053. reperto; unde in Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum toties laudatis S. Matthias dicitur *totius Alemaniæ Patronus*.

(27) *Ac duos ejus Monachos Sacerdotes in Caſtro tuo captivos nec liberaveras, nec procuraveras liberari*. Poſtquam Theodoricus Abbas Monaſterii S. Matthiæ e Lotharingia Treviros rediit, abſente Henrico, qui Romam ſe contulerat, uti diximus in nota (11) ad Bullam, *Inquiſitionem faciendam*, a militibus captus fuit, & cum aliquibus Monachis in carcerem detruſus, quod uti contigit ex Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum didicimus, ubi num. 152. ita legitur: „ Cum autem idem Abbas ad partes Rheni deſcenderet, conſilium habiturus cum quodam magno Advocato ibidem exiſtente, qualiter eadem acta ad Curiam Romanam tranſmittere poſſet, conſilio requiſito, & habito, dum idem Abbas ad ſuum Monaſterium reverti proponeret, ecce duo fratres dicti de Paſſendorff milites ejuſdem Electi officiati, ipſum Abbatem invadentes, cum duobus ſuis Capellanis cœperunt, eumque in Caſtro Eccleſiæ Trevirenſis dicto Thurum deduxerunt, ibique ipſum ferreis compedibus vinctum, & oneratum, per tres „ an-

Digitized by Google

incurriſſe (28) licet varias excuſationes pro parte tua ſuper præmiſſis inductas videretur ratione multiplici confutare. Quia tamen ſic expreſſe continetur ſeries hujuſmodi proceſſus ipſius, aliqua propoſuiſti de facto, quæ te in aliquo poterant relevare: ipſe ut eo juſtius, quo & certius in negotio procederet, ad aliqua infra certum probanda terminum admittere te proponens, prout requireret juſtitia, & æquitas ſuaderet; ne interim in tuis manibus, ut ſuis verbis utamur, naufragaretur Eccleſia Treveren., te ab officio, beneficioque ſuſpendit, ſummam, ſicut in proceſſu hujus ſuſpenſionis expreſſit, aliquam taxaturus, quæ tibi de redditibus ipſius Treveren. Eccleſiæ deberent ad proſecutionem ejuſdem negotii miniſtrari, & poteſtate ſibi nihilominus reſervata, contra te ad graviora, nullis aliis expectatis probationibus, procedendi quando, & quotiens expedire videret, ſicut hæc omnia in litteris Prædeceſſoris ipſius Clementis ſuper hoc confectis perſpeximus plenius contineri (29). Sane licet coram eodem Prædeceſſore Clemente pro parte tua reſpondendo diverſimode ad præmiſſa dicendum fuiſſet ad primum, te ratione Telonei, quod tu non impoſueras, quamquam aliquid de ipſo impoſito a tuo Prædeceſſore (30) perceperis, excommunicationis ſententiam, quæ contra imponentes in Terris ſuis nova Pedagia tantummodo promulgatur, nullatenus incurriſſe, cum in veritate novi Pedagii non fueris, nec dici poſſis impoſitor, ſed impoſiti ab eodem tuo Prædeceſſore potius proſecutor, ſicut nec qui nominat aliquem nomine ſibi ab alio impoſito, nominis impoſitor dicitur, ſed ille ſolum, qui a principio impoſuit ipſum nomen, tamen in contrarium fuerat replicatum, te fuiſſe impoſitorem novi Pedagii ea ratione poſſe convinci, quod licet in licitis Teſtator, & Hæres perſona una, & eadem extimentur, in illicitis tamen inſpiciuntur capita ſingulorum, itaut alia promittentis vim non facere, alia Hæredis ejus violentia cenſeatur. Et cum non ſit continuitas in delictis, ſicut apparere dicebatur ex eo, quod injuſta juſte ut injuſte poſſeſſio non accedit, inferebatur ex iis Prædeceſſoris tui delictum, qui Teloneum primo impoſuerat, nullum tibi debere ſuffragium excuſationis afferre, quominus tu, qui ex illo aliquid exigendo, idem principaliter videbaris commiſiſſe delictum, principalis ſaltem pro tuo tempore illius impoſitor dici poſſes. Sicut & Pueri Alexandri unuſquiſque ſuo loco ſibi omnes diademata impoſuiſſe leguntur, in quo intelligi dicebat allegans, quod ſinguli Regnum per violentiam occuparunt, & per hoc colligi poſſe, quod ſucceſſorem prædeceſſoris impoſitio non excuſat, quin & ſibi diadema impoſuiſſe, ac per conſequens impoſitor dici poſſit; quod quidem ex antiquo Canone (31) qui Epiſcopis prohibet, ex uſu etiam, gravamen, ſeu ſervile officium imponere Subditis, dicebatur poſſe ar-

Henricus a Clemente IV. officio, & beneficio privatur.

Delicta Henrico objecta cum probationibus referuntur.

1. Mach.cap.1.v.10.

„ annos, & dimidium, & novem dies una „ cum duobus Cappellanis ſuis prædictis con- „ tinue detinuerunt. „ Numero vero 256. referens Geſtorum Auctor Bullam Gregorii X. *Sua Nobis dilectus*, nomina etiam Monachorum cum Abbate detentorum, & aggreſſorum militum nobis ſuppeditat, cum legatur in eadem Bulla. „ Henricus, & Theitardus „ de Paſſendorff Fratres milites, & eorum „ complices laici Trevirenſis Diœceſis, eumdem Abbatem, Godefridum, Alexandrum, „ & Hugonem Presbyteros Monachos ſuos, „ non ſine violenta injectione manuum in eos, „ Dei timore poſtpoſito, temere capientes, „ ipſos per triennium & amplius detinuere „ captivos. „

(28) *Excommunicationem aliam incurriſſe*; ob violatum privilegium Canonis 15. Concilii II. Lateranenſis cap. *Si quis ſuadente diabulo* 29. cauſ. 17. quæſt. 4.

(29) *In litteris Prædeceſſoris ipſius Clementis ſuper hoc confectis perſpeximus plenius contineri*. Incipiunt hujuſmodi litteræ, *A via rectitudinis*, vulgatæ a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 132., in quibus crimina Henrico objecta, rationes ab ipſo allatæ in contrarium, & Clementis IV. ſententia contra ipſum prolata pleniſſime continentur.

(30) *A tuo Prædeceſſore*; Arnoldo ſcilicet, vel Arnulpho, anno 1259. extincto, ut ſupra dictum eſt in nota (16) qui e vivis diſcedens, ut audivimus, Eccleſiam ſuam turbis plenam reliquit, ut ex hoc ipſo patet, quod in præſenti Diplomate de ipſo ſcribitur.

(31) *Ex antiquo Canone*; C. 23. *Si quis Romipetas* cauſ. 24. q. 5., ut jam in nota (5) ad has eaſdem litteras, eſtque Canon 16. Concilii 1. Lateranenſis.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1271.

argui evidenter, cum per hoc idem Canon patenter insinuet, propter præcedentem uſum illicitum proſecutorem uſus ejuſdem ab impoſitionis nomine nullatenus excuſari. Adiiciebatur etiam, quod ſicut Navis Exercitor eum, quem Magiſter Navi præpoſuit fungi magiſterio, patiendo ipſum, impoſuiſſe videtur; ſic, immo multo fortius tu, qui dictum Teloneum non ſolum paſſus exigi fueras, verum etiam tu ipſe exegeras, illud impoſuiſſe debebas non immerito reputari. Ad quæ videtur poſſe nomine tuo efficaciter reſponderi, & dici poſſe. Ad primum, quod licet verum ſit, quod in delictis a pluribus ſive ſimul, & eodem tempore, ſive ſucceſſive, ac in temporum diverſitate commiſſis, cum delinquant ſinguli, ſingulorum capita ſunt ſpectanda, nec unus alterum excuſat, aut relevat, quominus ſit quilibet puniendus, non tamen propterea ſequitur, quod delictum incipiens, & ipſum poſtmodum etiam ſcienter proſequens, ſemper ad pœnam teneantur eamdem, ut eſt videre in illis, quorum alter mulierem liberam rapuit, alter raptam, ſciens delictum, raptori ſervavit. Quamquam enim crimen non diſſimile ſit rapere, & raptam ſcientem delictum raptori ſervare, pœna tamen eſt diſſimilis utriuſque, ſaltem in amiſſione bonorum, quibus privatur rapiens, ſed non ſervans (32). A ſimili etiam in caſu, de quo agitur, licet tu obſervando ſcienter Teloneum, a tuo Prædeceſſore impoſitum, forſan delinquere dici poſſes, non tamen propterea ſententiam, quæ impoſitionem Telonei, tamquam principium delicti proſequitur, incurriſti. Cujus rei ratio ex illo textu legis aperte colligitur, in quo expreſſe cavetur, quod juſtius eſt eum, qui princeps fuerit delicti, teneri, quam eum quæri, ad quem fuerint res ex delicto perlatæ (33). Sic itaque rationabiliter dici poteſt, quod lata contra impoſitorem, tamquam contra delicti principem, excommunicationis ſententia, te, ad quem ex impoſito pervenit aliquid, non involvit. Nec quod dicitur, quod non eſt in delictis continuitas, iis obſiſtit. Non enim ex impoſitione, ſeu ex delicto tui Prædeceſſoris continuitas, ſeu delictum continuandi licentia, vel juris alicujus acceſſio quæritur, ſed ſolum impoſitionis novi Telonei, contra quam ſolam fertur eadem ſententia, impoſtura repellitur, & ipſius ſententiæ oppoſitio confutatur. Sed nec confutationi hujuſmodi contradicit, quod allegatur de Pueris Alexandri. Siquidem illud ſecundum viam juris neceſſario ſuum recipit intellectum, ut per hoc, ſicut inducebat allegans, exprimi ſingulorum violentiæ videantur. Nam ſi aliquis rei poſſeſſorem immobilis, puta fundi, de illius poſſeſſione violenter eiicit, Hæres violenti pacifice illam adeptus, licet rem violentiæ affectam vitio ipſum non ſit dubium poſſidere, violentus tamen proprie dici non poteſt, ſeu violentiam commiſiſſe. Unde ad id, quod pervenit ad ipſum *non interdicto unde vi, ſed in factum* actione tenetur. Et in violentia rei mobilis verum eſt, Prætorem vi bonorum raptorum in Hæredem etiam in id, quod pervenit ad ipſum, non eſſe pollicitum actionem, quia violentiam non commiſit, ſed ad rei proſecutionem condictionem ſufficere reputaſſe. Aut igitur quod de Pueris prædictis inducitur ſic eſt neceſſario intelligi, quod ipſorum ſinguli, & eorum filii poſt eoſdem in rei veritate ſingulas violentias in adeptione Regni, Subditis forſan, vel poſſeſſoribus aliquibus inter præ-

Reſponſio ad primum objectum.

(32) *Privatur rapiens, ſed non ſervans.* Licet enim raptores nedum puniantur pœna capitis, ſed etiam amiſſione bonorum, auxilium præſtantes, *ſi non actu rapinæ, ſed alias ante, vel poſt hujus criminis fuerint conſcii, miniſtri, ſuſceptores, vel quocumque alio modo ad delictum auxilium præſtiterunt, non pœna amiſſionis, ſed tantum capitis puniuntur.* Ita Farinacius tom. 2. part. 2. quæſt. 145. §. *Raptus* num. x. & xi., ubi concludit, ſic voluiſſe Imperatorem l. 1. §. *Sin autem*, & §. *Pœnas autem* C. de Rapt. Virg.

(33) *Juſtius eſt eum, qui princeps fuerit delicti, teneri, quam eum quæri, ad quem fuerint res ex delicto perlatæ*; quia major pœna debetur illi, qui rem alienam rapit, quam ei, qui rem ablatam tantummodo ſervat, ut in caſu raptus mulieris, de quo in præcedenti nota, & in caſu furti, in quo *receptans furem, aut furtum punitur eadem pœna furti*, qua nempe fur ipſe punitur, *quando & furem, & furtum inſimul receptat*; *ſecus ſi furem tantum,* vel

Digitized by Google

prædeceſſorem, & ſucceſſorem mediis reſiſtentibus commiſerint; aut Hiſtoriographus ipſos ſibi diademata impoſuiſſe narrando, non ipſorum delicta, aut ſingulares cujuſque notat violentias, ſed ad facti veritatem exprimendam apertius, videlicet, quod ſinguli pro Regibus ſe geſſerunt, conſuetum loquendi, quem ad idem jura etiam frequenter attendunt, ſecutus eſt morem. Sic enim vulgariter quilibet maxime Rex ſibi coronam ponere dici ſolet, cum regale aliquid facit, ſeu pro Rege ſe gerit in aliquo, vel propter ſolemnitatem in menſa forſitan corona utitur, ſeu alias coronatus incedit; nec tamen propter hoc notatur impoſitionis initium, quod ad veritatem coronationis primæ, cum quis in Regem aſſumitur, coronatur, & inungitur, eſt ſolummodo referendum. Per hoc etiam ad id, quod de Canone antiquo fuerat oppoſitum, dicebatur ſufficienter eſſe reſponſum; nam & ibi vulgarem loquendi modum, ſecundum quem talliam, ſeu collectam imponere dicitur, qui eam exigit, vel extorquet, quamquam ſimilis a multis prædeceſſoribus, vel ab ipſo exacta fuiſſet, Canon potius ſequi videtur, quam impoſitionis novæ principium voluiſſe notare; nec enim novi gravaminis impoſitio dici poteſt, quam uſus præcedit maxime antiquatus. Quod autem de Præpoſito, & Magiſtro Navis opponitur, prorſus eſt a caſu noſtro diverſum; nam ibi executor Magiſtri, cui Navis mandavit anchoram gubernandam, factum ratum habere poteſt, cum ille omnia auctoritate, & nomine ſuo agat; unde factum illius in eo, quod alterum Navi præpoſuit, per patientiam ratum habendo, præpoſitum ab eodem, non immerito ipſe impoſuiſſe videtur, quia ratihabitio, quæ ſecundum Legiſlatoris Pauli (34) ſententiam (35) intervenire poteſt, non verbis tantummodo, ſed etiam actu retro trahitur, & mandato ſimilis extimatur. At in caſu, de quo agitur, tu factum Prædeceſſoris tui, ſcilicet impoſitionem Telonei ratam habuiſſe dici non potes, quia ipſam, utpote non tuo geſtam nomine, ſed gerentis, ratificare, ut tu ipſam a principio impoſuiſſe videaris, nec verbis explicitis potuiſſes. Sicut enim jura clamant, ratum habere non poſſumus, quod noſtro nomine non eſt geſtum; unde ex tua præſumpta Telonei venditione ratihabitio nihil agit, ut tu impoſuiſſe, quod tuus Prædeceſſor impoſuit, videaris (36). Negligentiam quoque tibi ſecundo circa Pallii petitionem objectam aſſerendo contrarium excuſabas, cum diu præſens in Curia illud & facto ipſo expreſſe petiens, & varia, de quibus Curiæ conſtare dicebas, impedimenta ſufficerunt, per quæ Pallium nequiviſti tanto tempore obtinere. Aſſeruiſti præterea factum in tertia objectione, ſupponi videlicet te Metenſem electum (37) patientem intolerabilem in litteratura defectum confirmaſ-

Reſponſio ad ſecundum.

Reſponſio ad tertium.

vel furtum tantum, quia tunc non videtur intrare eadem pœna, ſed mitior; ut ait laudatus Farinacius quæſt. 133. num. 96. *de Conſultoribus*, & alibi contra nonnullos, qui aliter textum in d. l. *Eos* C. de Furt. intelligunt, & exponunt.

(34) *Legiſlatoris Pauli*; celebris nimirum Juriſconſulti, qui floruit ſub Alexandro Severo Imperatore, & una cum Ulpiano, alio inſigni Juriſconſulto, circa annum Chriſti 193. fuit Conſiliarius ſtatus ejuſdem Imperatoris.

(35) *Sententiam*, quæ habetur leg. *Quod ſtipulatus* ff. de Salut. & liberat.

(36) *Ratihabitio nihil agit, ut tu impoſuiſſe, quod tuus Prædeceſſor impoſuit, videaris*. Baldus in lib. 1. Digeſt. de Officio Proconſulis §. *Etiam* num. 20. ſcribit: *Qui ratificat, non eſt princeps delicti, ſed ſequax. Item ex ſuo ratificare, vel non, non augetur effectus rei .... Item iſtud eſt potius delictum mentale, quam actuale, & ſi qua pœna deberet imponi, deberet eſſe levior, & extraordinaria, non autem ordinaria*. Ex his conficitur, quod etiamſi Henricus, de quo agitur in hoc Diplomate, ratum habuiſſet Pedagium ab Arnoldo ſuo Prædeceſſore impoſitum, leviori, & extraordinaria pœna, non autem ordinaria, quæ erat excommunicationis, afficiendus erat. Hoc autem eo vel magis, quod ipſe Henricus, ut ait in his litteris Gregorius X., prædictum Pedagium, ſeu Teloneum ratum non habuit, quia revera, ut inquit idem Baldus ad lib. 4. Digeſt. De Minoribus §. *Scio etiam* num. 1. *Actus poſterior, qui habet ſe executive ad primum, non inducit ejus ratificationem*; multo minus ſi actus eſt perſonæ tertiæ, ut erat Henricus, in caſu, de quo agitur.

(37) *Metenſem electum*; Philippum ſcilicet, de quo vide ſuperius notam (18) & duas immediate ſequentes.

Digitized by Google

maſſe ſcienter, quod tu proponens, te ipſius examinationem, & confirmationem perſonis idoneis commiſiſſe, aperte negabas, nec teſtimoniis, aut alio probationum genere, vel tua fuerat confeſſione probatum. Cum tamen ſi etiam de hoc evidentius conſtitiſſet, pœna tibi ſit longe major impoſita, quam a jure in caſibus hujuſmodi ſit expreſſa, cum jura eos, qui in defectum, de quo prædictum patientem confirmando, delinquunt, a primi ſucceſſoris ejus, quem taliter confirmarunt, confirmatione ſuſpendant (38). Tu vero quadriennio, & amplius generaliter a ſpiritualium, & temporalium adminiſtratione ſuſpenſus, nec ſucceſſorem prædicti electi Metenſis confirmare, nec alium, prout ad Treverenſem ſpectat Præſulem (39) potuiſti (40).

Reſponſio ad quartum.

Quartum inſuper, in quo pro eo arguebaris fore culpabilis, quod nec unam Miſſam per ſex annos, & amplius celebraras, tam propter illarum partium obſervantiam, quæ te celebrare nondum obtento Pallio prohibebat, quam propter quædam, quæ conſcientiæ tuæ ingerentia ſcrupulum (licet in petendo circa ea remedium negligens non fuiſſes) te abſtinere a celebratione Miſſarum medio tempore ſuggeſſerunt, excuſando conſtanter id, quod quinto fuit oppoſitum, pro eo quod memorato Prædeceſſori Urbano conſecranti Altare inter alios Epiſcopos aſtitiſti, dicebas inter cætera propterea excuſabile repetendum, quia, ſi nondum, ut præmittitur, obtento Pallio, in Miſſa ejuſdem Prædeceſſoris Urbani cum aliis Prælatis exiſtens vocatus ex parte Prædeceſſoris ipſius, ſicut in talibus fieri conſuevit, acceſſiſti ad ejus præſentiam una cum Prælatis eiſdem, non magnus in hoc notari poteſt exceſſus, ſed potius obedientia commendari, præſertim cum, licet Pallio non obtento, id tibi principaliter agere in tua Provincia non liceret, ſatis tamen veriſimiliter credere poteras, quod in aſſiſtendo eidem, ubi nihil tamquam principalis agebas, ſed ad decentiam potius aſſiſtere videbaris, te ipſius auctoritas excuſaret.

Reſponſio ad ſextum.

Ad ſextum, per quod ex eodem reatu perjurii, & ſimoniæ vitio vocabaris reus, quia dictis Mercatoribus pecuniam, quam per Inſtrumentum publicum te ab ipſis mutuo recepiſſe, certoque ipſis reddere termino, adjecto, quod non peteres Pallium, donec ſolviſſes eamdem, juramento præſtito promiſiſſe monſtrabant; tranſacto eodem termino non ſolviſti, repetita facti veritate, quæ circa hoc fuerat coram eodem Prædeceſſore Clemente propoſita, & per fidedignorum aſſertionem coram Nobis eſt plenius revelata, a prædictis perjurii, & ſimoniæ vitiis dicebaris immunis, quia contractus inter te, & dictos Mercatores habitus omnino nullus fuerat, nec aliquid veritatis habuerat, nec ſpe futuræ numerationis tibi faciendæ ab ipſis intervenerat; ſed cum quidam certius promitteret ſe facturum, quod claræ memoriæ Rex Richardus in Romanorum Regem electus (41) duo-

(38) *A primi ſucceſſoris ejus, quem taliter confirmarunt, confirmatione ſuſpendant*; Cap. *Cum in cunctis* §. fin. 7. h. t. ubi de indignum eligentibus ita decernitur: *Etiam eligentes indignum, aut non ſervata debita forma, ipſo jure privati exiſtant pro una vice poteſtate eligendi*; ut etiam in Cap. *Nihil eſt*, IV. Concilii Lateranen.

(39) *Prout ad Treverenſem ſpectat Præſulem*; tamquam ſcilicet Metropolitanum, cujus Epiſcopus Metenſis eſt Suffraganeus, ut ſupra innuimus in nota (18).

(40) *Potuiſti*. Henricus electus Treviren. ſis ab officio, & beneficio a Clemente IV. ſuſpenſus fuit anno 1267. die 19. Decembris, ut liquet ex litteris ejuſdem Pontificis, *A via rectitudinis*, continentibus hanc ſuſpenſionem, editis anno & die citatis, & vulgatis a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 132.; unde merito Gregorius X. in hoc Diplomate, emanato anno 1271. die 25. Octobris, affirmat, ipſum Henricum quadriennio, & amplius, ut patet, a temporalium, & ſpiritualium adminiſtratione fuiſſe ſuſpenſum. Cum autem dicat pariter Gregorius X., prædictum electum nec Philippi ſucceſſorem immediatum, nec alterum confirmare potuiſſe, aperte colligimus, eumdem Philippum, ſub Alexandro IV. ad Metenſem Epiſcopalem Cathedram aſſumptum, eam tenuiſſe uſque ad Clementem IV., ac eo regnante, vel Romana Sede vacante extinctum, brevi duos habuiſſe in eadem Cathedra ſucceſſores, ab aliis Epiſcopis, quam a ſuo Metropolitano confirmatos.

(41) *Rex Richardus in Romanorum Regem electus*. Poſt mortem Friderici II., quæ contigit, ut alias quoque dictum eſt in noſtris hiſce notis, anno 1250., diuturnum fuit interregnum uſque

Digitized by Google

duodecim Millia Marcas (42) quæ Prædeceſſori tuo dare noluerat, tibi daret, tu de illis ſexcentas Marcas eidem tertio, & non antea perſolvendas, cum idem tertius prædicta Marcarum millia tibi ſolvi efficaciter promiſiſſet, quod cum non fuerit procuratum, tu nec dictas ſexcentas Marcas ſolvere tenebaris, nec eas inſolvendo perjurium incurriſti. Profecto nec vitium ſimoniæ pro eo, quod donec ipſas ſolveres te in contractu, qui ex nulla ſui parte in veritate conſiſtit, videbaris ad non petendum Pallium obligaſſe, præſertim cum hoc non ſit prohibitum, quia ſimoniacum; ſed quia per Conſtitutiones argui poteſt forſitan prohiberi, cenſendum ſimoniacum videatur, in quo etiamſi peccaſſes in aliquo, ſatis videri poteras tanti temporis ſuſpenſione punitus. Verum illud, quod ex omiſſa dicitur Abbatis, & Monachorum (43) liberatione tibi ſeptimo fuerat objectum, te ſcilicet propterea in ſententiam Canonis (44) incidiſſe, tu pro eo frivulum reputans, quod ſicut coram eodem Prædeceſſore Clemente fuerat allegatum, poſſe tuum feceras ad liberationem (45) nec omiſſio, quæ contra te videbatur ab allegante ſupponi, probata extitit, vel etiam probari potuiſſet, nec liquidum eſſe de jure, quod exacta exigeretur in hoc diligentia, ſed bonam fidem, de cujus contrario non conſtabat, dicebas ſufficere, ut dictam Canonis ſententiam evitares, tandem humiliter ſupplicaſti, tibi, immo potius eidem Treveren. Eccleſiæ, quæ occaſione ſuſpenſionis hujuſmodi multis diſcriminibus patuit, damna incurrit gravia, &, niſi remedio celeri ſuccurreretur eidem, adhuc graviora verentur, miſericorditer ſubveniri; præſertim cum memoratus Prædeceſſor Clemens, quamquam contra te allegationibus multum inſiſtere, ac confutatis replicationibus contra tuas nunc propoſitas excuſationes in ſæpe fato proceſſu videretur inniti. Hoc tamen non tam aſſerendo feciſſe, quam diſcutiendo de hujus negotii meritis videatur, ac te per excuſationes eaſdem, etſi non excuſatum pro eo, quod tibi adhuc nequaquam de facti, quod proponebatur in illis, veritate conſtabat; tamen eum conſtaret excuſabilem reputaſſe, quod ex eo videtur liquido apparere, quia, ſicut præmittitur, te ad ipſarum, ſeu aliquarum ex eis probationem admittere intendebat (46) licet

Reſponſio ad ſeptimum.

Clemens IV. Henrici cauſam diſcuſſit, ſed non definiit.

uſque ad annum 1273. Interim Principes plures ad Imperii coronam aſpirarunt, maxime vero Henricus Thuringiæ Lantgravius, Guillelmus Brabantiæ Comes, Alfonſus X. Rex Caſtellæ, & Richardus Comes Cornubiæ in Anglia meridionali, qui, ut ex Pariſio refert Spondanus ad annum 1257. num. 1., hoc eodem anno in die Aſcenſionis Domini Aquiſgrani una cum uxore ſua Sancia ab Archiepiſcopo Colonienſi unctus, & coronatus fuit; atque hic eſt Richardus, cujus in hoc Diplomate mentio fit.

(42) *Duodecim Millia Marcas*. De hoc monetarum genere vide notam (10) ad litteras Urbani IV., *Inquiſitionem faciendam*; & notam (6) ad Bullam XLVI. Alexandri IV., quæ incipit, *Ad extirpanda*.

(43) *Abbatis, & Monachorum*; Monaſterii S. Matthiæ Trevirenſis, qui ab Henrici militibus, ipſo tamen abſente, in vinculis detinebantur, ut ſupra dictum eſt in nota (27).

(44) *Sententiam Canonis*; qui eſt 15. Concilii II. Lateranenſis, anno 1139. ſub Innocentio II. celebrati, relatus in cap. *Si quis ſuadente diabulo* 29. cauſ. 17. quæſt. 4.

(45) *Poſſe tuum feceras ad liberationem*. In litteris Clementis IV., *A via rectitudinis*, habemus, Henricum obiicienti hanc negligentiam in procuranda prædicti Abbatis, & Monachorum liberatione reſpondiſſe „ ſe feciſſe „ quod poterat, quia Officiali Trevirenſi, & „ Priori Fratrum Prædicatorum, ac Guardiano Fratrum Minorum in Confluentia mandaverat, quod monerent eum, qui Caſtrum tenebat, ut eos redderet; alioquin denuntiarent excommunicatum eumdem, & comminarentur eidem, quod Feudis, quæ a Trevirenſi tenet Eccleſia, privaretur. „ In Geſtis Trevirenſium Archiepiſcoporum legimus, ipſum Henricum promiſiſſe etiam Urbano IV., qui moleſte hanc Monachorum detentionem audivit, ac de ea Henricum ipſum in ſua præſentia conſtitutum redarguit, ſe operam daturum, ut liberarentur, licet, ut audivimus ex iiſdem Geſtis, in carceribus nihilominus detenti fuerint *per tres annos, & dimidium, & novem dies*.

(46) *Ad ipſarum, ſeu aliquarum ex eis probationem admittere intendebat*; quod clare conſtat ex Bulla ipſius Clementis IV., *A via rectitudinis*, in qua poſt deſcriptam Henrici cauſam ſubjungit Pontifex: „ Iis igitur, & „ aliis, quæ ad præſens diſcuti poterant, diligenter inſpectis, licet multis prudentibus „ videretur, quod Nos contra memoratum „ Electum procedere gravius valeremus; ut eo „ juſtius, quo & certius in negotio procedamus, ad aliqua infra certum probanda terminum eum admittere proponentes, prout „ requiret juſtitia, & æquitas ſuadebit &c. „

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An.Ch. 1271.

licet id facere nequiverit, ſicut Domino placuit, morte præventus (47) nec ad definitionis proceſſit calculum, ſed te potius ex quadam ſua, ſicut præmiſſa verba, ne in manibus tuis interim Treveren. naufragaretur Eccleſia, ſatis patenter indicant, proviſione ſuſpendit (48). Hujuſmodi quoque ſupplicationi tuæ ſuppliciter, & reverenter inſiſtens, miſericordiam, non judicium, poſtulaſti, adiiciens, quod etſi forſan in præmiſſis aliquatenus exceſſiſſes, ſatis tamen poteras exceſſus hujuſmodi tam diffuſi temporis ſuſpenſione expiaſſe. Nos itaque attendentes ſuſpenſionem eamdem, quæ ad proviſionem dictæ Treveren. Eccleſiæ fuit ex intentione ipſius Prædeceſſoris Clementis inducta, in ejus grave diſpendium redundare; conſiderantes quoque temporis inſtantis circumſtantias varias, propter quas eadem Eccleſia, totaque Treverenſis Provincia tua multum dignoſcitur præſentia indigere; nec omittentes in conſiderationis noſtræ ſcrutinio, quod ejuſdem ſuſpenſionis opprobrium cum multa humilitate, ac patientia toleraſti, deliberatione cum Fratribus noſtris habita, ſuſpenſionem ipſam de ipſorum conſilio relaxamus; tibi nihilominus concedentes expreſſe, ut adminiſtrationem ejuſdem Treveren. Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus, tam quoad ea quæ ſunt Ordinis, quam ad ea quæ ſunt juriſdictionis, præmiſſis non obſtantibus, ex quibus nullum tibi volumus parari præjudicium, vel obſtaculum interponi, libere gerere valeas, ſicut prius. Nulli ergo noſtræ relaxationis, & conceſſionis &c.

Henrici ſuſpenſio tollitur, & Eccleſiæ Trevirenſis adminiſtratio plena, & libera ei conceditur.

Datum apud Urbem Veterem VIII, Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno Primo (49).

(47) *Morte præventus*; mortuus eſt enim Clemens IV. anno 1268. extrema Novembris die, menſibus nempe undecim, & diebus totidem elapſis poſtquam Henricum ab officio, & beneficio ſuſpenderat, edita præcitata Bulla, *A via rectitudinis*, die 19. Decembris anni ſuperioris 1267., quæ legi poteſt in Bullario Franciſcano tom. 3. pag. 132.

(48) *Suſpendit*; ab officio ſcilicet, ut modo dictum eſt in nota præcedenti, & beneficio, a quibus fuit ſuſpenſus a die 19. Decembris anni mox laudati 1267. uſque ad diem 25. Octobris anni 1271., quo a Gregorio X. harum litterarum tenore utriſque reſtitutus fuit.

(49) Poſt hæc idem Gregorius X. ſub V. Idus Novembris ejuſdem anni alias dedit litteras ſimiliter incipientes, *Nuper felicis recordationis*, directas *Univerſis Suffraganeis Eccleſiæ Treverenſis*, ut Henrico *tamquam ſuo Metropolitano impendant obedientiam debitam, & devotam*, eoſdem admonens, ſe eidem, Henrico Pallium conceſſiſſe, eumque cum ſua, & Apoſtolicæ Sedis gratia ad Eccleſiam Trevirenſem remittere; *Clero, & Populo Civitatis, & Diæceſis Treveren.*, ut eamdem obedientiam eidem exhibeant, *tamquam Patri, & Paſtori animarum ſuarum*; *Vaſſallis Eccleſiæ Treveren.*, ut obediant Henrico, *tamquam ſuo Domino temporali*. Extant hujuſmodi litteræ in eodem Regeſto Vaticano Litterarum Apoſtolicarum Gregorii X. immediate poſt deſuper exſcriptam. De Henrici cauſa, electione ſcilicet, criminibus ipſi objectis, ſuſpenſione, reſtitutione, & aliis legi poſſunt Geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum apud Martene Veter. Scriptor. tom. IV.

II.

Digitized by Google

II.

Mandat, ut non ſinat Moniales Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe contra privilegia Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus moleſtari, utque moleſtatores etiam per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcat.

Ex Chronico MS. ejuſdem Monaſterii, a Sorore Urſula Formicini diſpoſito, & ibidem aſſervato, pag. 105.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1272. die 8. Febr.

Dilecto filio Magiſtro Alberto, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUm multiplicata ſit adeo iniquitas ſuperborum, qui quaſi aquam maledictionem bibentes, Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas perſequi non deſiſtunt, multiplicari debet humilium æquitas contra illos, ut ſapientia vincens malitiam, peccatorum virgam ſuper ſortem juſtorum minime derelinquat. Cum itaque dilectæ filiæ Abbatiſſa (1) & Conventus Sororum Incluſarum Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe (2) Ordinis Sanctæ Claræ, ſicut ex parte ipſarum fuit propoſitum coram Nobis, a nonnullis, qui Nomen Dei in vacuum recipere non formidant, ſuper bonis ſuis, ac Sancti Pancratii (3) Sancti Jacobi (4) Sancti Cornelii (5) Sanctæ Mariæ (6) & quarumdam aliarum Eccleſiarum (7) Portuen., Sutrin., Nepeſin. Civitatum, & Diœceſum, quas quidem Eccleſias Sedes Apoſtolica eis in ſuarum neceſſitatum ſubſidium deputavit (8) multipliciter moleſtentur, Nos volentes

Job. 15. v. 16.

Pſalm. 124. v. 3.

Monialium recurſus ad Pontificem.

(1) *Abbatiſſa*; Humilia, quæ ex Chronico præcitato Sororis Urſulæ ad annum uſque 1274. hujuſmodi munere functa eſt.

(2) *Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe*; in regione Tranſtyberis, immo prope Ripas ejuſdem fluminis, in loco, qui *Mica Aurea*, ſeu *Vicus Aureus*, dicebatur.

(3) *Sancti Pancratii*. Nulla hujus Eccleſiæ in Chronico Sororis Urſulæ occurrit mentio, licet alias plures ad idem Monaſterium pertinentes diligentiſſime recenſeat.

(4) *Sancti Jacobi*; ſive Sanctorum Philippi, & Jacobi in Civitate Sutrina, ut alias quoque ex eodem Chronico adnotatum fuit.

(5) *Sancti Cornelii*; prope Inſulam, quæ vocatur Caſtrum Sancti Petri, ut ajunt Gregorius IX. in ſuis litteris, *Quoties a Nobis petitur*, editis a Sbaralea, & Innocentius IV. in ſuis, *Ex parte veſtra*, a nobis in hoc Supplemento exhibitis, ubi etiam habetur: *In loco, qui dicitur Maceran. Portuenſis Diœceſis*, quem locum illum eſſe putarem, qui nunc *Maccareſe* vulgo nuncupatur, in Paræcia Portuenſi, a cujus Cathedrali Eccleſia non multum diſtat.

(6) *Sanctæ Mariæ*; de Capranica Sutrinæ Diœceſis, ut etiam alibi ex eodem Chronico monuimus.

(7) *Et quarumdam aliarum Eccleſiarum*; Sancti Pauli nimirum, & Sancti Andreæ de Sutrio, necnon Sancti Petri in Diœceſi Portuenſi, ubi extabat etiam Eccleſia S. Cornelii, quæ in Inſtrumento relato in præfatis litteris Gregorii IX., & Innocentii IV. conceſſa dicitur Monaſterio, & Monialibus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe *cum Eccleſiis, & Cappellis ſibi ſubjectis*. Waddingus ad ann. 1238. n.XXII. agens de permutatione, & collatione harum Eccleſiarum inquit: „ Abbas item & Conventus Monaſterii de Farneto Aretinæ Diœceſis, Ordinis S. Benedicti dedit Sanctimonialibus Sancti Coſmæ in Urbe, de quarum fundatione egimus ſuperius, Eccleſiam Sancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur Caſtrum S. Petri, in loco qui dicitur Macerenum, Portuenſis Diœceſis, cum Eccleſiis ſibi ſubjectis, & omnibus juribus & pertinentiis ſuis, pro permutatione Monaſterii S. Criſpoliti de Bettona Aſſiſinatis Diœceſis, cum omnibus etiam juribus & pertinentiis, quod erat membrum Monaſterii S. Coſmæ, dum olim eſſet Patrum Benedictinorum, ſed in temporalibus diminutum, & in ſpiritualibus reformatum. Pro parte Monialium erat Procurator, & Syndicus Magiſter Joannes de Sancto Germano, Capellanus Pontificis, ejus auctoritate & litteris conſtitutus, & pro Monachorum parte Frater Ubertus, ut latius patet in Pontificio Diplomate, ad annum.XII. Pontificatus,, ſcilicet Gregorii IX., confirmato poſtmodum ab Innocentio IV. Conſtitutione deſuper laudata, *Ex parte veſtra*, a nobis allata in hoc Supplemento pag. 14.

(8) *Sedes Apoſtolica eis in ſuarum neceſſitatum ſubſidium deputavit*; uti conſtat ex iiſdem litteris Gregorii IX., & Innocentii IV., ac pariter ex aliis Alexandri IV., *Ab univerſis, et ſingulis*, & ex notis ad eamdem in hoc Supplemento legendis.

Digitized by Google

GREGORIUS PP. X. An. Ch. 1272.

Mandat ut ſupra.

Facultatis conceſſæ reſtrictio.

tes dictarum Abbatiſſæ, & Conventus, prout decet, quieti, & moleſtatorum hujuſmodi malitiis obviare, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui opportuni favoris aſſiſtens præſidio, non permittas eas contra indulta privilegiorum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari; moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, omni appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, quamquam de indulto hujuſdi plenam, & expreſſam fecerint mentionem: attentius proviſurus, ne de dictis his, quæ cauſæ cognitionem non exigunt, vel quæ perſonas, & bona non contingunt ipſarum, te aliquatenus intromittas; Nos enim, ſi ſecus præſumpſeris, tam præſentes litteras, quam etiam Prædeceſſorum, ſi te illarum auctoritate litigare contigerit, omnino carere viribus, & nullas fore decernimus ...... Hujuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic ſapienter, & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas, præſentibus ad triennium minime valituris.

Datum apud Urbem Veterem VI. Idus Februarii Pontificatus noſtri Anno Primo (9).

III.

Eximit Clariſſas a ſolvendis decimis pro ſubſidio Terræ Sanctæ impoſitis.
Ex Autographo exiſtente in Archivo Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe.

An. Ch. 1274. die 29. Septe.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum Ordinis Sanctæ Claræ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Concedit ut ſupra.

DEvotioni veſtræ præſentium auctoritate concedimus, ut de fructibus, redditibus, & proventibus veſtris Eccleſiaſticam ſolvere non teneamini decimam ſuper ſubſidio Terræ Sanctæ in Generali Concilio deputatam (1). Et inhibemus diſtricte, ne quis prætextu ejuſdem decimæ aliquid

(9) Soror Urſula Formicini ad calcem hujus Diplomatis fatetur, ſe idem exſcripſiſſe ex Autographo, vel Exemplari, quod extabat in eodem Sanctorum Coſmæ, & Damiani Monaſterio, nunc autem deperdito; ac in eo multa verba ſe adinveniſſe ſcribit, vel characteres, qui vix diſcerni poterant; ac proinde addit, ſe in ſuo Chronico ipſum exaraſſe, ut licuit, adeo nempe confuſe, ut rectæ lectioni hic a nobis reddi debuerit.

(1) *Solvere non teneamini decimam ſuper ſubſidio Terræ Sanctæ in Concilio Generali deputatam*; in Lugdunenſi ſcilicet II., hoc eodem anno ab ipſo Gregorio X. celebrato, in quo, peracta ſecunda Seſſione, *Pontifex*, ut habetur apud Labbè in Hiſtor. hujus Concilii tom. XIV. Conciliorum, *Cardinales, & Epiſcopi, decimas omnium Eccleſiaſticorum redditunm pro ſubſidio belli Hieroſolymitani collecturos ſe eſſe promiſerunt*. Raynaldus ad annum 1274. n. III. id actum fuiſſe ait ante ſecundam Seſſionem. *Nec fruſtra*, inquit, *conſumptum tempus, quod medium inter Seſſionem utramque effluebat: qualibet enim Provincia Archiepiſcopum, & Abbatem ad ſe venire juſſit*, *atque ab iis omnibus Eccleſiarum proventuum decimas ad ſex annos pro ſubmittendis Terræ Sanctæ ſubſidiis poſtulavit, obtinuitque; adeo ut a feſto Sancti Joannis Baptiſtæ ejus anni tempus excurreret*; poſt paucos nempe dies, quia prima Seſſio habita fuit Nonis Maii, ſecunda vero XV. Kal. Junii, ut ait idem Raynaldus, qui num. XIIII. ſubjungit, *pro ſuppeditandis Cruceſignato militi ſtipendiis præfectos a Pontifice fuiſſe Eccleſiaſticos, qui decimas a Sacerdotibus exigerent*. Sancivit quoque Concilium, eodem Raynaldo ibidem referente, ut *de redditibus, & proventibus leproſorum domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in uſus infirmorum, & pauperum convertuntur, decima non ſolvatur. Moniales etiam, aliæque*

Digitized by Google

quid a vobis, aut Monaſteriis ipſis exigere, vel extorquere præſumat. Nolentes, quod per retardationem ſolutionis ipſius decimæ aliquam excommunicationis ſententiam latam hactenus, vel proferendam de cætero incurratis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. *Clauſula prohibens.*

Datum Lugduni III. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Tertio.

que regulares perſonæ, quarum redditus, & proventus Eccleſiaſtici adeo ſunt tenues, & exiles, quod de illis ſuſtentari non poſſunt; ſed pro habenda ſua vitæ ſuſtentatione neceſſe habent publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictam decimam non perſolvent.

NICOLAUS PP. III. An. Ch. 1278.

Diplomata Nicolai III., qui anno 1277. electus Viterbii ante diem VII. Kal. Septembris, deceſſit Soriani prope Viterbium XI. Kal. Septembris anno 1280., Pontificatus ſecundo, menſe Octavo, die nono, viceſimoque.

I.

Quod Senatores Urbis exequantur, vel exequi faciant ſententias latas in Hæreticos. Ex Formulario Ebuli aſſervato in Archivo Vaticano, & ex Compendio ejuſdem extante in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe pag. 177.

An. Ch. 1278. die.....

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Nobilibus viris Senatoribus Urbis (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Omnium Populorum cura Romano Pontifici incumbit.

ETſi divina providentia Nos, quamquam immerito, cunctis Regnis, & Populis conſtituerit in ſpecula vigilantiæ paſtoralis, vos tamen, & Populum Romanum, tanquam intimos, & peculiares dilectionis filios novimus ſpecialiter noſtræ ſollicitudini commendatos. Apud vos enim ſingularis honoris privilegio in Apoſtolorum præcipuis Principibus conſtituit divitiarum ſapientiæ Dei, & ſcientiæ altitudo Apoſtolici fundamenta ſublimia Principatus, ut Primatum totius ſæculi, differentiori auctoritate, quam prius in Urbe per Sedem Apoſtolicam deſignaret. Propterea tam Nobis, quam vobis privatæ affectionis viciſſitudinem ipſa naturalis ratio perſuadet, ut in Nobis erga vos propenſius vigeat paterna dilectio, & in Vobis erga Nos affectuoſior ſit devotio filialis; ſed in iis maxime ſumus unanimes, quæ ſalutem ipſius Populi continent, & honorem. Sane ſicut dilectus filius Frater S. (2) de Ordine Fratrum Minorum Inquiſitor in Urbe ipſa hæreticæ pravitatis Nobis expoſuit, quod ipſe officium Inquiſitionis hujuſmodi efficaciter exequendo, plures, quos (proh dolor) pravitate ipſa ibidem (3) infectos invenit, de hæreſi legitime condemnavit, eiſque certa ſigna impoſuit deferenda (4) quorum aliquos, exigentibus illorum exceſſibus, carceri perpetuo deputavit, quorumdam vero bona decre-

Hæretici plures Romæ inventi, & damnati.

vit

(1) *Senatoribus Urbis*; Joanni de Columna, & Pandulpho de Sabellis, qui hoc anno 1278. apud Creſcinbene in Serie Chronologica Senatorum Urbis, nuperrime illuſtrata, electi dicuntur.

(2) *Frater S.*; Synibaldus de Lacu Peruſino, ad quem extant ejuſdem Nicolai III. Epiſtolæ, vulgatæ a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 328. In earum prima edita hoc eodem anno mandat eidem, ut procedat contra quoſdam Hæreticos Oppidi Soriani; in ſecunda vero, data anno ſequenti, & in qua Frater Synibaldus dicitur Inquiſitor in Romana Provincia, & idcirco etiam in Urbe, ipſum inſtruit, quomodo Viterbium ab hæreſis labe purgare debeat.

(3) *Ibidem*; Romæ ſcilicet, ubi Fratres noſtri primum ab Innocentio IV., deinde ab Alexandro IV., & ab aliis Romanis Pontificibus Inquiſitores deputati fuerant.

(4) *Eiſque certa ſigna impoſuit deferenda*; Cruces nimirum de panno rubeo, vel ceruleas, ante, & retro veſtibus aſſutas, ut in Repertorio Inquiſitorum, ubi ad hæc verba, *Signum ad cognoſcendum Hæreticos*, ita legitur: *Nota quod bonum eſſet, ut iſti, qui reconciliantur, ſignarentur aliquo ſigno, ut cognoſcerentur, & dignoſcerentur ab aliis, qui non aberrarunt in Fide Catholica, ſicut olim autem conſuevit talibus injungi, quod Cruces deferrent ante, & retro ſuper veſtes ſuperiores aſſutas de panno rubeo. vel croceas, & quod tales ſtarent diebus Dominicis, & feſtivis in Valvis Eccleſiarum.*

Digitized by Google

vit Communi publicanda Romano (5) domoſque fecit dirui ſecundum quod eorum damnabilia demerita exigebant (6). Quia vero dignum, & decens eſſe dignoſcitur, ut ..... proceſſus Inquiſitionis ejuſdem pro infectis hujuſmodi ad metam veræ fidei reducendis, & aliis ſaltim pœnæ formidine a cogitatu damnabilis nequitiæ cohibendis, firmiter obſerventur, Nobilitatem veſtram rogandam duximus, & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, ac in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus adverſus hujuſmodi peſtilentes homines, qui famoſos Romani Populi titulos atra nimis nube infamiæ ſub Romanorum Civium nomine dehoneſtant, ac ſub ſecuritatis ex eo ſibi provenientis in ſui perniciem, & multorum ſcandalum proceſſus vilipendunt eoſdem, dexteram veſtræ potentiæ, tamquam zelum habentes divinum, efficaciter extendentes, condemnatorum hujuſmodi bona, Communi publicata prædicto, eorumque fructus a condemnatis ipſis, ſeu quibuslibet aliis, in ipſorum favorem occupari nullatenus permittatis. Sinatis vero ad ferendum ſigna impoſita, poteſtate vobis tradita compellentes illos; eos, qui ad carcerem condemnati fuerunt, & exinde auſu temerario exeuntes, in Urbe ipſa publice morari dicuntur, in fortiſſimos, & tutos retrudi carceres ſine dilatione aliqua procuretis. Alioquin cum per diſſimulationis umbraculum veſtram efficere videremini cauſam hujuſmodi damnatorum, accidere vobis poterit, quod & ultionis divinæ ſtipendia, & manifeſtæ infamiæ incurriſſe dolebitis nocumenta (7). Preces noſtras, & præceptum itaque velut devotionis filii adimplere curetis taliter in hac parte, ut pateat per effectum operis, quod Patrum, & Progenitorum laudabilia imitando veſtigia, fervidi zelatores Fidei exiſtatis, vobiſque pariter retributionis divinæ præmium, & Apoſtolici favoris exinde proveniat incrementum.

Mandat ut ſupra.

Pœnas eiſdem inobedientibus comminatur.

Eos ad obedientiam hortatur, & exempla Majorum ipſis proponit.

Datum .... Pontificatus noſtri Anno Primo (8).

(5) *Bona decrevit Communi publicanda Romano*; juxta leges latas a Friderico II. Imperatore, & ab Innocentio IV. in ſua Conſtitutione, *Cum adverſus hæreticam*, directas Poteſtatibus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, & locorum per Italiam conſtitutis. Hujuſmodi leges bona Hæreticorum confiſcationi ſubiiciunt, *ita quod filii ad eorum ſucceſſionem pervenire non poſſint; ſed una pars deveniat in Commune Civitatis, vel loci: ſecunda pars in favorem, & expeditionem officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint: tertia ponatur in aliquo loco tuto, ſecundum quod Diœceſano, & Inquiſitoribus videbitur reſervanda, & exponenda per conſilium eorumdem in favorem Fidei, & ad Hæreticos extirpandos.*

(6) *Domoſque fecit dirui ſecundum quod eorum damnabilia demerita exigebant*; prout præcipitur in iiſdem Conſtitutionibus Imperialibus Friderici II., quæ extant in laudata Bulla Innocentii IV., *Cum adverſus hæreticam*, & leguntur etiam in lib. I. Petri de Vineis Epiſt. 25. 26. & 27. Eadem pœna imponitur etiam in Decretis Innocentii præfati, Alexandri, & Clementis IV., incipientibus, *Ad extirpanda*, in quibus, ſicuti & in legibus Friderici, aliæ quoque pro delicti qualitate pœnæ ſtatuuntur.

(7) *Manifeſtæ infamiæ incurriſſe dolebitis nocumenta*; tamquam ſcilicet Hæreticorum fautores, & defenſores, Statuta contra Hæreticos ſervare negligentes, qui in prædictis legibus Imperialibus, & Conſtitutionibus Pontificiis perpetuo infames, & idcirco ad publica officia, ad dicendum teſtimonium, ad condendum teſtamentum, & ad ſuccedendum in hæreditatibus inhabiles declarantur.

(8) A die 20. Junii uſque ad 22. Octobris anni 1278. Nicolaum III. commoratum eſſe Viterbii, & in illis viciniis, conſtat ex ejus litteris, & ex illis quoque ab ipſo datis pro negotio Fidei eidem Fratri Synibaldo, incipientibus, *Cum ſicut noſtri*; & Nobili viro Urſo de filiis Urſi, *Cum ad recuperationem*, in quibus ait, ſe conſtituiſſe ipſum Fratrem Synibaldum Inquiſitorem contra hæreticam pravitatem, ut videre eſt in Bullario Franciſcano tom. 3.

NICOLAUS PP. III. An. Ch......

II.

Minoritis de Romania impartitur facultatem abſolvendi Græcos Apoſtatas a cenſuris. Ex Formulario Ebuli, quod extat in Vaticano Archivo, & ex Compendio ejuſdem aſſervato in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 188.

An.Ch......

NICOLAUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Minoribus de Romania (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

AD aures noſtras pervenit, quod nonnulli ex Laicis tam Latini, quam alii partium * ...... pro injectione manuum violenta in Clericos Græcos regionis illius, & alios (2) necnon & pro eo, quod apoſtatantes a Fide Catholica (3) infidelibus populis ſe conjungunt, excommunicationis ſenten-

* Forſan Orientalium.

(1) *De Romania*; ideſt, de Græcia, quæ in Polychronico Jordanis ultima notatur Provinciarum Ordinis noſtri, tribuſque conſtabat Cuſtodiis, *Nigropontis*, *Tebana*, & *Clarentia*. Impræſentiarum dicitur Provincia Cretenſis, vulgo *di Candia*, & adhuc nonnullos habet Conventus in Inſulis Maris Ægei, quod & Archipelagus appellatur. Corcyra, italice *Corfù*, nunc dici poteſt hujus Provinciæ caput, licet major Conventus ejuſdem ſit ille S. Spiritus Venetiarum, poſitus in Inſula, tribus milliaribus circiter a Venetiis diſſita, prope Portum Medoacum, vulgo *Malamocco*. Hujus Provinciæ alumnus fuit Frater Petrus Philargus, ſive Philaretus, Cretenſis dictus, qui ex Epiſcopo Vincentino, & S. R. E. Cardinali, VI. Kalendas Junii anno 1409. in Concilio Piſano Seſſione 19. Summus Pontifex renunciatus, & Nonis Julii coronatus, Alexandri V. nomen aſſumpſit.

(2) *Pro injectione manuum violenta in Clericos Græcos regionis illius, & alios*. Nicolaum III., cui propterea has litteras duximus adſcribendas, mandaſſe de hac ipſa re etiam ſuis Legatis Bartholomæo Epiſcopo Groſſetano ex Ordine Minorum, & Fratribus Bartholomæo de Senis Miniſtro Syriæ, Philippo Peruſino, & Angelo Urbevetano Lectoribus ejuſdem Ordinis, habemus etiam ex Raynaldo ad annum 1278. num. XII., ubi ait: „ Monet Legatos ſuis Litteris, quibus excipiendarum „ in Græcia confeſſionum, reconciliandi Eccleſiæ in nonnullis caſibus anathemate ob injectas Clericis manus irretitos, irregularitatis amovendæ, Imperatoris, & Præſulum „ Oratoribus dandi Diplomatis, quo ipſis de „ tuto itinere caveatur, atque etiam anathematis in illos pronuntiandi Apoſtolica auctoritate, qui eam conjunctionem diſturbare „ moliuntur, provincia demandata eſt. „ Numero vero XI. ad eumdem annum ſcribit, Nicolaum Pontificem monuiſſe Legatos, ut Græcis inſinuarent „ mirari Romanam Eccleſiam, cur „ ipſi ob ſchiſma ſententiis pluribus, cenſuriſque involuti, nondum ab iis abſolvi flagitarint. „

(3) *Apoſtatantes a Fide Catholica*; quod Græcis familiare ſemper fuit, ut patet ex unione cum Eccleſia Romana toties ab eis promiſſa, vel etiam amplexata, ac toties neglecta, vel derelicta; quod contigit præſertim poſt Secundum Lugdunenſe Generale Concilium, ſub Gregorio X. celebratum, in quo cum Michael Palæologus eorum Imperator primum per ſuos Oratores, deinde per ſe promiſiſſet, ac deinde coram Legatis Joannis XXI. juraſſet, hujuſmodi unionem, vel ſocietatem ſervaturum, ab ea nihilominus turpiter defecit, unde a Martino IV., ut ſcribit Raynaldus ad annum 1282. num. VIII., Urbe Veteri anathematizatus fuit *in feſto Dedicationis Principis Apoſtolorum*; ac iterum apud Montem Faliſcum, italice *Monte-fiaſcone*, ante Eccleſiam S. Flaviani. Hinc etiam hac de cauſa probabiliter exiſtimavi, hoc diploma Nicolao III., immediato Martini IV. prædeceſſori, fore tribuendum, quia cum Græci hac tertiadecima vice, ut cum aliis advertit Spondanus ad annum 1274. num. VIII., a Fide Catholica, & ſocietate inita cum Eccleſia Latina apoſtatare cœpiſſent, Concilio vix abſoluto, huic malo in caſu reſipiſcentiæ ſolus Nicolaus III. occurrere potuit. Etenim Innocentius V., Adrianus V., & Joannes XXI., qui inter Gregorium X., & ipſum Nicolaum III. electi fuerunt, breviſſimo tempore Petri Clavum tenuere; primus nempe menſibus quinque, ſecundus diebus triginta ſeptem, tertius denique menſibus octo. His accedit, quod ipſe Nicolaus III. admodum ſollicitus fuit de Græcorum ſalute, quemadmodum conſtat ex litteris iterato ab eo directis prælaudato Palæologo, necnon Andronico ejus filio, ac Patriarchæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, cæteriſque Græcorum Prælatis; atque ex plurimis ad eos miſſis ex Ordine noſtro Legatis pro eadem ſalute, & pace procuranda.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. III. An. Ch. . . . . .

Cauſa conceſſionis. Concedit ut ſupra.

tentiam tam a Canone, quam ab homine promulgatam, quibus plerumque ad cor, Domino favente, reverſis, pro hujuſmodi abſolutionis beneficio obtinendo ad Apoſtolicam Sedem, propter locorum diſtantiam, accedere commode nequeunt, grave dinoſcitur periculum imminere, ſuper quo provideri a Nobis ſalubriter poſtulaſtis. De prædictorum itaque ſalute ſolliciti, abſolvendi tales ab hujuſmodi ſententiis juxta formam Eccleſiæ, ac etiam diſpenſandi cum Clericis ſuper irregularitate, ſi quam forſitan contraxerint ex eo, quod immiſcuerunt temerarie ſe divinis, (4) vel ſuſceperunt Ordines, (5) vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem; proviſo, quod injungatur talibus, quod de jure fuerit injungendum. Præſentibus &c.

Datum . . . .

(4) *Quod immiſcuerunt temerarie ſe divinis.* Ex cap. *Si quis Epiſcopus* 11. quæſt. 3. cap. *Is, qui* de Sent. Excom. in 6., & cap. *Is cui* 20. eod. tit. in 6. ſunt irregulares Clerici cenſuras temere violantes, ut ſi excommunicati, interdicti, vel ſuſpenſi Ordinum munere fungantur, ac ſi ſcienter ſe ingerant divinis, aut celebrent in loco interdicto,

(5) *Vel ſuſceperunt Ordines*. Male ſcilicet, vel indebite, quod pluribus in caſibus evenire poteſt. Primo ſi furtive, & inſcio Epiſcopo ordinante ad ordinationem accedant, ex cap. *Veniens, de eo, qui furtive Ordines ſuſcipit*. Secundo ſi per ſaltum Ordines recipiant, ex cap. *Solicitudo* diſt. 52. Tertio ſi ad ſuſcipiendos Ordines accedant abſque diſpenſatione ante ætatem a Sacris Canonibus præſcriptam; vel extra tempus ab iiſdem ſtatutum; aut ſi abſque Litteris Dimiſſoriis aliquo ex Sacris Ordinibus initiati, & idcirco ſuſpenſi, durante ſuſpenſione in iiſdem Ordinibus miniſtrent, ex cap. *Dilectus* de tem. Ordinat. Quarto ſi ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, hæretico, denunciato, ſchiſmatico, aut non habente juriſdictionem ordinentur, ex cap. *Cum Clerici* 2. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiavit Epiſcopatui; ex cap. *Statuimus decretum* 1. quæſt. 1.; ex cap. *Convenientibus*, verſ. *Conſtantinus* 1. quæſt. 7. & ex aliis. Sexto ſi Conjugati Sacrum Ordinem ſuſcipere audeant etiam ante Matrimonii conſummationem, Extrav. *Antiquæ conſecrationis*, de vot. & vot. redemption. Septimo ſi eodem die plures Sacros Ordines recipiant, ex cap. *In ſingulis*, & ex cap. *Quicumque* d. 57. Caſus hi fere omnes, cum Nicolaus III. præſens Diploma edidit, facillime verificari, & locum habere poterant in Græcis.

NICOLAUS PP. IV. An. Ch. 1288.

Diplomata Nicolai IV., qui primus ex Ordine noſtro ad Summum Pontificatum evectus, eumdem egit annos quatuor, menſem, & dies quatuordecim; a die ſcilicet 22. Februarii, qua anno 1288. electus fuit, uſque ad quartam Aprilis, qua anno 1292., die ſacro Paraſceves, ex hac vita migravit.

I.

Hortatur Epiſcopum Orientalem, ut ſuſceptam Catholicam Fidem firmiter teneat, & in eadem alios inſtruat, & informet. Ex Formulario Marini de Ebulo aſſervato in Vaticano Archivo, & ex Compendio ejuſdem extante in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe pag. 350.

An. Ch. 1288. die 7. Aprilis.

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fratri Berſaumæ Epiſcopo in partibus Orientis (1) *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Berſauma ad Pontificem accedit.

Nuper ad Apoſtolatus noſtri præſentiam te perſonaliter accedentem (2) libenter vidimus, & recepimus, cum affectu gaudentes, & exultantes in Domino, a quo univerſorum chariſmatum dona manant, quod tu Chriſtianæ Fidei radio illuſtratus, & renatus Fonte Baptiſmatis, circa illam, prout habet fide dignæ relationis expreſſio, te ſollicitum exhibeas, & attentum, per ipſius fines amplifices, terminoſque dilates, teque in conſpectu Altiſſimi, cujus obſequiis ſalubriter adhæſiſti, de bono ſemper in melius conſtituas gratioſum. Hæc ſunt profecto, quæ de cunctis Fidei Orthodoxæ cultoribus gratanter percipimus, & lætanter audimus. Hæc ſunt, ex quibus Nobis exuberans delectatio provenit, cumulus oritur gaudiorum. Hæc ſunt, quæ tibi laudis humanæ titulum vendicant, nomen afferunt, augent famam. Excitamus igitur fraternitatem tuam, & hortamur in Filio Dei, ut mentis oculis erectis ad Dominum, qui pro minimis grandia recompenſat, Chriſtianam Fidem ferventer amplectens, conſtanter obſervans, alios in ea, juxta datam tibi ex alto prudentiam, ſolerter inſtruas, & informes, ut eo reddaris acceptior, & gratioſior Domino Deo tuo, quo plures per tuæ ſollicitudinis ſtudium de infidelitatis nubilo ad Chriſtianæ Fidei claritatem, & de erroris invio ad rectitudinis ſemitam revocabis. Ut autem in ipſa Chriſtiana

Pontifex ipſum laudat.

Lætatur Pontifex de Tartarorum converſione.

Hortatur ut ſupra.

(1) *In partibus Orientis*; in regione Perſarum, & Medorum, ubi tunc regnabat Argon Rex Tartarorum, qui ipſum Berſaumam una cum Sabadino, Thoma de Anfuſis, & Ugueto Interprete ſuum Nuntium miſit ad Nicolaum IV., ut refert Waddingus ad an. 1288. num. III., ſed cujus Eccleſiæ, vel Sedis Berſauma fuerit Epiſcopus, ignoratur.

(2) *Te perſonaliter accedentem*; Nuntium ſcilicet Regis Argonis, ut modo dictum eſt, ſub ipſis auſpiciis Pontificatus Nicolai IV., qui, utpote in partibus Orientalibus adhuc Frater Minor aliquando verſatus, ac de illorum Populorum per conſequens ſtatu, & moribus optime conſcius, libentiſſime ab eodem Berſauma, & Sociis audivit Baptiſmum jam ſuſceptum a Tuctane, & Elegage Tartarorum Reginis, ac brevi ab Argone Rege ſuſcipiendum, necnon converſionem ad Fidem Catholicam quorumdam Epiſcoporum, aliorumque Schiſmaticorum, opera Fratrum Minorum, ut ait Waddingus ad annum 1284. num. II., ad illas partes a Miniſtro Generali Fratre Bonagratia directorum.

Digitized by Google

na Fide, quam tenet, & obſervat Romana Mater Eccleſia, plenius, & efficacius valeas alios informare, dictam Fidem, & ejus formam præſentibus fecimus annotari, quæ ſunt hæc. Credimus &c. (3).

NICOLAUS PP. IV. An.Ch. 1288.

Formam Fidei Catholicæ ipſi tradit.

Datum Romæ apud S. Petrum VII. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo (4).

II.

Confirmat Fratribus noſtris poſſeſſionem Eccleſiæ, & Conventus S. Mariæ Majoris Civitatis Tiburtinæ. Ex Autographo exiſtente in Archivo noſtri Conventus S. Iſidori de Urbe.

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1289. Die 22. April.

Dilectis filiis Guardiano, et Fratribus Minoribus Tiburtin. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium.

QUæ de mandato Apoſtolicæ Sedis fiunt, licet in ſe robur obtineant firmitatis, ut tamen intemerata conſiſtant cum noſtro fuerint præſidio communita, eis libenter adiicimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Sane petitio veſtra Nobis exhibita continebat, quod cum felicis recordationis Alexander Papa (2) Prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Beraldo Epiſco-

(3) *Credimus* &c. Hæc Fidei formula eadem eſt ac illa, quam Clemens IV. anno 1267. die 4. Martii in ſuo Diplomate, *Magnitudinis tuæ litteras*, edito a Sbaralea tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 114., miſit ad Palæologum Græcorum Imperatorem, incipitque, *Credimus Sanctam Trinitatem* &c. Hanc ipſam formulam idem Nicolaus IV. dedit etiam Dionyſio, & Yaulahæ Epiſcopis pariter in partibus Orientis, in ſuis litteris ad eos miſſis per eumdem Berſaumam, in quibus Fratres Minores ſalutis ſemina in illis regionibus ferentes laudibus extolluntur, ut videre eſt apud eumdem Sbaraleam tom. 4. in locis reſpectivis.

(4) Reſcripſit Nicolaus IV. congratulatoriis litteris ad Argonem Regem, & Tuctanem Reginam Tartarorum, necnon, ut innuimus, ad Dionyſium Epiſcopum in Tauriſio in partibus Orientis, quæ litteræ exhibentur a Waddingo ad annum 1284. num. IV., & ſequentibus, & ex eo a Sbaralea tom. 4. a pag. 6. ad 10. uſque incluſive. At ipſi Berſaumæ propriis in manibus hanc tradidit Epiſtolam, quam laudatus Waddingus ad eumdem annum num. VIII. citat, ſicuti & aliam ad *Yaulacham*, ut ipſe legit, ſive *Yaulabam*, ut habet Sbaralea, qui litteras huic datas per extenſum vulgavit, licet hanc Berſaumæ inſcriptam & ipſe tantummodo citet ejuſdem tom. 4. pag. 9. nota (*b*). Datam vero eſſe hanc Epiſtolam die 7. Aprilis Pontificatus Nicolai IV. anno primo colligimus ex eo, quod hoc ipſo die ſignata ſit Epiſtola ejuſdem Pontificis, miſſa per Berſaumam præfato Dionyſio Epiſcopo in Tauriſio, alias *Tabreſio*, vulgo *Tauris*, olim Mediæ regionis in Perſarum finibus Metropoli.

(1) *Fratribus Minoribus Tiburtin.* Domicilium habuiſſe Fratres noſtros in Civitate Tiburtina paulo poſt Seraphici Parentis obitum, conſtat ex litteris Gregorii IX., *Inter alia*, datis anno XIV. ſui Pontificatus ſub XI. Kal. Februarii *Conſulibus Tiburtinis*, quia cum mandet in his litteris, ut *Fratribus providere curent de alio loco Religioni congruo*, apertiſſime innuit, eos in eadem Civitate jam ante fuiſſe receptos, & locum habuiſſe minus congruum. At cum hæ litteræ effectu caruiſſent, anno ſequenti ſub X. Kalendas Aprilis alias dedit idem Gregorius eiſdem Conſulibus Epiſtolas, incipientes, *Prompto debet*, quarum vigore præcipit, ut concedatur Minoritis Eccleſia S. Mariæ Majoris ejuſdem Urbis, de qua re etiam Epiſcopo Tiburtino ſe ſcripſiſſe fatetur. Etiam his precibus, vel mandatis effectu fruſtratis, novam Eccleſiam ſub invocatione Sancti Joannis Baptiſtæ in loco, qui dicitur *Votano*, ædificare cœperunt Fratres, pro cujus conſummatione Innocentius IV. anno 9. ſui Pontificatus per ſuum Diploma, *Quoniam, ut ait Apoſtolus*, Indulgentias conceſſit ſubſidium miniſtrantibus. Tandem Alexander IV. anno 1256. die 4. Maii ſuis in litteris, *Sinceræ devotionis*, mandavit Epiſcopo Beraldo, ut prædicta Eccleſia S. Mariæ Majoris Fratribus noſtris concederetur, ſicuti revera conceſſa fuit, eodem Alexandro IV. die 30. Auguſti ejuſdem anni, per ſuas litteras, *Ut illibata*, una cum præcedentibus vulgatas a Sbaralea tom. 2., collationem confirmante.

(2) *Alexander Papa*; hujus nominis Quartus, ut in nota præcedenti.

Digitized by Google

NICOLAUS PP. IV. An. Ch. 1289.

copo Tiburtin. (3) ſub certa forma per ſuas mandaſſet litteras (4) ut Eccleſiam S. Mariæ Majoris Tiburtin., in qua quatuor, vel quinque tunc tantum eſſe perſonæ S. Benedicti Ordinis dicebantur (5) cum domibus, horto, & aliis appenditiis ſuis (6) præfatis in certis Tiburtin Civitatis Eccleſiis ejuſdem Ordinis collocatis (7) vobis ad opus veſtrum libere concedere, & aſſignare curaret, vos, vel aliquem alium veſtro nomine, in corporalem ipſius poſſeſſionem inducens, & defendens inductos (8) contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Idem autem Epiſcopus (9) mandati Apoſtolici diligens executor, quondam Fratri Synibaldo tunc Cuſtodi (10) & quondam Fratri Andreæ tunc Guardiano (11) dictorum Fratrum pro eis, & eiſdem Fratribus nominatam Eccleſiam (12) cum do-

Eccleſia S. Mariæ Majoris Tiburtin. FF. Minoribus conceſſa.

(3) *Beraldo Epiſcopo Tiburtin.*; electo ex Ughello tom. I. Italiæ Sacræ anno 1253.

(4) *Per ſuas mandaſſet litteras*; nunc in nota (1) indicatas, *Sinceræ devotionis*, &, *Ut illibata*.

(5) *Quatuor, vel quinque tunc tantum eſſe perſonæ S. Benedicti Ordinis dicebantur*; quemadmodum legitur etiam in laudatis litteris Alexandri IV.

(6) *Cum Domibus, horto, & aliis appenditiis ſuis*; ad excluſionem ſcilicet agrorum, vinearum, aliarumque poſſeſſionum, quibus Eccleſia ipſa S. Mariæ Majoris locupletiſſime ditata erat. Alexander enim IV. vigore Diplomatis, *Ille ſpecialis*, hujuſmodi bona cuncta, ob incapacitatem Fratrum Minorum ea retinendi, anno 1257. die 11. Novembris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe attribuit, dicens: „ Cum igitur Eccleſiam S. Mariæ Majoris Tiburtin. Fratribus Ordinis Minorum „ duxerimus concedendam: Nos attendentes, „ quod ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones eiſdem „ Fratribus habere non licet; & vobis de illis „ gratificari volentes veſtris ſupplicationibus „ inclinati, poſſeſſiones hujuſmodi, videlicet, „ Domos, Vineas, Terras cultas, & incultas, Molendina, Caſalina, Oliveta, Hortos, „ Canapinas, & cætera bona, & jura prædictæ Eccleſiæ cum omnibus fructibus, redditibus, penſionibus, & proventibus eorumdem vobis, & per vos memoratæ Baſilicæ „ de gratia conferimus ſpeciali. „ Eodem modo ſe geſſerunt etiam Innocentius IV. in conferenda Fratribus noſtris Eccleſia Aracœlitana de Urbe, ac alii Romani Pontifices uſque ad Martinum V. excluſive in aliis Eccleſiis vel noſtratibus concedendis, vel jam conceſſis confirmandis, ut in noſtris Animadverſionibus ſatis demonſtravimus. Hinc luce clarius apparet, quam contra Hiſtoriæ veritatem nonnulli aſſerant, Romanos Pontifices ſub naſcentis Minoritici Ordinis initiis vel motu proprio, vel ad Fratrum inſtantiam uſum bonorum immobilium ejuſdem Ordinis Profeſſoribus conceſſiſſe. Cum namque Romani Pontifices univerſi Martini V. Prædeceſſores vel Eccleſias Franciſcanis concedendo, vel jam conceſſas eiſdem confirmando, ad eos non transferant, niſi Eccleſiam *cum appendiciis circa ipſam*, horto nempe, & ædificiis eidem Eccleſiæ adjacentibus, poſſeſſiones vero omnes alio ſemper diſtrahant, nil harum penitus Fratribus applicando, vel reſervando, facto docent, uſum rerum immobilium Minoritis illicitum fuiſſe; ac proinde ab eorum nullo uſum hujuſmodi eis fuiſſe conceſſum, quod, ut de aliis ſileamus, Alexander IV. in præfata Bulla, *Ille ſpecialis*, etiam his verbis declaravit: *Poſſeſſiones eiſdem Fratribus habere non licet*. Ex his liquet etiam, quam immerito in ſuis ad nos Litteris Apologeticis Patavii impreſſis Anonymus Conventualis contendat, uſum immobilium Franciſcanis a propria Regula non prohiberi, ut ad calcem Appendicis ad Animadverſionem Octavam demonſtravimus.

(7) *In certis Tiburtin. Civitatis Eccleſiis ejuſdem Ordinis collocatis*; in Eccleſiis nimirum S. Clementis, & S. Angeli, ut legitur in Bulla Alexandri IV. *Sinceræ devotionis*.

(8) *In corporalem ipſius poſſeſſionem inducens, & defendens inductos*; in quo plurimum inſudari debuiſſe ex alia coniicimus ejuſdem Alexandri IV. Epiſtola, *Cum dilecti filii*, data Gerardo Vicario Epiſcopi Beraldi, & Joanni Paulo Canonico Tiburtino, in qua eis mandat, ut defenſionis præſidio aſſiſtant Fratribus Minoribus contra quoſcumque, qui ſuper dicti loci Sanctæ Mariæ Majoris poſſeſſione eos moleſtare præſumpſiſſent. Idipſum colligimus etiam ex hoc Nicolai IV. Diplomate, quo poſt annos triginta tres, cum aliqui adhuc forſan eoſdem Fratres in prædicta poſſeſſione moleſtarent, confirmationem Alexandri IV. innovare debuit, ac roborare.

(9) *Idem autem Epiſcopus*; Beraldus nimirum, ſive Berardus, de quo etiam Ughellus tom. I. Italiæ Sacræ ad rem præſentem ſcribit: *Fratres Minores perhumaniter excepit, eiſdem Templum attribuens temporibus Alexandri Papæ IV. anno 1256.*

(10) *Fratri Synibaldo tunc Cuſtodi*; Cuſtodiæ Tiburtinæ, quæ in Polychronico Jordanis, ut alias quoque dictum eſt, erat ordine quinta Romanæ Provinciæ, cujuſque caput ipſum Cœnobium Tiburtinum.

(11) *Et quondam Fratri Andreæ tunc Guardiano*; de quo, ſicuti & de Fratre Synibaldo, etiam in Bulla Alexandri IV., *Ut illibata*, & in Inſtrumento Epiſcopi Beraldi eidem inſerto, habetur mentio.

(12) *Nominatam Eccleſiam*; Sanctæ Mariæ Majoris, quæ nunc etiam S. Franciſci ab incolis Tiburtinis communiter appellatur.

Digitized by Google

domibus, horto, & aliis appendiciis ſuis veſtro, & eorum nomine conceſſit (13) & etiam aſſignavit, ipſoſque in ipſius corporalem poſſeſſionem induxit (14) auctoritate hujuſmodi litterarum (15) prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri (16). Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc provide factum eſt, ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Eadem conceſſio confirmatur.

Clauſula conſueta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem x. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

(13) *Cum domibus, horto, & aliis appendiciis ſuis veſtro, & eorum nomine conceſſit.* Harum pertinentiarum confinia exactiſſime deſcribuntur in prælaudato Inſtrumento Epiſcopi Beraldi, quod extat in litteris Alexandri IV., *Vt illibata*, videndis apud Sbaraleam tom. 2. Bullarii Franciſcani pag. 156.

(14) *In ipſius corporalem poſſeſſionem induxit*; poſt quartam nempe Maii diem anni 1256., quando Epiſcopo Beraldo primæ ab Alexandro IV. de hac re litteræ datæ fuerunt.

(15) *Auctoritate hujuſmodi litterarum*; incipientium, *Sinceræ devotionis*, quæ ab Alexandro IV. datæ fuerunt Beraldo Epiſcopo Tiburtino, ut mox dictum eſt in nota ſuperiori, die 4. Maii anni 1256., quæque legi poſſunt apud Waddingum in Annalibus, apud Sbaraleam tom. 2., & apud P. Caſimirum Romanum in Memoriis Hiſtoricis Eccleſiarum, & Conventuum Romanæ Fratrum Minorum Provinciæ pag. 337.

(16) *Prout in Inſtrumento publico*; ideſt, Epiſcopi Beraldi, quod incipit, *Nos Berardus &c.*, relatum, ut modo innuimus, in Bulla Alexandri IV., *Vt illibata*, legenda penes Auctores præfatos, licet eorum ultimus, P. Caſimirus videlicet, pag. 338. idem referat Inſtrumentum ab eadem Bulla diſiunctum, & non integrum. Idem P. Caſimirus refert ibidem pag. 345. Pium II. Tiburim ſe contuliſſe, apud Fratres Minores in hoc ipſo Conventu inhabitaſſe, & anno 1461. inde Conventuales expuliſſe, datis litteris *Dilecto filio Fratri Jacobo Ordinis Minorum de Obſervantia Vicario Provinciæ Romanæ*, incipientibus, *Volumus, ac tibi*, ab eodem P. Caſimiro pag. ſequenti allatis, & a nobis, Deo dante, in Bullarii continuatione afferendis. In horum omnium teſtimonium & fidem citat eruditiſſimus Auctor Commentarium Pii II. pag. 252. Editionis Romanæ anni 1584., ubi hæc leguntur: *Habitavit Pius Tibure paulo minus quam tres menſes, apud Minores loco edito, unde Vrbem licebat inſpicere, & in ſubjectam planitiem Anienis curſum, & hortorum per placida vireta, nec aliud erat quod oblectaret. Domus antiqua & ruinoſa plena muribus fuit, qui ad magnitudinem cuniculorum huc atque illuc diſcurrentes inquietas noctes reddebant. Venti quoque, quorum ditiſſima civitas eſt, infeſti erant, nec pluvias arcere licebat in habitaculo rimoſo, & nimium vetuſto, cujus reparandi Monachi, religioſi parum, nullam curam ſuſceperant. Hos Pontifex disjecit, cum eſſent Conventuales, & vitam ducerent inhoneſtam; & loco eorum Obſervantes introduxit*, anno ſcilicet 1461., ut modo dictum eſt.

NICOLAUS PP. IV. An.Ch. 1289.

III.

Armenos hortatur, ut Fidem Catholicam ſervent, & ad unionem accelerent cum Eccleſia Romana. Ex Ebuli Formulario, quod eſt in Archivo Vaticano, & ex ejus Compendio, exiſtente in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe pag. 343.

An. Ch. 1289. die 14. Julii.

NICOLAUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis univerſo Populo Armenorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem (1).

Joan. 10. v. 15.

Sollicitudo Pontificis in Populorum ſalute procuranda.

Armenos hortatur ut ſupra.

SUmmi Paſtoris, qui pro ſuis Ovibus animam poſuit, diræque mortis ſponte pati ſupplicium voluit, ut nos ab hoſtis laqueo liberaret, vices, licet inſufficientibus meritis, gerentes in terris, cunctorum ſalutem appetimus, ſolerter exquirimus, ſolicite procuramus, ut poſt vitæ præſentis argaſtulum fidelium animæ in cœleſtibus paſcuis collocentur. Cum itaque Fides Catholica, quam Romana tenet, & obſervat Eccleſia, ſemitam præparet, pandatque aditum ad ſalutem, Univerſitatem veſtram hortamur, & excitamus in Filio Dei Patris, quatenus mentis oculis erectis ad Dominum, & ad ſalutis, & pietatis opera directo propoſito, ad obſervandam Chriſtianam Fidem, & proſequendam ipſius Eccleſiæ unionem frequenter, & efficaciter intendatis, aliaque ſtudeatis operari ſollicite, quæ in conſpectu Altiſſimi ſint accepta, ſic de bono ſemper in melius, adjuvante Domino, proceſſuri, ut poſſitis ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire. Cæterum quia vos ſincera in Domino charitate complectimur, veſtræque ſalutis affectamus augmentum, vobis, & veſtrum cuilibet noſtræ benedictionis munus in remiſſionem concedimus peccatorum.

Datum Reate 11. Idus Julii Pontificatus noſtri Anno Secundo (2).

IV.

(1) Cum Fratres Minores anno 1284. a Fratre Bonagratia, tunc Miniſtro Generali, miſſi ad partes Orientales, ut cum Waddingo vidimus in nota (2) ad Bullam, *Nuper ad Apoſtolatus*, per Aſiam, per Armeniam præſertim, Catholicam Fidem diſſeminaſſent, atque Argonem Tartarorum Regem, eorumque Reginas una cum Caydono Principe, aliiſque plurimis ſacra Baptiſmi unda tinxiſſent, etiam Armenos jam Chriſtianos, ſed variis erroribus infectos, ad Fidei puritatem, & ad unionem cum Eccleſia Romana incenderunt, itaut Ayton Armenorum Rex, qui poſtea Franciſcanus effectus, Joannis nomen, referente Waddingo ad annum 1306. num. XXIV., an. 1289. aſſumpſit, quemadmodum ad hunc ipſum annum n. VII. ſcribit idem Annaliſta, ad Nicolaum IV. Nuntium miſerit Fratrem Joannem de Monte Corvino Minoritam, ſtrenuum Evangelii operarium in partibus Orientis, ad quas una cum aliis Ordinis noſtri a prædicto Generali Miniſtro Fratre Bonagratia fuerat deſtinatus, qui ipſius Regis, ac totius Armeniæ Populi deſiderium, uniendi nimirum ſe Eccleſiæ Romanæ, eidem Pontifici aperiret. Nuntium lætiſſime excepit Nicolaus, Armenos ad Eccleſiæ unionem admiſit, ac ipſum Fratrem Joannem iterum legavit in Orientem cum litteris, inſtructionem Fidei continentibus, ad Regem Armeniæ, ad Mariam Sororem, ad Toroſum, & alios Fratres ejuſdem Regis, necnon ad Leonem ejus Comeſtabulum, ad Mareſcallum, & ad Armeniæ Populum univerſum. Waddingus loco laudato num. VIII., & IX. refert Epiſtolas datas eiſdem Regi, & Sorori, una cum alia directam Leoni Comeſtabulo, quas vulgavit Sbaralea tom. 4. Bullarii Franciſcani pag. 86., & ſequentibus. Quare cum ad manus noſtras hæc Armenorum Populo data pervenerit, non abs re exiſtimavimus, eam in hoc Supplemento exhibere, utpote quæ Armenis miſſa fuerit, a Fratribus Minoribus ad Catholicam Fidem converſis, per Fratrem Joannem de Monte Corvino ejuſdem Ordinis, aliarum ejuſdem tenoris, & argumenti ad Regem, & alios commemoratos delatorem.

(2) Hac die præſens diploma ſignatum damus, quia ex Waddingo, & Sbaralea citatis intelligimus, hac die Reate datas fuiſſe alias litteras ad Regem, ejus Sororem, & Comeſtabulum Armeniæ. Epiſtolas omnino huic ſimiles Nicolaus IV. dedit etiam Imperatori Æthiopiæ. Nunc unum ſupereſt adnotandum, quod cum ſcilicet Marinus de Ebulo, ex cujus Formulario, ut patet, has litteras deprompſimus, obierit anno ſecundo Pontificatus Honorii IV.

Digitized by Google

IV.

Eximit Clariſſas a ſolutione decimæ pro negotiis Aragoniæ, Valentiæ, & Siciliæ Regnorum impoſitæ. Ex Autographo extante in Archivo Monaſterii S. Angeli de Aſculo Monachorum Congregationis Montis Oliveti.

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

An.Ch. 1289. die 13. Decem.

Dilectis in Christo filiabus univerſis Abbatiſſis, et Conventibus Monaſteriorum Ordinis S. Claræ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

DEvotionis augmentum vobis, Deo propitio, provenire confidimus, ſi ſuper iis, quæ digne cupitis, Nos vobis inveniſſe propitios gaudeatis. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut de fructibus, redditibus, & proventibus veſtris Eccleſiaſticis ſolvere non teneamini decimam pro negotiis Aragoniæ, Valentiæ, & Siciliæ Regnorum, in quibuſcumque partibus a Sede Apoſtolica deputatam (1) diſtrictius inhibentes, ne quis prætextu ejuſdem decimæ aliquod a vobis, vel Monaſteriis veſtris, ſeu quibuſvis aliis pro vobis, aut Monaſteriis ipſis exigere, vel extorquere præſumat. Nos enim excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas in vos, vel prædicta Monaſteria, aut aliqua ipſorum promulgari contigerit, ex nunc decernimus irritas, & inanes, & nullius exiſtere firmitatis. Nulli ergo &c.

Eximit Moniales ut ſupra.

Cenſuras omnes irritas, & inanes declarat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Idibus Decembris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

rii IV., antequam nempe Nicolaus IV. in Summum Pontificem eligeretur, hoc diploma, ſicuti etiam allatum, *Nuper ad Apoſtolatus*, in eodem Formulario non ipſius Ebuli manu fuit conſcriptum, ſed ab alio eidem additum poſt mortem ipſius Ebuli,

(1) *A Sede Apoſtolica deputatam*; a Martino IV. pro expugnandis Aragonio, Valentinoque Regnis, quæ ab ipſo Martino IV. Carolo Valeſiorum Comiti, Philippi Galliarum Regis filio tradita fuerant. Cum namque Petrus Aragonius invaſiſſet Siciliæ Regnum, ac particeps fuiſſet immanitatis a Siculis in Gallos illius Inſulæ habitatores exercitæ, die ſancto Paſchæ, dante Campana Veſperarum ſignum, unde adagium invaluit, *Veſpera Siculæ*, Martinus IV. anno 1283., ut ait Raynaldus ad hunc annum num. XIV., & ſequentibus, impiæ conjurationis auctores anathemate perculit, ipſumque Petrum eadem affecit pœna, omnique regio expoliavit honore, datis indulgentiarum præmiis pugnantibus contra ipſum pro Carolo legitimo Siciliæ Rege, ac translatis in eumdem Carolum Aragoniæ, & Siciliæ Regnis. Anno vero ſequenti 1284. idem Pontifex Crucem contra Petrum Atagonium, & Siculos rebelles prædicari, ac decimas etiam a perſonis Eccleſiaſticis ſolvi juſſit in favorem Caroli Valeſii, expeditionem ad Aragoniæ, & Valentiæ Regna armis comparanda inſtruentis. Hinc propterea ab harum decimarum ſolutione Clariſſas exemerunt Romani Pontifices; ac primo quidem Honorius IV. anno 1285. ſub die 27. Novembris eas exemit per ſuas litteras, *Attendentes benignius*, editas a Sbaralea tom. 3. pag. 551.; deinde Nicolaus IV. tum per has, quas hic exhibemus, tum per alias datas hoc eodem anno ſub x. Kal. Aprilis, incipientes pariter, *Attendentes benignius*, redditas ab eodem Sbaralea tom. 4. pag. 66.

Nicolaus PP. IV. An.Ch. 1290.

V.

Mandat Priori S. Mariæ Tranſtyberim, ut occultos detentores bonorum Monaſterii Sanctorum Coſmæ, et Damiani de Urbe in Eccleſia publice moneat, ut bona ipſa infra certum terminum revelent, aut reſtituant, ſecus poſt alium terminum præfigendum excommunicationis ſententiam in ipſos proferat detentores. Ex Autographo ejuſdem Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Urbe.

An. Ch. 1290. die 13. Febr.

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio ..... Priori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim de Urbe ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Monialium expoſitio.

Significarunt Nobis dilectæ in Chriſto filiæ ..... Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii S. Coſmæ de Tranſtyberim (1) de Urbe, Ordinis Sanctæ Claræ, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, decimas, redditus, cenſus, legata, terras, prata, vineas, domos, poſſeſſiones, inſtrumenta publica, & quædam alia bona, ad Monaſterium ſuum ſpectantia, temere, & malitioſe occultare, & occulte detinere præſumunt, non curantes ea ipſis Abbatiſſæ, & Conventui exhibere in animarum ſuarum periculum, & dictarum Abbatiſſæ, & Conventus, ac Monaſterii non modicum detrimentum, ſuper quo eædem Abbatiſſa, & Conventus Apoſtolicæ Sedis remedium implorarunt. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes hujuſmodi occultos detentores decimarum, reddituum, & aliorum bonorum prædictorum ex parte noſtra publice in Eccleſiis coram Populo per te, vel per alium moneas, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeris, ea dictis Abbatiſſæ, & Conventui a ſe debita reſtituant, & revelent, ac de ipſis plenam, & debitam eis ſatisfactionem impendant. Et ſi id non impleverint infra alium terminum competentem, quem eis ad hoc peremptorie duxeris præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam proferas, & eam, ubi, & quando expedire videris, facias uſque ad ſatisfactionem condignam ſolempniter publicari.

Mandat ut ſupra.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Idibus Februarii Pontificatus noſtri Anno Secundo (2).

(1) *Sancti Coſmæ de Tranſtyberim*; immo ad Ripas Tyberis, in loco, qui *Mica Aurea* dicebatur, ut non una ſemel dictum eſt; quamquam Hujus Abbatiſſæ nomen reticere cogamur, quia in Chronico Sororis Urſulæ Formicini, ex quo uno hauriri poterat, non exprimitur.

(2) Alias omnino ſimiles dedit litteras de hoc ipſo argumento Nicolaus V., quæ ſigillo Nicolai IV. falſo communitæ extant in Archivo ejuſdem Monaſterii, directæ Epiſcopis Spoletano, & Sutrino, necnon Vicario Generali Epiſcopi Tiburtini, quas ſuo loco, vita comite, afferemus.

VI.

Digitized by Google

VI

Elargitur Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Fratrum Minorum Montis Jovis in nonnullis Feſtivitatibus. Ex Autographo ejuſdem Conventus.

An.Ch. 1291. die 5. Junii.

NICOLAUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

LIcet is, de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, & laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri; deſiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis muneribus, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde divinæ reddantur gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum de Monte Jovis Urbevetanæ Diœceſis (1) congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, & Sanctorum Franciſci, & Antonii, Sanctæque Claræ feſtivitatibus, & per octo dies immediate ſequentes, necnon in Anniverſario die Dedicationis ipſius Eccleſiæ devote viſitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum, & quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Indulgentias elargitur ut ſupra.

Datum apud Urbem Veterem Nonis Junii Pontificatus noſtri Anno Quarto.

(1) *De Monte Jovis Urbevetanæ Diœceſis*; ſub titulo Sanctiſſimæ Annunciationis, quam incolæ a loco, in quo conſiſtit, communiter appellant, *Della Scarzola*. Hujus Conventus, quem modo incolunt Fratres Minores Reformati Provinciæ S. Franciſci, ſive Umbriæ, nulla occurrit mentio apud Rodulphum, aut Piſanum, quemadmodum advertit etiam Waddingus ad annum 1291. num. LXXVII. Referens namque Annaliſta, Nicolaum IV. anno 3. ſui Pontificatus indulgentiam conceſſiſſe accedentibus devotionis cauſa ad Eccleſiam Cœnobii Vulſinienſis ejuſdem Urbevetanæ Diœceſis, in quatuor præcipuis feſtivitatibus B. Virginis, S. Petri Apoſtoli, ac Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ, earumque Octavis, immediate proſequitur: „ Sub numero CCLXIV. „ anno IV. ſimilis Indulgentia, excepta feſti- „ vitate S. Petri, pro Eccleſia Conventus Mon- „ tis Jovis, cujus memoriam tamen non invenio „ apud Rodulphum, aut Piſanum. „ Mox vero concludit: „ Hæc ſunt, quæ de Fratrum do- „ miciliis hoc, vel anteriori, incerto tamen „ tempore, extructis, ſcire, vel colligere li- „ cuit, ex Monumentis Vaticanis. „ Gregorius XII. per ſuum Diploma, *Sacra Minorum*, quod ſuo loco exhibebimus in Bullarii Franciſcani continuatione, datum Arimini VIII. Kal. Octobris Pontificatus ſui anno Octavo, concedit *Dilecto Filio Bartholomæo Putii de Aſſiſio, Guardiano Domus Ordinis Fratrum Minorum S. Mariæ* della Scarzola, *Urbevetanæ Diœceſis*, ut quinque loca, ac etiam Eccleſias cum ſuis juribus, & pertinentiis adipiſci, ac recipere poſſit pro uſu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis, *illorum videlicet*, ut habetur in ipſo Diplomate, *qui ſint Obſervantiæ Regularis*. Gonzaga *de Origine Seraph. Religionis* tom. I. part. 2. de hoc Cœnobio, quod XLVII. ponit Provinciæ Sancti Franciſci, hæc habet: „ Ex „ incredibili devotione, qua pientiſſimi Comi- „ tes Marſciani Peruſinæ Diœceſis in beatiſſi- „ mum Patrem Franciſcum, ejuſque Ordinem „ ferebantur, hunc Conventum 10. continen- „ dis Fratribus omnino accomodum, in hono- „ rem Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de „ Scarzola, unico tantum milliari a Monte „ Jovio, ex propriis facultatibus conſtrui cu- „ rarunt; quemque & Seraphicus ipſe Pater, „ cum adhuc in vivis ageret, omnium primus „ occupavit, beatuſque Pater Paulutius a „ Fulgineo, poſt aliquorum annorum curricu- „ la, ab imminente ruina opportune libera- „ vit. „ In Polychronico Jordanis Conventus Montis Jovis ultimus notatur Cuſtodiæ Peruſinæ, atque in eo quieſcere dicitur Frater *SS.* ideſt *Senſus*, ut ibidem ex Piſano Conformit. VIII. ſcribit Adnotator Righini, Laicus Peruſinus, *qui fuit Vir miræ contemplationis*, *& raptus*.

Nicolaus PP. III. An.Ch. 1291.

VII.

Indulgentias concedit accedentibus ad Eccleſiam S. Franciſci Tranſtyberim de Urbe in feſtivitatibus Annunciationis B. Mariæ Virginis, ac Sanctorum Franciſci, Antonii, & Claræ, & per octo ſubſequentes dies, necnon in Anniverſario Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ. Ex Autographo aſſervato in Archivo ejuſdem Conventus, & ex Petro de Alva in Indiculo Bullarii Franciſcani.

An.Ch. 1291. die 23. Julii.

NICOLAUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

VItæ Perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem Civium Supernorum, a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter quæ illud eſſe prægrande dinoſcitur, quod ubique, ſed præcipue in Sanctorum Eccleſiis Majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes igitur, ut Eccleſia dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum de Tranſtyberim de Urbe (1) congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad eamdem Eccleſiam in Annuntiationis B. Mariæ Virginis, Sanctorum Franciſci, & Antonii, ac S. Claræ feſtivitatibus, ac per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, necnon in Anniverſario die Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ devote acceſſerint annuatim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum, & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Indulgentias elargitur ut ſupra.

Datum apud Urbem Veterem x. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Quarto.

(1) *De Tranſtyberim de Urbe*. Seraphicus Patriarcha Franciſcus anno 1212. ab Abbate Monaſterii Sancti Coſmæ de Urbe, Ordinis Sancti Benedicti, poſtea ad Moniales Clariſſas tranſlati, a quibus adhuc incolitur, & vulgo dicitur *San Coſimato*, hoſpitium obtinuerat in Xenodochio S. Blaſii, ubi ipſe, & ſui Fratres Romam adventantes, locum, in quo ſe reciperent, haberent, ut etiam dictum eſt in nota (5) ad Bullam XXXVIII. Alexandri IV., *Opus pietatis*. Hoc Xenodochium poſtmodum ad Cœnobii dignitatem erectum fuit a Domina Jacoba de Septem-Soliis, ejuſdem Seraphici Parentis familiari; deinde vero a Comitibus de Anguillara auctum, reſtauratumque, S. Franciſci ad Ripam Tyberis nuncupari cœpit, religioſeque adhuc in eo aſſervatur Sacellum, quod olim habitatio fuit ipſius S. Patris Franciſci, plurimis Sanctorum Reliquiis decoratum, ut pariter dictum eſt in præcitata nota (5) ad Bullam Alexandri IV., *Opus pietatis*.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam noſtri Conventus de Forano in præcipuis feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, necnon Sanctorum Franciſci, & Antonii Confeſſorum, ac S. Claræ Virginis, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes. Ex Autographo ejuſdem Conventus.

NICOLAUS EPISCOPUS

An.Ch. 1292. die 27. Januar.

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

VItæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem Civium Supernorum, a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter quæ illud eſſe prægrande dinoſcitur, quod ubique, ſed præcipue in Sanctorum Eccleſiis Majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes itaque ut Eccleſia dilectorum filiorum Guardiani, & Conventus de Forano (1) Ordinis Fratrum Minorum Auximatis Diœceſis congruis honoribus frequentetur, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim in Annuntiationis, Nativitatis, Purificationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum Franciſci, & Antonii Confeſſorum, Sanctæque Claræ feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, unum annum, & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Concedit ut ſupra.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem VI. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno Quarto (2).

MONI-

(1) *De Forano*. Foranum Pagus Auximum inter & Cingulum exiſtit. Gonzaga noſter Conv. 40. Provinciæ Marchiæ Seraphicum Parentem hujus Conventus auctorem fuiſſe ſcribit. In Jordanis Polychronico Septimus numeratur Cuſtodiæ Anconitanæ, quæ duodecim eotunc, ex eodem Polychronico, Cœnobiis conſtabat. S. Benvenutus Epiſcopus Auximanus, ex Ordine noſtro ad eam Cathedram aſſumptus, anno 1274. die 14. Aprilis Fratribus Conventus Forani donavit partem Sylvæ ad menſam Epiſcopalem Auximanam pertinentis, uti conſtat ex monumento ejuſdem Eccleſiæ, relato a clariſſimo Viro Domino Dominico Pennelli, in ſuo Opere inſcripto, *Memorie di S. Benvenuto Veſcovo d' Oſimo* part. 1. cap. 11. nota (37) pag. 66.

(2) Sbaraleæ Continuator tom. 4. Bullarii Franciſcani poſt ejuſdem Nicolai IV. Diploma, *Vitæ perennis*, quo Indulgentiam concedit viſitantibus Eccleſiam Piſaurenſem Fratrum Minorum, pag. 316. col. 2. eamdem Indulgentiam ipſum Nicolaum IV. conceſſiſſe ſcribit adeuntibus orationis cauſa alias eorumdem Fratrum Eccleſias, quas inter & hanc enumerat de Forano, ſed hujus conceſſionis litteras non exhibet, quas proinde hic damus impreſſas. Idem Continuator ibidem nota (*i*) inferius advertit, ex Archivo generali Conventualium patere, *Fratres Minores anno 1280. prope Foranum Piceni commorantes intra Pagi Oppidum exceptos fuiſſe, ut promptiores eſſent infirmorum periculis, incolarumque ſpirituali auxilio. Waddingus*, proſequitur ipſe, *ad ann.* 1399. *num.* XV. *duo in Forani Oppido recenſet Cœnobia, quæ ad Obſervantes translata fuiſſe tradit*. Vera hæc ſint, vel falſa noſtra parum, aut nihil intereſt, atque unum advertimus, præſens Forani Cœnobium, utique pervetuſtum, cujuſque Eccleſiam adeuntibus Nicolaus IV. conceſſit Indulgentias, de quibus in hoc Diplomate, nunc a Fratribus Minoribus Reformatis Provinciæ Marchiæ inhabitari, cum jam cultum ab Ordinis Communitate, a temporibus Martini V. uſque ad Pontificatum Leonis X. ex Obſervantibus, & Conventualibus ſub iiſdem Miniſtris compacta, poſtea, ſi placet, ad Obſervantes de Familia ſub Vicariis tranſierit. Tandem addimus, Bonifacium IX. Pontificatus ſui anno XII. ſub die 1. Novembris, Univerſis Chriſti fidelibus, ad hanc ipſam Eccleſiam Feria V. in Cœna Domini, & die Sancto Paraſceves accedentibus, conceſſiſſe eamdem Indulgentiam, quam conſequuntur viſitantes Eccleſiam Portiunculæ *primo, & ſecundo diebus Auguſti*; facta inſuper plena, & libera Guardiano pro tempore ejuſ-

Digitized by Google

An. Ch. .....

MONITUM.

Tria hic ſubnectimus Romanorum Pontificum Diplomata, ex toties citato Ebuli Formulario, & ex Compendio ejuſdem in Archivo noſtro S. Iſidori de Urbe aſſervato, fideliter deprompta. At quoniam nec ex eodem Formulario, nec ex aliis hiſtoricis monumentis vel tempus, quo prodierunt, nec Pontifices, a quibus edita fuere, ullo modo coniicere licuit; prout in prædictis Formulario, & Compendio leguntur, abſque nota ſcilicet vel Pontificis, vel temporis ea maluimus exhibere, quam pro arbitrio noſtro aliquid confingere, aut divinando proferre.

I.

Præcipit Guardiano Fratrum Minorum, ut licentiam concedat Abbati cujuſdam Monaſterii debitis prægravati, vendendi, & alienandi de bonis ejuſdem Monaſterii, utque ipſe Guardianus pretium inde acceptum in ſolutionem debitorum convertat.

An. Ch. .....

. . . .

Guardiano Fratrum Minorum Cluſin. (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cauſa harum litterarum.

EX parte dilectorum filiorum ...... Abbatis, & Conventus Monaſterii ...... ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis ...... (2) Diœceſis fuit propoſitum coram Nobis, quod Monaſterium ipſum ob incuriam prædeceſſorum ſuorum, ac malitiam adeo eſt collapſum in temporalibus, & tantorum debitorum onere prægravatum, ut, uſurarum voragine proventus ejus quaſi totaliter abſorbente, dictum Monaſterium læſionem irreparabilem patiatur, niſi providentia Sedis Apoſtolicæ de ſalubri, & celeri remedio ſuccurratur eidem. Quare petebant a Nobis, ut vendendi, vel alienandi de bonis, ac poſſeſſionibus, ſeu juribus ejuſdem Monaſterii mi-

Monachorum petitio.

nus

ejuſdem Conventus facultate, *duos presbyteros idoneos Sæculares, vel Regulares, aut Religioſos, qui confeſſiones hujuſmodi Chriſti fidelium ad dictam Eccleſiam confluentium audire, ipſiſque pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere poſſint, & valeant, niſi forſan talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, ponendi, ipſoſque removendi, & alios de novo conſtituendi, prout ſibi videbitur expedire.* Ita in ipſius Bonifacii IX. Diplomate, incipiente, *Splendor paternæ gloriæ*, cujus Originale extat in eodem Conventu, quodque nos ſuo loco in Bullarii Continuatione, ſi Deo placuerit, excuſum dabimus.

(1) *Guardiano Fratrum Minorum Cluſin.*; italice *Chiuſi*, quæ Urbs eſt in Etruria, jam Sede Regis Porſennæ illuſtris, nunc ob aeris inſalubritatem vix inſignia referens antiqui ſplendoris, licet Epiſcopali Cathedra decoretur, cujus Epiſcopus eſt Suffraganeus Archiepiſcopi Senenſis, in cujus ditione ſita eſt. Cuſtodia Cluſina inter Septem, quæ Tuſciæ Provinciam componebant, in Polychronico Jordanis ſexta numeratur, & duodecim conſtabat Cœnobiis.

(2) *Ordinis*; Sancti Benedicti. Monaſterium ſiquidem, de quo impræſentiarum, illud fuiſſe credimus, quod de Monte Herili dicebatur, ſitum in Diœceſi Cluſina, ut habetur in litteris Urbani IV. *Ex parte veſtra*, &, *Ex parte dilectorum*, ſub VI. Kalendas Aprilis Pontificatus ejuſdem anno primo emanatis; aut illud S. Antimi Vallis Stratiæ, ſive Vallis Startiæ, ut legit Mabillonius in Annal. Benedict. lib. 28. ad annum 814. num. 18., poſitum in Comitatu Cluſino, Diœceſique Senenſi, quod a Carolo Magno conditum dicebatur, ut ait idem Mabillonius, & a Pio II. novæ Cathedrali Montis Alcini unitum fuit. Hujus Monaſterii Abbas, ad quem & illud pertinebat de Monte Herili, donavit Minoritis Eccleſiam S. Angeli Caſtriveteris Montis Alcini, ad Monaſterium S. Antimi pleno jure pertinentem, quam donationem Honorius IV. anno 1285. die 2. Decembris, datis litteris, *Exhibita nobis*, mandavit Epiſcopo Senenſi Bernardo, ut ſi rite factam inveniſſet, confirmaret, ut videre eſt apud Sbaraleam tom. 3. Bullarii Franciſcani pag. 555. Nos in re tam obſcura nil certi audemus affirmare.

Digitized by Google

mus utilibus, uſque ad ſummam ducatorum debitorum dumtaxat, eis licentiam concedere curaremus. Nos itaque de tua circumſpectione confiſi, præſentium tibi auctoritate committimus, quatenus conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, & utilitati ejuſdem Monaſterii expedire videns, poſtulatam licentiam vice noſtra eiſdem Abbati, & Conventui largiaris; ita tamen, quod pretium de præmiſſis bonis, poſſeſſionibus, aut juribus, quæ vendi ad hoc contingent, proveniens, ad manus tuas recipias, ac illud tam cito fideliter, & integre in ſolutionem debitorum ipſorum convertere non omittas. Proviſo prudenter, ut quod pro utilitate ipſius Monaſterii in hac parte conceditur., in detrimentum ejus nullatenus convertatur; & tu tandem in extremo examine dignam coram Deo poſſis exinde reddere rationem.

An.Ch. . . . . .

Guardiano mandat ut ſupra.

Datum . . . .

I I.

Quod Epiſcopus Amerinus licentiam tribuat Clariſſis transferendi ſe de inepto ad aptum locum.

. . . . An. Ch. . . . .

Venerabili Fratri Epiſcopo Amelienſi (1) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

EX parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Sanctæ Mariæ de Canali (2) Ordinis S. Damiani (3) tuæ Diœceſis, fuit propoſitum coram Nobis, quod ipſæ de loco, in quo ad præſens permanent, eis, & Religioni, ac conditioni earum minus congruo ad locum Sancti Franciſci Amelien., in quo dilecti filii Fratres Ordinis Minorum hactenus permanſerunt (4) ſibi congruum, ſe transferre deſiderent, maxime cum eumdem locum Sancti Franciſci legitime acquiſierint a Fratribus memoratis. Quare petebant a Nobis, ut licentiam faciendi translationem hujuſmodi, ita quod poſſeſſiones, & jura ſupradicti Monaſterii, non obſtante alicujus contradictione temeraria, valeant retinere, eis concedere curaremus. Nos itaque ipſarum ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus eiſdem

Monialium petitio.

Mandat Epiſcopo ut ſupra.

(1) *Epiſcopo Amelien.*; ideſt, Amerino n Umbria, cujus nomen hic penitus omittimus, quia tempus hujus translationis nos latet.

(2) *Monaſterii Sanctæ Mariæ de Canali*; de quo Monaſterio altum habetur ſilentium apud noſtrates omnes, & alios, quos pervidere potuerim.

(3) *Ordinis Sancti Damiani*. Ex hac loquendi formula certiores reddimur, hoc Diploma prodiiſſe vel ab Alexandro IV., vel ab alio Urbani IV. Prædeceſſore, antequam ſcilicet ipſe Urbanus varias prohiberet denominationes, quibus Moniales Clariſſæ tunc audiebant, ac uno Clariſſarum, vel Ordinis Sanctæ Claræ nomine eas præciperet appellandas.

(4) *In quo dilecti filii Fratres Ordinis Minorum hactenus permanſerunt*. Amerinus Fratrum Minorum Conventus in Polychronico Jordanis tertius notatur Cuſtodiæ Tudertinæ in Provincia Umbriæ, ac de ipſo loquitur etiam Piſanus Conformit. lib. 1. Conformit. 8., ubi ait, *in loco de Amelia jacere Sanctum Fratrem Simonem de Torſiano Comitatus Ameliæ, qui multa in vita, et poſt mortem miracula fecit*. Hujus Conventus originem invenire non licuit, quia Waddingus in Annalibus ipſum, non ſecus ac Monaſterium S. Mariæ de Canali, penitus omiſit. Ex litteris Alexandri IV., *Cum dilectos filios*, emanatis III. Kalendas Octobris Pontificatus ſui anno quinto, in quibus *Amelienſi*, & aliis Umbriæ Epiſcopis commendat Syndicos Apoſtolicos, a ſe conſtitutos pro Cœnobiis noſtri Ordinis, exiſtentibus in eorum Civitatibus, & Diœceſibus, coniici poteſt, Conventum Amerinum jam eo tunc extitiſſe, ſed incerti adhuc ſumus, an iſtud fuerit illud, ad quod Moniales S. Mariæ de Canali ſe transferre poſtularunt, an aliud a Fratribus, priori relicto, & Monialibus collato, de novo poſtmodum vel acquiſitum, vel erectum.

Digitized by Google

. . . . dem Abbatiſſæ, & Conventui, ſi expedire videris, poſtulatam licentiam largiaris, ſine juris præjudicio alieni.

An. Ch. . . . . Datum . . . . (5).

III.

Abſolvit Fratres Minores a juriſdictione Epiſcopi Perſecutoris.

An.Ch. . . . .

Dilectis filiis Miniſtro (1) *& Fratribus Ordinis Minorum Acconen.* (2) *ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Exordium a Minorum paupertate, & humilitate.

AFfectus dilectionis præcipuæ circa vos ex illa cauſa potiſſime conſurgit in Nobis, quia ſub extrema paupertate, ac humilitate multa vivitis, ut vobis apud Dei clementiam perennis vitæ gloriam acquiratis. Ab iis ſiqui-

(5) Clariſſimus Sbaralea inter Epiſtolas Honorii IV. a ſe deſideratas in Indiculo ſub numero 2. unam hujus Pontificis indicat, quam ex Autographo in Sacrario Conventus Amerini aſſervato; & ex Regeſto ſui Ordinis Romæ apud Sanctos XII. Apoſtolos exiſtente, datam fuiſſe ſcribit die Januarii 12. Pontificatus Honorii anno II. Cum vero addat ibidem, hunc Pontificem harum litterarum vigore indulgentiam conceſſiſſe pro fabrica loci, & Eccleſiæ Fratrum Minorum Amerinenſium conſummanda; quod quidem de novo Conventu intelligendum eſt, affirmare poſſemus, Monialium Sanctæ Mariæ de Canali tranſlationem, de qua in præſenti Diplomate habetur ſermo, circa hæc tempora contigiſſe, niſi obſtaret, quod ſuperius monuimus in nota (3) Moniales nempe hic appellari Ordinis Sancti Damiani contra inhibitionem Urbani IV., qui denominationem hujuſmodi ipſis ademerat, omneſque vel Clariſſas, vel Ordinis Sanctæ Claræ appellari mandaverat. Quare in hiſce ambagibus libentius crediderim, Fratres Minores novum locum Ameriæ acquiſiviſſe ſub Alexandro IV., ejuſque conſtructionem eo tunc inchoaſſe, nec perfeciſſe, niſi poſt tempora Honorii IV.; Moniales vero S. Mariæ de Canali ab eodem Alexandro IV. licentiam impetraſſe transferendi ſe ad locum Sancti Franciſci, ipſis a Fratribus alio tranſeuntibus collatum, proindeque hoc Diploma Alexandro prædicto probabiliter fore tribuendum.

(1) *Miniſtro*; ideſt Guardiano, ut advertit etiam clariſſimus Sbaralea tom. 1. Bullarii Franciſcani pag. 326. ad Bullam Innocentii IV., *Quoniam, ut ait Apoſtolus*, in qua Guardianus Conventus Urbevetani dicitur Miniſter, & pag. 334. ad Bullam ejuſdem Pontificis ibidem, *Dilecti filii*, in qua Guardianus Cœnobii Piſani ſimiliter Miniſter appellatur. Nec mirum videatur, quia Hugo Dinienſis, Divo Bonaventuræ coævus, cujus etiam mortem prædixit, in Expoſitione Regulæ Fratrum Minorum cap. 16. de hac re nos ita admonet: *Antiquitus, qui ſingulis præerant locis, dicebantur Miniſtri, licet etiam ad pleniorem forte diſtinctionem officii dicti ſint Guardiani*. Et quidem juxta ſanum Regulæ noſtræ intellectum, quæ cap. 10. præcipit Fratribus, ut *obediant ſuis Miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſervare*, neceſſario ſequitur, ſub Miniſtrorum nomine, etiam Superiores locales, ſeu Guardianos comprehendi, ſecus dicendum foret, his ex vi Regulæ non eſſe obtemperandum, quod eſt abſonum.

(2) *Acconen.*; ideſt Ptolemadis, quæ nunc dicitur *Acri*, olim in Provincia, nunc in Cuſtodia Terræ Sanctæ, ſive Paleſtinæ. *Ptolemais*, inquit Auguſtinus Lubin Auguſtinianus in Tabulis Sacris Geographicis, *cujus Cives Ptolemenſes Mach. 5. v. 15., ipſa eadem eſt Accho in Tribu Aſer Judic. 1. v. 31. in Septuaginta Accho; Civitas Phœnicia, quæ prius Ace, & Acco, & Accon, & Abiron, poſt Hactipos, & Colonia Claudia, maritima, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrio, exciſa, nunc Aca, Acre, Acri, & Acon, vulgo Gallis* Saint Jean d'Acre. Ptolemais, ſcribit Adrichomius Teatr. Terræ Sanctæ in Aſer num. 66., *alias Ptolemaida a Ptolomæo quondam Ægypti Rege ſic dicta, quæ prius Accho, ſeu Aco, & Cod, ſive Coth appellabatur, Plinio quoque Colonia Claudii dicitur, nunc autem Acon, & Accon vocitatur, maritima, et celebris Phœnices Urbs eſt verſus Septemptrionem a Monte Carmelo quatuor, verſus Meridiem a Caſtro Lamberti totidem, a Hieroſolyma vero triginta ſex milliaribus diſtans.* Adrichomio concinit Quareſmius noſter Elucidat. Terræ ſanctæ tom. 2. lib. 7. Peregrinat. 8. cap. 5. dicens: „ Ptolemais, ſive Ptolemaida, a Ptolomæo Ægypti Rege ſic dicta, „ quæ prius Accho, ſive Aco appellabatur, „ Abulenſi Accaron credita, una ex quinque „ præcipuis Philiſtinorum Urbibus Joſ. 13. 3., „ 1. Reg. 6. v. 17., in præſentia Acri vulgo „ appellata. Vel Ptolemaida, & Acon dicta, „ quia condita a Ptolomæo, & Acone fratribus, ut placet Marino Sanuto . . . . . Antiquitus etiam Abyron nuncupata, maritima, „ & celebris Civitas. „ Ita Quareſmius, qui cap.

Digitized by Google

quidem meritis veſtris ...... Epiſcopus Acconenſis (3) ſuæ mentis occulos, prout accepimus, dedignanter avertens, innocentiam veſtram per indigna gravamina in triſtitia ſæpe poſuit, & quietem veſtri ſpiritus multipliciter perturbavit. Ut itaque per noſtræ proviſionis auxilium poſſitis virtutum Domino devotum, prout cupitis, impendere famulatum, Nos perſonas veſtras, & locum veſtrum ...... (4) a qualibet juriſdictione ipſius Epiſcopi, quamdiu

.... An. Ch. ....

Gravamina ab Epiſcopo Fratribus impoſita.

Eximit Fratres ut ſupra.

cap. 6. hæc addit: „ Poſtquam ultimo anno „ Domini 1187. capta fuit Jeroſolyma, & ex „ ea ejecti fuerunt a Maometanis Chriſtiani „ Principes cum aliis fidelibus, illamque ſub „ Joanne Brenna, ultimo in ea Rege corona„ to, ſibi comparavit Ægypti Rex Saladinus, „ Equites Hoſpitalarii Sancti Sepulchri, & „ alii auctoritatis Viri rebus ſuis conſulentes „ ſe ad magnificam, & munitam hanc rece„ perunt Civitatem, ſingulare illis in Terra „ Sancta refugium, & aſylum. Deinde vero „ non ſub unius Principis regimine Urbs hæc „ manſit, ſed plures, novemdecim videlicet, „ in ea imperabant: in decem & novem par„ tes diſtributa eſt, & ſingulis ſingulæ partes „ gubernandæ tributæ fuerunt, omneſque ga„ bellas, datia, & proventus ſuos exigebant: „ unus alteri non ſubdebatur, ſed omnes ſua „ jura dicebant, & juſtitiam adminiſtrabant, „ ſingulique ſuas habebant Curias. „ Hanc narrationem confirmat laudatus Adrichomius loco citato, ubi proſequitur: *Poſtremo autem anno Domini ſupra mille ducentos nonageſimo primo a centum quinquaginta millibus Saracenorum violenter expugnata, incenſa, ac funditus ita everſa eſt, ut ne quidem ullum Urbis monumentum relictum fuerit; ſed ruinarum macerie, ac ruderibus expurgato loco, ad arandum, & ſerendum ager commodus fuit*. Quareſmius vero hæc ipſa referens cap. 6. ſubjungit, hanc Urbem obſeſſam fuiſſe a Saladino die 5. Aprilis, & captam die 4. Maii anni præfati 1291., ac eo tunc deletas fuiſſe in ea regione reliquias Chriſtianorum. Auctor Hiſtor. rer. memorabil. Militar. Ord. Joannitarum, Rhodiorum, aut Melitenſium Equitum de hac re ita loquitur, ac ſi ante annum 1187., quo Jeroſolyma devicta fuit, uſque ad annum 1291., quo expugnata fuit Ptolemaida, hujus dominium ſoli obtinuiſſent Equites Hoſpitalarii, inquit enim: *Erat autem hæc Urbs jam dudum a Regibus Hieroſolymitanis Militarium Ordinis Equitibus Hoſpitalariis, & Templariis tradita, ut iis in partibus rempublicam Chriſtianam fortiter contra Barbaros irrumpentes defenderent, atque eam Urbem conſervarent*. At Equites Hoſpitalarii plenum Ptolemaidis dominium habere nequiverunt, niſi ad annum uſque 1181., quia ab hoc anno uſque ad 1291. novendecim Principes, ut audivimus, quorum unus alteri non ſubdebatur, in ea imperarunt.

(3) *Epiſcopus Acconenſis*; ſive Ptolemaidis, ut modo dictum eſt, quia referente citato in loco Adrichomio, & ſcribit etiam Auguſtinus Lubin deſuper citatus, *cum a Chriſtianis Ptolemais poſſidebatur, Epiſcopali Sede, quæ Tyrenſi Archiepiſcopo ſuberat, clarebat, cujus Epiſcopatus titulum etiam nunc uſurpat, qui vices gerit Epiſcopi Civitatis Monaſterienſis in Weſtphalia*, Urbis nimirum Alemaniæ, quæ *Munſter* appellatur in Circulo Weſtphaliæ, cujus Epiſcopus eſt Princeps Romani Imperii, & Suffraganeus Archiepiſcopi Colonienſis, ad quem nunc pertinet ipſe Monaſterienſis Epiſcopatus, unus ex notabilioribus Germaniæ:

(4) *Locum veſtrum*; Conventum nimirum, quem Fratres noſtri in Acconenſi Civitate inhabitabant, ad Provinciam Terræ Sanctæ, ſive Paleſtinæ pertinentem, quique anno 1291. in communi Civitatis exitio, quod ſupra audivimus ex Adrichomio, & Quareſmio, ſucceſſus fuit, & plerique Fratres, eodem referente Quareſmio cap. 6., perierunt. Sanctus Antoninus Summ. Hiſtorial. tit. 24. cap. 9. §. 11. idipſum confirmat dicens: *Fratres etiam Minores Conventus, qui ibi erat, interfecti ſunt a Saracenis*.

Præter Cœnobium Fratrum noſtri Ordinis extabat Accone etiam Ordinis S. Claræ inſigne Monaſterium, eodem tempore ab iiſdem Saracenis obſeſſum, & ſolo æquatum, de cujus Sanctimonialibus idem S. Antoninus loco citato factum narrat relatu, & ſcitu digniſſimum, hiſce verbis expreſſum. „ Cum autem eſſet in „ Achon ſolemne Monaſterium Sanctæ Claræ „ Sororum, & Abbatiſſa captam Civitatem „ audiſſet, & Saracenos intraſſe, zelo caſtita„ tis viriliter affecta omnes Sorores celeriter „ ad Capitulum convocavit. Et prima infor„ matione ſalubri ne a Saracenis deluderentur, „ omnes ad Martyrium animavit, & ait: Fi„ liæ, & Sorores, contemnamus vitam iſtam, „ & ut immaculato Sponſo corde, & corpore „ fortes in fide Domino noſtro Jeſu Chriſto nos „ valeamus offerre, & pretio proprii ſangui„ nis vitam interminabilem comparemus, quod „ me videritis facere bene, & vos faciatis. „ Virilis ergo Mulier gladiolo ſuo naſum pro„ prium ſibi mutilavit, & fluente ſanguine to„ tam faciem cruentavit. Animantur Sorores „ ad ſimilia, & facies ſuas diverſimode vulne„ rantes, cruore virgineo aſpectum horri„ bilem aſpicientibus intulerunt. Quid plura! „ Intrant Saraceni Monaſterium, evaginatis „ gladiis ſanguinem Chriſtianum ſitientes. „ Occurrunt Virgines ſacræ intrepide, non de„ corem, ſed horrorem canibus illis offeren„ tes, qui primo videntes obſtupuerunt, dein„ de horrentes omnes gladiis perimerunt. „ Ita Sactus Antoninus, & ex eo, paucis verbis immutatis, Quareſmius, qui ambo ſpeciali impulſu Spiritus Sancti ſacras has Virgines actas fuiſſe advertunt. Succeſſu temporis Ptolemais, ſive Accon, Adrichomio deſuper laudato ſcribente, per Saracenos Egyptios reſtaurata fuit, & ab anno 1517. in Turcarum Imperatoris

Digitized by Google

. . . . . .
An. Ch. . . . . .

Cenſuras contra Fratres, eorumque Benefactores latas, vel ferendas, irritas decernit.

diu vixerit, auctoritate præſentium de gratia eximimus ſpeciali, ſuſpenſionis vero, ac interdicti, & excommunicationis ſententias, ſi quas idem Epiſcopus, vel Vicarius, & Officialis ejus in vos, aut aliquem veſtrum, ſeu locum prædictum, vel in Benefactores veſtros, aut eos, qui vobis eleemoſynas largiuntur, vel ad eumdem locum ad audiendam prædicationem, ſeu pro alia pia cauſa contra inhibitionem illorum veniunt communiter, ſeu diviſim, hactenus promulgarunt, vel de cætero promulgabunt, eadem auctoritate decernimus ex nunc irritas, & inanes. Nulli ergo &c. noſtræ exemptionis, & conſtitutionis &c.

Datum . . . . (5).

ris poteſtatem redacta, ejus adhuc ſervitutis jugum experitur. De Conventu Acconenſi nihil habetur in Polychronico Jordanis, quia cum hoc ordinatum fuit, atque conſcriptum, jam una cum Civitate in ruderibus jacebat, quamquam Auctor inter alias recenſeat Terræ Sanctæ Provinciam, cujus poſt Saracenorum invaſionem ſex tantum Cœnobia fuiſſe ſcribit, Cœnaculum videlicet Montis Sion prope Jeroſolymam, & alia quinque in Regno Cypri. Nunc eadem Provincia in Cuſtodiam redacta varios habet Conventus, & plurima Hoſpitia, quorum unum eſt illud Ptolemaidis, cujus Eccleſia a S. Joanne Baptiſta denominatur.

(5) Cum Civitas Acconenſis exciſa, & ſolo æquata fuerit anno 1291., qui quartus fuit Pontificatus Nicolai IV., atque ex tunc Epiſcopalis Cathedra in ea defecerit, fatendum erit, hoc Diploma ante hunc annum prodiiſſe, cum nempe Epiſcopus in ea reſideret.

Hæc ſunt Romanorum Pontificum Diplomata, quæ a nobis ad Bullarium Franciſcanum Supplementum concinnantibus inveniri potuerunt. Plurima adhuc remanent, quæ in hoc Opere locum habere potuiſſent, ut ex Indicibus apparet a Clariſſimo Sbaralea ad calcem Epiſtolarum cujuſque Pontificis, quas ipſe refert, appoſitis, necnon ex Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva, & ex variis Auctoribus, penes quos indicata conſpiciuntur, apparet. Si præter allata adhuc alia ad manus noſtras deveniſſent, præſens Volumen evaſiſſet utique copioſius, & utilius; ſed quoniam eorum plurima pro noſtra diligentia, & voto nequivimus reperire, vel quia perierunt, vel quia nobis datum non fuit penetrare loca, in quibus aſſervantur, idcirco paucis hiſce contenti eſſe debuimus, & Supplementum noſtrum exornare. Cum vero Opus a Sbaralea inchoatum proſequi debeamus, ſi quæ harum Epiſtolarum adhuc deliteſcentium inveniri poterit, in ipſa continuatione opportune exſcribetur. Hæc noſtra Bullarii Franciſcani continuatio incipiet ab anno primo Pontificatus Benedicti XI., Succeſſoris immediati Bonifacii VIII., in cujus ultimo, ut etiam diximus in Præfatione ad Lectorem, deſinit ipſe Sbaralea, atque hinc chronologica methodo ad alios deſcendet Romanos Pontifices, horumque Epiſtolas, quas habere nobis conceſſum fuerit, bonorum omnium largitore Deo, cui ex corde gratias agimus, favente, exhibebit.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICUS

Rerum memorabilium, quæ in Animadverſionibus continentur.

A

Abdicatio omnium rerum tam in communi, quam in particulari eſt conſilium principale pag. 5. num. v. Eſt etiam meritoria pag. 18. num. x.
Abuſus bonorum Eccleſiæ eſt ſacrilegium pag. 4. num. iv.
Adam de Mariſco Eliæ reſiſtit pag. 163. nota (35). Pontificem appellat *ibid.*
Ægidius Delphini plurimum laborat pro Ordinis reformatione pag. 58. num. iii. & pag. 63. num. viii. Plures Conventus reformat *ibid.* Celebrat Capitulum Generale Trecenſe *ibid.*
Ægidius Viterbienſis, Auguſtinenſium Generalis, admonet ſuos Fratres de mente Concilii Lateranenſis circa Conventualium reformationem pag. 78. num. vi.
Alvarus Pelagius uſum poſſeſſionum, & reddit????? in Ordine Franciſcano tamquam illicitum alte deplorat pag. 49. & 50. num. v. & vi. Ab hæreſis nota vindicatur *ibid.* Scriptis invehitur contra Fraticellos *ibid.* Ex Pœnitentiario Pontificio fit Epiſcopus Coronenſis *ibid.* Quo ſenſu dicatur *Conventualis Aracæli* pag. 73. num. ii. Clareni dicta confirmat pag. 165. nota (40).
Amadeitæ reliquis Obſervantibus uniuntur pag. 64. num. ix.
B. Andreas de Hiſpello ob zelum paupertatis in carcerem coniicitur pag. 163. nota (35).
Angelipolitana S. Marci Eccleſia cum hortis, & aliis adiacentibus Fratribus Minoribus confirmatur pag. 30. num. vii.
Angelus de Tolentino cum aliis mittitur ad Regem Armeniæ pag. 156.
Anonymus Conventualis confutatur pag. 112. & ſeqq. pag. 127. num. x. & ſeqq., 133. & ſeqq. Inſtrumenta donationum Minoritis factarum nihil probant pro ipſo Anonymo *ibid.* & pag. 173. In ſenſu ipſius Anonymi ſunt argumenta transgreſſionis *ibid.*
Antonius Lucci Epiſcopus Bovinenſis eſt Auctor Libri, *Ragioni Iſtoriche* pag. 113. in nota. Liber iste ab Obſervantibus ſolidiſſima Apologia confutatus fuit *ibid.* Hunc Librum Lucci compoſuit cum eſſet juvenis, & Regens *ibid.* Cujus opera hic liber impreſſus fuerit *ibid.* Licet inter Beatos vel Sanctos ipſe Lucci adſcribatur, nihil ex ejus libro concluditur pro Conventualium antiquioritate *ibid.*, & pag. ſeq. Quid ponderis ejus Operi tribuat Sacrorum Rituum Congregationis approbatio *ibid.* Vaticani Archivi auctoritatem Lucci infirmare tentat pag. 113. & 114. num. viii. Falſo ſcribit Archivum Aſſiſienſe antiquius eſſe Vaticano pag. 115. num. viii. Falſo etiam aſſerit Vaticani Archivi Regeſtum confectum fuiſſe a Sixto V. *ibid.*
Antonius de Maſſa a Generalatu deponitur pag. 40. num. viii.
Antonius de Monte Archipiſcopus Sypontinus approbat Conſtitutionem Clementis IV. *Obtentu &c.* una cum aliis confuſe, & rationibus non expenſis pag. 108. num. iv. Hæc approbatio ſuſpecta redditur ex eo, quod auctores coævi non conveniant de loco, & tempore, quo facta fuit *ibid.*
S. Antonius Patavinus immerito dicitur Conventualis a Laertio Cherubino pag. 75. num. iii. Irrationabiliter vendunt nonnulli, ipſum omnium primum a Gregorio IX. redditus, & poſſeſſiones impetraſſe pro ſuis confratribus pag. 132. & 133. n. xiv. Eliæ reſiſtit pag. 163. nota (35). Pontificem appellat *ibid.* Pro regulæ obſervantia patitur perſecutionem pag. 171.
Antonius Ruſconi plurimum laborat ut Fratres poſſidentes ad obſervantiam reducat pag. 58. num. iii.
Aracœli Conventus traditur Minoritis pag. 25. num. iii. Ejus redditus Scholæ Cantorum Urbis applicantur pag. 26. num. iii. Pro ejus reſtauratione Indulgentiæ conceduntur *ibid.* num. iv. Ejus proventus Parochiales Pontifex ſibi reſervat pag. 27. num. iv.
Archivum Conventus Aſſiſienſis non erat Archivum Pontificium pag. 115. num. viii. Auctoritas iſtius præferri non debet auctoritati Archivi Vaticani *ibid.*
Arlottus de Piſis (lege *de Prato*) ſcribit univerſis Fratribus pro obſervantia paupertatis pag. 46. num, ii.
Aſſiſii, & in ejus viciniis Clauſtra aliorum Ordinum ædificari non poſſunt pag. 35. num. ii.
Avaritia eſt fundamentum Civitatis Babylonis pag. 3. num. iii. Ad avaritiam extirpandam carentia omnis juris Apoſtolis impoſita fuit, & noviſſimis temporibus renovata pag. 4. num. iv. Ad avaritiæ radicem penitus excludendam S. Franciſcus cum ſuis miſſus eſt *ibid.* Avaritiæ viam præcludere magis intendit S. Franciſcus poſſeſſiones ſuis Fratribus in Regula inhibendo pag. 5. num. iv. Contra avaritiam Chriſtus remedium docuit pag. 6. num. vi.
Auguſtinenſium Superiores dicuntur Conventuales pag. 74. num. ii.

S. Auguſtini Corpus Papiæ jacet in loco incerto pag. 129. num. XI. Nil in contrarium probat Bulla Bonifacii IX. *ibid.*

Aymo Miniſter Generalis quatuor Magiſtris committit Regulæ FF. Minorum Expoſitionem pag. 15. num. VII.

B

Benedictus XIV. præſidet Capitulo Generali ann. 1750. celebrato pag. 69. num. XIII. In nova Martyrologii Romani editione Sanctos, qui ex Obſervantibus fuerunt, appellat abſolute Ordinis Minorum pag. 70. numer. XIII. Martyrologium Obſervantium ad calcem Romani præmittit Martirologiis aliorum Minoritarum, & Martyrologium Ordinis Minorum ſimpliciter prætitulat *ib.* Coadjutor fuit Promotoris Fidei in Cauſa S. Liberati de Lauro pag. 150. num. X.

Bernardi de Quintavalle judicium ſubverterunt Fratres pag. 163. Nonnulla ipſe Bernardus redarguebat in Fratre Elia *ibid.* nota (33). Fugit a facie Eliæ *ibid.* nota (34).

Bollandiani Acta referunt & miracula B. Joannis Angeli Clareni pag. 170. Annum ipſius mortis aſſignant *ibid.*

S. Bonaventura confutat Guillelmum a Sancto-Amore cum ſuis gregalibus pag. 13. num. IV. & pag. 14. num. V. & VI. In rebus immobilibus nullam agnoſcit diſtinctionem inter habere, & appropriari pag. 13. num. IV. & ſeqq. Plura mandat pro cuſtodia paupertatis pag. 44. num. I. Quæſtionem ſupra Regulam S. Franciſci ſibi proponit pag. 45. num. I. Ordinat Conſtitutiones in Capitulo Narbonenſi *ibid.* num. II. A Gregorio XIII. dicitur profeſſor Ordinis Minorum de Obſervantia pag. 70. num. XIV. Nullibi indicat, ſe impetraſſe pro Minoritis Diploma Clementis IV., *Obtentu divini nominis* pag. 86. numer. I. Hoc revera non impetravit *ibid.* uſque ad n. IV. pag. 90. Nunquam ipſum adhibet ad refutandum Sanctamoranum cum ſuis pag. 87. num. I. Nec contra Geraldum de Abbatis-Villa *ibid.* num. I. & II. Suam Apologiam compoſuit contra Geraldum ipſum ann. 1269. vel 1270. *ibid.* Regulam tradit, qua a Minoritis legata bonorum immobilium recipi debent pag. 87. & 88. num. II. Aſſerere, ipſum impetraſſe Bullam, *Obtentu*, repugnat ejus humilitati, & ſanctitati *ibid.* Ipſam impetrando egiſſet contra voluntatem Chriſti, & S. Franciſci *ibid.* Nedum diligentiſſime Regulam S. Franciſci obſervavit, ſed huic alios rigores addidit *ibid.* num. III. Ordinis Minorum reparator fuit pag. 89. n. III. Et profeſſor Ordinis Minorum de Obſervantia *ibid.* Religionem S. Franciſci reformavit, & Regulam expoſuit *ibid.* Suſpendi mandavit executionem declarationis Innocentii IV. *ibid.* Reprobat Magiſtri titulum pag. 120. num. III.

C

Camaldulenſes ordinant Statuta pro Conventualium reformatione pag. 77. numer. V.

Canonici etiam Sæculares dici poſſunt Conventuales pag. 74. num. II.

Capitulum Generale Argentinenſe confirmat Conſtitutiones Narbonenſes pag. 54. num. IX.

Capitulum Generale Aſſiſienſe approbat Opus Bartholomæi de Piſis pag. 16. numer. VIII. Aliud Aſſiſienſe ordinat Conſtitutiones Farinerias pag. 21. num. XIII. Confirmat Conſtitutiones Narbonenſes pag. 53. num. VIII. Aliud Aſſiſienſe Capitulum indicitur a Martino V. pag. 40. num. VIII. Conſtitutiones Martinianæ in eo conficiuntur, & publicantur pag. 40. num. VIII. Aliud Aſſiſienſe decernit, quod nullus Fratrum vocetur Magiſter, vel Dominus pag. 119. num. III.

Capitulum Generale Florentinum confirmat Conſtitutiones Narbonenſes pag. 54. n. IX.

Capitulum Generale Forolivienſe eaſdem confirmat Conſtitutiones pag. 54. num. IX.

Capitulum Generale Januenſe inſtat, ut relaxationibus gliſcentibus contra paupertatem provideatur pag. 46. num. III. Aliud Januenſe confirmat Conſtitutiones Narbonenſes pag. 54. num. IX.

Capitulum Generale Interamnenſe diſponit Conſtitutiones Alexandrinas pag. 43. & 44. num. XI. & pag. 63. num. VIII. Celebratur pro totius Ordinis reformatione pag. 62. num. VII. Huic Capitulo Alexander VI. duas litteras mittit *ibid.* Eidem Scribunt etiam duo Cardinales *ibid.*

Capitulum Generale Narbonenſe ordinat Conſtitutiones ſub præſidentia S. Bonaventuræ pag. 45. num. II.

Capitulum Generale Pariſienſe proteſtationem admittit Petri Joannis Olivi pag. 46. n. II. Aliud Pariſienſe celebratum ſub Generali Gaufridi pag. 157. in nota (10).

Capitulum Generale Romanum Statuta edit, quæ a Julio II. approbante Papalia dicta fuerunt pag. 63. num. VIII. Aliud Romanum, cui præſidet Innocentius XII. pag. 68. n. XII. Alterum ſub præſidentia Innocentii XIII. *ibid.* Aliud ſub Benedicto XIV. pag. 69. numer. XIII.

Capitulum Generaliſſimum Romanum a Leone X. indicitur pag. 63. num. VIII. Ad hoc vocantur Minores omnes cujuſcumque Congregationis, & nominis *ibid.* Omnes puram S. Franciſci Regulam profitentes in unum corpus in eo uniuntur pag. 79. num. VIII. Conventuales a reliquis ſeparantur, & peculiaris Congregatio ex eis conſtituitur *ibid.*

Capitulum Generale Trecenſe celebratur pag. 63. num. VIII. Dicitur Primum Reformatorum, & quare *ibid.* In ipſo leguntur Epiſtolæ Julii II. reformationem præcipientes *ibid.*

Capuccini novas ſibi cuderunt leges rigorem ſupra Regulam inducentes pag. 118. num. II.

S. Carolus Borromæus inſtituitur Protector Ordinis Minorum pag. 68. num. XII.

Digitized by Google

Carolus Coquelines in Bullarum collectione præterit diploma Clementis IV. *Obtentu divini nominis pag. 86.*

Caſtellionis Aretini Eccleſia S. Leonardi cum horto, & domibus adjacentibus confertur Minoritis pag. 30. num. VII. Ejus poſſeſſiones, & Parochia alio transferuntur *ibid.*

Caſtriveteris Eccleſia S. Angeli cum domo, cœmeterio, & aliis pertinentiis circa ipſam Fratribus Minoribus conceditur pag. 34. numer. I. Ejus poſſeſſiones aliis applicantur *ibid.*

Cellaria vinaria Fratribus Minoribus habere non licet, ubi quotidianæ eleemoſynæ ſufficiunt ad vitæ ſuſtentationem pag. 21. numer. XII. & pag. 135. num. XVI. Hæc Franciſcanis aſſerere interdicta ubi prædictæ eleemoſynæ ad vitæ ſuſtentationem non ſufficiunt, ſub excommunicationis pœna prohibetur pag. 53. num. VIII.

Cervantes Joannes Cardinalis Legatus Martini V. præſidet Capitulo Generali Aſſiſienſi pag. 40. num. VIII. Mandat S. Joanni de Capiſtrano, ut Conſtitutiones ordinet ab univerſis Fratribus obſervandas *ibid.*

Chamberiaci Conventus Fratres facultatem obtinent recipiendi legata dummodo bona ſint mobilia pag. 39. num. VI.

Charitas finis communis, & præcipuus omnium Religionum pag. 1. num. I. Inter divitias difficile conſervatur pag. 3. num. IV. Ejus venenum cupiditas pag. 5. num. V.

Charitatis incentivum eſt rerum Communitas pag. 4. num. IV.

Chriſtianus dicitur a profeſſione fidei, & legis Chriſti in Baptiſmate emiſſa pag. 136. numer. XVI.

Chriſtum, & Apoſtolos imitari etiam quoad extremam temporalium penuriam laudabile eſt, & perfectum pag. 13. num. IV. Chriſtus ad perfectos inſtruendos mendicus fuit *ibid.* & pag. 85. num. XII. Eccleſiam non adſtrinxit præcepto mendicandi pag. 85. numer. XII. Ad hanc informandam loculos habuit *ibid.* Regula a S. Franciſco tradita ſe velle dixit quod ſervaretur *ad litteram* pag. 88. num. II. Multa promittit eamdem ita obſervantibus *ibid.*

Civitas duplex, Dei ſcilicet, & Diaboli pag. 3. n. III. Oppoſitiones habent in ſeipſis, & in fundamentis *ibid.*

S. Claræ diſpenſatio proprietatis in communi, & annui redditus offeruntur a Gregorio IX. pag. 136. num. XVI.

Clareni cæteris Obſervantibus uniuntur pag. 64. num. IX. Injuria dicuntur Fraticelli pag. 137. num. I. & ſeqq. Ab hac nota vindicantur *ibid.* Prius Eremitæ Cœleſtini dicebantur *ibid.* & pag. 150. n. IX. A B. Joanne Angelo Clareno mox nomen deſumunt *ibid.* & pag. 146. n. VI. Eorum fides, & virtus magis aperiuntur pag. 143. num. IV. Eorum Congregatio inchoata ſub S. Cœleſtino V. uſque ad tempus S. Pii V. perduravit pag. 146. n. VI., & in nota *ibid.*, & alibi. Quo anno Obſervantibus uniti fuerint *ibid.* in nota. Romæ incoluerunt primum Eccleſiam S. Hieronymi de Charitate *ibid.* in nota. Sub Paulo III. tranſierunt ad Eccleſiam S. Bartholomæi in Inſula *ibid.* Quanto tempore hanc ſecundam coluerint *ibid.* Multos habuere Conventus in Piceno pag. 148. num. 9. Eorum Congregatio non Secta, ſed vera Societas fuit, a variis Pontificibus approbata pag. 152. numer. X. Plures habuit Conventus in variis Diœceſibus *ibidem*. Necnon Monialium Monaſteria *ibidem*. Locorum Ordinariis ſubjecti erant *ib.*

Clarenus, B. Joannes Angelus a Cingulo, vindicatur pag. 138. n. I. & ſeqq. A nonnullis diffamatur *ibid.* Accedit ad S. Cœleſtinum V. *ibid.* Facultatem obtinet obſervandi Regulam S. Franciſci ſub immediata Epiſcoporum juriſdictione *ibid.* Aliquorum ſubiit invidiam *ibid.* Calumniis, & perſecutionibus divexatur *ibid.* Voce, & ſcriptis calumniantium detegit artes, & ſuam innocentiam defendit *ibidem*. Eremitæ Cœleſtini ab ipſo Clareni dicuntur *ibid.* Coram Joanne XXII. conſtitutus, & ab eo interrogatus, ſilere cogitur pag. 139. n. II. Eidem Pontifici Epiſtolam ſcribit *ibid.* Hujus Epiſtolæ fragmenta *ibid.* uſque ad pag. 142. Fragmenta aliarum Epiſtolarum ejuſdem, in quibus ejus fides, & pietas eluceſcunt pag. 142., & 143. n. III. Ejus fides, & virtus magis declarantur pag. 143. & 144. num. IV. & V. Eadem fides, & virtus apparent in aliis ejus operibus *ibidem*. Ejus miracula indicanrur *ibid.* num. VI. Multi ad funus ejus accurunt *ibid.* Omnes Beatum, & Sanctum ipſum proclamant *ibid.* Prophetia, & diſcretione ſpirituum præditus fuit *ibid.* Ac etiam in lingua Græca peritus *ibid.* Divinitus hoc munus accepit *ibid.* Opuſcula nonnulla e Græco idiomate in latinum vertit *ibid.* Multi hanc linguæ Græcæ peritiam in ipſo commendant pag. 145. & 146. in nota. Ejus ſenſus aperte contrarii conſpiciuntur deliriis Fraticellorum pag. 146. num. VI. Ejus Congregatio uſque ad tempus S. Pii V. perſeveravit *ibid.* num. VI. & in nota. Sanctiſſime audivit in Religione *ibid.* Multi honorifice de ipſo loquuntur, & ſanctitatem ejus commendant *ibid.* num. VII. uſque ad pag. 148. Obiit in Conventu S. Mariæ de Aſpro in Baſilicata *ibid.* Vindicatur a Fraticelliſmi nota in Congregatione Sacrorum Rituum pag. 147. n. VII. Ejus Acta recenſentur a Bollandianis *ibid.*, & pag. 50. n. X. Oratio, & Antiphonæ propriæ, quæ olim in laudem ejus recitabantur *ibid.* & pag. 148. Quis fuerit harum Antiphonarum & Orationis Auctor *ibid.* Præcipui ejus Diſcipuli indicantur *ibid.* n. VIII. A S. Cœleſtino V. facultatem obtinet ducendi vitam eremiticam pag. 150. n. IX. Ejus Epiſtola ad Pontificem, in qua ſuam, & ſuorum cauſam exponit, ac defendit pag. 153. & ſeqq. Diaconus fuit pag. 153. nota (2). Alia plura de ipſo in eadem Epiſtola, & in notis *ibid.* Quo anno hæc Epiſtola ſcripta fuerit pag. 164. in nota (40). Clareni dicta ab Alvaro Pelagio, & a Waddingo confirmantur pag. 165. *ibid.* Ejus Miracu-

racu-

Digitized by Google

racula eadem pag. & ſeqq. Quo anno, & loco obierit pag. 170. Præceptor fuit F. Simonis a Caſſia *ibid.* Ab hoc, & ab aliis laudatur *ibid.* Injuria prorſus hæreticus a nonnullis aſſeritur *ibid.* Teſtimonium reddit ſanctitati Petri Joannis Olivi, & aliorum pag. 171. Nonnulla ejus opuſcula hactenus noſtratibus ignota pag. 171. & 172. Ejus zelus pro regulæ obſervantia rectus fuit *ibid.* & pag. 174. Regulæ FF. Min. expoſitionem confecit *ibid.*

Clariſſæ Aſſiſiates ex Regula poſſeſſiones habere non poſſunt pag. 9. n. x. Clariſſæ Monaſterii de Monte Lucido eximuntur a ſolvendis publicis oneribus pag. 31. num. viii. Clariſſæ omnes a ſolutione cujuſcumque contributionis eximuntur *ibid.* Clariſſis Cortonenſibus imponitur, ut ex charitate provideant Fratribus Minoribus S. Baſilii, ſive Sanctæ Margaritæ pag. 40. num. vii. Clariſſæ Monaſterii S. Antonii Abbatis Civitatis Barcinonæ tranſeunt ad Regulam, & obedientiam Ordinis S. Benedicti pag. 80. & 81. numer. ix. Reformationem admittere nolunt *ibid.*

Clauſtralium nomen primum a Martino V. uſurpatum fuit pag. 79. n. vii.

Clemens IV. fatetur non eſſe pares obſervantias FF. Prædicatorum, & Minorum pag. 9. n. ix. Eorum paupertatem diſtinguit *ibid.* num. x. Syndicos, & Procuratores Minoritis concedit, & ad quid pag. 31. n. viii. Ejus Conſtitutio, *Virtute conſpicuos*, eſt ſuſpectæ fidei *ibid.* Eximit Clariſſas Monaſterii de Monte Lucido, & alias omnes a ſolvendis publicis oneribus *ibid.* Pro immobilibus Fratrum Minorum intelligit Conventus cum appendiciis circa ipſos pag. 32. n. viii. Eoſdem abſolvit a ſolvendis decimis de hortis, & Conventibus *ibid.* n. ix. Confirmat privilegia eiſdem a ſuis Prædeceſſoribus conceſſa *ibidem*. Ejus Conſtitutio, *Obtentu divini nominis*, ſolis Prædicatoribus data fuit pag. 86. & in tota Animadverſione vi. Hanc non impetravit S. Bonaventura *ibid.* n. i. & ſeqq. Minoritis datam non fuiſſe evincitur ex ejus titulo pag. 90. n. iv. Clementem IV. vigore hujus Conſtitutionis omnium primum Minoritis permiſiſſe uſum poſſeſſionum aliqui putant pag. 91. num. iv. Si Minoritis data concedatur, vi hujus eiſdem indultum fuit tantummodo ut immobilia hæreditarie perciperent, & venderent, non vero retinerent *ibid.* & pag. 173. Ad hoc tantum data fuit ipſis Prædicatoribus *ibid.* & pag. 93. n. v. Si Minoritis data dicatur, ab iſtis non fuit recepta pag. 91. num. iv. Minoritis datam non fuiſſe conſtat ex parte narrativa ejuſdem pag. 92. num. v. & pag. 83. n. vi. Si ipſis data dicatur, evidenter oſtendit, a nullo Clementis IV. Deceſſore uſum immobilium eos habuiſſe *ibid.* Si hæc prima fuit diſpenſatio pro Prædicatoribus, prima etiam dici debet pro Minoribus pag. 93. n. v. Conſtitutionem, *Obtentu*, Minoritis datam non fuiſſe Romani Pontifices evincunt pag. 94. num. i. & ſeqq. uſque ad pag. 100. Idipſum probant Juriſconſulti pag. 100. n. vi. & ſeqq. uſque ad pag. 103. ac etiam ipſimet Fratres Minores pag. 103. & 104. n. ix. Exemplaria diverſa hujus Conſtitutionis, etiam Aſſiſienſe, licet perpenſum a viris præclariſſimis, non probant hanc Minoritis datam fuiſſe pag. 104. & 105. num. i. Exemplaria iſthæc vitiata ſunt in titulo pag. 105. & 106. num. ii. Antiquius horum exemplarium, præferens in titulo Prædicatores, & Minores, annum 1468. non excedit pag. 106. numer. ii. Prima hujus Conſtitutionis editio per Obſervantes facta fuit anno 1506. Fratres Minores non in omnibus reperiuntur exemplis, Waddingo teſte *ibid.* A nonnullis ſubreptitia dicitur pag. 106. & 107. num. ii. Ab omnibus recentioribus Obſervantibus ſolis Prædicatoribus data dicitur *ibid.* num. iii. Ejus recognitio in Exemplari Aſſiſienſi facta a tribus peritis ſub Benedicto XIII. ſolas extrinſecas partes reſpexit *ibid.* Pugnat hæc Conſtitutio cum rationibus intrinſecis *ibid.* In exemplari Aſſiſienſi, & in aliis probabiliter vitiata fuit per additionem Fratrum Minorum in titulo circa tempora Sixti IV. pag. 107. & 108. num. iii. & iv. Duplici modo id fieri potuit *ibid.* De hujus Conſtitutionis veritate dubitavit Wadingus *ibid.* Ejus veritatem non probat approbatio facta ab Archiepiſcopo Sypontino *ibid.* Nicolaus IV. hanc referens ad litteram, ſolos Prædicatores exprimit in titulo pag. 109. n. v. Idipſum facit etiam Martinus V. *ibid.* Solis Prædicatoribus data legitur in multis exemplaribus a Bremondo laudatis *ibid.* His tantum directa conſpicitur in Regeſto Clementis IV. aſſervato in ſecretiore Archivo Vaticano pag. 110. n. vi. & ſeqq. uſque ad paginam 113. Exemplar ejuſdem ex Vaticano Archivo depromptum *ibid.* Cum hoc concordat etiam Summarium ejuſdem Codicis pag. 111. n. vi. Atteſtationes pro genuinitate hujus exemplaris pag. 110. & 111. n. vi., & pag. 112. & 113. num. vii. Exemplum hujus Conſtitutionis a Sbaralea depravatum exhibetur pag. 111. & 112. n. vii. Ejus Exemplar Aſſiſienſe aſſervatum ſemper fuit in privato Fratrum Archivo pag. 115. num. viii. Quod in Regeſto Vaticano habetur, tempore Clementis IV. exaratum fuit pag. 116. nu. ix. Magni momenti eſt, quod in Regeſto Vaticano Conſtitutio, *Obtentu*, ſolis directa legatur Prædicatoribus pag. 131. nu. xiii. Nec in contrarium valent exempla a Sbaralea allata *ibid.*

Cluniacenſes, & eorum Eccleſiæ dicuntur Conventuales pag. 74. n. ii.

Cœleſtinus V. Clarenum cum ſociis ab obedientia FF. Minorum abſolvit, eiſque novum nomen imponit pag. 157. & ſeqq. Quando Summus Pontifex electus *ibid.* in nota (11). Ubi conſecratus *ibid.* Ordinem a ſe inſtitutum confirmat *ibid.* in nota (12).

Cœſarius a Spira fuſte interficitur pag. 163.

Coletani diverſi erant ab Obſervantibus de Communitate ſub Miniſtris pag. 57. num. ii. Præſidio Bullarum Eugenii IV., & Calixti III.

Digitized by Google

ti III. non utuntur pag. 62. num. vi. Cæteris Obſervantibus uniuntur pag. 64. num. ix.

Communitas votorum eſſentialium compatitur diverſitatem Religionum pag. 2. num. ii.

Communitas rerum inſtituta fuit in charitatis incentivum pag. 4. num. iv.

Communitas Ordinis Minorum accuſatur apud Clementem V. pag. 49. num. v. & pag. 96. num. ii. Litem inſtituit cum Fratribus Spiritualibus, quæ ab eodem Pontifice in favorem ipſius Communitatis dirimitur *ibid.* Nec Diploma Innocentii IV., vel alterius utendi bonis immobilibus, nec illud Clementis IV. ſuccedendi in hæreditatibus, in ſui defenſionem exhibuit *ibid.*, & pag. 96. & 97. numer. v. Ex Obſervantibus, & Conventualibus componebatur pag. 55. num. i. & ſeqq. Communitas ipſa fatetur eſſe abuſus hæreditates recipere, necnon poſſeſſiones, & redditus pag. 96. num. ii. Aſſerit Statuta facta fuiſſe contra hos abuſus, ac rigide puniri, qui eos admittebant *ibid.* In ipſa Communitate nunquam defuerunt Obſervantes p. 117. n. i.

Concilium Conſtantienſe Minoritis nonnullis facultatem concedit ſibi Vicarios eligendi pag. 55. num. i. & pag. 79. num. vii. Dividit Obſervantes de Familia a Conventualibus, & ab Obſervantibus de Communitate pag. 55. num. i. Decreto ſuo libertatem facit Obſervantibus manendi ſub Miniſtris, vel ſibi Vicarios eligendi *ibid.* Obſervantium nomen ad Franciſcanos non poſſidentes deſignandos primum in hoc Decreto uſurpatum pag. 79. num. vii.

Concilium Lateranenſe ſub Leone X. agit de reformatione omnium Conventualium pag. 78. num. vi.

In Concilio Tridentino conclamata fuit Conventualium abolitio pag. 78. num. vi. In hoc Concilio obtinent Conventuales rerum dominium, & proprietatem in communi pag. 136. num. xvi.

In Concilio Generali Viennenſi Regula Fratrum Minorum declaratur pag. 20. num. xii. Quo anno hoc Concilium celebratum fuerit pag. 262. nota (32).

Conſalvus Miniſter Generalis inculcat obſervantiam Conſtitutionis Clementis V. *Exivi de Paradiſo* pag. 20. num. xii. Fratres compellit ad reſignationem reddituum illicite retentorum *ibid.* Scribit Miniſtro Tuſciæ contra monſtruoſam reddituum abuſionem pag. 47. & 48. num. iv. & pag. 104. num. ix. Ejus zelus pro Regulæ obſervantia laudatur ab Alvaro Pelagio, & a S. Antonino pag. 50. num. vi.

Congregationes variæ, puram S. Franciſci Regulam profitentes, ſub uno Capite, & ſub uno nomine uniuntur pag. 64. num. ix.

B. Conradus de Offida laudatur a Waddingo, qui ejus miracula, obitum, & Corporis translationem refert pag. 148. num. viii. In Orientem abire volens, monetur ut remaneat pag. 161. nota (22). Perſecutionem paſſus eſt pro Regulæ obſervantia pag. 165. in nota.

Conſtitutiones Alexandrinæ editæ fuerunt in Capitulo Generali Interamnenſi pag. 43. & 44. num. xi. Uſque ad novam ordinationem Capituli Generalis, vel Sedis Apoſtolicæ obſervandæ erant *ibid.* Mandant amoveri ab officio Procuratorem Generalem, ſi Ordinis reformationem non adjuvet pag. 58., & 59. num. iii. Præcipiunt etiam Generali, ut eamdem reformationem procuret *ibid.*

Conſtitutiones Farineriæ editæ in Capit. Generali Aſſiſienſi pag. 21. num. xiii. Præcipiunt ut Nicolai III., & Clementis V. Declarationes pluries quotannis in Conventibus legantur *ibid.*

Conſtitutiones Martinianæ, diſpoſitæ a S. Joanne de Capiſtrano in Capitulo Generali Aſſiſienſi pag. 40. num. viii. A Fratribus univerſis obſervari debent *ibid.* Publice leguntur in Aula Capitulari *ibid.* Ab omnibus Vocalibus approbantur *ibid.* Omnes eaſdem obſervare promittunt *ibid.* Miniſter Generalis jurat earum obſervantiam pag. 41. num. viii. Quid præcipiant quoad votum paupertatis *ibid.* Omnia in ipſis ordinata tendunt ad extirpandos abuſus, qui in Ordinem irrepſerant *ibid.* A Martino V. confirmatæ ab ipſo Martinianæ dicuntur *ibid.*

Conſtitutiones Narbonenſes editæ a S. Bonaventura anno 1260. pag. 45. num. ii. Confirmantur in Capitulo Generali Aſſiſienſi pag. 53. num. viii. A Generali Farinerio, a quo Farineriæ dictæ ſunt, in duodecim capita dividuntur, & ad univerſum Ordinem diriguntur *ibid.* Confirmantur etiam in aliis Capitulis pag. 54. num. ix.

Contemplationi cœleſtium nullus ſpiritus eſt aptior illo, qui omnino eſt exoneratus a temporalibus pag. 4. num. iv. Contemplatio non poteſt eſſe, niſi in ſumma ſimplicitate, & hæc, niſi in maxima paupertate pag. 6. numer. vi.

Conventuales Fratres jactant ſe habere Bullam pecuniarum, & reddituum annualium pag. 43. num. x. & pag. 56. num. ii. Ad Conventualium loca Obſervantes viventes ſub iiſdem Miniſtris tranſire non poterant, & quare pag. 43. num. x. E Conventu Lipezik in Saxonia expelluntur pag. 43. numer. xi. Martiniani dicuntur *ibid.* Degunt cum Obſervantibus ſub iiſdem Miniſtris pag. 55. num. i., & ſeqq. Reformantur ab Obſervantibus pag. 56. num. ii. & pag. 65. num. x. Communicant Obſervantibus de Communitate nomen Reformatorum pag. 57. num. ii. Eorum reformatio a Regibus, & Principibus expetitur pag. 62. num. vii., & ſeqq. Reſpuunt unionem cum aliis Minoritis pag. 63. num. viii., & pag. 65. num. ix. Ab iſtis ſeparantur pag. 63. num. viii. Facultatem obtinent eligendi proprium Generalem, quem Magiſtrum, non Miniſtrum vocare debent pag. 63. num. viii. & pag. 65. num. ix. Eorum Generalis confirmationem ſuæ electionis petere debet a Miniſtro Generali Obſervantium pag. 65. num. ix. Etiam eorum Provinciales, Magiſtri, & non Miniſtri vocan-

Digitized by Google

candi ſunt, & confirmationem propriæ electionis petere debent a reſpectivis Provincialibus Obſervantibus *ibid.* Ipſi Conventuales a Miniſtro Generali Obſervantium viſitari poſſunt *ibid.* Eundem cum charitate recipere debent, tamquam totius Ordinis Superiorem *ibid.* In actibus publicis locum digniorem Obſervantibus cedere debent *ibid.* Tempore Leonis X. habebant ſolum uſum poſſeſſionum *ibid.* & pag. 136. num. XVI. A Martino V. uſque ad Leonem X. habuerunt partem in electione Miniſtri Generalis pag. 66. num. x. Ante Leonem X., præſertim extra Italiam, fere omnes ſe reformaverant pag. 65., & 66. num. x. Uſque ad annum 1580. unum habuerunt cum Obſervantibus Cardinalem Protectorem, pag. 68. numer. XII. Ad Conventualium vitam aliquem inducere eſt actus ex ſuo genere malus pag. 77. num. IV. Conventualium abolitionem, vel reformationem ipſimet Regulares Ordines, & Romani Pontifices procurant pag. 77. num. V. Conventuales quatuor Ordinum Mendicantium ad obſervantiam reſpectivi Inſtituti redire compelluntur pag. 77. num. VI. Conventuales Ordinis Servorum reformantur ab Innocentio VIII. *ibid.* Conventuales omnium Ordinum in Hiſpania reformantur juſſu S.ᵗⁱ Pii V. ad inſtar Conventualium Ordinis Minorum pag. 78. num. VI. Conventualium abolitio propoſita fuit in Concilio Lateranenſi pag. 78. num. VI. Contra ipſos conclamatum fuit in Concilio Tridentino *ibid.* Conventuales Ordinis Minorum in peculiari Congregatione adunantur pag. 79. num. VIII. Eorum reformationem multi expetunt *ibid.* Jam diviſi ab Obſervantibus reformantur a proprio Generali pag. 81. num. IX. Sub Urbano VIII. novas condunt Conſtitutiones *ibid.* Eorum non fuerunt Cœnobia, Miniſtri Generales, & alii ante Pontificatum Bonifacii VIII. pag. 82. num. X. Eorum diſciplina diverſa eſt ab illa Veterum Fratrum Minorum pag. 83. num. XI. Immutant formulam profeſſionis *ibid.* & pag. 92. num. IV. Fiunt proprietarii in communi *ibid.* Syndicorum uſui renunciant *ibid.* Ipſi non ſunt primævus S. Franciſci Ordo *ibid.* Ipſis ultra non valent Conſtitutiones Pontificiæ, editæ pro antiquis Minoritis, in quibus iſtorum Regula declaratur, Syndici Apoſtolici eis conceduntur &c. *ibid.* Eorum Congregatio eſt nova, novis legibus firmata pag. 84. num. XI. Leges iſtæ pugnant cum legibus veterum Fratrum Minorum *ibid.* Regulam Sancti Franciſci obſervare promittunt juxta privilegia, & Urbani VIII. Conſtitutiones *ibid.* Revocant, & caſſant omnes Conſtitutiones Ordinis Minorum *ibid.* num. XII. Ipſimet fatentur, privilegium ab eis admiſſum efficere Regulam ſpecie diverſam ab illa, quam S. Franciſcus ſuis tradidit pag. 85. num. XII. Idcirco eorum Ordo eſt aſſentialiter a primævo diverſus *ibid.* Inter ſe diſcordant in aſſignando tempore, quo uſus reddituum, & poſſeſſionum in Ordine Minorum incæperit pag. 90. num. IV. A Sixto IV. facultatem obtinent ſuccedendi in hæreditatibus pag. 98. num. IV. Importune tamen pag. 99. num. IV. Nulla facta Clementis IV., vel alterius Pontificis mentione *ibid.* num. IV. Victoriam ſuper Obſervantes immerito ſibi repromittunt ex Opere Antonii Lucci Bovinenſis Epiſcopi, quoties inter Beatos, vel Sanctos ipſe adſcribatur pag. 113. in nota. Ex quo Conventuales hodierni Conventus nonnullos *incolant* vetuſtiores, irrationabiliter contendunt, eos in Religionis primordiis floruiſſe pag. 117. num. I. Conventuales nati ſunt ex Obſervantibus, cum horum nonnulli poſſeſſiones admiſerunt *ibid.* Antonomáſtice Fratres Minores dici non poſſunt pag. 118. num. I. Conventualis nomen lædit eſſentiam Fratris Minoris *ibid.* num. II. Conventuales non exiſtunt in Hiſpania pag. 119. num. II. Nec Cajetæ *ibid.* Qui nunc Magiſtri, & Regentes apud ipſos vocantur, olim in Ordine Minorum Lectores dicebantur pag. 121. num. IV. Accuſant Obſervantes de novitate pag. 123. num. VII. Rationibus ab Obſervantibus adductis nihil opponunt *ibid.* Eorum paupertatis mitigatio conſiſtit præſertim in admittendis poſſeſſionibus, & annuis redditibus pag. 136. num. XVI. A Concilio Tridentino obtinent rerum dominium, & proprietatem in communi *ibid.*

Conventualium nomen Fratribus Minoribus ab Innocentio IV. impoſitum non fuit pag. 72., & 73. num. I. Hoc nomine idem Pontifex Minorum Eccleſias, non Fratres diſtinxit *ibid.* num. II. Nomen Conventualis eſt tranſcendentale, & omnibus convenit collegialiter viventibus pag. 73. num. II. & pag. 74. n. III. Convenit etiam Canonicis Sæcularibus, Monachis, aliiſque Regularibus, & eorum Eccleſiis pag. 74. num. II. Hoc nomen potius Obſervantibus, quam ipſis Conventualibus convenit, & quare *ibid.* Non eſt peculiare alicujus Inſtituti *ibid.* Minoritis datum non fuit ad exprimendam vitam cœnobiticam, quam ducunt in Conventibus pag. 75. numer. III. Convenit omnibus, qui commune habent contubernium *ibid.* Etiam Obſevantes de Familia Conventualium nomen ſibi tribuerunt *ibid.* Conventualium nomen commune, proprium evaſit unius Regularium partis, & quare *ibid.* num. IV. Conventuales dicti ſunt Regulares, qui adhæſerunt relaxationibus a peſte, & ſchiſmate invectis *ibid.* Qui laxe nimis vivebant pag. 76. n. IV. Conventualium nomen Minoritis poſſidentibus primum ab Eugenio IV. attributum fuit p. 79. n. VII. & p. 117. n. I. Ab Honorio III. uſque ad Bonifacium VIII. inauditum eſt in Pontificiis diplomatibus pag. 82. n. X. Conventualium nomen auferri decernitur a libellis, & Imaginibus BB. Andreæ Caccioli, & Michelinæ Piſaurenſis pag. 82. num. X. Ac etiam a lectionibus recitandis in Feſto B. Eliſabeth Conſtantienſis pag. 83. num. X. Tribuitur B. Franciſco de Fabriano, & poſtea aufertur *ibid.*

Cortonenſis Eccleſia S. Baſilii, nunc S. Margaritæ,

Digitized by Google

ritæ, conceditur Minoritis pag. 39. & 40. num. VI. & VII. Ejus redditus, & poſſeſſiones Monaſterio ædificando reſervantur *ib.* Quo ſenſu Fratres hujus Conventus dicantur Conventuales *ibid.*

Creſcentius Miniſter Generalis comprehendi mandat Regulæ zelatores pag.164.nota(36). Acriter eos reprehendit, & in exilium mittit *ibid.*

Cretenſi in Inſula duo Conventus recipiuntur pag. 42. num. IX.

Cupiditas eſt radix omnium malorum pag. 4. num. III. Eſt fundamentum Civitatis Babylonis *ibid.* Radicatur in affectu mentis pag.4. num. IV.

D

Decimæ exiguntur a Fratribus Minoribus de eorum Conventibus, & hortis pag. 32. num. IX. Ab harum ſolutione eximuntur *ibid.* Decimæ non exiguntur ab eis de vineis,agris, aliiſque poſſeſſionibus *ibid.* Non extmuntur proinde a ſolvendis decimis de iſtis *ibid.*

Declaratio Clementis V. ad inſtantiam totius Religionis edita fuit in Concilio Generali Viennenſi pag.20. num.XII. & pag 96. n.II. Inſerta legitur in Clementin.*ibid.* Ejus obſervantia Fratribus demandatur *ibid.* Præcipitur ut una cum illa Nicolai III. pluries quotannis in Conventibus legatur pag. 21. num. XIII. Vitalis de Furno Minorita, datis ad Capitulum Generale Barcinonenſe graviſſimis Epiſtolis, hujus Declarationis executionem commendat, & mentem Pontificis aperit quoad ejus obſervantiam *ibid.* Quoad articulum pecuniæ, & quoad alia ad obſervantiam paupertatis pertinentia quater in anno legi debet pag. 53. num. VIII. Per integrum ſaltem bis in anno *ibid.* Pro Communitate Ordinis edita fuit *ibid.* Ex ipſa apparet nec a Clemente IV. facultatem adeundi hæreditates, nec ab alio Clementis V. Prædeceſſore uſum poſſeſſionum, & redditaum Minoritas habuiſſe pag. 96. num. II.

Declaratio Nicolai III. edita fuit in peculiari Congregatione poſt maturam diſcuſſionem pag. 20. num.XI. Ad univerſos Fratres a Miniſtro Generali dirigitur *ibid.* Præcipitur ejus obſervantia, quodque in omnibus Conventibus ſemel in menſe legatur *ibid.* Pluries vero in anno cum illa Clementis V. pag. 21. num. XIII. Confirmatur a Clemente V. *ibid.* num. XII. Ex hac declaratione evincitur a Clemente IV. non impetraſſe Minores facultatem ſuccedendi in hæreditatibus pag. 94. & 95. num. I. Nec ab Innocentio IV. nec ab alio uſum poſſeſſionum *ibid.* Extat in corpore juris pro tribunalium directione pag. 97. num. II. Rectum ejus ſenſum Joannes XXII. aperire vult *ibid.* num. III.

Deſaluce Civis Traguirienſis bona ſua Fratribus Minoribus illius Civitatis relinquit pag. 17. num. IX. & pag. 172.

Deus pro temporum indigentiis viros diverſos introduxit in Eccleſiam, & quinam iſti fuerint pag. 4. num. IV.

Diſpenſationes quoad paupertatem Minoritis a Martino V., & aliis Pontificibus conceſſæ, habentur pro ſubreptitiis, & nullis pag.42. & 43. num. X. & XI. De harum ſubreptione dubitavit univerſus Ordo in Capitulo Interamnenſi *ibid.*

Diſtinctio inter habere, & appropriari pro Fratribus Minoribus non habet locum in rebus immobilibus pag. 15. n. VI.

Divitiæ animam virtutibus expoliant pag. 2. n. II. Per divitiarum abrenunciationem tolluntur charitatis impedimenta *ibid.* Divitiæ ſunt incendium cupiditatis pag. 3. n. III. Divitiæ ſunt ſpinæ *ibid.* n.IV. Impediunt perfectionem charitatis *ibid.* Hominem ſollicitant de acquirendis, & conſervandis rebus exterioribus pag.4.n.III. Earum amor retrahit ab amore Dei pag.6. n.VI. Divitiæ contemnendæ ſunt uſque ad tertium gradum *ibid.*

Dominicani in Capitulo Generali Bononiæ celebrato poſſeſſionibus, & redditibus abrenunciarunt pag. 8. n. VIII. Vide Prædicatores. S. Dominicus mendicitatem ſuis Fratribus non præcepit pag. 8. n. VIII. Ejus Ordo cum poſſeſſionibus, & redditibus confirmatus fuit *ibid.*

E

Eccleſia licet reformetur in aliquibus ſemper eſt eadem pag. 80. n. VIII. Eccleſia nunquam præcepto adſtricta fuit ad mendicandum pag. 85. n. XII. Ideo nunc dives eadem eſt ac illa, quæ fuit in ſuis primordiis *ibid.*

Eccleſiæ Collegiatæ ſunt Conventuales pag.74. num. II.

Eccleſiæ Minorum declarantur Conventuales ab Innocentio IV.p.73.n.II. Tales dicuntur etiam Eccleſiæ Monachorum pag. 74. n. II. Etiam Eccleſiæ Prædicatorum *ibidem* n. III.

Eleemoſyna perpetua Minoritis, vel eorum Ordini exhiberi non poteſt pag. 53. n. VIII.

Eremitæ S. Nicolai de Scopulo Hortanæ Diœceſis non erant Fratres Minores pag. 132. n. XIV. Diploma Gregorii IX. ipſis directum a Bullario Franciſcano eſt proinde expungendum *ibid.*

Excommunicationis ſententia fertur in eos, qui inducunt aliquam perſonam ad ordinandam eleemoſynam perpetuam Fratribus Minoribus, vel eorum Ordini exhibendam pag.53. n. VIII. Ac in eos, qui aſſerunt, grani, aut vini congregationem non convenire Minoritis ubi quotidianæ eleemoſynæ non ſufficiunt ad vitæ ſuſtentationem *ibid.* In eos pariter, qui Obſervantes non Fratres Minores, aut Regularis Obſervantiæ, vel S. Franciſci, ſed aliis nominibus irriſoriis vocant pag. 64. numer. IX., & pag. 67. n. XI.

Exercitia ab Inſtitutoribus Ordinum Regularium præſcripta, ſunt nota, & character cujuſque Religionis pag. 1. n. I. Per hæc exercitia Religiones inter ſe diſtinguuntur *ibid.* Hujuſmodi

Digitized by Google

modi exercitia dicuntur obſervantiæ Regulares pag. 1. & 2. n. I. Exercitiis diverſis pervenitur ad perfectionem pag. 2. n. I.

F

Ferdinandi V. Regis Catholici opera omnes Ordines Regulares, etiam Monialium, in Hiſpania reformantur pag. 80. & 81. n. IX.

Finis præcipuus omnium Religionum eſt charitas pag. 1. n. I. Finis peculiaris ab Inſtitutore intentus in ſui Ordinis fundatione Religiones inter ſe diſtinguit *ibid.* Hic finis eſt nota, & character cujuſque Religionis *ibid.*

S. Franciſcus ad finem communem, & ſpecialem ſibi præfixum in ſui Ordinis fundatione, elegit paupertatem mendicam pag. 2. nu. II. Paupertatem ſcilicet in gradu ſummo *ibid.* Hanc amplecti proponit dum Miſſam audit in Eccleſia Portiunculæ *ibidem*. Quod audit in Evangelio executioni mandat *ibid.* Expoſcit confirmari Bernardi de Quintavalle propoſitum *ibid.* Ter aperit Evangeliorum librum *ibid.* Ordinem ſuum inſtituit juxta formam a Chriſto Apoſtolis ad prædicandum miſſis in Evangelio præſcriptam *ibid.* In Regula diſtricte prohibet rerum appropriationem, & præcipit mendicitatem pag. 3. n. 2. & alibi paſſim. Alia præcepta ſub eadem diſtrictione ſuis imponit *ibid.* Mendicitatem conſtituit ſui Ordinis characterem *ibid.* n. III., & in tota Animadverſione I. Ut perveniat ad charitatis faſtigium incipit a paupertate pag. 3. n. III. Per contemptum divitiarum recedit ab incendio avaritiæ, & a fundamento Babylonis *ibid.* n. IV. Ex mendicatis eleemoſynis vivere ſtatuit pag. 4. n. IV. Avaritiam, & cupiditatem ab Ordine ſuo perfecte eliminavit *ibid.* A Deo miſſus fuit cum ſuis ad extirpandam avaritiam *ibid.* Id ſpecialiter reſpexit in ſui Ordinis fundatione pag. 4. nu. IV. Statum perfectiorem elegit pag. 5. n. V. Ordinem ſuum inſtituit ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum *ibid.* Novam Regulam condit, & quare *ibid.* Paupertatem elegit proprio fini maxime accomodatam pag. 5. n. VI. Ordinem perfectiſſimum inſtituit pag. 6. n. VI. Paupertatis prærogativas perſpectas habet, & Fratribus aperit pag. 6. & 7. n. VII. Statuam videt ſacco indutam pag. 7. num. VII. Fratres ad mendicandum adhortatur *ibid.* Commendat eiſdem Regulæ obſervantiam, ejuſque prærogativas enumerat *ibid.* Paupertatem eſſe inquit ſui Ordinis decus, cuſtodiam, coronam, & fundamentum *ibid.* Ipſam vocat ſuam Reginam, & Sponſam *ibid.* & alibi. Eamdem in vita, & morti proximus ardentiſſime Fratribus commendat *ibid.* Super hanc Ordinem ſuum fundavit *ibid.* & alibi paſſim. Ex Inſtitutoribus Ordinum Regularium nemo ipſo arctius paupertatem profeſſus eſt pag. 8. num. IX., pag. 16. n. VIII. & alibi. Elegit paupertatem extremam pag. 9. num. IX. Prohibet in Regula cujuſcumque rei proprietatem pag. 11. n. I. Ad Chriſti, & Apoſtolorum exemplum Ordinem ſuum fundavit in mendicitate pag. 13. n. IV. Mendicitatem veram, non fictam ſuis Fratribus impoſuit pag. 14. num. V. & pag. 135. n. XVI. Injungit Fratribus ne ſollicitudinem habeant de rebus venientium ad Ordinem *ibid.* Etiam in Teſtamento inculcat mendicitatem *ibid.* Nemo tam arcte paupertatem profeſſus eſt, ſicut B. Franciſcus, & ſui Ordinis Profeſſores pag. 16. numer. VIII. Voluit Fratres ſuos fore mendicantes, ut ſoli penderent a Deo, & ſolis viverent amore Dei oblatis pag. 22. num. XIII. Religionem ſuam fore dividendam prædicit pag. 54. numer. IX. Ejus Statua marmorea in Vaticano ab Obſervantibus ponitur pag. 69. num. XII. Ex humilitate Fratres ſuos vocat Minores pag. 72. num. I. Cœnobitas, non Eremicolas inſtituit pag. 75. num. III. Mendicitatem adoptans, conſilium Evangelicum ſibi, & ſuis præceptum fecit pag. 85. num. XII. Unus S. Franciſcus poſſeſſiones inhibuit, & mendicitatem præcepit in Regula pag. 92. num. IV. Inhibuit ne Fratres ſui vocarentur Magiſtri pag. 119. n. III. Ordinem inſtituit in loco Portiunculæ, hunc amavit, & ſuis Fratribus commendavit, ac morti proximus in hæreditatem reliquit pag. 123. n. VI. & pag. 126. num. IX. Portiunculam a PP. Benedictinis accepit, *ibid.* Hanc ſui Ordinis Caput conſtituit, & de hac re Diſcipulos admonuit *ibidem*, & pag. 127. num. X. Ipſam reparaverat ante Ordinis inſtitutionem pag. 127. n. IX. In Rivo-torto tamquam in publico diverſorio ſe recepit pag. 130. n. XII. Uſum iſtius nunquam a Domino accepiſſe conſtat *ibid.* Fuit vir Apoſtolicus, & a Deo miſſus pag. 174. Joannis nomen ipſi impoſitum fuit in Baptiſmate *ibid.* Religionem inſtituit non fictam, aut mathematicam *ibid.*

S. Franciſci Aſſiſienſis Eccleſiæ privilegia revocantur pag. 121. n. V. Ipſa Eccleſia Epiſcopo, & Capitulo Aſſiſiati ſubiicitur *ibid.* Quod Generale Capitulum in ea celebretur interdicitur *ibid.* Quodque Fratres inibi commorentur *ibid.* Supponitur Eccleſiaſtico Interdicto *ibid.* Ablata privilegia eidem reddit Innocentius IV. pag. 122. n. V. Ipſam ædificandam curavit Gregorius IX. *ibidem*. Eccleſia iſthæc duplex eſt *ibid.* Caput, & Mater Ordinis Minorum ab Innocentio IV. declarata fuit pag. 126. n. IX. Et quidem ex privilegio *ibid.* & pag. 128. n. X. Ædificata fuit cum jam Portiuncula exiſteret pag. 127. num. IX. Ex quo dicatur Caput, & Mater Ordinis, non derogatur Portiunculæ præeminentiæ pag. 128. n. X. Extolli non debet ſupra cæteras Ordinis Eccleſias cum præjudicio Portiunculæ *ibid.* Officium Dedicationis hujus Eccleſiæ paucis ab hinc annis juſſu Clementis XIV. ab Univerſo Minorum Ordine celebratur pag. 130. n. XII. Pro hujus Eccleſiæ conſtructione Gregorius IX. ſumptus miniſtrat ex ærario Pontificio Ducatus Spoletani pag. 136. num. XVI. Nunquam tamen poſſeſſiones, aut redditus annuos eidem aſſignavit *ibid.*

S. Fran-

Digitized by Google

S.Franciſci Cordis & Inteſtinorum exiſtentiam in Eccleſia Portiunculæ fruſtra negare tentat Sbaraleæ Continuator pag. 122. num. vi. Silentium Nicolai IV. ad hoc ab ipſo allatum occaſionem tribuit ratiocinandi contra exiſtentiam Corporis S. Franciſci in ſua Baſilica pag. 123. num. vi. Hoc admiſſo ſilentio in ſenſu Continuatoris alia plura certiſſima falſa dicenda erunt *ibid.* De exiſtentia Cordis, & Inteſtinorum S. Franciſci in Eccleſia Portiunculæ lapis in ea legebatur vetuſtiſſimus, poſtea innovatus *ibid.* num. vii. Validiſſimis rationibus hæc exiſtentia comprobata fuit *ibid.* Hæc exiſtentia eſt certior quam illa Corporis S. Franciſci in ſua Eccleſia pag. 124. num. vii. & pag. 126. num. ix.

S. Franciſci Corpus in actu Translationis Cives Aſſiſiates rapiunt pag. 121. n. v. & pag. 128. num. xi. Dubia redditur ejus depoſitio in ſua Eccleſia *ibidem*. De hac depoſitione Gregorius IX. omnino ſilet pag. 121. 122. num. v. Ac pariter de ſuo acceſſu ad Sepulchrum S. Franciſci, & de ſtatione Corporis iſtius *ibid.* In Corpore S. Franciſci viventis Sacra Stigmata ſe vidiſſe fatetur Alexander IV. *ibid.* Corpus S. Franciſci defuncti non viderunt alii Pontifices Gregorii IX. Succeſſores *ibid.* & pag. 125. num. viii. Hypotetice iſti loquuntur dum ajunt hoc Corpus requieſcere in Baſilica Aſſiſienſi *ibid.* De ejus exiſtentia, & ſtatione mirabili in eadem Baſilica nos certos minime reddunt, quæ circumferuntur Relationes *ib.* & pag. 129. num. xi. De hac exiſtentia Innocentius IV. in ſuis Epiſtolis omnino ſilet pag. 122. num. vi. Silet etiam Alexander IV. *ibid.* Silent Clemens IV. Honorius IV., & Nicolaus IV. pag. 123. n. vi. Hanc exiſtentiam nonnulli denegarunt, alii de ipſa dubitarunt pag. 124. numer. vii. De ipſa nec conſtans, nec univerſalis habetur traditio *ibidem*. Aliqui ſcribunt, Corpus S. Franciſci requieſcere in Eccleſia Portiunculæ *ibid.* Alii putant deliteſcere in loco cunctis ignoto *ibid.* Gratis aſſeritur, ipſum exiſtere in pedes erectum &c. aſſervarique in ſua Baſilica Aſſiſienſi *ibid.* Ad hanc exiſtentiam, & ſtationem comprobandam nihil valet auctoritas Waddingi *ibid.* Idem Corpus fruſtra conquiſitum fuit juſſu S. Pii V. *ibid.* & pag. 129. num. xi. S. Jacobo Piceno revelatum fuit voluiſſe Deum ut occultum remaneret pag. 125. num. vii. & viii. Semper occultum, & ignotum fuit S. Franciſci Sepulchrum *ib.* Alio ipſum transferre, idem fuiſſet ac tentare Deum *ib.* Commentitia ſunt, quæ de exiſtentia, ac ſtatione ipſius mirabili circumferuntur *ibid.* num. viii. Ac etiam alia, quæ ad rem eamdem comprobandam venditantur *ibid.* S. Franciſci Corpus Leo III. viſitare non potuit pag. 126. n. viii. De hac exiſtentia dubium confirmat, quæ de modo exiſtendi venduntur fabellæ pag. 126. num. ix. Sibi non conſtant, & abſurda proferunt, qui ipſum ſubtus Altare Majus ſecundæ Eccleſiæ aſſervari ſcribunt pag. 129. numer. xi.

Franciſcus a Brixia Miniſter Generalis relaxationes in Ordine ſuccreſcentes alte deplorat pag. 58. n. iii.

Fraticellorum errores pag. 138. num. i. pag. 146. num. vi. & pag. 155. in nota (3). Eorum Epocha eſt incerta pag. 150. num. ix. Ab Ordine Minorum originem non habuerunt *ibid.* Eorum auctor fuit Hermannus Pongilupus *ibid.* Cur a Minoritis originem habuiſſe nonnulli ſcribant pag. 151. num. x., & pag. 165. in nota.

G

Gabriel miles Valentinus annuos redditus Minoritis relinquit, quibus iſti renunciant pag. 36. num. iii.

Generales Miniſtri Ordinis Minorum a Martino V. uſque ad Leonem X. electi fere omnes fuerunt ex Obſervantibus de Communitate pag. 57. & 58. num. iii. Reformationem Ordinis procurare debebant p. 59. num. iii. Omnes ab inſtitutione Ordinis, paucis exceptis, fuerunt zelatores obſervantiæ regularis *ibid.* Generalium nomen in Ordine Minorum plures uſurpant pag. 78. num. vii. Generales ante Bonifacium VIII. nec erant, nec dicebantur Conventuales pag. 82. num. x.

Generalis Conventualium Magiſter, non Miniſter vocari debet pag. 63. & 64. num. viii. Confirmationem ſuæ electionis a Miniſtro Generali totius Ordinis petere debet pag. 65. num. ix.

Generalis Obſervantium eſt Succeſſor S. Franciſci, & Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum. pag. 63. num. viii. Facultatem habet viſitandi Conventuales pag. 64. num. viii. & pag. 65. num. ix. Non poteſt eligi, niſi a Fratribus Regulam S. Franciſci ſimpliciter profitentibus *ibid.* Ad ejus electionem Conventuales convenire nolunt *ibid.* Titulo Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum a pluribus Romanis Pontificibus, & ab aliis appellatus fuit pag. 67. num. xi. & ſeqq. Locum habet in Cappella Pontificia *ibid.*

Fr. Gentilis a Fulgineo Epiſtola ad Clareni aſſeclas pag. 142. & 143. num. iii.

Geraldus de Abbatis-Villa ſcribit contra profeſſionem FF. Minorum, cui S. Bonaventura reſpondet pag. 87. num. ii.

Gerardus Oddoni Miniſter Generalis nonnulla intentat contra Regulam S. Franciſci pag. 49. & 50. num. v. Ejus petitio a Pontifice reicitur *ibid.*

Granaria Fratribus Minoribus illicita ſunt, ubi quotidianæ eleemoſynæ ſufficiunt ad vitæ ſuſtentationem pag. 21. num. xii. & pag. 153. n. xvi. Granaria Minoritis illicita aſſerere ubi eleemoſynæ quotidianæ ad vitæ ſuſtentationem non ſufficiunt, ſub pœna excommunicationis prohibetur pag. 53. num. viii.

Guillelmus de Caſali in Miniſtrum Generalem eligitur pag. 40. num. viii. In Generalem electus præſtat juramentum in forma ſervandi Conſtitutiones in Capitulo Generali confectas, & publicatas pag. 41. num. viii. Non pro-

Digitized by Google

procurandi nec per ſe, nec per alium harum Conſtitutionum revocationem, aut abſolutionem a juramento *ibid.* Nec eadem utendi etiam motu proprio conceſſa *ibid.* Juramento ſe aſtringit ad eliminandos abuſus, qui in Communitatem Ordinis irrepſerant *ibid.* Ab hujuſmodi juramento abſolutionem petit, & obtinet *ibid.* Maxime zelavit Ordinis reformationem pag. 58. num. III.

Guillelmus Farinerius diſtribuit in duodecim capita Conſtitutiones Narbonenſes, & ad univerſum Ordinem dirigit pag. 53. n. VIII.

Guillelmus a Sancto-Amore reprobat Minorum profeſſionem, & Regulam pag. 13. num. IV. & pag. 33. num. IX. Confutatur a S. Bonaventura pag. 13. & 14. num. V. & VI.

H

HErmannus Pongilupus Fraticellorum ſectæ auctor fuit pag. 151. num. X. Ejus Corpus exhumatum, & combuſtum fuit *ibid.*

Hieronymus ab Aſculo Miniſter Generalis facultatem obtinet concedendi Fratribus licentiam commutandi, alienandi, & convertendi res mobiles in alias ſibi neceſſarias pag. 33. num. I.

Hieronymus e Provincia Cathalauniæ teſtimonium perhibet contra Clarenum, & ſocios pag. 160. Mittitur Epiſcopus in partes Tartariæ *ibid.* nota (21). Transfertur ad Eccleſiam Urbis Caphæ *ibid.*

Hiſpellenſis Eccleſia Sancti Andreæ Apoſtoli Fratribus Minoribus conceditur, & confirmatur pag. 27. num. IV. Ejus bona una cum Parochia alio trasferuntur *ibid.*

Hortos, aut vineas habere, ut colantur, Minorum Regulæ repugnat pag. 21. num. XII.

Hubertinus de Caſali gliſcentes in Ordine abuſus recenſet pag. 51. n. VII. Laudat B. Joannem de Parma *ibid.* Hæreſis accuſatur pag. 52. num. VII. Perſecutionem patitur pro Regulæ obſervantia pag. 165. in nota.

Hyſirlandus, ſive Iſnardus, Urbis Vicarius pag. 162.

I

JAcobi Antonii Prioris de Pretis atteſtatio pro genuinitate Exemplaris Conſtitutionis Clementis IV. *Obtentu &c.* deſumpti ex Regeſto ejuſdem Pontificis exiſtente in Vaticano ſecretiore Archivo pag. III. num. VI.

Jacobus de Monte Vicarius in Oriente cum XI. Sociis pag. 160. Revertitur in Italiam *ibid.* nota (22). Acta a Fratribus contra Clarenum, & ſocios deteſtatur pag. 161. Ipſum Clarenum, & ſocios ad cautelam abſolvit *ibid.*

Jacobus de Mozanica multa decernit pro Ordinis reformatione pag. 58. num. III.

S. Jacobus Picenus reſponſum a Deo accipit, quod Corpus S. Franciſci remaneret occultum pag. 125. num. VII., & VIII.

Innocentius III. Inſtrumenti cujuſdam ſigillum fregit, & falſarii artem detexit pag. 108. num. IV. Niſi memoria ipſum juvaſſet, deceptus fuiſſet in judicio unius Diplomatis a falſario confecti *ibid.*

Innocentius IV. in jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ non recipit, niſi mobilia, Eccleſias, & Conventus Fratrum Minorum cum ſuis appendiciis pag. 23. num. I. & ſeqq. Id agit pro Minoritis, quod egerat Gregorius IX. pag. 25. num. II. Per bona immobilia non intelligit, niſi Eccleſiam, & Conventum cum ſuis appendiciis *ibid.*

Innocentius XII. præſidet Capitulo Generali Romano pag. 68. num. XII.

Innocentius XIII. præſidet Capitulo Generali Romæ celebrato pag. 68. num. XII.

Inſtitutores Ordinum Regularium præ oculis habuerunt charitatem pag. I. num. I. Ad hanc aſſequendam ordinarunt exercitia quædam *ibid.* Eorum quilibet illam virtutem elegit, & ſuis propoſuit excolendam, quæ fini ſibi præfixo magis proportionata videbatur *ibid.*

S. Joannes a Capiſtrano ordinat Conſtitutiones pro Ordinis reformatione pag. 40. num. VIII.

B. Joannes Dominici reformat in Italia Ordinem Prædicatorum, & ad hunc trahit S. Antoninum pag. 77. num. V. Ejus Sepulchrum in Conventu Feſulano *ibid.*

Joannes a Muro Miniſter Generalis Epiſtolam mittit ad univerſas Provincias pro extirpandis relaxationibus contra paupertatem invaleſcentibus pag. 46. num. III. Parum abfuit, quin ejus opera eradicarentur ab Ordine poſſeſſiones, & proventus pag. 47. num. III.

Johannes Mutus de Papazuris Epiſcopus Reatinus pag. 162. nota (30).

B. Joannes Parens Miniſter Generalis prohibuit, ne Fratres Minores Magiſtri vocarentur pag. 119. num. III. Petit primam Regulæ declarationem a Gregorio IX. pag. 136. num. XVI.

Joannes XXII. declarat quarum rerum Fratres Minores uſum habere poſſunt, & quarum dominium ſui Prodeceſſores ſibi, & Eccleſiæ Romanæ reſervarunt pag. 36. numer. III. Ejus Conſtitutio, *Ad Conditorem*, ab aliis Pontificibus revocatur *ibid.* Dominium rerum uſu conſumptibilium ſibi reſervare non intelligit pag. 37. num. III. Refert mobilia, & immobilia Fratrum Minorum, quorum ſibi dominium reſervare intelligit *ibid.* & pag. 79. num. III. Aperte innuit, Minores a Clemente IV. non habuiſſe facultatem ſuccedendi in hæreditatibus *ibid.*

B. Joannes Parmenſis laudatur a F. Hubertino de Caſali, qui & ejus dicta refert pag. 51. n. VII. Liceti in hæreticorum catalogo a nonnullis deſcriptus, nunc inter Beatos veneratur pag. 52. num. VII. Ordinem Minorum in duo hominum genera dividendum prædicit p. 54. n. IX. De ipſo etiam pag. 164. & in nota (38) *ibid.* ac pag. ſequenti in nota.

Joſephi Garampii atteſtatio pro genuinitate Exemplaris Conſtitutionis Clementis IV. *Obtentu &c.* deſumpti ex Regeſto Epiſtolarum ejuſdem Pontificis, exiſtente in Archivo ſecretiore Vaticano pag. 112. num. VII. Alia ejuſdem pro eadem re atteſtatio pag. 113. num. VII.

Ju,

Digitized by Google

Julius II. ſcribit Ægidio Delphino Miniſtro Generali, & Obſervantes de Communitate ab aliis de Familia diſtinguit pag. 61. num. VI. Id etiam facit in alia Epiſtola, quam adhuc Cardinalis dedit Innocentio VIII. *ibid.* Scribit Capitulo Generali Trecenſi, & Ordinis reformationem præcipit pag. 63. num. VIII. Approbat Statuta Capituli Generalis, quæ ab ipſo Papalia dicuntur *ibid.*

L

Laertius Cherubinus arbitrarie ſcribit nomen Conventualium Minoritis attributum fuiſſe ab Innocentio IV. pag. 75. num. III. Sibi contradicit dum S. Antonium Patavinum vocat Conventualem *ibid.* Studio partium abreptus multa de Franciſcanis Bullario ſuo inſeruit pag. 106. num. II.

Lateranenſis Eccleſia eſt Caput Eccleſiarum Urbis, & Orbis pag. 130. num. XII. Paritas ex ea deſumpta confirmat Portiunculæ primatum *ibid.*

Laudenſis Eccleſia S. Nicolai Minoritis conceditur, & confirmatur pag. 27. num. IV. Ejus bona aliis reſervantur *ibid.*

Lectoris, non Magiſtri, vel Regentis titulo gaudebant Minores, qui ſub initio Ordinis ſcientias in eo docebant pag. 119. num. III.

Lectoris titulo appellantur Minores primitivi in variis Pontificiis Conſtitutionibus pag. 120. & 121. num. IV.

Legata facta Minoritis pro Eccleſiæ fabrica, candelis, hoſtiis, vino, & ſimilibus, mendicitatem non tollunt pag. 15. num. VI. Legata bonorum immobilium a Minoritis non admittuntur, niſi ut bona ipſa diſtrahantur pag. 17. num. IX. pag. 28. num. V. & pag. 173. Quando legata Minoritis facta licita ſint, & ab eis recipi valeant, & quando illicita, & ab eis admitti non poſſint pag. 19. num. XI. pag. 21. num. XII., pag. 95., & 96. num. I. & II., & pag. 172., 173. & 174. Admittuntur a Franciſcanis quando facta ſunt juxta Declarationes Nicolai III., & Clementis V. pag. 28. num. V. Legata hujuſmodi habent rationem eleemoſynæ tranſeuntis, & Minorum profeſſioni non repugnant *ibid.* & pag. 173. Legata Minoritis facta a Syndicis nomine Romanæ Eccleſiæ recipi debent, & in eorumdem Fratrum neceſſitates converti, prout licet ex Regula, vel ejus Declaratione pag. 42. num. IX. & pag. 173. Legata bonorum immobilium S. Bonaventuræ ætate recipiebant Minores cum proteſtatione p. 87. & 88. num. II. Immobilium legata non recipiebant, niſi ut illa venderentur pag. 88. num. II. Id eis in hypoteſi conceſſit etiam Clemens IV. vigore Diplomatis, *Obtentu divini nominis* pag. 91. num. IV. Recipere legata immobilium, ut hæc vendantur, non eſt ea recipere, ut eorum uſu vivatur pag. 93. num. V. Idcirco hæc licite recipiebant Minores abſque diſpenſatione etiam ſub initio Religionis *ibid.* & pag. 173. Legata bonorum immobilium primævis Minoritis facta, modo licito facta cenſeri debent *ibid.*

S. Leonis Primi Corpus Romæ, & in Gallia aſſervari dicunt pag. 129. num. XI.

Leo III. Sepulchrum S. Franciſci viſitare non potuit pag. 126. num. VIII.

Leo X. pro Ordinis unione, & reformatione indicit Capitulum Generaliſſimum pag. 63. num. VIII. Ad ipſum vocat Minoritas omnes cujuſcumque Congregationis, & nominis *ibid.* Ex ardenti devotione erga Fratres Minores eorum unionem procurat pag. 64. numer. IX. Ad hanc procurandam etiam Chriſtianorum Principum inſtantiis excitatur *ibidem.* Sub vineæ parabola Minorum Ordinem egregie deſcribit pag. 70. n. XIV. Hujus vineæ reparatores enumerat *ibid.* Sublatis variis nominibus peculiarium Congregationum, has omnes Obſervantibus de Communitate adjungit, quos vel Obſervantes, vel Minores ſimpliciter appellari decernit pag. 79. n. VIII. Minoritis Poſſidentibus ab aliis diviſis Conventualium nomen relinquit, & peculiarem Congregationem ex eis conſtituit *ibid.* Sepulchrum S. Franciſci videre non potuit pag. 126. num. VIII.

Leonardus a Giffone Clementis VII. partibus adhæret pag. 78. num. VII. A Generalatu deponitur *ibid.* Capitulum Generale Neapoli congregat, & Ordinem ſcindit *ibid.*

Lex homines unit, & ejuſdem efficit ſocietatis pag. 136. num. XVI. Lex præcedit diſpenſationem *ibid.*

S. Liberatus a Lauro clariſſimis natalibus ortus eſt pag. 148. & 149. n. IX. Multis fulſit miraculis *ibid.* Jacet in Conventu ab ejus nomine nuncupato *ibid.* Sanctus a quodam Pontifice appellatus fuit *ibidem.* Diverſus fuit a Liberato Maceratenſi *ibid.* & pag. 150. Requieſcit cum duobus aliis Sanctis Fratribus *ibid.* Eorum Feſtum quotannis celebratur *ibidem.* Manna profluit ab eorum Sepulchro *ibid.* Cappellæ plurimæ S. Liberato dicatæ occurrunt in Provincia Marchiæ *ibid.* Sub Sancti titulo communiter invocatur *ibid.* Hic titulus eidem a Pontifice confirmatur *ibid.* Sub ejus nomine quemdam e Fraticellorum ſecta venerandum proponi accuſator quidam denunciat *ibid.* Exſufflatur calumnia *ibidem.* Pontifex eum vocat Ordinis Minorum de Obſervantia *ibid.* Obiit in Conventu Suffiani *ibid.* Ex Decreto Terræ Sarnani tabula lapidea ponitur ad ejus Sepulchrum *ibid.* Perperam inter Fraticellos, & Clareni Aſſeclas adnumeratur pag. 150. n. IX.

Liberatus Maceratenſis diverſus fuit a S. Liberato de Lauro pag. 149. n. IX. Obiit in Oppido S. Angeli *della Vena*, & quo anno *ibid.* A Sancto Cœleſtino V. facultatem obtinet ducendi vitam eremiticam pag. 150. num. IX. A nota Fraticelliſmi vindicatur *ibid.* num. X. uſque ad pag. 152. Non deceſſit in Regno Neapolitano pag. 151. num. X. Eccleſiam S. Liberato de Lauro dicatam ab ipſo Maceratenſi denominari nonnulli putant *ibid.* Pro Sancto ſemper habitus fuit in Ordine *ibid.* Cur ab aliquibus Fraticellorum auctor dicatur *ibid.*

Inſci-

Digitized by Google

Inſcite aſſerunt aliqui, ipſum eumdem fuiſſe ac Petrum Maceratenſem *ibid.* Inſcite, & injuria calumniatur a quodam nuperrimo obtrectatore pag. 152. num. x. Mittitur cum aliis ad Regem Armeniæ pag. 156. Pluries de eo in Clareni Epiſtola pag. 153. & ſeqq. & pag. 165. in nota.

Lipezick Conventus in Saxonia a Conventualibus ad Obſervantes tranſit pag. 43. num. xi.

Loca FF. Minorum quænam ſint Conventualia, quænam vero non pag. 43. num. x.

Ludovicus Donati Miniſter Generalis eligitur pag. 78. num. vii.

Lutherana hæreſis in cauſa fuit cur Ordo Minorum ſub Leone X. totus ubique ſub uno capite adunatus non fuerit pag. 66. num. x.

M

Magiſtri titulo ſub initio Ordinis non appellabantur Minores, qui ſcientias in Ordine docebant pag. 119. num. iii. Magiſtri, & Regentis titulus, quo utuntur Conventuales, recens eſt in Ordine Minorum *ibid.* Hoc titulo ii tantum Minores vocabantur, qui in publicis Univerſitatibus Cathedras moderabantur *ibid.* Magiſtri nomen prohibitus fuit a S. Franciſco, a B. Joanne Parente, & in Capitulo Generali Aſſiſienſi *ibid.* In aliis etiam Capitulis pag. 120. num. iii. Reprobatur a S. Bonaventura *ibid.* Magiſtri, & Regentes dicuntur a Romanis Pontificibus Minores illi, qui in Pariſienſi, vel in alia Univerſitate legebant pag. 121. n. iv.

Manichæi a carnibus, & aliis abſtinebant, & quare pag. 159. not. (17).

Marcus de Monte Lupone mittitur cum aliis ad Regem Armeniæ pag. 156.

Marcus Quirinus facultatem obtinet recipiendi duos Conventus in Inſula Cretenſi pag. 42. num. ix.

Marini Zampinii atteſtatio de genuinitate Exemplaris Conſtitutionis Clementis IV. *Obtentu &c.* deſumpti ex Regeſto ejuſdem Pontificis exiſtente in Archivo ſecretiore Vaticano pag. 110. num. vi.

Martyrologium Romanum Sanctos, qui ex Obſervantibus fuerunt, Ordinis Minorum ſimpliciter enunciat pag. 70. num. xiii. Martyrologium Obſervantium ad calcem Romani cæteris præmittitur aliarum Minoritarum Congregationum, & Ordinis Minorum abſolute prætitulatur *ibid.*

Mendicantes a Deo miſſi fuerunt ultimo Eccleſiæ tempore, & ad quid pag. 4. num. iv. Alii Mendicantes Ordines, præter Minoriticum, exercitio mendicitatis aliquando vixerunt, ex conſilio tantum, & ex Conſtitutione pag. 92. num. iv. Mendicantes Fratres, præter Minoritas, hæreditates capere poſſunt pag. 101. n. vii.

Mendicare quid ſit pag. 14. n. v., & pag. 134. n. xv. Cum uſu redditu um, & poſſeſſionum nullo modo conciliari poteſt *ibid.*

Mendicitas ſub gravi Minoritis impoſita fuit pag. 3. n. ii. Hanc S. Franciſcus conſtituit ſui Ordinis characterem *ibid.* & in tota Animadverſione I. Eamdem S. Franciſcus elegit tamquam medium ad finem ſibi propoſitum aſſequendum *ibid.* Mendicitas eſt ſingularis Ordinis Minorum pag. 9. num. ix. Ore & exemplo a Chriſto conſulta, a B. Virgine, & Apoſtolis, ac ſubinde ab aliis Sanctis amplexata fuit pag. 13. num. iv. A pluribus ſummis laudibus celebratur *ibid.* Mendicitatem veram, non fictam S. Franciſcus ſuis Alumnis mandavit pag. 14. n. v. Hanc unus præcepit in Regula S. Franciſcus pag. 92. num. iv.

Michael Bonelli S.R.E. Cardinalis juſſu S. Pii V. Regeſtum Pontificium Avenione Romam defert pag. 116. numer. ix. Factum in Bibliotheca Vaticana expreſſum habetur *ibid.*

Michael de Ceſena Miniſter Generalis cum aliis pugnat, etiam imprudenter, pro aſſerenda mendica Chriſti paupertate pag. 49. n. v.

Minores Fratres tenentur ſub præcepto ad mendicandum pag. 3. n. iii., & alibi. Aliis præceptis obligantur *ibid.* Per hæc præcepta diſtinguuntur ab aliis Regularibus *ibid.* Eorum paupertas non eſt par paupertati FF. Prædicatorum pag. 6. & 7. n. vii. & pag. 90. numer. iv. Eorum paupertas eſt extrema pag. 9. n. ix., & alibi. Prædicatoribus non æquiparantur in omnibus *ibid.* n. x. Habent uſum facti in rebus, non autem immobilibus, præter Conventus, Eccleſias, & hortos pag. 10. num. x. Competit eis uſus mobilium omni jure expoliatus pag. 11. n. i. & ſeqq. Utuntur mobilibus ſicut famuli rebus ſuorum Dominorum pag. 12. num. ii. Mobilia, quibus utuntur, ſunt immediate Sedis Apoſtolicæ *ibid.* n. iii., & alibi. Uſum quarumcumque, & quantarumcumque rerum habere non poſſunt pag. 13. n. iii. Ipſis habere non competit magnas areas, ſumptuoſa ædificia, vaſa ornata, cellaria vinaria &c. pag. 13. n. iii. pag. 16. n. viii. & alibi. Non debent eſſe ſolliciti de rebus venientium ad Ordinem pag. 14. num. v. Quomodo poſſeſſiones recipiant pag. 14. num. vi. Eorum Eccleſiæ habere poſſunt legata pro fabrica, vino, candelis, hoſtiis, & ſimilibus pag. 15. n. vi. Ita debent eſſe pauperes, ut etiam ſint mendici pag. 15. num. vii. pag. 16. n. viii., & alibi. Debent habere paupertatem quantum ad uſum *ib.* Neceſſaria victui, & veſtitui ex mendicitate ſibi procurare debent pag. 16. n. vii. & pag. 34. n. xv. In extrema paupertate victitare debent *ibid.* Annuos redditus habere non poſſunt, & quare *ibid.* num. viii., & alibi ſæpiſſime. Spem ſuam in divina providentia collocare debent *ibid.* & pag. 135. n. xvi. Legata bonorum immobilium admittere non poſſunt, niſi ut bona ipſa vendantur, & pretium in eorum neceſſitates convertatur pag. 17. numer. ix. & pag. 173. Quot modis licite ſuſtententur pag. 18. n. x. Eorum paupertas eſt meritoria pag. 18. num. x. Quando legatum admittere poſſint, & quando non pag. 19. num. xi. Redditu um annuorum, & poſſeſſionum etiam uſus eſt ipſis illicitus pag. 20. numer. xii. Habere hortos, aut vineas ut colan-

Digitized by Google

lantur, eorum Regulæ, & Ordinis puritati repugnat pag. 21. num. XII. Ubi quotidianæ eleemoſynæ ſufficiunt ad vitæ ſuſtentationem, granaria, & cellaria habere non poſſunt *ibid.* Tenentur ad uſus rerum arctos, & pauperes *ibid.* Eorum mobilia, Eccleſia, & Conventus cum ſuis appendiciis recipiuntur in jus, & proprietatem Eccleſiæ Romanæ pag. 24. num. I. & ſeqq. Eorum profeſſioni expreſſe adverſatur facultas ſuccedendi in hæreditatibus pag. 25. num. II. Eis interdictus eſt uſus Parochiarum, & quare pag. 27. numer. IV. Legatum quodcumque recipere poſſunt, factum juxta Declarationes Nicolai III., & Clementis V. pag. 28. num. V. Sub qua conditione admittant legatum bonorum immobilium *ibid.* Cum ab uno loco ad alium ſe transferunt, calices, paramenta, & libros transferre poſſunt, necnon ædificia cum ſolo, & aliis appendiciis, per procuratorem vendere, præter Eccleſiam p. 29. numer. VI.

Eximuntur a ſolvendis decimis de hortis, virgultis, & aliis ſimilibus pag. 30. n. VI. & pag. 31. numer. VIII. Eorum privilegia a Clemente IV. confirmantur *ibidem*. Eorum prædia ſunt ſepta Conventus *ibid.* Arctantur ad ſolvendas decimas de propriis habitationibus, & hortis pag. 32. n. IX. In excommunicatorum terris commorari, & vitæ neceſſaria ab his petere, & recipere poſſunt *ibid.* Nihil habent, præter domos, & hortos pag. 33. num. IX. De licentia Generalis commutare, alienare, & convertere poſſunt res mobiles in alias ſibi magis neceſſarias pag. 33. num. I. Solum uſum moderatum mobilium, & Conventuum habere poſſunt *ibidem*. Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiiciuntur pag. 35. num. II. Tempore Nicolai IV. non habebant niſi Conventum cum Eccleſia, & horto *ib.* Hæc ſemper, & nihil aliud, ipſis in Eccleſiarum donationibus conceduntur pag. 36. numer. II., & alibi. Eximuntur a juriſdictione Prælatorum *ibid.* Eorum bona dominii Sedis Apoſtolicæ eſſe dicuntur, & quænam iſta ſint *ibid.* Redditus annuos a Gabriele milite Valentino ſibi relictos recuſant pag. 36. numer. III. In hac renunciatione laudantur a Clemente V. *ibidem*.

Eorum aliqui contra propriam profeſſionem poſſeſſiones recipiunt tempore peſtis, & ſchiſmatis pag. 40. num. VIII. Ad earum renunciationem obligantur *ib.* Nomine Eccleſiæ Romanæ recipere poſſunt legata, prout eis licet ex Regula, vel ejus Declaratione pag. 42. num. IX. Uſum bonorum immobilium obtinent primo a Martino V. pag. 41. & 42. num. VIII. & IX. Ad tempus hanc diſpenſationem impetrant pag. 41. n. VIII. Subreptitia tamen pag. 42. & 43. numer. X. Amplectentes Martini V. diſpenſationem Martiniani dicuntur pag. 43. n. XI. Non omnes Martinianam diſpenſationem admittunt *ibid.* Non debent morari in locis habentibus Parochiale Cœmeterium, aut Baptiſterium pag. 45. num. II. Commorantes in locis habentibus proprietatem, nec per ſe, nec per alium ſe de hac intromittere debent, aut fructus percipere *ibid.* Neminem inducere poſſunt ad ordinandam eleemoſynam perpetuam ipſis annuatim, vel certis temporibus ſolvendam *ibidem*. Pugnant pro mendicatate Chriſti paupertate pagin. 49. numer. V. Eorum veſtimenta qualia eſſe debeant p. 53. numer. VIII. Nequeunt recipere eleemoſynam perpetuam *ibidem*. Minores omnes a Leone X. ad Capitulum Generaliſſimum vocantur pag. 63. num. VIII. Ad hoc omnes conveniunt *ibid.* Omnes, exceptis poſſidentibus, ſub uno capite, nomine, & profeſſione adunantur *ibid.* A S. Franciſco uſque ad Concilium Conſtantienſe Minores ſimpliciter appellati fuerunt p. 72. n. I. & p. 81. n. X. Ante ann. 1431. a nemine dicti ſunt Conventuales in ſenſu religioſo pag. 73. num. II. Ab origine Religionis collegialiter in domibus vixerunt pag. 75. num. III. In tres factiones dividuntur pag. 79. num. VII. Sic pariter enunciari debent, & non aliter, ſervi Dei, qui in Ordine floruerunt ante hoc Concilium *ibid.* & pag. 83. num. X.

Quænam fuerit Veterum Minorum diſciplina p. 83. n. XI. Ipſis datum non fuit Diploma Clementis IV., *Obtentu divini nominis* p. 86. ac in tota Animadverſione VI. Cum S. Bonaventura ſcribebat contra Guillelmitas nullum habebant Minores poſſeſſionum uſum pag. 87. & 88. num. II. Quomodo legata bonorum immobilium tunc recipiebant *ibid.* Fratrum Minorum vivendi modus tempore S. Bonaventuræ non diſcordabat a Regula pag. 90. num. III. Id unum in hypoteſi obtinent a Clemente IV. ut bona legata recipere poſſint, & vendere, eorumque pretium in proprias neceſſitates convertere pag. 91. num. IV. & pag. 173. Conceſſionem ſuccedendi in hæreditatibus, ſi ipſis facta fuit, non acceptarunt *ibid.* Ætate S. Antonini non erant ex privilegio capaces hæreditatis pag. 92. num. IV. Sub initio Religionis abſque diſpenſatione recipiebant legata bonorum immobilium, ut hæc venderentur pag. 93. num. V. Se nihil poſſeſſionis, aut redditicuum habere velle proteſtabantur *ibid.* num. VI. Legatorum incapaces ab omnibus habebantur pag. 99. numer. V. Maxime a Juriſperitis, qui ſcripſerunt ab ævo Clementis IV. ad annum uſque 1471. pag. 100. num. VI. VII. & VIII. Eorum privilegium ſuccedendi in hæreditatibus nemo vidit unquam pag. 102. num. VIII. Ipſimet Fratres Minores illud nunquam exhibuerunt pag. 103. num. VIII. Eorum nullus veritatem hujus privilegii vindicavit *ibid.* Imo hoc latuit ipſos Fratres Minores *ibid.* num. IX. Eorum plurimi negant hoc eis fuiſſe conceſſum *ibid.* In omnibus eorum Capitulis Generalibus ſemper concluſum fuit contra privilegia relaxativa p. 104. n. IX. Antonomaſtice Minores illi dicuntur, qui Regulam FF. Minorum in omni ſua perfectione profitentur pag. 118. n. I. Minores adhuc habent

Ooo Con.

Conventus in locis, e quibus diſceſſerunt Conventuales *ibid.* Verus Frater Minor eſt ille, qui puram profitetur S. Franciſci Regulam abſque rigoribus ſuperadditis, & abſque privilegiis relaxativis *ibid.* num. II. Minores, qui in Ordine ſcientias docebant, Lectores, non Magiſtri, ſeu Regentes ſub initio Religionis vocabantur pag. 119. num. III. Tenentur obſervare Evangelica conſilia, quæ in eorum Regula præceptorie, vel inhibitorie, ſeu verbis æquipollentibus exprimuntur pag. 133. & 134. num. XV. Ex Regulæ profeſſione uſum reddituum, & poſſeſſionum habere non poſſunt pag. 133. n. XIV. & ſeqq. Eorum paupertas attenditur in duobus, & quænam iſta ſint pag. 134. num. XV. Nequeunt habere uſum reddituum, licet iſtorum dominium reſideat apud alios p. 135. n. XVI. Minores dicuntur a Regulæ profeſſione pag. 136. num. XVI. Annui redditus, & poſſeſſiones a Pontificum nullo, nec etiam a Gregorio IX. ipſis offeruntur *ibid.* Eorum aliqui pro regulæ obſervantia perſecutionem patiuntur pag. 171. Legata ipſis facta modo licito etiam ſub initio Ordinis recipiebant pag. 173. Uſus mobilium moderatus ipſis nunquam fuit interdictus *ibid.* Legata facta modo illicito recipiebant contra propriam regulam *ibid.* Ut haberent uſum immobilium neceſſaria erat illis Pontificia diſpenſatio *ibid.*

Minorum Ordo ſuper Evangelii verba fundatus eſt pag. 2. & 3. num. II. & pag. 174. Semper tenuit, mendicitatem ſuis profeſſoribus a S. Franciſco fuiſſe impoſitam ſub præcepto *ibid.* num. III. Novus fuit in Eccleſia, & quare pag. 4. num. IV. & pag. 88. num. II. Ordinis Minorum puritati repugnat habere hortos, & vineas ut colantur pag. 21. n. XII. Inſtitutus eſt ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum pag. 5. num. VI. Ordo Minorum per Martini V. diſpenſationem dividitur in Obſervantes, & Conventuales pag. 54. num. IX. Dividitur adhuc in Obſervantes de Familia, & in Obſervantes de Communitate, & in Conventuales pag. 55. num. I. Scinditur cum ipſa Eccleſia pag. 78. n. VII. Diviſus in Conventuales, & Obſervantes de Familia, ac de Communitate perduravit uſque ad annum 1517. pag. 79. num. VIII. Reformatus in Hiſpania per abuſuum præciſionem idem permanſit, ſicut cæteri Ordines ſimiliter reformati pag. 81. num. IX. Uſque ad Bonifacium VIII. nec quoad nomen, nec quoad ſubſtantiam Conventualis fuit pag. 82. num. X. Ante Concilium Conſtantienſe Ordo Minorum ſimpliciter ab omnibus appellatur *ibid.* Qui ex eo ad Cœlum evolarunt ante hoc Concilium ſolo Minorum nomine exprimendi ſunt *ibid.* Ordo Minorum inſtitutus fuit anno 1208. pag. 87. num. II. Ipſum reparavit S. Bonaventura pag. 89. num. III. Inſtat apud Clementem V., ut Regula declaretur pag. 96. num. II. Lectores, & non Magiſtros, appellavit ſemper, qui ſcientias in eo tradebant pag. 120. num. III. Gymnaſia vero ſua Studia Generalia *ibid.* Magiſtros, & Regentes eos tantum appellabat Fratres, qui ſcientias tradebant in publicis Univerſitatibus pag. 121. num. IV. Inquiſitoriatus, Magiſteria, & Baccalaureatus non ſunt primævi Ordinis Minorum inſignia *ibid.* Sed aliæ prærogativæ, & quænam iſtæ ſint *ibid.* Ordo Minorum inchoatus, & inſtitutus fuit in Eccleſia Portiunculæ p. 123. n. VI. Ejus Mater naturalis eſt Portiuncula pag. 128. num. IX., & pag. 128. n. X. Ex gratia Eccleſia Sancti Franciſci *ibid.* Nullo tamen modo Rivus-tortus pag. 130. num. XII. Officium Dedicationis Eccleſiæ Portiunculæ ab antiquo univerſus Minorum Ordo recitavit pag. 130. num. XII. Officium Dedicationis Eccleſiæ S. Franciſci recitat paucis ab hinc annis *ibid.* Unam Portiunculæ Eccleſiam pro Matre, & Capite Ordinis habuit *ibid.* Minorum Ordo a nota Fraticelliſmi abſtergitur pag. 150. num. X. & ſeqq. A Deo fuit S. Franciſco revelatus, & a variis Pontificibus approbatus pag. 174.

N

Neapoleo Urſinus curam gerit Clareni, & Sociorum pag. 157. & ſeq. Quinam ipſe fuerit *ibid.* nota (13). Quandiu vixerit Cardinalis *ibid.* Ubi obierit *ibid.* Jubet Clareno ut aſſumat Monachorum Cœleſtinorum inſtitutum *ibid.* De eo etiam pag. 162.

Nicolaus III. declarat Regulam Fratrum Minorum, & obſtruit ora obloquentium contra Regulam ipſam, ejuſque profeſſores pag. 18. num. X. Aperte fatetur ſuos Prædeceſſores nihil declaraſſe de legatis Minoritis factis pag. 94. & 95. num. I.

Nicolaus IV. nova Clauſtra in viciniis Civitatis Aſſiſii ædificari prohibet, & quare pag. 35. num. II. Referens ad litteram Conſtitutionem *Obtentu*, ſolos Prædicatores exprimit in titulo pag. 109. num. V.

Nicolaus de Sebenico Eccleſiam omnium primus ædificat in loco, qui dicitur Rivus-tortus pag. 130. num. XII.

O

Obſervantes de Communitate ſub Miniſtris ad loca Conventualium tranſire non poſſunt, & quare pag. 43. num. X.

Obſervantes nonnulli ſub Vicariis vivere incipiunt, & de Familia vocantur pag. 55. n. I. Alii plures in Communitate Ordinis ſub Miniſtris perſeverant *ibid.* Obſervantes alii de Familia ſub Vicariis, alii de Communitate ſub Miniſtris *ibid.* uſque ad pag. 62., & pag. 66. num. X. Obſervantes obtenta facultate ſibi Vicarios eligendi non utuntur pag. 56. n. I. Obſervantes de Communitate Conventuales reformant *ibid.* num. II. Ubique multiplicantur, & in pluribus Provinciis Miniſtros habent, & Cuſtodes ſuper ipſos Conventuales pag. 56. num. II. & pag. 66. num. X. Licet vivant cum Conventualibus ſub iiſdem Miniſtris, ad iſtorum tamen loca tranſire non poſſunt pag. 56. num. II. Ii non erant Coletani

tani pag. 57. num. II. Originem ſuam trahunt a S. Franciſco *ibid.* A tempore editæ Regulæ uſque ad præſens perſeveraverunt, pag. 57. num. I. & alibi. Reformati vocantur, & quare pag. 57. num. II. pag. 64. num. IX. & pag. 66. num. X. Obſervantes ſub Vicariis Provinciæ Caſtellæ ad obedientiam Miniſtris ejuſdem Provinciæ revertuntur pag. 59. num. IV. Idipſum faciunt etiam Obſervantes Provinciæ Burgundiæ pag. 59. & 60. num. IV. Obſervantes de Familia Fratres de Bulla nuncupantur, & quare *ibid.* Obſervantes de Communitate aliis de Familia conjungi nolunt pag. 62. num. VI. Obſervantes omnes diverſarum Congregationum ſub uno capite, & nomine uniuntur pag. 63. num. VIII. & pag. 64. num. IX. Obſervantes ſic uniti Fratres Minores ſimpliciter, vel Regularis Obſervantiæ, aut S. Franciſci vocari poſſunt, & debent *ibid.* Aliis nominibus irriſoriis vocari nequeunt *ibid.* & pag. 67. num. XI. Obſervantes de Communitate ab initio Ordinis uſque ad Leonem X. nunquam defuerunt pag. 65. num. X. Hos præſertim Leo X. reſpexit in Ordinis unione *ibid.* A Martino V. uſque ad Leonem X. una cum Conventualibus Miniſtrum Generalem elegerunt pag. 66. n. X.

Poſt Leonem X. Fratres Minores ſimpliciter, vel S. Franciſci a Romanis Pontificibus, & ab aliis nuncupantur pag. 67. n. XI. & ſeqq. Nomine Obſervantium univerſus exprimitur Minorum Ordo pag. 68. num. XII. Erigunt in Vaticano Statuam marmoream S. Franciſci pag. 69. n. XII. Uſque ad annum 1580. unum habuerunt cum Conventualibus Cardinalem Protectorem *ibid.* Eorum Sancti, & Beati in Martyrologio Romano Ordinis Minorum ſimpliciter enunciantur pag. 70. num. XIII. Eorum Martyrologium ad calcem Romani impreſſum præmittitur Martyrologiis aliarum Minoritarum Congregationum, & Martyrologium Ordinis Minorum abſolute prætitulatur *ibid.* Ipſi potius dicendi ſunt Conventuales, & quare pag. 74. num. II. Obſervantes etiam de Familia Conventualium nomen ſibi attribuunt pag. 75. num. III. Obſervantes dicti fuerunt Regulares omnes, qui a relaxationibus in reſpectivos Ordines invectis abhorruerant *ibid.* num. IV. Obſervantium nomen in Ordine Minorum a Decreto Conſtantienſi primum adinventum fuit pag. 79. num. VII. Ab omnibus deinde uſurpatum fuit ad Obſervantes a Conventualibus diſtinguendos *ibid.* Idem nomen in Ordine Franciſcano etiam illis tribuitur, qui Regulam S. Franciſci profitentur ſub Miniſtris abſque diſpenſatione *ibid.* Vetuſtam retinent Minorum profeſſionem, & diſciplinam pag. 84. num. XII. Legata bonorum immobilium admittunt, præmiſſa proteſtatione pag. 91. num. IV. Nunc etiam legata hujuſmodi recipiunt, ſicut licite ea recipiebant ſub initio Religionis pag. 93. num. V. Ad eos non extenditur Sixti IV. facultas ſuccedendi in hæreditatibus pag. 99. num. V. Obſervantes nonnulli Bullam Clementis IV. *Obtentu &c.* edi procurant pag. 106. num. II. Eorum tamen aliqui eam ſubreptitiam dicunt *ibid.* Recentiorum Obſervantium nec unus eſt, qui eam Fratribus Minoribus datam fuiſſe concedat pag. 107. n. III. Obſervantes nunquam defuerunt in Communitate Ordinis pag. 117. num. I. In Cœnobiis vetuſtiſſimis ab initio Ordinis ad hæc uſque tempora perſeverarunt *ibid.* Eorum fuerunt per duo ſæcula omnes Conventus Ordinis *ibid.* Ab eis iſtorum nonnulli tranſierunt ad Conventuales *ibid.* Ab ipſis Obſervantibus Conventuales nati ſunt *ibid.* Ubique vel Obſervantes, vel Minores de Obſervantia, vel Minores ſimpliciter in Pontificiis Conſtitutionibus dicuntur *ibid.* Ipſi antonomaſtice dicuntur FF. Minores pag. 118. num. I. Conventus inhabitant e vetuſtiſſimis, & celebrioribus Ordinis *ibid.* Male dicuntur laxioris Reformationis *ibid.* num. II. Nec ſunt, nec dici poſſunt Reformati *ibid.* Ab initio Ordinis ad hæc uſque tempora abſque ulla legum immutatione in pura S. Franciſci Regulæ obſervantia perſeverarunt *ibidem*. Nec deformati ſunt, nec reformati, ſed veri Fratres Minores *ibid.* Obſervantis nomen nil ſuperaddit Minoris titulo *ibid.* Obſervantes dicuntur abſolute Minores etiam a Sbaraleæ Continuatore *ibid.* & pag. 119. n. II. Eorum pars cur dicta ſit reformata *ibidem*. Gymnaſia ſua vocant ſtudia Generalia, ſicut ab initio Ordinis pag. 120. n. III. Juxta vetuſtam Ordinis diſciplinam Lectores vocant, qui ſcientias in Ordine docent p. 121. num. IV. Magiſtros illos, qui eaſdem tradunt in publicis Univerſitatibus *ibid.* Accuſantur novitatis a Conventualibus pag. 123. numer. VII. Validiſſimis rationibus cauſam ſuam defendunt *ibid.* Obſervantes dicuntur a Regulæ profeſſione pag. 136. num. XVI. Legata bonorum etiam immobilium recipiunt, dummodo facta ſint modo licito pag. 173.

Obſervantiæ Regulares ſunt exercitia particularia ab Ordinum Inſtitutoribus ordinata p. 1. & 2. num. I. Obſervantiæ Minorum & Prædicatorum non ſunt pares in omnibus pag. 9. n. IX. Obſervantia Regularis prout Minores Obſervantes a Conventualibus diſtinguit non eſt executio eorum, quæ Regula imponit pag. 136. n. XVI. Sed profeſſio, quæ ad eamdem executionem adſtringit *ibid.*

Obſervantiæ Strictioris profeſſores male ſtrictioris Reformationis nuncupantur pag. 118. num. II. Novas hi ſibi efformarunt leges, rigorem ſupra Regulam inducentes *ibid.*

Obſervantinorum nomen ad Minores de Obſervantia deſignandos inauditum eſt in Romanorum Pontificum epiſtolis pag. 117. numer. I.

Olivi Petrus Joannes in Capitulo Generali Pariſienſi ſolemni proteſtatione declarat quid ſentiat de Fratrum Minorum paupertate pag. 46. n. II. Ab illatis calumniis a Waddingo defenditur pag. 52. num. VII. Ab Auctoribus nonnullis laudatur *ibidem*. Ejus Corpus poſt mortem crematum non fuit *ibid.* Emiſſa Fidei profeſſione, & Sacramentis ſuſceptis piiſſi-

Digitized by Google

piiſſime obiit *ibid.* Sepelitur Narbonæ, ubi ſignis, & miraculis fulget *ibid.* Fratres Provinciæ ipſum poſt mortem ut hæreticum inſectantur *ibid.* Ejus Opuſcula a Miniſtro Generali damnantur *ibid.* Horum lectio prohibita fuit uſque ad Sixtum IV., qui eadem examinari fecit, & nihil contra Fidem Catholicam continere decrevit *ibidem*, & pag. 171. Nil officit quod a Scriptoribus aliquibus habeatur ut hæreticus, & in hæreticorum numero adcenſeatur *ibid.* In vita, & poſt mortem a Fratribus perſecutionem paſſus eſt pag. 164. & 165. in nota. Laudatur a B. Angelo Clareno pag. 171. Impugnatores ejus doctrinæ puniuntur *ibid.* Ejus feſtum Narbonæ calebratum fuit *ibid.*

Othonis III. Imperatoris diploma habetur pro vitiato, & falſo quamvis extrinſece ſincerum judicatum fuerit pag. 105. num. I.

P

Palmeria teſtamento relinquit bona ſua Fratribus Minoribus S. Mariæ Venetiarum pag. 18. num. IX. & pag. 172.

Paræciarum regimen Fratribus Minoribus interdictum, & quare pag. 27. num. IV. & pag. 45. num. II.

Paupertas altiſſima eſt conſilium principale Evangelicæ profectionis pag. 2. num. II. Animam veſtit virtutibus *ibid.* Paupertas voluntaria eſt efficax exercitium perveniendi ad charitatem perfectam *ibid.* Paupertas eſt prima parens virtutum pag. 3. num. III. Paupertas ſpiritus eſt fundamentum, & conſummatio perfectionis Evangelicæ *ibid.* Paupertas maxime elongat ab avaritia *ibid.* Paupertas ſpiritus includit paupertatem, & humilitatem *ibid.* Paupertas voluntaria extermi-nat cupiditatem, & ſpiritum erigit ad contemplanda cœleſtia pag. 4. n. IV. Aliæ paupertatis prærogativæ *ibid.* & alibi. Paupertas Apoſtolorum noviſſimis diebus renovata fuit, & quare *ibid.* Paupertatis varii effectus pag. 5. num. V. Paupertas extrema cor liberat ab avaritia, & ab omni ſolicitudine *ibid.* Paupertatis tres gradus pag. 5. num. VI. Paupertas altiſſima eſt laudabilior, & perfectior pag. 6. num. VI. Paupertas alta eſt laudabilis, altiſſima laudabiliſſima *ibid.* Paupertas eſt ſpecialis via ſalutis, & quare *ibid.* Paupertas Ordinis Minorum eſt maxima *ib.* Paupertas primorum Eccleſiæ Sanctorum fuit altiſſima *ibid.* Paupertatis utilitates variæ p. 6. num. VII. Paupertas eſt fundamentum Ordinis Minorum *ibid.* Hanc maximi fecerunt ſemper S. Franciſci Filii *ibid.* Paupertas Fratrum Prædicatorum & Minorum par non eſt *ibid.* & pag. 90. num. IV. Tertius gradus paupertatis prohibet etiam mobilia pro tempore aliquo prolixo pag. 8. num. IX. Obligat ad mendicitatem *ibid.* Paupertatem extremam elegit S. Franciſcus pro ſe, & ſuis Fratribus *ibid.* & pag. 134. num. XV. Paupertas Prædicatorum dicitur altiſſima, & quare *ibid.* Paupertas Fratrum Minorum eſt prærogativa ſublimis pag. 44. num. I. In primo, & ſecundo ſæculo nullum fuit privilegium iſtius relaxativum pag. 54. num. IX. Paupertas Fratrum Prædicatorum, & Minorum una eademque Conſtitutione diſpenſari non potuit pag. 92. num. IV. Paupertas FF. Minorum attenditur in duobus, & quænam iſta ſint pag. 134. num. XV. Paupertatis tranſgreſſiones in Provincia Marchiæ pag. 154. in nota (3).

Peſtilentia fuit cauſa relaxationis Ordinum Regularium pag. 75. & 76. num. IV. Hæc potius, quam ſchiſma, cauſa fuit relaxationis Ordinis Minorum pag. 78. num. VII.

SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Corpora diu abdita jacuerunt pag. 124. num. VII.

Petrus de Burgos Abbas Ordinis S. Benedicti fit Commiſſarius Viſitator omnium Monialium exiſtentium in Cathalaunia pag. 80. num. IX. Sub ſua, & ſui Ordinis obedientia recipit Clariſſas Monaſterii S. Antonii Abbatis Civitatis Barcinonenſis *ibid.*

Petrus Capoccius Epiſcopus Anconitanus, dein Viterbienſis, pag. 162. nota (31).

Petrus Patriarcha Conſtantinopolitanus p. 154. 159. & 160.

Philaletis Adiaphori lectio juſſu Benedicti XIII. prohibetur pag. 89. num. III.

Philippus a Bagnacavallo Miniſter Generalis Ordinis reformationem efficaciter deſiderat pag. 58. num. III.

S. Pius V. Avenione Romam deferri curat Regeſtum Epiſtolarum ſuorum Prædeceſſorum pag. 116. num. IX. Hæc translatio in Bibliotheca Vaticana pennicillo expreſſa conſpicitur *ib.* Inquiri jubet Corpus S. Franciſci in Eccleſia Aſſiſienſi, ſed fruſtra pag. 124. num. VIII. & pag. 129. num. XI.

Portiuncula Cor, & Inteſtina continet S. P. Franciſci pag. 123. num. VI. & VII. In ea S. Franciſcus Ordinem ſuum inſtituit *ibid.* num. VI. & pag. 126. num. IX. Hanc amavit præ cæteris Mundi locis *ibid.* Suis Alumnis in morte commendavit, & in hæreditatem reliquit *ibid.* In ea ad Cœlum evolavit *ibid.* S. Franciſci Corpus in ipſa requieſcere ſcribunt pag. 124. num. VII. & pag. 128. num. XI. Inepte colligunt ſubjectam fuiſſe Cuſtodi Eccleſiæ S. Franciſci pag 126. num. IX. Nullum ejus majoritati præjudicium infertur ex quo Eccleſia S. Franciſci Mater & Caput Ordinis Minorum declarata fuerit *ib.* & pag. 128. num. X. Portiuncula eſt Mater Ordinis naturalis, & ex S. Franciſci inſtitutione p. 126. & 127. n. IX. necnon pag. 128. n. X. Portiunculam a Patribus Benedictinis S. Franciſcus accepit, & qua conditione p. 126. & 127. num. IX. Portiuncula eſt primus locus, & prima Ordinis Eccleſia pag. 126. & 127. num. IX. Ex quo ſit primus Ordinis locus, eſt etiam iſtius Mater, & Caput *ibid.* Id ex paritate Eccleſiæ Lateranenſis confirmatur *ibid.* & pag. 130. numer. XII. Cum Sanctus Franciſcus eam recepit, erat Eccleſia publica cunctis aperta, & a pio Sacerdote culta pag. 127. n. IX. & pag. 130. numer. XII.

Ante

Digitized by Google

Ante Ordinis inſtitutionem ab eodem S.Franciſco reparata fuerat *ibid.* Statim ut ipſam recepit S. Franciſcus, ſacras functiones cum ſuis in ea peragere potuit *ib.* A S. Franciſci Diſcipulis, ut Ordinis caput, & Mater habita fuit pag.127. & 128. n. x. Officium Dedicationis Eccleſiæ Portiunculæ univerſus Minorum Ordo ab antiquo recitavit p. 130. num. xii.

Prædicatorum paupertas non eſt par paupertati Fratrum Minorum pag. 6. & 7. numer. vii. & pàg. 92. n. iv. Prædicatorum paupertas dicitur altiſſima, & quare pag. 8. & 9. numer. ix. Eorum Regula nec etiam ſub veniali obligat ad omnia ſuos profeſſores *ibid.* Habebant proprietatem in communi pag. 9. numer. x. Eorum Eccleſiæ, & Superiores dicuntur Conventuales pag. 74. num. ii. Mendicabant ex Conſtitutione, & non ex Regula *ibidem.*, & pag. 173. Eorum Ordo cum poſſeſſionibus confirmatus fuit *ibid.* A mendicitate diſpenſantur *ib.* Nonnulla decernunt pro ſuis Conventualibus vel extirpandis, vel reformandis pag. 77. n.v. Reducuntur in Italia ad obſervantiam regularem a B. Joanne Dominici de Florentia *ibid.* Ipſis tantum diploma Clementis IV. *Obtentu divini nominis* datum fuit pag. 86. & in tota Animadv.VI. Obtinent a Clemente IV., ut hæreditates recipere poſſint, necnon res ipſas vendere, & in proprias neceſſitates convertere pag.91. n. iv. pag. 93. n.v. & pag.173. Eorum Conſtitutio poſſeſſiones non recipiendi, abrogatur *ibid.* Quando poſſeſſionibus abrenunciarunt pag. 92. n. iv. Etiam eorum paupertas dicitur tertii gradus, *ibid.* Cum redditus admiſerunt, non immutarunt formam profeſſionis *ibid.* Ipſimet negant, eorum paupertatem parem eſſe paupertati Fratrum Minorum *ibid.* Ætate S. Antonini ex privilegio erant hæreditatis capaces *ibid.* Prælati, Clerici, & Laici eos ab hæreditatibus excludere moliebantur *ibid.* num. v. Non obtinent a Clemente IV. ut immobilia recipiant, & retineant pag. 93. num. v. A Juriſperitis capaces hæreditatum dicuntur vigore privilegii pag.100. n. vi. & vii. Eorum reformatio qualis fuerit pag. 119. n. ii.

Procurator Generalis Fratrum Minorum ab officio amovendus erat, ſi Ordinis reformationem non adjuvabat pag. 58. & 59. numer. iii.

R

RAymundus Gaufridi Miniſter Generalis Regulæ zelatoribus favet p.156. & ſeq. & in notis *ibid.* Quando in Generalem electus fuerit *ibid.* in nota (6). Celebrat Generale Capitulum Pariſienſe pag. 157. in nota (10).

Raynaldus Gratiani Miniſter Generalis leges promulgat editas in Capitulo Generali Romano pro Ordinis reformatione pag. 63. numer. viii.

Redditus annui inter immobilia cenſentur jure pag. 20. n.xii. & pag.135. n. xvi. Paupertati, & mendicitati repugnant *ibid.* Fratres Minores eos habere non poſſunt *ibid.* Nedum perſonis, ſed etiam Conventibus Fratrum Minorum ſunt interdicti pag.47. n. iii. & pag. 48. n. iv. Eorum ſunt prorſus incapaces pag. 136. n. xvi. Nec a Gregorio IX. Minorum Ordini addictiſſimo eis aſſignantur *ibid.*

Reformationes diviſionem in Religionem inducentes, quænam ſint pag.79. n. viii. Reformatio Conventualium, ſive poſſidentium facta in Ordine Minorum a Martini v. ætate uſque ad Leonem X. nullam novitatem in Ordinem ipſum induxit *ibid.* Hæc ſimilis fuit reformationi aliorum Ordinum, præſertim Prædicatorum pag.79. & 80. num.viii. Fuit tantum partialis *ibid.* Reformatio omnium Regularium in Hiſpania ad quid tendebat pag. 81. n. ix. Reformatio Ordinis Prædicatorum qualis fuerit pag.119. n.ii.

Regeſtum Epiſtolarum Clementis IV. & aliorum Pontificum exiſtens in Vaticano Archivo, confectum non fuit a Sixto V. pag. 115. num. viii. Sed Avenione Romam delatum fuit juſſu S. Pii V. pag. 116. num. ix.

Regula FF. Minorum præcipit mendicitatem pag. 3. n.ii. & alibi. Nova dicta fuit in Eccleſia, & quare ordinata pag. 5. n. v. Quoad ſubſtantiam fere tota conſiſtit in præcepto nihil ſibi appropriandi, & pecunias non recipiendi pag. 9. & ſeq. num. x. Prohibet cujuſcumque rei, etiam librorum, & ſimilium proprietatem pag. ii. n. i. Commendat laborem, vetat curioſitatem *ibid.* Tota de fonte Evangelii extracta eſt *ibid.* & pag. 274. Prohibet nedum dominium, ſed etiam uſum quemlibet redditum, & poſſeſſionum p. 13. numer. iv., in tota Animadverſione 2., & pag. 133. n. xiii. & ſeqq. Imponit ſuis profeſſoribus quidquid eſt Evangelicæ paupertatis pag. 16. n.viii. Declaratur a Nicolao III. pag.18. n.x., a Clemente V. pag. 20. n.xii., a Gregorio IX. omnium primo pag.25. n.ii. & pag. 136. num. xvi. a Gregorio X. p.33. num. i. Ab Ordinis inſtitutione ad annum uſque 1430. ab univerſis abſque ulla diſpenſatione quoad paupertatem obſervata fuit pag. 59. n. iii. & pag.133. n. xiii. Contra ipſam directe militat uſus poſſeſſionum p. 65. n. ix. & pag. 136. n. xvi. Ut a Conventualibus nunc profitetur, eſt ſpecie diverſa ab illa, quam S. Franciſcus tradidit pag. 85. numer. xii. Regula Fratrum Minorum voluit Chriſtus quod ad litteram ſervaretur pag.88. n. ii. Hanc Regulam diligentiſſime obſervavit S. Bonaventura *ibid.* n. iii. Hujus Regulæ profeſſio abſque rigoribus ſuperadditis, & abſque relaxationibus verum efficit Minoritam pag. 118. n. ii. Obligat ſuos profeſſores ad ea ſervanda conſilia Evangelica, quæ in ipſa præceptorie, vel inhibitorie, ſeu verbis æquivalentibus exprimuntur pag.133. & 134. n. xv. In cap. 6. Duobus præceptis diſtinctis inhibet rerum appropriationem, & imponit mendicitatem *ibid.* Suis profeſſoribus interdicit granaria, & cellaria pag.135. num. xvi.

n. xvi. Pro ejus obſervantia multi viri zelotes perſecutionem paſſi ſunt pag. 171. Pro eadem pugnarunt Superiores Ordinis, & alii pag. 174. A variis Pontificibus approbatur, & declaratur *ibid.* In corpore juris continetur *ibid.* Ab æmulis impugnata, ab Eccleſia ſemper defenſata fuit *ibid.*

Regulæ eo ſunt perfectiores, quo magis proportionatæ ſunt fini ab Inſtitutoribus intento pag. 1. n. 1. Regulæ ſunt media ad finem ſpecialem, & communem conducentia *ibid.* Regulæ aliorum Ordinum, præter Minoriticum, non obligant ſub gravi, niſi ad obſervantiam votorum eſſentialium *ibid.*

Regulares Ordines, & eorum Alumni ſunt tales, & ab aliis diſtinguuntur per exercitia a propriis Inſtitutoribus præſcripta pag. 1. n. 1. Regulares omnes ſunt, & dici poſſunt Conventuales, & quare pag. 75. n. iii. Regulares Ordines tempore peſtis, & ſchiſmatis fere omnes relaxari cæperunt *ibid.* n. iv. Regulares omnes, qui hujuſmodi relaxationes admiſerunt, dicti ſunt Conventuales pag. 75. & 76. n. iv. Qui e contra ab iſtis abhorruerunt, dicti ſunt Obſervantes *ibid.* Regulares Ordines, quamvis reformentur, ſemper iidem ſunt, dummodo Regulæ obſervantiam in eſſentialibus abſque interruptione profiteantur pag. 80. num. viii. Omnes in Hiſpania reformati fuerunt *ibid.* & pag. 81. num. ix. Hæc reformatio non ad aliud tendebat, quam ad abuſuum extirpationem *ibidem.* Regulares alii, præter Minoritas, variationes aliquas paſſi ſunt tantum in conſiliis, & Conſtitutionibus, non in eſſentialibus, & ab Inſtitutoribus ſub gravi impoſitis pag. 85. num. xii. Ideo adhuc illi ſunt, qui ab initio fuerunt *ibid.*

Religiones habent communem finem præcipuum pag. 1. num. 1. Ratione iſtius finis ſunt una tantum Religio *ibid.* Diſtinguuntur inter ſe ratione finis particularis, & exercitiorum proprii Inſtituti *ibid.* Religionis ſtatus quid ſit pag. 2. num. 1. Religio recedens a fine particulari, & ab exercitiis a proprio Inſtitutore ſancitis, amittit id, per quod talis erat, & ab aliis diſtinguebatur *ibid.* Religio ſecundum paupertatem perfectior eſt, quo habet hanc magis proportionatam proprio fini pag. 5. num. vi. Religionum tres ſunt gradus, & quinam iſti ſint *ibid.* Religionibus inſtitutis ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum, convenit major paupertas *ibid.* Religionis perfectionem non impedit poſſeſſio moderata rerum temporalium *ibid.* Religio Conventualium bona immobilia nunc retinens in communi non eſt illa a Sancto Franciſco inſtituta pag. 85. numer. xii. Non valet in contrarium Eccleſiæ, & aliorum Ordinum paritas *ibid.* Religiones ſubſtantialiter variantur, ſi admittant diſpenſationem perpetuam, & univerſalem in ſubſtantia *ibid.* Religio S. Franciſci conſtituitur per profeſſionem Regulæ ab ipſo traditæ pag. 136. num. xvi.

Ripetranſonæ S. Salvatoris Eccleſia demolitur, ſolum Franciſcanis conceditur, Parochia, & poſſeſſiones ejuſdem alteri Eccleſiæ applicantur pag. 35. num. ii.

Rivus-tortus non eſt Caput Ordinis Minorum pag. 130. num. xii. Ædificium ibi primo conſtructum fuit tempore Calixti III. a F. Nicolao de Sebenico *ibid.* Non ibi tamen, ubi erat vetuſtus Rivus-tortus *ibid.* Qui adhuc ignoratur ubinam fuerit *ibid.* In nullo Romanorum Pontificum Diplomate ante Calixtum III. de eo fit mentio *ibid.* Nulla ibi ante ipſum Calixtum fuit Minorum Eccleſia, vel habitatio *ibid.* In eo ſe recepit S. Franciſcus tamquam in publico diverſorio, vel ſtabulo *ibid.* Uſum ejuſdem nunquam ejus Dominus S. Franciſco, vel Sociis attribuit *ibid.* Eſt inferior Cryptis ipſis, & Catacumbis, in quibus primitivæ Eccleſiæ Chriſtiani ad orandum conveniebant *ibid.*

S

Sanciæ Neapolis Reginæ diſpoſitio, facta in dotatione Monaſterii Corporis Chriſti ejuſdem Civitatis pro Fratribus Minoribus alendis una cum Monialibus, annullatur, & quare pag. 37. num. iv.

Sbaralea fatetur, ex Regula Fratres Minores cujuslibet loci, & Clariſſas Aſſiſiates redditus, & poſſeſſiones habere non poſſe; ex Conſtitutiones Dominicanos, & alios pag. 9. num. x. Regimen Parochiarum Minoritis interdictum eſſe ait, & quare pag. 27. n. iv. Arbitrarie ſcribit, Clariſſas Barcinonenſes tranſiiſſe ad Ordinem S. Benedicti Ximenii Cardinalis potentia pag. 81. num. ix. Fruſtra evincere tentat, Cœnobia, Generales, & alios ante Bonifacium VIII. fuiſſe Conventualium pag. 82. num. x. Pro Obſervantibus, non pro Conventualibus Bullas ipſe collegit, & quare pag. 84. num. xii. Falſo ſcribit parem eſſe Fratrum Prædicatorum, & Minorum paupertatem pag. 90. num. iv. In notis ad Bullas Prædeceſſorum Clementis IV. nullibi adnotavit, uſum poſſeſſionum ab horum aliquo Minoritis fuiſſe conceſſum pag. 91. num. iv. Fruſtra contendit, Diploma Clementis IV. *Obtentu &c.* Prædicatoribus æque ac Minoribus datum fuiſſe pag. 104. & 105. num. i. In Bullario Franciſcano ipſum exhibet depravatum pag. 111. & 112. num. vii. Ex quo Conventuales hodierni Conventus habitent nonnullos ex vetuſtioribus, immerito contendit, hos ab initio Religionis floruiſſe pag. 117. num. i. Perperam argumentatur ab uſu Solearum pag. 118. num. ii. Peſſime utitur nomine *Strictioris Reformationis Franciſcanæ ibidem.* In vanum ſe demonſtraſſe confidit, nullius eſſe momenti, quod Diploma, *Obtentu*, in Regeſto Vaticano directum ſit ſolis Prædicatoribus pag. 131. num. xiii. Bullario Franciſcano immerito inſeruit Diploma Gregorii IX. *Sacroſancta Romana Eccleſia*, directum Eremitis S. Nicolai de Scopulo pag. 132. & 133. num. xiv. Nullæ ſunt rationes, quibus hoc Diploma Bullario Fran-

Digitized by Google

Franciſcano inſerere voluit *ib.* Injuria prorſus Clarenos vocat Fraticellos pag. 137. num. I. & ſeqq.

Schiſma, quod Eccleſiam diu vexavit, cauſa fuit relaxationis Ordinum Regularium pag. 75. & 76. num. IV. Quando iſtud incæperit pag. 78. num. VII. Ab Eccleſia ad Ordinem Franciſcanum tranſivit *ibid.*

Simon de Aſſiſio cum aliis ad Pontificem pergit pag. 164. nota (36). In exilium mittitur *ibid.*

Simon de Caſſia laudat B. Angelum Clarenum pag. 170. Epiſtolas ejuſdem Clareni collegit *ibid.* Fuit ipſius Clareni Diſcipulus *ibid.*

Simon de Collazzono cur dicatur de Comitiſſa pag. 164. nota (37). Conſanguineos fere omnes ad Franciſcanum Ordinem reduxit *ibid.* Claret multis miraculis *ibid.* Eorum indagatio committitur a Pontifice *ibid.*

Sixtus IV. fatetur, facultatem ſuccedendi in hæreditatibus expreſſe adverſari Minorum profeſſioni pag. 25. num. II. & pag. 99. n. V. Illam utendi bonis immobilibus Martinum V. eis conceſſiſſe dicit pag. 42. num. IX. Opera Petri Joannis Olivi exminari mandat pag. 52. num. VII. & pag. 171. Conventuales quatuor Ordinum Mendicantium reformari præcipit pag. 77. num. VI. Omnium primus concedit Minoritis facultatem ſuccedendi in hæreditatibus pag. 98. num. IV. Et quidem ad importunam nonnullorum inſtantiam pag. 99. num. IV. Cogitat de novo ædificando Sepulchro Corpori S. Franciſci, & reſponſum de hoc accipit a S. Jacobo Piceno pag. 124. & 125. num. VII. Ætate ſua occultum erat S. Franciſci Sepulchrum *ibid.* Deum ipſe tentaſſet ſi Corpus Sancti Franciſci alio tranſtuliſſet *ibid.* Irrationabiliter aſſerunt, Sixtum IV. obſtruxiſſe Sancti Franciſci Sepulchrum *ibid.* num. VIII.

Sixtus V. Regeſtum Vaticani Archivi non confecit pag. 115. & 116. num. IX. In hypoteſi quod confecerit, Bullam, *Obtentu*, ſolis Prædicatoribus datam ipſe confirmat pag. 115. num. IX.

Societas conſtituitur a lege, quam ſupponit pag. 136. num. XVI. Societas per legem conſtituta eſt vetuſtior illa, quæ a diſpenſatione originem recognoſcit *ibid.*

Socii Sancti Franciſci perſecutionem patiuntur pag. 163. & pag. 171.

Solearum uſum Gregorius IX. Minoritis conceſſit pag. 118. num. II. Franciſcani hiſce adhuc utentes, Fratres Minores ſunt, & dicuntur *ibid.*

Statua marmorea S. Franciſci in Vaticano ponitur ab Obſervantibus pag. 69. num. XII.

Status Religionis quid ſit pag. 2. num. I. Status ſincerior, & a periculis divitiarum remotior quinam ſit pag. 4. num. IV., & pag. 12. num. III.

Studia Generalia vocantur antiqua gymnaſia Ordinis Minorum pag. 120. num. III. Ita nunc quoque vocantur apud Obſervantes *ibidem.*

Superbia eſt initium omnis peccati pag. 3. num. III.

Syndici Minoritis conceduntur, ut eleemoſynas oblatas recipere, tractare, & expendere poſſint pag. 24. num. I. & II. Ut vendere poſſint mobilia Fratribus legata pag. 25. n. II. Syndicorum uſus non eſt diſpenſatio in Regula *ib.* Ad quid dati fuerint a Clemente IV. pag. 31. num. VIII. Ad quid a Martino IV. pag. 33. & 34. n. I. Non pro immobilibus, vel poſſeſſionibus miniſtrandis, & colendis pag. 34. num. I. Sed tantum pro adminiſtratione eleemoſynarum modo licito relictarum *ibid.* Nomine Sedis Apoſtolicæ legata recipere debent Minoritis facta modo licito, & in eorum neceſſitates convertere prout licet ex Regula, vel iſtius Declaratione pag. 42. num. IX. Syndicis abrenunciant Conventuales pag. 83. num. XI.

T

Templarii facultatem obtinent recipiendi male acquiſita in ultima voluntate relicta, extra Regnum Alemaniæ pag. 28. num. V. Immerito in hac re privativam quoad Fratres Minores habere prætendunt *ibid.*

Tertiarii inter Sanctos, vel Beatos adſcripti non aliter exprimi debent, quam *Terti Ordinis S. Franciſci* pag. 82. num. X.

Thomas de Averſa cauſam Liberati Maceratenſis, & ſociorum perpendit pag. 161. Cum hæreticis eos confundit, & eadem ſententia involvit pag. 165. in nota. Injuſte contra eos egiſſe fatetur *ibid.*

Fr. Thomas de Caſtro Nali pœnam improbat Fratribus inflictam pag. 156. In carcerem conjicitur, ubi moritur *ibid.* A Waddingo dicitur de Caſtro Marini *ibidem.* in nota (7).

Fr. Thomas Monachus Cœleſtinus Auctor fuit Orationis, & Antiphonarum, quæ olim in honorem Beati Angeli Clareni recitabantur pag. 148. n. VIII.

B. Thomas Tolentinas cum tribus Sociis Martyr occubuit pag. 148. n. VIII. Actum fuit de illorum Canonizatione *ibid.* Quare hæc peracta non fuerit *ibid.* Memoria B. Thomæ quotannis Tolentini, & in tota Diœceſi Eccleſiaſtico Officio celebratur *ibidem.* Sanctum communiter Tolentinates eum appellant *ibid.* Ut tertius colitur ſuæ Patriæ Protector *ibid.* Caput ejus quotannis circumfertur in Proceſſione *ibid.* Mittitur ad Regem Armeniæ pag. 156. Revertitur in Italiam pag. 160. nota (22). Perſecutionem patitur pro Regulæ obſervantia pag. 165. in nota.

Tiburtina Eccleſia S. Mariæ Majoris Benedictinis ablata confertur Minoritis pag. 17. n. IX. pag. 29. n. VI. & alibi. Ejus bona Baſilicæ Vaticanæ applicantur *ibid.* & pag. 134. numer. XV.

Traguerienſis Epiſcopus bona vendere debet Fratribus Minoribus legata, & ex eorum pretio novum locum iiſis acquirere pag. 17. n. IX. & pag. 134. num. XV.

Tropeæ Civitatis Eccleſia S. Petri in Calabria cum horto contiguo Fratribus Minoribus concedi-

Digitized by Google

ceditur pag. 36. n. II. Ejus Parochia ad Cathedralem Tropenſem transfertur *ibid.*

V

VEſtimenta Fratrum Minorum qualia eſſe debeant pag. 53. n. VIII.

Vicarii conceduntur Obſervantibus nonnullis pag. 79. n. VII.

Virtus ab Inſtitutore Ordinis ſpecialiter præſcripta eſt nota, & character ejuſdem Ordinis pag. 1. num. I.

Vitalis de Furno litteris graviſſimis commendat executionem Decretalis Clementis V., & aperit iſtius mentem quoad ejus obſervantiam pag. 21. num. XIII.

Vota paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis ſunt eſſentialia cujuslibet Religionis pag. 2. n. II. Quomodo hæc tria vota pertineant ad exercitium Religionis *ibid.* Communitas horum votorum compatitur Religionum diverſitatem *ibid.* Ad hæc reducuntur alia omnia *ibid.* Habent ſuos gradus *ibid.* & alibi. Statum conſtituunt perfectiorem, quo ſublimius voventur pag. 6. n. VI.

Uſus bonorum mobilium, necnon Conventuum, & hortorum abſque dominio Fratribus Minoribus conceditur pag. 11. ac in tota Animadverſione II. & alibi paſſim. Uſus bonorum immobilium ipſis prohibetur *ibidem*, & pag. 133. n. XIV. & ſeqq. Uſum rerum mobilium Fratres Minores habere debent moderatum, non vero quarumcumque, & quantarumcumque rerum pag. 13. n. III., pag. 14. n. V. & alibi. Uſus reddituum, & poſſeſſionum profeſſioni Fratrum Minorum repugnat pag. 20. n. XII. & pag. 135. n. XVI. A Pontificum nullo Clementis V. Prædeceſſore Minoritis conceſſus fuit *ibidem*. Uſus arctus, & pauper ipſis conceditur pag. 21. n. XII. Uſus poſſeſſionum, & reddituum in Ordine Minorum ſupponit diſpenſationem pag. 32. n. IX. Uſum hujuſmodi Martinus V. omnium primus Minoritis conceſſit pag. 41. & 42. numer. VIII. & IX. Ad tempus tamen, donec ſcilicet a Sede Apoſtolica aliud fuiſſet ordinatum pag. 41. & 42. n. VIII. Hæc Martini V. conceſſio ſubreptitia cenſetur pag. 42. & 43. n. X. Uſus poſſeſſionum directe militat contra Regulam Fratrum Minorum pag. 65. n. IX. & pag. 136. num. XVI. Uſus hujuſmodi origo in Ordine Minorum apud Fratres Conventuales eſt incerta pag. 90. n. IV. Uſus hujuſmodi Minoritis conceſſus non fuit, etiamſi Bulla Clementis IV. *Obtentu* &c. eis data dicatur pag. 93. n. V. Hujuſmodi uſus a Regula Fratrum Minorum prohibetur pag. 133. numer. XIV. & ſeqq. Hunc proinde habere non poſſunt Minores, etiamſi rerum proprietas penes alios reſideat pag. 135. n. XVI. Ex rerum uſu, non ex dominio vivitur pag. 136. numer. XVI. Uſum immobilium non habuerunt Minores abſque Pontificia diſpenſatione pag. 173.

X

XImenii Cardinalis potentia cauſa non fuit, cur Clariſſæ Monaſterii Barcinonenſis ad Regulam S. Benedicti transierint pag. 81. num. IX.



Digitized by Google

INDEX

Rerum, & verborum notabilium, quæ occurrunt in hoc Supplemento.

A

Abbatiſſæ nomen unde Clariſſarum Præpoſitis advenit pag. 64. (6). Ejus electio, & confirmatio a quibus fieri debeat *ibid.*
SS. Abundii, & Abundantii Martyrum Corpora in Eccleſia Aracœli requieſcere ferunt pag. 113. (3).
Accon, ſive Prolemais Civitas pag. 222. Variis nominibus appellata fuit *ib.* (2) A quibus fuit ædificata *ibid.* Chriſtiani ad eam confugiunt, & multi in ea imperant *ibid.* Expugnatur a Saracenis, & ſolo æquatur *ibid.* Urbs erat Epiſcopalis *ibid.* Ejus Epiſcopatus titulum nunc obtinet Epiſcopus Monaſterienſis *ibid.* (3). Reſtauratur ab Ægyptiis pag. 223. (4). Nunc eſt in Turcarum poteſtate *ibid.* Quo anno Epiſcopalem Cathedram amiſerit pag. 224. (5).
Acconenſe Clariſſarum Monaſterium pag. 223. (4). Ejus Abbatiſſa verbo, & exemplo Moniales ad Martyrium inflammat *ibid.* Trucidatur cum ipſis a Saracenis *ibid.*
Acconenſis FF. Minorum Conventus pag. 222. Ejus Fratres ab Epiſcopo ejuſdem Civitatis opprimuntur *ibid.* & pag. ſeq. Ab iſtius juriſdictione eximuntur *ibid.* Succenſus fuit, ejuſque Fratres interfecti pag. 223. (4). Nihil de eo in Jordanis Polychronico pag. 224. (4). Nunc eſt Hoſpitium a S. Joanne Baptiſta denominatum *ibid.*
Acri V. Accon.
Admonitio prævia ad Tria Opuſcula S. Thomæ citat. pag. 53. (8) pag. 87. (8).
Adrichomius citat. pag. 222. (2) pag. 223. (3) & (4).
Ægidius Monachus S. Mariæ ad Martyres pag. 162. (16) & pag. 163. & ſeqq.
Aimericus reſignat Achiepiſcopatum Lugdunenſem pag. 190. (2).
Albertus Canonicus Baſilicæ Vaticanæ p. 203.
Albertus de Parma pag. 168. (10) & pag. 196. (25).
Aldribrandinus Cuſtos FF. Minorum pag. 93. (2).
Alexander IV. Regulam præſcripſerat Clariſſis pag. 5. (2). Laudat S. Claræ paupertatem *ibid.* (3). Mandat conſecrari Eccleſiam Alvernæ pag. 24. (2). Eumdem Montem recipit ſub ſua protectione *ibid.* Adhuc Cardinalis fuit Minorum, & Clariſſarum Protector pag. 50. (4). Conſtrui, & dotari curavit Monaſterium S. Silveſtri de Pireto *ibid.* Libellum *de periculis noviſſimorum temporum* damnat, & comburi jubet pag. 53. (5) & pag. 88. (10). Commendat S. Ludovico Galliarum Regi FF. Minores, & Prædicatores pag. 53. (8). Accademicos Pariſienſes e Gallia expelli, & eorum aliquos in carcerem detrudi expoſcit *ibid.* Dum famæ FF. Minorum providet, eorum innocentiam declarat pag. 71. & 72. (3) & pag. 86. (7). Facultatem tribuit Epiſcopo Pariſienſi abſolvendi a cenſuris Clericos nonnullos pag. 78. in nota. Pluries fatetur ſe in Corpore Sancti Franciſci viventis Stigmata vidiſſe, & palpaſſe pag. 80. (2) & pag. 137. (3). Profitetur ſuam erga Montem Alvernæ devotionem pag. 83. Mandat Cancellario Pariſienſi, ne ulli legendi tribuat facultatem, niſi ſub conditione pag. 85. & 86. (6). Plura decreviſſe ait pro Studio Pariſienſi *ibid.*, & p. 92. Ac eidem reſtituiſſe Heliam, & Bonum Hominem Ordinis Prædicatorum pag. 87. Galliarum Regem, & alios certiores facit proſcriptum eſſe libellum *de periculis &c. ibid.* Indignationem ſuam comminatur Epiſcopo Pariſienſi, & quare pag. 92. Abſolvit per eumdem Accademicos Pariſienſes a cenſuris *ibid.* (4). Concedit Fratribus Neapolis uſum Sericorum in Eccleſia pag. 138. (7). Ejus Statuta contra hæreticos pag. 142. & ſeqq.
Alexander V. eligitur Summus Pontifex pag. 208. (1). Quo die fuerit coronatus *ibid.*
Alexander III. Scotiæ Rex utitur conſiliis FF. Minorum pag. 140. Rogat, ut Cuſtodia FF. Minorum reducatur in Provinciam *ibid.*
Alfonſus Rex Caſtellæ ad Imperium aſpirat pag. 201. (1).
Alienationes rerum Eccleſiaſticarum, factæ per Schiſmaticos, & intruſos irritæ ſunt pag. 164. (29).
Almaricus Carnotenſis Auctor libelli, *Evangelium Æternum* pag. 69. (9). Ejus Corpus exhumatum, & combuſtum in ſterquilinium projectum fuit pag. 85. (2).
Almaricus Rugerius apud Muratorium citat. pag. 70. (9).
Altare Viaticum Minoritis conceſſum pag. 3. 4. & 12. Hujuſmodi conceſſio abſoluta declaratur pag. 12. (5).
Alvernæ Conventus, & Eccleſia ædificantur pag. 24. Secundus eſt Cuſtodiæ Aretinæ *ibidem* (1). Antiquam Eccleſiam deſtruere tentantes puniuntur *ibid.* (2). Ampliatur, & conſecratur *ibid.* Nova Eccleſia inchoatur, & perficitur *ibidem*. SS. Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ quotidie ibi fit commemoratio, & quare pag. 25. (2). Fratribus inhibetur, ne quidquam inde auferant pag. 137.
Alvernæ Mons S. Franciſco dono datur pag. 24. (1).

Digitized by Google

(1). Ejus hiſtoria a Waddingo deſcribitur *ibid.* Dicitur etiam Mons *Albinia ibid.* A Septem Epiſcopis benedicitur *ibid.* (2). Conſulibus Artis Lanariæ Civitatis Florentinæ ejus protectio demandatur pag. 25. (2) & pag. 97. (4). Sub ſpeciali S. A. protectione ſuſcipitur pag. 26. (1) & pag. 137. Etiam ſub protectione Imperatoris *ibid.* Fratribus Minoribus præcipitur, ne unquam ab eo diſcedant *ibid.* & pag. 137. Variæ Indulgentiæ ad eum accedentibus conceſſæ *ibid.*, & pag. ſeq. (1) & (2) & pag. 95. Chriſtus, & B. Virgo in eo apparuerunt pag. 82. S. Franciſcus Stigmata in eo recepit *ibid.* Eſt Golgota inſignior *ibid.* Petræ Chriſto moriente in eo ſciſſæ conſpiciuntur *ibid.* Situs eſt in partibus ſterilibus Etruriæ *ibid.* Deo, & S. Franciſco acceptus eſt pag. 83. Ejus poſſeſſio traditur Obſervantibus Conventus Feſulani pag. 96. (2). Retinentes res ad ipſum ſpectantes ad reſtitutionem compelluntur pag. 97. (4).

Ambroſius Ciſtercienſis Clariſſarum Viſitator pag. 14. (3).

Amerinum Clariſſarum Monaſterium pag. 221. Ejus Moniales tranſeunt ad locum FF. Minorum *ibid.* De eo altum apud noſtrates ſilentium *ibid.* (2). Tempus prædictæ translationis coniicitur pag. 222. (5).

Amerinus FF. Minorum Conventus pag. 221. (4). In eo requieſcit F. Simon de Torſiano *ibid.* Incerta ejus origo *ibid.* Indulgentiæ conceduntur pro ejus conſummatione pag. 222. (5).

Amiterninum territorium pag. 157.

Amiternum Civitas exciſa p. 157. (17). Nunc S. Victorinus a Corpore hujus Sancti appellatur *ibid.* Ibi etiam requieſcunt Reliquiæ SS. Octoginta trium ~~Militum~~ Martyrum *ibid.*

Anacletus Antipapa pag. 113. (2) & pag. 132. (8). Ejus litteræ pag. 133. & ſeq.

Anacletus Romanus exornari curat Altare Majus Eccleſiæ noſtri Conventus de Campaneano pag. 41. (1).

Anagnina Eccleſia unicum habebat Sacerdotem, nullumque Diaconum, aut Subdiaconum pag. 12. (1). Duos Diaconos, totidemque Sacerdotes inſtituit *ibid.*

Andegaviæ urbs, & Ducatus pag. 149. (1) & (2).

Andreas Guardianus Conventus Tiburtini pag. 212.

Andreas de Pontibus ditat Monaſterium S. Silveſtri de Pireto pag. 50. (4) pag. 55. (1) pag. 57. (2) pag. 64. (9). Patronus erat Eccleſiæ ejuſdem Monaſterii pag. 57. (2).

Andreas Rex Ungariæ pag. 42. (2).

S. Angeli de Panſo Monaſterium a S. Clara incolitur pag. 5. (2).

Angelus Urbevetanus Ord. Min. Legatus in Græcia pag. 208. (2).

Annibaldus de Annibaldis Urbis Senator pag. 32.

Annius citat. pag. 83. (5).

S. Antoninus citat. pag. 76. (3) pag. 186. (10) & pag. 222. (4).

Antonius Angelus de Pireto pag. 58. (1). Ejus familia *ibid.*

Antonius de Sarnio Minorita Epiſcopus Sanctagathen. pag. 46. (1).

Apulia occupatur a Conrado filio Friderici II. Imperatoris pag. 29. (6).

Aquilana Civitas ex Amiterni ruinis ædificata fuit pag. 157. (17).

Aracœli Conventus traditur Minoritis pag. 10. (1) pag. 28. (2) pag. 79. in nota, & pag. 112. (1). Viſitantibus ejus Eccleſiam conceditur Indulgentia *ibid.* In ea requieſcunt F. Sabatinus, & F. Juniperus *ibid.* (1). Ejus poſſeſſiones aliis applicantur *ib.* Olim erat Parochialis *ib.* & p. 133. Reliquiæ S. Helenæ Imperatricis in ea exiſtunt pag. 113. B. Virgini, & S. Joanni Baptiſtæ dedicata eſt *ibid.* (2) & pag. 133. Ejus Aram a S. Anacleto Papa conſecratam fuiſſe nonnulli opinati ſunt *ibid.* (14). Corpora SS. Artemii Tribuni, atque Abundii, & Abundantii Martyrum in ea requieſcere ferunt *ibid.* (3). Ejus poſſeſſio FF. Minoribus confirmatur pag. 132. & ſeqq.

Arelatenſe Clariſſarum Monaſterium pag. 150. Nihil de eo apud noſtrates *ibid.* (2).

Arelatenſe Regnum pag. 149. (4).

Argon Rex Tartarorum Nuntios mittit ad Pontificem pag. 210. (1). Ejus uxores ad fidem converſæ *ibid.* (2). Cum aliis plurimis a FF. Minoribus baptizatur pag. 214. (1).

Arnoldus de Sleida contendit de Archiepiſcopatu Trevirenſi pag. 167. (3) & p. 193. (1).

Arnoldus Trevirenſis Archiepiſcopus pag. 167. (3) pag. 194 (16) & pag. 197. (30).

S. Artemii Tribuni Martyris Corpus requieſcit in Eccleſia Aracœli pag. 113. (3).

Aſculanum Sancti Angeli Monaſterium tranſit a Clariſſis ad Monachos Olivetanos pag. 4. (1) & pag. 101. & ſeqq. Facultatem obtinet recipiendi bona legata cuidam Moniali pag. 5. (3). De eodem Monaſterio pag. 49. 59. & 60. Privilegiis ditatur ab Epiſcopo Aſculano pag. 68. (1). Olim fuit Ordinis S. Benedicti *ibid.* Quo tempore tranſierit ad Clariſſas *ibid.* Eccleſiæ ad ipſum pertinentes pag. 68. (1) pag. 94. (4). Ejus Moniales Confeſſarium habeant Minoritam a Miniſtro Marchiæ vel Cuſtode Aſculano deputandum pag. 72. (1). De eodem Monaſterio pag. 93. & alibi.

Aſculanum S. Claræ Monaſterium pag. 110.

Aſculanum S. Mariæ Monaſterium pag. 94. (4) pag. 101. & ſeqq.

Aſculanum S. Mariæ Virginum Monaſterium pag. 106. in nota.

Aſculanum S. Spiritus Monaſterium pag. 106. in nota, & pag. 110.

Aſſiſienſi Eccleſiæ S. Franciſci Sericorum uſus conceditur pag. 138. (7).

Auguſtinus Lubin citat. pag. 222. (2) pag. 223. (3).

Ayton Armeniæ Rex fidem Catholicam amplectitur pag. 214. (1). Nuntium mittit ad Romanum Pontificem *ibid.* Fit Minorita, aſſumpto Joannis nomine *ibid.*

Digitized by Google

B

BAldus citat. pag. 199. (36).
Balneoregium pag. 157. Patria fuit S. Bonaventuræ *ibid.* (13). Rodam appellatum fuiſſe ſcribunt *ibid.*
Baluzius citat pag. 156. (11).
Barboſa citat. pag. 139. (2).
Barcinonenſe S. Antonii Monaſterium a Regula S. Claræ ad illam tranſit S. Benedicti pag. 62. (2).
Bartholomæus Ord. Min. Epiſcopus Groſſetanus Legatus in Græcia pag. 208. (2).
Bartholomæus Piſanus citat. pag. 2. (3) pag. 9. (2) pag. 34. (1) pag. 82. (4) pag. 112. (1) pag. 141. (4) pag. 217. (1) pag. 221. (4).
Bartholomæus de Senis Ord. Min. Legatus in Græcia pag. 208. (2).
Baſilius Faber citat. pag. 73. (2).
Bela Rex Ungariæ bellum agit cum Wenceslao Bohemiæ Rege pag. 42. Cumanos ad bellum vocat *ibid.* (3) & pag. ſeq. (4). Moraviam devaſtat pag. 43. (4). Epiſcopum admittere recuſat pag. 179. Nuntios ad Pontificem mittit pag. 180. Ejus Epiſtola ad Pontificem pag. 181. (3).
Bencivenga Œconomus Monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani de Urbe pag. 135. (5).
Bellarminus citat. pag. 69. (2).
S. Benedicti Regula citat. pag. 8. (5).
Beneventanæ Eccleſiæ Suffraganei pag. 47. (2).
S. Benvenutus Epiſcopus Auximanus donat partem ſylvæ Conventui Forani pag. 219. (1).
Beraldus Epiſcopus Tiburtinus pag. 211.
S. Benardinus Senenſis viſitavit Eccleſiam Sancti Silveſtri de Pireto pag. 50. (4).
Bernardus Guidonis Ord. Prædicat. citat. p. 70. (9) & pag. 89. (11).
Berninus citat. pag. 69. (2).
Berſauma Epiſcopus Orientalis pag. 210. Romam miſſus accedit ad Pontificem, a quo laudatur *ibid.* Incerta ejus Sedes Epiſcopalis *ibid.* (1). Litteras accipit a Pontifice in Orientem deferendas pag. 211. (3) & (4).
Bettonæ Conventus pag. 17. (14).
Boemundus Canonicus Trevirenſis pag. 168. (10) & pag. 196. (25).
Bojolus Ord. Min. conſanguineus Innocentii IV. pag. 32. (9). Januam mittitur ab eodem Pontifice *ibid.* Sibi demandata expedite perficit *ibid.*
S. Bonaventura citat. pag. 2. (3) pag. 39. (2) pag. 82. (1) pag. 186. (9) Celebrat Generale Capitulum Narbonenſe pag. 9. (2) pag. 138. (6) pag. 140. (2) Intereſt conſecrationi Eccleſiæ Montis Alvernæ pag. 24. (2). Præſidet Capitulo Generali Piſano pag. 36. (1). Clariſſarum curam dimittit, & interum aſſumit *ibid.* Viſitatores adhibet Ordinis S. Claræ pag. 37. (1). Eos admonet per epiſtolam de munere ſancte fungendo *ibid.* Formulam eis dirigit a Monialibus ſubſcribendam *ibid.* Confutavit libellum *de periculis noviſſimorum temporum* pag. 53. (5). Quatuor contra doctrinam Guillelmitarum libellos exaravit pag. 74. (3). Quo anno ſcripſerit *Apologiam pauperum* pag. 78. in nota. Proceſſum conficit contra B. Joannem de Parma pag. 80. in nota. Legit in Univerſitate Parſienſi pag. 93. (5). Miniſter Generalis eligitur *ibidem*, pag. 114. (1) & pag. 140. (1). Quot annis Generalatum egerit *ibid.* Interfuit Alexandri IV. concioni, in qua Pontifex affirmavit, ſe vidiſſe Stigmata in Corpore S. Franciſci viventis pag. 137. (3). Provincias Ordinis determinat, & in Cuſtodias diſtribuit pag. 140. (2). Rogat Ciſtercienſes ne Minoritas fugitivos recipiant ad ſuum Ordinem pag. 183. (2).
Bonifacius IV. cujus fuerit patriæ pag. 61. (1) Conſecravit Eccleſiam B. Virginis in Monte Carſolio pag. 106. (1).
Bonifacius VIII. votum perpetuæ Clauſuræ ad Moniales omnes extendit pag. 6. (2). Concedit Januenſibus in Paleſtinam profecturis, ut ſignum Crucis iterum aſſumant pag. 33. (1). Conſtitutionem de duabus dietis moderatur pag. 35. (3).
Bonus-Homo Ord. Prædicat. a Collegio Pariſienſi excluditur, & eidem reſtituitur pag. 53. & ſeq. pag. 86., & 87.
Boſo Rex Arelatenſis Regno ab Othone Imperatore privatur pag. 149. (4).
Boulæus citat. pag. 53. (10) pag. 70. (10) pag. 84. (3) pag. 86. (6) pag. 90. (1) Mutilatam exhibet Pontificiam conſtitutionem pag. 75. (5) pag. 77. (2). Falſo *Evangelium Æternum* B. Joanni Parmenſi adſcribit *ibid.* Pravo animo ſcribit contra Mendicantes *ibid.* Ut eorum detrahat famæ multa vel omittit, vel confingit *ibid.* Ejus Hiſtoria ab Univerſitate Pariſienſi proſcribitur *ibid* Mendax evincitur etiam ab Oudino *ib.* Falſa imponit Romano Pontifici, & FF. Prædicatoribus p. 90. (16).
Brolium quid ſit pag. 9. (3).
Burgundia olim Diæceſis erat Lugdunenſis pag. 190. (4).
Burgundiæ Miniſter FF. Minorum facultatem obtinet inſtituendi tres Inquiſitores ex Ordine noſtro pag. 190. (1). Burgundiæ Provinciæ FF. Minorum Cuſtodiæ *ibid.* (5).
Bzovius citat. pag. 147. (20).

C

CAmerini Conventus pag. 44. Tempore S. Joannis de Capiſtrano a Fratribus Mendicantibus habitabatur *ibid.* In eo requieſcit Corpus B. Joannis Parmenſis, necnon Beati Petri a Molleano, & F. Petri de Monteolmone *ibidem*. Spectabat ad Ordinis Communitatem cum Obſervantibus de Familia collatus fuit *ibid.*
Campaneani Conventus pag. 41. Juris aliquando fuit Monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani de Urbe *ibid.* (1). Quando FF. Minoribus collatus fuit *ibid.* Campaneani Oppidum *ibidem*.
Campania, cujus caput Anagnia, Romanæ Provinciæ FF. Minorum Cuſtodia pag. 156. (4).

Digitized by Google

(4). Quot Conventus habuerit *ibid.*
Cangius V. Freſnius.
Cantipratanus citat. pag. 88. (10) & pag.109. (4).
Carolus Andegavenſis vice Romanæ Eccleſiæ inveſtituram accipit Regni Siciliæ pag. 46. (3). De eodem pag.149. Variæ ejus Civitates, & Provinciæ *ibid.* (1) & (2).
Carolus Valeſius obtinet a Pontifice Regna Aragoniæ, Valentiæ, & Siciliæ p. 215. Pro his aſſequendis bellum parat, & juvatur a Pontifice *ibid.*
Capitulum Baſilicæ Vaticanæ Eccleſiam Sancti Cornelii ſe impetraſſe contendit pag. 11. Silentium de hac re ipſi imponitur *ibid.*
Capoferrus Archiepiſcopus Beneventanus jure conſecrandi Epiſcopos Suffraganeos privatus erat, & quare pag.47. (5).
Capuſoldum quid ſit pag. 73. (2).
Carſolii Mons ubi ſitus pag.106. (1). B. Virginis Imago in eo colitur ex Hiſpania illuc delata *ibid.* Eccleſia ibi conſtructa a Bonifacio IV. conſecratur *ibid.* Eadem Imago a Capitulo Vaticano coronata fuit *ibid.* Ejus cura Minoritis demandatur *ibid.* Hic Mons cultus aliquando fuit a S. Petro Eremita, & a S. Romualdo *ibid.* Multi viri Principes ad eum devotionis cauſa acceſſerunt *ibid.* Variæ Indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam hujus Montis conceſſæ *ibid.* & pag. ſeq.
Caſentinum unde dictum pag. 24. (1). Ubi ſit pag. 82. & 83. (5). Variis nominibus appellatur ab auctoribus *ibid.*
Caſimirus Romanus citat. pag.10. (3) p.14.(2) p.113.(2) & (3).Deceptus eſt *ib.* (5). Citat. pag.117. (2) pag. 132. (1) pag. 133. (9) pag. 213. (15) & (16).
Caſtellana Civitas, ad quam ſe contulit Innocentius IV. Fridericum Imperatorem alloquuturus, non eſt Tifernum in Umbria pag. 32. (9). Ejus Eccleſia unitur Ortanæ pag. 156. (10).
Caſtriveteris Eccleſia S.Angeli confertur Minoritis pag. 220. (2).
Caſtrum Caſtellanum pag.20. (1).
Caſtrum Civitas caput Ducatus ejuſdem nominis pag. 157. (12). In jus devenit Romanæ Eccleſiæ *ibid.* Solo æquatur, & quare *ibid.* Ejus Sedes Epiſcopalis transfertur Aquipendium *ibid.*
Cellarum, ſive Carſolii FF. Min. Conventus pag. 50. & 51. (4).
Cherubinus Romanus acceptat Eccleſiam Sancti Silveſtri de Pireto pag. 57. (2). Necnon Eccleſiam B. Virginis *de' Biſognoſi* pag. 107. in nota.
Chriſtianis prohibitum eſt cum Judæis habitare, comedere &c. pag.89. (13).
Chriſtianus Belluacenſis Mendicantium perſecutor pag. 52. (5) pag. 74. (2). Romam defert libellum *de periculis noviſſimorum temporum*, & a Cardinalibus auditur pag.88. (10). Juramento ſe obligat Pontificis mandatis obtemperandi *ibid.* Morti proximus dolet de geſtis contra Mendicantes *ibid.* Corpus ſuum apud FF. Prædicatores ſepeliendum relinquit *ibidem*.
Chriſtophorus Daniæ Rex Jacobum Archiepiſcopum in carcerem mittit pag.184. (4) pag. 185. (5) pag.189. (4).
Chriſtophorus Giarda Caſtrenſis Epiſcopus pag. 157. (12). Occiditur, & ejus Corpus Romam defertur *ibid.*
Chriſtus apparuit S. Franciſco in Monte Alvernæ pag. 82. Multa de ſtatu Ordinis ei revelat *ibid.* in nota.
Chronica Anonymi Danici citat. pag.189. (4).
Chronica MS. S. Joannis a Capiſtrano citat. pag. 44. (3).
Chronicon XV. Miniſtrorum Generalium citat. pag. 88. & 89. (10).
Chronologia Hiſtor. Legal. Seraph. Ord. citat. pag.138. (6).
Ciaconius citat. p. 1. (1) p. 10. (1) pag.28. (1) p. 46.(4) p.97. (2) pag.184. (3) & (5).
Ciſtercienſes prohibent receptionem FF. Minorum ad eorum Ordinem pag. 183. (2). Orationibus ſui Ordinis aſſociant Ordinem Fratrum Minorum *ibidem*.
S. Clara in quo Monaſterio primum diverſata ſit pag. 5. (2). In quo moram fixerit, & vitam finierit *ibid.* Oblatas poſſeſſiones refutat *ibid.* (3). Obtinet, quod Moniales compelli non poſſint ad ſervandam aliam Regulam ab illa S.Franciſci diverſam *ibid.* Hujus obtinet confirmationem *ibid.* Ejus paupertas laudatur ab Alexandro IV. *ibid.* Ejus Corpus defertur ad Eccleſiam S. Georgii pag. 121. (4). Oſtium ſui Monaſterii in alto poſitum habebat p.128. (16). Morti proxima uſum poſſeſſionum recuſat p.130. (18).
Clariſſæ cur Damianitæ, vel Ordinis S.Damiani dictæ ſint p. 4. & 5. (2) & pag. 121. (4). Sub variis nominibus varias Regulas profitebantur *ibidem*. Ad unam Regulam ſub uno nomine aſtringuntur *ibid.* & alibi. Earum aliquæ dicuntur Urbaniſtæ *ibid.* Aliæ ſub ſtricta S.Franciſci Regula perſeverant *ibid.* Cur dicerentur Incluſæ pag.6. (2) pag. 120. (3). Non appellabantur Damianitæ ob profeſſionem Regulæ S.Petri Damiani p.6. (3). Quo ſenſu earum Ordo dicatur inſtitutus ſub Regula S. Benedicti *ibid.* p. 61. & ſeq. (2) & alibi. Regula a S. Franciſco ipſis tradita nimis rigida erat pag. 7. (2) Mitigata fuit ab Eugenio IV. *ibid.* In paucis nunc obligat ſub mortali, & quænam iſta ſint *ibid.* Earum jejunium *ibidem* (3). Earum lectus p.8. (5). Quoad hunc diſpenſatio *ibid.* Omnes diſpenſantur ab Urbano IV. *ibid.* Ad obſervantiam novæ Regulæ adſtringi non poſſunt pag. 22. (1) & p.23. (4). Facultatem obtinent retinendi poſſeſſiones p. 22. (2). Nunquam defuere Clariſſæ, quæ primam Regulam ſervaverunt *ibid.* Ad iſtius mitigationes admittendas nunquam fuere compulſæ *ibid.* Ipſas inter & FF. Minores diſſentiones oriuntur pag. 36. (1). Earum cura a Fratribus dimittitur, & reaſſumitur *ibid.* Formulæ ſubſcribere debent a S. Bonaventura præſcriptæ pag. 37. (1). Eximuntur a ſolvendis publicis gravaminibus pag.59. (3) p.67. (1) pag. 136. (8) p. 204., p. 215., & alibi. Quæ reformatio-

Digitized by Google

nem admittebant, a Regula S. Benedicti ad illam S. Franciſci tranſire dicebantur, & quare p.62. & 63. (2). Unde earum Præpoſitis Abbatiſſæ nomen advenerit p. 64. (6). Regulam S. Benedicti profitentur variis conſtitutionibus modificatam p. 68. (1). Ipſis prohibitum erat ex Regula poſſeſſiones habere pag.130. (18).

Clauſuram perpetuam Clariſſæ omnium primæ profeſſæ ſunt pag. 6. (2). Hanc Bonifacius VIII. & Concilium Tridentinum ad Moniales omnes extenderunt pag.120. (2).

Clemens IV. legit novum libellum Guillelmi de Sancto-Amore, ipſumque deſpicit pag. 77. (1). Sepelitur Viterbii apud FF. Prædicatores pag. 186. (10). Fidei formam miſit Græcorum Imperatori pag. 211. (3).

Clerici Sæculares, & Regulares Notariatus officium exercere non poſſunt pag. 139. (2). Poſſunt tamen in cauſis ad S. Officium ſpectantibus, in Curia Romana &c. *ibid.*, & pag. 153.

Cluſina Civitas pag. 220. (1). FF. Minorum Cuſtodia *ibid.*

Conradus filius Friderici II. Imperatoris pag. 29. (6). Venit in Italiam *ibid.* Invadit Apuliam, & Siciliam *ibid.* Excommunicatur ab Innocentio IV. *ibid.* Nuntios mittit ad Pontificem *ibid.*, & pag. 30. (5). Ejus Nuntii multa diſſeminant contra Pontificem *ibid.* (2) & pag. 32. (12). Quinam fuerint iſti Nuntii pag. 30. (4). Magnam ſævitiam Conradus exercet *ibid.* (5).

B. Conradus de Offida pag. 34. (1).

Conſtitutio de duabus dietis quænam ſit pag. 35. (2) & (3). Confirmata fuit ab Honorio III. *ibidem*. Moderata a Bonifacio VIII. *ibidem*.

Conſulibus artis Lanariæ Civitatis Florentiæ demandatur protectio Montis Alvernæ pag. 25. (2) & pag. 97. (4). Eorum expenſis perficitur nova Eccleſia in eodem Monte *ib.* Facultas ipſis conceditur exigendi legata ejuſdem loci pag. 97. (4).

Conventuales ejciuntur e Conventu Tiburtino pag. 213. (16).

Cor S. P. Franciſci deponitur, & aſſervatur in Eccleſia Portiunculæ pag. 2. (3).

S. Cornelii Eccleſiam Capitulum Vaticanum ſibi collatam eſſe contendit pag. 11. Commutatur eadem Eccleſia cum Monaſterio Sancti Criſpoliti *ibid.* (4).

Corſignanus citat. pag. 58. (1) & pag. 107. in nota.

Credentiales litteræ quænam dicantur pag. 28. (5).

Creſcentius Æſinus Miniſter Generalis pag. 19. (2). De eodem pag. 22. (2).

Creſcimbene citat. pag. 28. (4) pag. 32. (10).

S. Criſpoliti Monaſterium Ord. S. Benedicti commutatur cum Eccleſia S. Cornelii pag. 11. (4) & pag. 14. Juris erat Abbatiæ S. Coſmæ de Urbe *ibid.* (5). Confertur Minoritis *ibid.* & pag. 17. (14).

Cumani ad bellum vocantur ab Ungariæ Rege pag. 42. (3) & pag. ſeq. (4). Eorum aliqui ad fidem convertuntur *ibid.* Reliqui deinde opera FF. Prædicatorum, & Minorum *ibid.*

D

DÆmonis artes, harumque effectus pag. 98.

S. Damiani Aſſiſienſe Monaſterium Damianitarum, vel Ord. S. Damiani Clariſſis nomen tribuit pag. 4. & 5. (2) & alibi paſſim. Incolitur a S. Clara, ejuſque morte illuſtratur *ibid.* Nunc inhabitatur a FF. Minoribus Reformatis *ibid.* Permutatur cum Eccleſia, & Hoſpitale S. Georgii ejuſdem Civitatis pag: 135. (1).

Damianitæ V. Clariſſæ.

Daniæ Regnum interdicto ſupponitur pag. 184. FF. Minores ibi vexantur, & quare pag. 185. In eo, & in aliis Regnis Aquilonaribus FF. Minores, & Prædicatores Crucem prædicant *ibid.* (7) & (8). Daniæ FF. Minorum Provincia, ejuſque Cuſtodiæ *ibid.* E Dania recedere coacti Minores, Pontificem rogant ut interdictum relaxet pag. 186. De eodem Regno pag. 187. & ſeq. Diſcordiæ in eo ſubortæ pag. 189.

Dantes citat. pag. 9. (3).

Demetrius Archidiaconus Boſien. Romam mittitur a Rege Ungariæ pag. 180. (10) & pag. 181. (3).

Deſertores vitæ regularis cum ad hanc revertuntur ultimo loco ſedere debent in Choro pag. 164. (31). Sunt etiam inelegibiles *ibid.* (32).

Deus Principibus Sæcularibus ſæcularia, Eccleſiaſticis ſpiritualia commiſit pag. 180. Ad Regni ſolium homines e gregibus ovium, ad Eccleſiæ regimen piſcatores aſſumpſit *ib.* (2) & pag. 181.

Dialogus Novus Sacri Montis Alvernæ citat. pag. 24. (2) pag. 26. (1) pag. 27. (1) pag. 34. (1).

Dieta quid ſit, & quotuplex pag. 35. (2).

Dionyſius Tauriſii in Oriente Epiſcopus p. 211. (3) & (4).

Divionenſis Civitas pag. 190. (4). Epiſcopali Cathedra decoratur *ibid.*

Dominicus Pannelli citat. pag. 219. (1).

Ducatus Papalis, ſeu de Camera pag. 142. (6).

Ducheſnius citat. pag. 88. (10).

E

EBerhardus Epiſcopus Wormacienſis pag. 194. (7).

Ebroicenſis Epiſcopus deputatus fuit executor pro Studio Pariſienſi pag. 86. (3) & pag. 87. (6).

Eccardus citat. pag. 70. (9).

Electus Ord. Min. in Conventu Narbonæ pag. 9. (3).

Entius Friderici Imperatoris filius p. 30. (6). Capitur a Bononienſibus *ibid.* Moritur *ibid.*

Epiſcopi conſecratio a quot aliis fieri debeat pag. 47. (2).

Epiſcopi Suffraganei tenentur præſtare juramen-

Digitized by Google

mentum proprio Metropolitano pag. 48.(6).

Evangelium Æternum cujus fuerit opus p. 69. (2). Dicebatur etiam *Evangelium Spiritus Sancti ibidem*. Damnatum, & combuſtum fuit *ibid.* Ab Epiſcopo Pariſienſi mittitur cum notis Innocentio IV., & ab Alexandro IV. examini ſubjcitur pag. 69. & 70. Ejus Schedulæ, vel notæ ſub titulo *Introductorii in Evangelium Æternum ibid.*, & pag. 85. Falſo tribuitur B. Joanni Parmenſi pag. 77. & 78. (2). Falſo pariter Fratribus Prædicatoribus pag. 79. in nota. Nullius Minoritæ opus eſſe demonſtratum eſt pag. 80. in nota. Opus novum exiſtimatum fuit, & quare pag. 85. (12).

Eugenius IV. declaravit, Regulam Clariſſarum in quatuor tantum obligare ſub mortali pag. 7. (2). Inſtituit protectores Sacri Montis Alvernæ pag. 25. (2) & pag. 97. (4). Ejuſdem Montis poſſeſſionem Fratribus Obſervantibus reſtitui mandat pag. 96. (2).

Excommunicator injuſtus damnatur ad intereſſe excommunicato pag. 163. (26).

Eymericus in Directorio omnium primus *Evangelium Æternum* B. Joanni Parmenſi attribuit pag. 80. in nota. Ipſum cum aliis in hoc deceptum eſſe ſolemniter definitum eſt *ibid.*

F

FAgnanus citat. pag. 62. (2) pag. 139. (2).

Farfenſe Monaſterium Ord. S. Benedicti p. 57. (2) & p. 64. (8).

Farinaceus citat. p. 198. (32) & (33).

Farneti FF. Min. Conventus p. 14. (4). Farneti oppidum *ibid.* Farneti Monaſterium Ord. S. Benedicti *ibid.* & ſeqq. & p. 203.

Febonius citat. pag. 58. (1) Corrigitur *ibid.* Citat. p. 107. in nota.

Felinus citat. p. 164. (32).

Feſulani Conventus Fratribus traditur poſſeſſio Sacri Montis Alvernæ p. 96. (2).

Fionia Inſula pag. 188. (1).

Fleury citat. pag. 85. (2).

Florentini Nuntios mittunt Eugenio IV. p. 96. (2).

Florenus moneta p. 110. (2). Primo cuditur a Florentinis pag. 142. (6). Deinde a Joanne XXII. *ibid.*

Foranum Oppidum p. 219. (1). Forani Fratrum Minorum Conventus *ibid.* Partem ſylvæ obtinet a S. Benvenuto Epiſcopo Auximano *ibid.* Incolitur a FF. Minoribus Reformatis *ibid.* (2). Indulgentia Portiunculæ ad ejus Eccleſiam accedentibus conceditur *ibid.* Inſigne privilegium ejus Guardiano *ibid.*

Forcalquerii Comitatus p. 149. (2). Variis nominibus exprimitur *ibid.*

Formula a Clariſſis ſubſcribenda p. 37. (1).

Formula Voti, quod emittebant Oblati ad Monialium curam deſtinati p. 38. (1).

Foſſatenſe Monaſterium Ord. Sancti Benedicti pag. 84. (1).

Franciſca Abbatiſſa Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani de Urbe pag. 135. (3) & pag. 136. (5).

Franciſca Abbatiſſa Monaſterii Narbonenſis pag. 9. (3).

S. Franciſcus Portiunculam ſuis Fratribus in hæreditatem reliquit pag. 2. (3). Ordinem ſuum in ea inſtituit *ibidem*. Plurimum deſideravit ut ibi vitæ perfectio ſervaretur *ibid.* A PP. Benedictinis eam accepit, ut eſſet Ordinis caput *ibid.* Hunc locum amavit præ cæteris mundi locis *ibid.* Ibi incæpit, profecit, & mortuus eſt *ibid.* Cor ſuum ibi deponendum reliquit *ibid.* Regulam tradidit Clariſſis pag. 5. (3). Juvatur in ea ſcribenda a Cardinali Hugolino p. 7. (2). Solas Clariſſas Aſſiſiates retinuit gubernandas p. 14. (3) & pag. 36. (1). Eccleſiam in Monte Alvernæ B. Virgini dedicat. p. 24. (2). Monialium curam a ſuis Fratribus elongari peroptat p. 36. (1). Tuſcanellæ puerum ſanat a nativitate contractum p. 39. (2). Viſitat Eccleſiam S. Silveſtri de Pireto pag. 50. (4). Conventum Cellarum fundavit *ibid.* Ipſe unus Fratres ſuos adſtrinxit ad mendicitatem ſub præcepto p. 76. (3). Chriſtus, & B. Virgo ei apparent in Monte Alvernæ p. 82. Stigmata Chriſti ibi recepit *ibidem*. Revelatio ipſi facta de ſtatu ſui Ordinis *ibidem* (1). Ac de petris in eodem Monte ſciſſis *ibid.* (4). Lateranenſem Eccleſiam ſuſtentare viſus eſt p. 115. (3). Romæ locum obtinet in Xenodochio S. Blaſii p. 121. (5). Res pretioſas in Eccleſiis habuit, & habere permittit p. 138. (6).

Franciſcus Eremita obtinet pro Obſervantibus Sacri Montis Alvernæ poſſeſſionem pag. 96. (2). Romam pro eadem re iterum petit *ibidem*.

Franciſcus de Florentia Eugenio IV. mittitur a Florentinis p. 96. (2).

Freſnius citat. pag. 8. (5) p. 9. (3) p. 28. (5) p. 34. (2) p. 44. (2) p. 49. (5) p. 59. (2) p. 83. (7) p. 142. (6).

Fridericus II. Imperator Eccleſiam divexare incipit pag. 3. (4). Monetur a Gregorio IX. per legatos *ibid.* Imperio privatur p. 16. (13) pag. 30. (6) & p. 147. (19). Quo anno, & loco obierit p. 30. (6). Quot filios poſt ſe reliquit *ibid.* Pacem iniit cum Innocentio IV. p. 31. (9). Viterbium obſedit *ibid.* Pacem fingit cum Pontifice *ibid.* Leges condit contra hæreticos p. 116. (3) p. 117. (1) pag. 147. (20). Novos cudit ſolidos Imperiales p. 144. (11).

Fridericus de Villario pag. 169.

Furem, & furtum receptans eadem pœna ac fur ipſe punitur pag. 198. (33).

G

GAbella quid ſit pag. 83. (8).

Gallia Chriſtiana citat. pag. 9. (2) p. 69. (1) p. 173. (1) p. 190. (3) & (4) p. 194. (7) & (8).

Garampius Joſephus citat. pag. 168. (10).

S. Georgii Eccleſia & Hoſpitale cum Eccleſia S. Damiani a Clariſſis Aſſiſiatibus commutatur p. 135. (1).

Ge-

Digitized by Google

Geraldus de Abbatis-Villa libellum ſcribit contra Fratres Minores p.78. in nota.
Gerardus Dubois citat. p.72. (5).
Gerardus Vicarius Generalis Epiſcopi Tiburtini p.212. (8).
Geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum citat. pag. 161. (1) (4) & (14) pag. 162. (22) p.163. (24) p. 164. (28) (29) (31) & (33) p. 167. (3) (4) & (6) pag. 168. (7) & (8) p. 169. (11) (12) & (1) p. 172. (22) p. 196. (27).
Gillemerus excluditur ab Archiepiſcopatu Remenſi, & quare p.195. (19).
Glaber Rodulphus citat. pag. 107. in nota.
Glandarienſe S. Martini Monaſterium p. 161., & p. 167. (1).
Golgotha p. 82. Eccleſia ibi conſtructa caput eſt Cuſtodiæ Paleſtinæ Fratrum Minorum *ibid.* (3).
Gonzaga Franciſcus citat. p. 217. (1) & p.219. (1).
Gonzalez citat. pag. 142. (6) pag. 164. (29) & (31).
Græci recedunt a fide Catholica p.208. Abſolvuntur ab excommunicatione & irregularitate *ibid.*
Graveſon citat. pag. 69. (2).
Gregorius IX. commendat ſe per litteras orationibus S.Claræ p. 3. (4). Monet per legatos Fridericum Imperatorem *ibid.* Concedens Minoritis Altare Viaticum ſuum jus reſervat Eccleſiis parochialibus p. 4. & 12. Regulam adhuc Cardinalis præſcripſerat Clariſſis p.5. (2) p. 93., & alibi. S. Claræ exhibet poſſeſſiones p.5. (3). S. Franciſco ſcribenti Regulam Clariſſarum nonnulla ſuggerebat pag. 7. (2). Clariſſis Monaſterii S.Angeli de Aſculo primam Regulam tradit obſervandam p.8. (5). Monialibus S. Coſmæ de Urbe confert Eccleſiam S. Cornelii p.10. & 11. Confirmat commutationem iſtius cum Eccleſia S. Criſpoliti p.11. (4) & p.14. (6) & (7). Conſtituit Æconomum Monaſterii S. Coſmæ de Urbe p. 11. (9). Clariſſarum curam Superioribus Ord. Min. committit p.13. (2). Adhuc Cardinalis omnium Clariſſarum curam geſſit, & Ciſtercienſem Monachum in hac re ſuum delegatum conſtituit p.14. (3) & p.19. (3). Pontifex electus curam hanc dimiſit *ibid.* Juvat S. Franciſcum in condenda, & confirmanda Regula Fratrum Minorum p.115. (5).
Gualterius Ord. Min. Pœnitentiarius, & Cappelanus Pontificis p. 180. Eligitur Procurator Epiſcopi zagabrienſis *ibid.* (9).
Guardiani Fratrum Minorum quandoque appellantur Miniſtri pag. 222.
Guidagium quid ſit p.83. (6).
Guido Cardinalis Legatus Pontificis in Dania Regnum interdicto ſupponit p. 184. De eodem p.187. Quo anno interdictum promulgaverit p.188. (6).
Guido de Meloto Antiſſiodorenſis Epiſcopus p.52. Mandatum accipit, ut Fratres Prædicatores Collegio Pariſienſi reſtitui procuret *ibid.*, & p.92. (2).
Guido Ord. Min. Epiſcopus Sanctagathen. pag. 46. (1).
Guillelmus Arnaldi pro fide Catholica trucidatus p.89. (11).
Guillelmus Brabantiæ Comes ad Imperium aſpirat p.201. (41).
Guillelmus de Broa Archiepiſcopus Narbonenſis p. 9. (1) & (2).
Guillelmus de Buſſis Aurelianenſis Epiſcopus pag. 52. Mandatum accipit, ut FF. Prædicatores Collegio Pariſienſi reſtitui procuret *ibid.*, & pag.92. (2).
Guillelmus Epiſcopus Aretinus p.96. (1).
Guillelmus Fliſcus Cardinalis mittitur Legatus in Siciliam p.46. (3) & (4).
Guillelmus Sanctamoranus perſecutionem excitat contra Fratres Prædicatores, & Minores p.52., & p.89. (10). Auctor cenſetur *Introductorii in Evangelium æternum* p. 70. (9) & p. 79. in nota. Hunc libellum cum ſuis vulgavit tamquam opus Fratrum Minorum p. 71. & 72. (3) & (4). De eodem Guillelmo p. 74. Novum libellum dirigit Clementi IV. p.77. (1) & p.88. (10). Licet profugus contra Mendicantes latrare non ceſſat p.78. in nota. Licet abſens ſemper fautores Pariſiis habuit *ibid.* Auctor fuit libelli *de periculis* &c. p.87. (8) & p.99. (6). Hunc libellum Romam defert p.88. (10). Roma diſcedendi facultatem non obtinet, niſi præſtito juramento obediendi Romano Pontifici, quod non ſervat *ibid.* In Galliam revertenti ingreſſus interdicitur *ibid.* Exul, & excommunicatus vitam agit *ibid.*, & pag. ſeq. Dicitur etiam *de Sancta Martha*, & *de Fano Amoris* ibid. Privatur Cappellania Pontificia p. 90.
Guillelmus de Tocco citat. p.55. (7).

H

S. Helenæ Reliquiæ exiſtunt in Eccleſia Aracœli p. 113. Ejus Feſtum in toto Obſervantium Ordine celebratur *ibid.* (4). In tota Cuſtodia Paleſtinæ ſub ritu altiori cum Octava *ibidem.*
Helias Ord. Prædicat. Collegio Pariſienſi reſtitutus fuit p.53., & ſeq., & p.86. & 87.
Henricus de Bolandia p.162. (8). Contendit de Archiepiſcopatu Trevirenſi pag. 167. (3) & p. 193. (1). De eodem p.196. (25).
Henricus de Feſtinga p. 161. Inſectatur Abbates S. Matthiæ, & S. Mariæ ad Martyres *ibid.* & p. 170. Ejus acta contra ipſos nulla declarantur p.162., & 170. Excommunicatus alios excommunicare præſumpſit *ibidem.* Violentias infert Monachis, & Monaſterio S. Matthiæ *ibid.* Ejus cauſa ſub variis Pontificibus agitata, diverſis perſonis demandata fuit p.164. (33) & p.194. (14). Cenſura in ipſum ferenda p. 165. Ejus cauſa diſcutitur a Gregorio X. p. 193. & ſeqq. Ejus delicta ſummarie referuntur *ibid.* Officio, & beneficio privatus fuerat a Clemente IV. p. 197. Delicta ipſi objecta confutantur *ibid.* Tandem abſolvitur, & Eccleſiæ Trevirenſis plenam obtinet adminiſtrationem p.202.
Henricus Spirenſis Epiſcopus pag. 194. (8).
Hen-

Digitized by Google

Henricus VII. Imperator Fratres Minores Alvernæ incolas ſub ſua recipit protectione p. 26. (1).
Henricus VIII. Daniæ Rex pag. 184. (4) & (5). Inſectatur Eccleſiaſticos Regni ſui *ibid.* Nec Pontifici, nec ejus Legato obtemperat *ibid.* Cenſuris ligatur una cum Matre *ibid.* De eodem pag. 187. Mala ab ipſo perpetrata pag. 189. (4).
Henricus Thuringiæ Lantgravius ad Imperium aſpirat pag. 201. (41).
Hæretici *Conſolati* cur ita dicti ſint pag. 116. Hæreticorum filii exhæredantur *ibid.* Quinam teſtes in eorum cauſa excludi, vel admitti debeant *ibid.* Statuta Alexandri IV. contra eos pag. 142., & ſeqq. Variæ eorum ſectæ pag. 152. (1). Eorum plurimi erant Romæ pag. 206. Viterbii quoque, & Soriani *ibid.* (2). Signa, quæ ipſis ad fidem converſis imponebantur *ibid.* (4). Bona eorum publicari debent pag. 207. (5). Domus eorum diruendæ ſunt *ibid.* (6).
Hermannus Cornerus pag. 70. (9).
Hiberniæ Fratrum Minorum Provincia, ejuſque Cuſtodiæ pag. 140. (4).
Hiſpellenſe Monaſterium S. Mariæ Vallisgloriæ pag. 49. (4).
Hiſtoria Gentis Danorum ab Henrico Rege conſcripta citat. pag. 184. (4) & (5) & pag. 189. (4).
Hiſtoria Militaris Ordinis Joannitarum citat. pag. 223. (2).
Homines ratione originis ſunt omnes æquales pag. 179.
Honorius III. omnium primus concedit Minoritis facultatem celebrandi in Altari Viatico pag. 4. (4). Hoc privilegium abſolutum ſe conceſſiſſe declaravit pag. 12. (5). Confirmat conſtitutionem de duabus dietis pag. 35. (3).
Hoſpitalarii Equites S. Sepulchri ad Acconem Urbem confugiunt pag. 223. (2). Quo tempore habuerunt hujus Urbis dominium *ibid.*
Hoſtienſis citat. pag. 164. (29).
Hugo de Bampton Miniſter Provincialis Angliæ pag. 141. (4).
Hugo de Sancto Caro perpendit *Introductorium in Evangelium Æternum* pag. 70. & 71. Libellum quoque *de periculis* &c. pag. 88. (10) & pag. (99).
Hugo Dinienſis citat. pag. 222. (1).
Humelia Abbatiſſa Monaſterii S. Angeli de Aſculo votum ſuſcipit Nicolai Deuceſalvi pag. 38. (1).
Humilia Abbatiſſa Monaſterii S. Coſmæ de Urbe pag. 203. (1).

I

JAcoba Abbatiſſa Monaſterii S. Coſmæ de Urbe pag. 14. (1).
Jacoba de Septemſoliis Xenodochium S. Blaſii erigit in Conventum pag. 218. (1).
Jacobus Lundenſis Archiepiſcopus celebrat concilium Weilacenſe pag. 184. (1) & pag. 189. (4). In carcerem conjcitur, & quare *ibid.* (4) & pag. 189. (4).
Jacobus Oblatus Monaſterii S. Mariæ Dominarum de Aſculo pag. 38. (1).
Jacobus Oddi citat. pag. 2. (3).
Jacobus Ordin. Minor. Oeconomus Monaſterii S. Coſmæ de Urbe pag. 11. (9).
Jacobus de Pigno Miniſter Provinciæ Romanæ pag. 117. (2).
Jacobus Vicarius Fratrum Minorum de Obſervantia pag. 213. (16).
Januenſes triremes mittunt pro Innocentii IV. ſecuritate pag. 32. (9).
Jeroſolyma a Seracenis capta pag. 223. (2). Olim Provinciæ, nunc Cuſtodiæ Fratrum Minorum caput eſt pag. 224. (4).
Infideles e Chriſtianorum Scholis excludi non debent pag. 89. (21).
Innocentius IV. Regulam præſcripſerat Clariſſis pag. 5. (2). Viſitat S. Claram infirmam, & multa ei concedit *ibid.* (3). Scribit Sorori Agneti in Monaſterio Pragenſi commoranti pag. 6. (3). Clariſſas S. Angeli de Aſculo diſpenſat a lectus aſperitate pag. 8. (5). Duos Sacerdotes, totidemque Diaconos conſtituit in Eccleſia Anagnina pag. 12. (1). Clariſſarum curam Superioribus Ord. Minorum committit pag. 13. (2). In Galliam aufugit pag. 16. (13) & pag. 31. (9). Clariſſis poſſeſſiones concedit pag. 22. (2). E Gallia Peruſium ſe confert pag. 29. (6). Peruſii tractatum habet cum Nuntiis Conradi *ibid.* In ipſum Conradum fert ſententiam excommunicationis *ibid.* Se defendit a calumniis *ibid.* Indicit Generale Concilium Lugdunenſe pag. 30. (6). Fridericum Imperatorem deponit *ibid.* Pacem inierat cum eodem Friderico pag. 31. (9). Se confert ad Civitatem Caſtellanam *ibid.* F. Bojolum Ord. Minorum Januam mittit *ibidem*. E Civitate Caſtellana pergit Sutrium, hinc ad Centumcellas, deinde Januam, & in Galliam *ibid.* Petit Capuam pag. 47. (6). Fratres Prædicatores, & Minores Collegio Pariſienſi reſtitui curavit pag. 52. (4) & pag. 54. 55. 87., & 90. (16). Tenor Conſtitutionum ejus contra hæreticos pag. 111. Dubia ſuper Regula Fratrum Minorum explanavit pag. 115. (6). Facultatem tribuit Generali, & Provincialibus Fratrum Minorum inſtituendi Inquiſitores ex eodem Ordine pag. 117. Concedit ſericorum uſum in Eccleſia Fratribus Conventus Aſſiſienſis pag. 138. (7). Mandavit obſervari leges latas contra hæreticos a Friderico Imperatore pag. 154. (14).
Innocentius X. bello Caſtrum acquirit pag. 157. (12). Ipſum deſtruit, & quare *ibid.* Ejus Cathedram Epiſcopalem transfert Aquipendium *ibidem*.
Inobedientia deteſtabilis in cunctis, deteſtabilior in Regularibus pag. 187.
Interamnenſe Monaſterium S. Pauli de Galletto pag. 37. (1).
Introductorius in Evangelium Æternum pag. 69. & ſeqq. Juſſu Alexandri IV. examini ſubiicitur, & ab eodem damnatur *ibid.* Opus fuit alicujus Guillelmitarum *ibid.* (9). Pariſiis cum ſuis additionibus, vel Schedulis combuſ-

Digitized by Google

buſtus fuit pag.70. (10) & pag. 84. (5). De eodem libello Judicium *ibid.* In ipſo annunciabatur depreſſio Cleri ſæcularis pag. 86. (7). Mendicantibus a Guillelmitis tribuitur *ibidem*.

Intruſi in dignitatem Eccleſiaſticam, ſi Clerici ſint, ab eadem ejecti ultimo loco ſedere debent in Choro pag. 164. Sunt etiam inelegibiles *ibid.* Si intrudantur in Epiſcopatum, vel Abbatiam nec pro Epiſcopis, nec pro Abbatibus habendi ſunt pag. 165.

Joachim Abbas pag 69. & 71. Varia ejus fama *ibid.* Multa ſcripſit Opuſcula *ibid.* Horum nonnulla damnantur, ſalva auctoris fama *ibid.* Varias mundi ætates deſcripſit *ibidem*. In aliquibus plures habuit ſectatores pios, & doctos *ibid.* Ab aliis ejus dicta male interpretantur *ibid.*

Joanna de Sancta Flora ædificari fecit Eccleſiam Montis Alvernæ pag. 24. (2).

Joannes Abbas Foſſatenſis pag. 84.

Joannes Abbas Glandarienſis p. 161. 164. (29) 171. & ſeq.

SS. Joannes Baptiſta, & Evangeliſta apparuerunt S. Franciſco in Monte Alvernæ pag.25. (2) & pag. 82. (1). Eorum ibidem quotidie fit commemoratio *ibid.*

Joannes Cajetanus Urſini S.R.E.Cardinalis Minorum, & Clariſſarum Protector pag. 5.(2). Agit cum Pontifice, ut Clariſſæ uno vocentur nomine, & unam Regulam profiteantur *ibid.* Earum Regulam temperavit, & ad Monaſteria omnia tranſmiſit *ibid.*, & pag.8. (5). Rogat S. Bonaventuram, ut curam aſſumat earumdem pag. 36. (1). *Introductorium in Evangelium Æternum* perpendit p. 70. (8). Necnon libellum *de periculis* &c. pag. 88. (10) & pag. 99.

Jonnnes Cantor Eccleſiæ Trevirenſis pag. 161. 164. (29) pag. 171, & ſeq.

Joannes de Columna Urbis Senator p. 206. (1).

Joannes Miniſter Fratrum Minorum Provinciæ Romanæ pag. 39. (2).

Joannes de Monte Corvino Nuntius Regis Armeniæ ad Pontificem pag. 214. (1). Iterum a Pontifice mittitur in Armeniam *ibid.*

Joannes Papa XIX. cultor fuit Montis Carſolii pag. 107. in nota. Nullis Ordinibus initiatus Pontifex eligitur *ibid.*

B. Joannes a Parma ſuccedit in Generalatu Creſcentio Æſino pag. 19. (2). Litteras accipit ab Innocentio IV. pro Fratribus in Principum, & Prælatorum domibus commorantibus ad Superiorum obedientiam compellendis pag. 22. (2). Obiit, & ſepultus fuit Camerini in Eccleſia S. Franciſci, & in ea requievit ſemper pag. 44. (3). Acta ejus Canonizationis citantur pag. 70. (8). Vindicatur a calumnia etiam ab Oudino pag. 77., & 78. (2). Ejus zelus pro religione laudatur ab Accademicis Pariſienſibus pag. 78. in nota. Quo anno alloquutionem habuerit in Univerſitate Pariſienſi *ibid.* Pacem iniit cum Accademicis, ſed admodum temporaneam *ibid.* Veterum nullus *Evangelium Æternum* ipſi attribuit *ibid.* Nunquam Pariſiis Sententias legit, ſed tantum Scripturam pag. 79. in nota. Miniſter Generalis electus varias peragravit Ordinis Provincias *ibid.* Ab Innocentio, & Nicolaò IV. mittitur in Græciam *ibid.* Generalatu ſe ſponte abdicavit *ibid.*, & pag. ſeq. In Conventu Græcii moram fixit *ibid.* Taraſcone in Gallia Reliquias S. Marthæ veneratus eſt *ibid.* Bene ſemper audivit apud Romanos Pontifices *ibid.* Ejus intuitu Aracoelitanum Cœnobium Minoritis conceditur *ibid.* Proceſſus contra ipſum conficitur pag. 80. in nota. In multis accuſatur a Fratribus laxioris vitæ *ibid.* Non vero quod auctor fuerit *Evangelii Æterni ibid.* Qui omnium primus hunc libellum ipſi tribuerit *ibid.* A calumnia vindicatus fuit, ejuſque cultus approbatus *ibid.* Hinc ejus Feſtum, & Officium permiſſum *ibid.* Decreta de hac re *ibid.*, & pag. ſeq. Licentiam dederat S.Bonaventuræ legendi in Univerſitate Pariſienſi pag. 93. (5). Generalatu ſe ſponte abdicans ſucceſſorem ſuum nominat eumdem S. Bonaventuram *ibid.*, & pag. 114. (1).

Joannes de Prima auctor cenſetur additionum ad *Evangelium Æternum* pag. 70. (9) & pag. 78. in nota.

Joannes de Sancto Germano pag. 15. & ſeqq.

Joannes de Secta-Villa Mendicantium perſecutor pag. 52. (5) & pag. 74. (2). Romam defert libellum *de periculis &c.* pag.88. (10).

Joannes de Toleto Cardinalis Præneſtinus perpendit *Introductorium in Evangelium Æternum* p. 70. Libellum quoque *de periculis &c.* pag. 88. (10) & p. 99.

Joannes Vercellenſis ad examen revocat novum libellum a Guillelmo de Sancto-Amore conſarcinatum pag. 77. (1). De eodem p. 183.

Jordanus Cardinalis Urſinus Montem Alvernæ Fratribus Obſervantibus de mandato Pontificis reſtituendum curat pag. 96. (2).

Irenæus de Buſſeto multa falſa ſcribit de B. Joanne Parmenſi pag. 78. & 79. in nota. Taraſconem in Provincia cum Tarracona in Catalaunia confundit *ibid.*

Irregularitas quibus in caſibus contrahatur pag. 193. (6) & pag. 209. (4) & (5).

B. Iſabella obtinet confirmationem Regulæ pro Monaſterio Humilitatis pag. 122., & ſeqq. Hæc Regula eadem eſt ac illa aliarum Clariſſarum pag. 123. (8). A ſex Ordinis Doctoribus compacta fuit *ibid.* Ab Urbano IV. poſtea modificata pag. 131. (19). Monaſterium ædificavit, in quo deceſſit *ibid.* Fuit proinde Clariſſa *ibid.*

Judæi a Chriſtianorum Scholis non excluduntur pag. 89. Excluduntur tamen a laurea doctorali *ibid.* (13).

Judex exire nequit fines loci, in quo deputatus eſt, ſecus proceſſus annullatur in favorem partis pag. 35. (2).

Ivo Carnotenſis citat. pag. 195. (21).

K

Krantzius Hamburgenſis citat. pag. 185. (4). Falſo ſcribit, Guidonem Legatum e Da-

e Dania receſſiſſe rebus illius Regni compoſitis *ibid.* (5).

L

Labbeus citat. pag. 204. (1).

Lateranenſe Concilium IV. Generale indulgentias concedit pro Terræ Sanctæ recuperatione pag. 33. (1). Antonomaſtice in variis Romanorum Pontificum diplomatibus dicitur Concilium Generale pag. 35. (3).

Laurentius Ord. Minorum pag. 28. Legatus fuit Innocentii IV. *ibid.* (3) pag. 29. (6) pag. 33. (16). Ab eodem Innocentio mittitur ad Urbem pag. 33. Fit Archiepiſcopus Antibarenſis *ibid.* Ejus miſſio ad Urbem hactenus noſtratibus ignota fuit *ibid.* (14).

Laurentius Viſitator Clariſſarum in Tuſcia formam accipit a S. Bonaventura a Monialibus ſubſcribendam pag. 37. (1).

Leonardus Utinenſis citat. pag. 2. (3).

Libellus *de periculis noviſſimorum temporum* confutatus fuit a SS. Bonaventura, & Thoma pag. 53. (5). Quo anno prodierit pag. 78. in nota. Opus fuit Guillelmi de Sancto. Amore pag. 87. (8). A S. Ludovico Galliarum Rege mittitur Alexandro IV. *ibid.* Romam defertur ab eodem Guillelmo, & ab aliis tribus pag. 88. (10). Ab Alexandro IV. ejus examen quatuor Cardinalibus committitur, & damnatur *ibid.*, & p. 100. De ejus damnatione admonet Pontifex Galliarum Regem, Accademicos Pariſienſes, & alios *ibid.* De eodem Libello judicium pag. 99. Ejuſdem initium, & titulus *ibid.*, & pag. 109. (5). Pœnæ contra ipſum retinentes, & legentes pag. 100. Combuſtus fuit Anagniæ *ib.* (12) & pag. 109. (4). Præcipitur ut a detentoribus comburatur *ib.* (8).

Libra moneta pag. 143. (10.) & pag. 145., & ſeq.

Longicampi Clariſſarum Monaſterium ædificatur pag. 131. (19).

Lucas Epiſcopus Treventinus, quamvis innocens, abſolutionem petit pag. 48. (5).

Ludovicus de Garſiis, ejuſque litteræ citat. pag. 97. (4).

S. Ludovicus IX. Galliarum Rex Fratres Prædicatores, & Minores Collegio Pariſienſi reſtitui curat pag. 52. (5). Utriuſque Ordinis Fratrum amantiſſimus, eorum patrocinium ſuſcipit pag. 77. Guillelmum a Sancto-Amore e Gallia expellit *ibid.* (1) pag. 89. (10) & pag. 91. (18). Libellum *de periculis &c.* mittit Alexandro IV. pag. 87. (8) & p. 99. (7). A Bonifacio VIII. Sanctorum faſtis adſcriptus fuit pag. 122. (2). Obtinet modificationem Regulæ Clariſſarum pro Monaſterio Humilitatis pag. 131. (19).

M

Mabillonius a Waddingo non accepit, Monaſterium S. Coſmæ de Urbe tranſiiſſe ad Clariſſas anno 1234. pag. 11. (9). Citat. p. 49. (3) pag. 64. (8) pag. 84. (1) pag. 167. (1) pag. 196. (26) & pag. 220. (2).

Machiloni territorium pag. 157. Oppidum hujus nominis dirutum fuit *ibid.* (17). Hanc deſtructionem a S. P. Franciſco prædictam fuiſſe ferunt *ibid.* Excitatum fuit ſub alio nomine *ibid.*

Manfredus Friderici Imperatoris filius pag. 30. (6). Invadit Siciliam pag. 46. (3).

Manſius corrigit Raynaldum pag. 29. (6). Errat circa annum celebrationis Concilii primi Lugdunenſis pag. 30. (6). Falſo ſcribit, Civitatem Caſtellanam eſſe Tifernum in Umbria pag. 32. (9). Citat. pag. 184. (1) & pag. 189. (4).

Manſuetus Ord. Minorum pag. 123. (8) & pag. 131. (19).

Marcellinus Epiſcopus Aretinus pag. 96. (1).

Marcha argenti diverſi erat valoris pag. 142. (6). Marcha Curiæ Romanæ *ibid.* Marcha Sterlingorum pag. 168. (10) & pag. 196. (24).

Marcus Cardinalis pag. 95. (1).

Marcus Cato citat. pag. 83. (5).

Margarita Abbatiſſa Monaſterii S. Coſmæ de Urbe pag. 120. (1) & pag. 135. (3).

Maria Virgo utroque comitata Joanne apparuit S. Franciſco in Monte Alvernæ pag. 24. & 25. (2). Formam Eccleſiæ ibi conſtruendam deſignat *ibid.*

S. Mariæ ad Martyres Monaſterium Ord. Sancti Benedicti pag. 161. & ſeqq., & pag. 168.

Marinus de Ebulo quis fuerit pag. 1. (1). Quo anno obierit pag. 114. (2).

Maritima Cuſtodia Provinciæ Romanæ Fratrum Minorum pag. 156. (5). Quot Conventus habuerit *ibid.*

Marſicana Cuſtodia Provinciæ S. Bernardini Fratrum Minorum pag. 157. (18).

Marſorum regio pag. 50. (2) pag. 61. (1) & pag. 157. (18) Provincia Valeria dicta fuit *ib.*

Martene Edmundus citat. pag. 85. (2) pag. 165. (37) pag. 167. (3) (4) & (6) pag. 169. (11) pag. 172. (22) pag. 183. (2) pag. 195. (18)

S. Marthæ Reliquiæ Taraſcone in Gallia, non Tarraconæ in Hiſpania requieſcunt pag. 79. in nota.

Marucius, vel Moricus, Epiſcopus Sutrinus pag. 135., & ſeq. Collectas exigit a Monialibus S. Coſmæ de Urbe *ibid.* Monetur a Pontifice, ut deſiſtat *ibid.* Ejus inobedientia pag. 136.

Matelicæ S. Mariæ Magdalenæ Monaſterium, cum B. Matthia de Nazaræis in eo floruit, a Monialibus Clariſſis habitabatur pag. 61. (2). Quando fuit reformatum pag. 62. (2).

Matthæus Abbas Farfenſis donat Clariſſis Eccleſiam S. Silveſtri de Pireto pag. 55. (1) & pag. 64. 65. & 66.

Matthæus de Baſcio Capuccinorum Auctor diu habitavit in Conventu Montis Florentini pag. 20. (1).

Matthæus Lucenſis Guardianus Conventus Sacri Montis Alvernæ p. 24. (2).

Matthæus Pariſius *Evangelium Æternum* injuria FF. Prædicatoribus attribuit p. 79. in nota. Citat. p. 88. (10).

Matthæus Portuenſis Epiſcopus p. 95. (1).

B. Matthia de Nazaræis fuit Clariſſa p. 61. (2). Quo

Quo anno obierit *ibid.* & pag. ſequenti (2).
S. Matthias Apoſtolus totius Alemaniæ Patronus p. 196. (26).
S. Matthiæ Trevirenſe Monaſterium Ord. S. Benedicti p. 161. & ſeqq., pag. 168. & ſeqq. Olim S. Eucherii appellabatur p. 196. (26). In eo requieſcit Corpus S. Matthiæ Apoſtoli *ibid.*
Metenſis Civitas, & Diœceſis p. 161.
Metropolitani jura ſuper Epiſcopos Suffraganeos electos p. 47. (4) & p. 195. (20). Quas pœnas incurrant approbantes Epiſcopum indignum *ibidem*, & p. 200.
Michael Palæologus jurat ſe unionem ſervaturum cum Eccleſia Latina p. 208. (3). Juramentum non ſervat, & excommunicatur *ibid.*
Minores Fratres facultatem obtinent celebrandi in Altari Viatico p. 3. & 4. Hujuſmodi facultas ipſis a nonnullis Prælatis impeditur p. 12. Deputari non poſſunt ad Monialium curam, niſi plena mentio de ipſis fiat in litteris Apoſtolicis p. 13. (2). Eorum domicilia ſub protectione S. A. conſiſtunt p. 26. (1). Ad Clariſſarum regimen non tenentur ex debito p. 36. (1). Earum curam dimittunt, & iterum aſſumunt *ibid.* Cumanos ad fidem convertunt p. 42. (3). Inquiſitionis munus exercent in Provincia, & Delphinatu p. 44. & p. 87. (6). Romæ, in tota Romana Provincia, & in aliis Italiæ locis pag. 45. (3) p. 115., & ſeq. & p. 156., & ſeq. Necnon in tota ditione Caroli Andegavenſis, & in locis finitimis p. 149. Ac etiam in Burgundia p. 190. Oppreſſi ab Accademicis Pariſienſibus Pontificem appellant p. 54. (5) & p. 87. (6). Ex Regulæ præcepto tenentur ad mendicitatem p. 74. & 75. (4). Eorum Regula, & profeſſio a Guillelmitis impetitur, & a Pontifice vindicatur p. 78. in nota. Eorum aliqui Avinioneti Martyrio coronantur p. 89. (11) & p. 149. (3). Regimen Paræciarum habere non poſſunt, & quare p. 112. (1). Sunt Cuſtodes Sepulchri D. N. Jeſu Chriſti p. 113. (4). Variis gravaminibus opprimuntur pag. 114. Decimæ ab ipſis exiguntur de domibus, & hortis p. 115. In menſa humili ſuppellectili uti debent p. 138. (6). In Eccleſiis tamen paramentis pretioſis uti poſſunt *ib.* Id aliquando eis prohibitum fuit *ib.*(6) & (7). Quo anno ingreſſi ſint in Scotiam, quove in Hiberniam p. 140. (4). Ad perhibendum teſtimonium compelli non poſſunt p. 174. (8). Ad Ciſtercienſes, & Prædicatores tranſire nequeunt p. 183. (2). Laudantur a virtute obedientiæ p. 184. Humilitatem oſtendunt in habitu *ib.* Vilibus veſtimentis indui debent *ib.* (2). Vexantur in Dania, & quare p. 185. Crucem ibi prædicant *ibid.* Ex ſpeciali Regulæ præcepto Romano Pontifici obedire tenentur p. 186. (9), & p. 187. Multos in Tartaria ad fidem convertunt p. 210. (2). Poſſeſſiones eis habere non licet p. 212. (6). Per Armeniam Catholicam fidem diſſeminant p. 214. (1).
Minorum Ordo inchoatus fuit in Eccleſia Portiunculæ p. 2. (3). A pluribus Romanis Pontificibus approbatus fuit p. 115.
Monaſterienſis Epiſcopus in Weſtphalia p. 223. (3).
Montanus de Cluſa pro fide Catholica trucidatus fuit p. 89. (11).
Monticelli Clariſſarum Monaſterium prope Florentiam ſubſcribit formulæ a S. Bonaventura traditæ p. 37. (1).
Montis Florentini Conventus p. 20. Septimus erat Cuſtodiæ Feretranæ *ibid.* (1). Quando ædificatus fuit *ibidem*. In eo diu habitavit F. Matthæus de Baſcio *ibid.*
Montis Herilis Monaſterium Ord. S. Benedicti pag. 220. (2).
Montis Jovis, vulgo *della Scarzola*, Fratrum Minorum Conventus pag. 217. A quibus fuerit ædificatus *ibid.* S. P. Franciſcus ipſum obtinuit, & incoluit *ibid.* B. Paulus de Fulgineo eumdem inſtauravit *ibid.* In eo requieſcit F. Senſus *ibid.*
Muratorius citat. pag. 29. (6) & pag. 34. (2).

N

Narbonenſe Clariſſarum Monaſterium p. 9. (2) & (3).
Narbonenſis Fratrum Minorum Conventus, & Cuſtodia pag. 9. (2). Generale Capitulum in eodem Conventu celebratur *ibid.*
Navarræ Regnum pag. 166. (3).
Neapoleo Diaconus Cardinalis S. Adriani ſcribit Epiſcopo Aſculano pro Monialibus S. Angeli ejuſdem Civitatis pag. 94. (4). De eodem pag. 95. (1).
Neapoleo Urſinus Urbis Senator pag. 32.
Neapolis Fratribus permittitur Sericorum uſus in Eccleſia pag. 138. (7).
Nepeſina Eccleſia unitur Sutrinæ pag. 135. (2) & pag. 156. (9).
Nicolaus Anglus Epiſcopus Aſſiſienſis recipit Monaſterium S. Criſpoliti pro ſuis Fratribus Minoribus pag. 17. (14).
Nicolaus de Barro Mendicantium perſecutor pag. 52. (5) & pag. 74. (2). Romam defert libellum *de periculis &c.* pag. 88. (10). Pontifici obtemperat *ib.*
Nicolaus de Curbio Ord. Minorum citat. pag. 10. (1) pag. 28. (2) pag. 29. (6) pag. 30. (4) (5) & (6) pag. 31. (9) pag. 46. (3) & (4) pag. 47. (5) pag. 73. (3). Sibi conſtare non videtur dum annos aſſignat, quos vixit Fridericus II. Imperator poſt depoſitionem pag. 30. (6). Cappellanus, & Pœnitentiarius Innocentii IV. ipſum ſequitur aufugientem pag. 31. (9). Fuit Epiſcopus Aſſiſienſis *ib.*
Nicolaus Deuceſalvi Oblatus Monaſterii S. Angeli de Aſculo pag. 38. (1).
Nicolaus de Morrone Epiſcopus Sanctagathen. pag. 47. (5).
Nicolaus IV. lætatur de Tartarorum converſione pag. 210. Fidei formam eiſdem tradit pag. 211. Ac etiam duobus Epiſcopis Orientalibus *ib.* (3). Litteras mittit in Orientem *ib.* (3) & (4). Alias ad Regem Armeniæ, & alios, necnon ad Imperatorem Aethiopiæ pag. 214. (1) & (2).

Obla-

Digitized by Google

O

Oblati Clariſſarum ſervituti addicti pag. 36. & 37. (1). Votum emittebant Monialibus inſerviendi pag. 38. (1). Non erant Laici ſolemni Fratrum Minorum Regulæ profeſſione legati *ib.* Ad aliam religionem tranſire poterant *ib.* Variis exemptionibus ditantur pag. 49. In Ordine noſtro Tertiarii communiter vocantur *ib.* (3).
Octavianus Ubaldinus Cardinalis Judex deputatus in cauſa Philippi Epiſcopi Metenſis pag. 195. (18).
Octavius Turchi confutatur pag. *61. 62.* & *63.* (2).
Odo de Caſtro Rodulphi Cardinalis Crucem prædicat pag. 34. (1). Examen *Introductorii in Evangelium Æternum* ipſi demandatur p. 70. & 71. Libelli quoque *de periculis &c.* p. 88. (10) & pag. 99.
Odo de Duaco Mendicantium inſectator pag. 52. (5) & pag. 74. (2). Romam defert libellum *de periculis &c.*, & a Cardinalibus auditur pag. 88. (10). Ab his devictus Pontificis imperata facere juramento promittit *ibid.*
Odo Rigaldi, ſive Reginaldus Rigault, Archiepiſcopus Rothomagenſis pag. 97. (2). Omnium primus ex Ordine noſtro Cardinalis creatus fuit *ibid.* Quo anno obierit *ib.* Ad Sepulchrum ejus inſcriptio *ibid.*
Offidæ Oppidum pag. 34. (1). In eo natus eſt B. Conradus *ibid.* Olim erat Firmanæ Diœceſis pag. 35. (2).
Oldoinus citat. pag. 113. (1).
Orlandus Catanii Alvernæ Montem S. Franciſco dono dat pag. 24. (1). Eccleſiam in eo ædificat *ibid.*
Ortana Eccleſia unitur Caſtellanæ pag. 156. (10).
Oſtienſis Eccleſia jungitur Veliternæ pag. 156. (6).
Othacherus V. Primislaus.
Otho Imperator Boſonem Regno depoſuit pag. 149. (4).
Othonienſe Clariſſarum Monaſterium pag. 188. (2).
Othonienſis Civitas, & Diœceſis pag. 188. Othonienſis Fratrum Minorum Conventus, & Cuſtodia *ibid.* (2).
Oudinus Caſimirus mendacem evincit Boulæum pag. 77. & 78. (2). Approbat damnationem Guillelmi de Sancto-Amore, ejuſque libelli pag. 100. (12).

P

Pagi Antonius citat pag. 71. (2).
Pagi Franciſcus citat. 107. in nota.
Pallium intra tres menſes peti debet pag. 193. (4). Sine pallio nequit Epiſcopus exercere actus juriſdictionis majoris, & quare *ibid.*
Pandulphus Epiſcopus Anagninus p. 12. (1).
Pandulphus de Sabellis Urbis Senator pag. 206. (1).
Panormitanus citat. p. 89. (13).
Pariſienſes Accademici Mendicantes ab Univerſitate excludunt p. 52. Contra eoſdem nova Statuta conficiunt *ibid.* Acrius eos perſequuntur *ibid.* (5) & alibi. Libellos contra ipſos conſcribunt *ibid.* p. 55. (6) & (7) & alibi. Pontificis ordinationibus reſiſtunt p. 53. (8) & p. 87. Denegant S. Thomæ regimen legendi Sententias *ibid.* & p. 90. Eorum Statuta partim annullantur, partim moderantur *ibidem*, & p. 86. (2). Controverſiam agunt contra Fratres Prædicatores, & Minores p. 55. (7). Alia multa contra eoſdem moliuntur p. 76. & 78. in nota, & alibi. Nonnulli eorum ſectarii ab excommunicatione abſolvuntur *ibid.* Etiam tempore Nicolai III. eorum aliqui Minoritis infeſti erant *ibid.* Ab Univerſitate recedunt p. 87. Varias moleſtias FF. Prædicatoribus inferunt *ibidem*. Libellos contra eoſdem diſſeminant *ibid.* (8). Prælatis, & Romano Pontifici eos dirigunt p. 88. Impediunt Scholares ne ad audiendos Fratres Prædicatores accedant p. 90. Beneficiis, & Magiſterio privantur *ibid.* Cathedram aſcendere volentes e Gallia expelluntur *ibid.* Eorum juramenta nulla declarantur pag. 91. Sententiæ in eos latæ confirmantur *ibid.* Inobedientes anathemate feriri, & eorum beneficia aliis conferri debent *ibid.* In ſua contumacia perſiſtunt p. 92. Abſolvuntur a cenſuris poſt juramentum præſtitum ſervandi ordinationes Pontificis *ibid.* (4) & p. 109. Irritantur eorum Statuta p. 93.
Parochi Miſſam pro populo applicare tenentur p. 195. (21).
S. Pauli Monaſterium Ord. S. Benedicti incolitur a S. Clara p. 5. (2).
S. Paulus in ſuis Epiſtolis inter Epiſcopi dotes non recenſet ſanguinis nobilitatem p. 180. (2).
Paulus Canonicus Tiburtinus pag. 212. (8).
Paulus celebris Iuriſconſultus pag. 199.
Paulus Ordin. Minorum Belæ Regis Ungariæ Confeſſarius, & Nuntius pag. 180. (10) & pag. 181. (3).
Paulus Ord. Minorum Oeconomus Monaſterii S. Coſmæ de Urbe pag. 11. (9).
Pedagium quid ſit, & unde dictum pag. 83. (7). Ipſum novum imponentes incurrunt excommunicationem pag. 193. (5).
Peruſini ceſſant ab uſuris pag. 174. Speciali devotione Apoſtolorum Principi addicti dicuntur *ibid.* Reverenter recipiunt F. Velaſcum pag. 175. Gravi exortatione excitantur a Pontifice *ibid.* & pag. ſeq. Eorum Advocati, & Notarii promittunt ſe contractum ſuper uſuris nunquam confecturos pag. 175. & 177.
Petiliani Fratrum Minorum Conventus olim ſpectans ad Romanam Provinciam ad illam Tuſciæ devolvitur pag. 157. (14).
Petræ Rubbiæ Moniales Ord. S. Benedicti pag. 20. (1).
B. Petri de Molleano Corpus transfertur ad Eccleſiam S. Franciſci de Camerino, ubi requieſcit pag. 44. (3),
Petrus Ancharanus citat. pag. 164. (32).
Petrus Aragonius Siciliam invadit pag. 215. (1).

Par-

Digitized by Google

Particeps fuit immanitatis a Siculis in Gallos exercitæ *ibid.* Excommunicatur *ibid.* Pugnantibus contra ipſum indulgentiæ conceduntur *ibid.*
Petrus Arnaldi pro fide Catholica occiſus fuit pag. 89. (11).
Petrus Capizucchi Urbis Senator pag. 28. (4) & pag. 29. (1).
Petrus Eremita incoluit Montem Carſolium pag. 107. in nota.
Petrus Guardianus Conventus Tuſcanenſis pag. 39. (2).
Petrus Philargus Ord. Minorum eligitur Summus Pontifex pag. 208. (1).
Petrus Lamballe Turonenſis Archiepiſcopus pag. 97.
Petrus de Monteolmone Ord. Min., Camerini ſepultus, multos infirmos ſanavit p. 44. (3).
Petrus Rodulphus citat. pag. 2. (3).
Petrus Sanctagathenſis Epiſcopus Ord. Minorum pag. 46. Altum de eo ſilentium apud noſtrates *ibid.* (1). Incerta ejus patria *ibid.* Conſecratur Epiſcopus pag. 47.
Petrus Tarantaſienſis ubi natus, & cur Burgundus dictus ſit pag. 190. (4).
Petrus de Vineis citat. pag. 207. (6).
Philippus Decius citat. pag. 35. (2) p. 89. (13).
Philippus Fontana Archiepiſcopus Ravennæ pag. 111.
Philippus Metenſis Epiſcopus pag. 195. Contendit de Epiſcopatu *ibid.* (18). Erat irregularis *ibid.*
Philippus Ord. Minorum, filius Stephani Peruſini Cardinalis pag. 10. (1) & pag. 132. (7).
Philippus Peruſinus Ord. Minorum Legatus in Græcia pag. 208. (2).
Philippus Sabaudiæ Archiepiſcopus Lugdunenſis pag. 190. Conſecrationis munus nunquam ſuſcepit *ibid.* (3). Archiepiſcopatum dimiſit, & uxorem duxit *ibid.*
Philippus Strigonienſis Epiſcopus pag. 182. (15).
Philippus Viterbien. & Tuſcanen. Epiſcopus donat Minoritis Eccleſiam S. Jacobi pag. 39. (2). Poſſeſſiones, & Parochiam ſibi, & ſucceſſoribus reſervat *ibid.*
Pireti Oppidum pag. 50. (1) pag. 61. & pag. 106. (1).
Pireti S. Silveſtri Clariſſarum Monaſterium pag. 50. & ſeq. pag. 55. & ſeqq. pag. 61. & ſeqq. pag. 106. & ſeqq. Ejus Eccleſia conſecratur pag. 50. (4) pag. 64. & pag. 65. (10). Extabat jam quinto Eccleſiæ ſæculo *ibid.* Monachis Benedictinis collata fuit *ibid.* Revertitur ad jus, & proprietatem Monaſterii Farfenſis pag. 56. in nota, & pag. 65. (14). Confertur Minoritis pag. 57. (2) & pag. 107. in nota. Ejus Moniales ampliſſimis ditantur privilegiis 63.
Pius II. Monaſterium S. Angeli de Aſculo transferri mandat a Clariſſis ad Monachos Olivetanos pag. 4. (1) & pag. 101. (1). Tibure apud Fratres Minores commoratur pag. 213. (16). Conventuales ejcit è Conventu ejuſdem Civitatis, eumdemque confert Obſervantibus *ibid.*
Pilnius citat. pag. 83. (5).
Polychronicon Jordanis citat. pag. 9. (2) pag. 12. (3) pag. 20. (1) pag. 24. (1) pag. 41. (1) pag. 44. (3) pag. 72. (1) pag. 112. (1) pag. 116. (1) pag. 118. (3) pag. 121. (5) pag. 114. (4) pag. 149. (2) pag. 150. (1) pag. 156. & 157. pluries in notis pag. 166. (3) pag. 185. (8) pag. 190. (5) pag. 208. (1) pag. 212. (19) p. 217 (1). pag. 219. (1) pag. 220. (1) pag. 221. (4). Quo anno ſcriptum fuerit pag. 141. (4).
Pontius de Sancto Juſto, Epiſcopus Biterrenſis pag. 173.
Portiuncula S. Franciſco, & ſuis deſponſatur pag. 2. (3). A S. Franciſco in morte ſuis filiis relinquitur *ibid.* In ea Ordo Minorum incœpit *ibid.* Locus eſt Virgini chariſſimus *ibid.* Cuilibet Fratri Minori debet eſſe accepiſſimus, & quare *ibidem*. Annuatim habetur ibi remiſſio peccatorum *ibid.* Caput eſt omnium Cœnobiorum Ord. Minorum *ibid.* Præ cæteris mundi locis eam amavit S. Franciſcus *ibid.* In ea idem S. Franciſcus incæpit, profecit, & mortuus eſt *ibid.* Cor ſuum ibi ſepeliendum reliquit, & aſſervatur *ibid.*
Poſſeſſiones, & redditus Eccleſiarum Minoritis conceſſarum ſemper aliis applicantur p. 212. (6).
Prædicatores Fratres Cumanos ad fidem convertunt pag. 42. (3). Collegio Pariſienſi reſtituuntur pag. 52. Pontificem appellant *ibid.* (3) & (4) pag. 54. (5) & pag. 87. (6). Mendicitatem amplectuntur ex Conſtitutione pag. 74. (4). Eorum Ordo cum redditibus, & poſſeſſionibus confirmatus fuit pag. 76. (3). Injuriis afficiuntur ab Accademicis Pariſienſibus pag. 89. & 92. Compoſitionem inſtituunt cum ipſis Accademicis *ib.* Eorum aliqui martyrio coronati fuerunt pag. 89. (4) & pag. 149. Pontificem rogant, ut eoſdem Accademicos a cenſuris abſolvat pag. 90. & 92. Pax ab ipſis inita cum Accademicis improbatur a Pontifice *ibid.* Cur eorum preces non admittantur pag. 92. (4) Tandem admittuntur *ibid.* & pag. 109. Inquiſitionis munus exercent in Occitania pag. 150. (9). In Lombardia, & Marchia Januenſi *ibid.* Crucem prædicant in Dania, & alibi pag. 185. (7) & (8). In eodem Regno infeſti ſunt Franciſcanis, & a Pontifice redarguuntur pag. 187.
Primislaus Auſtriæ Dux, poſtea Rex Bohemiæ pag. 42. (2).
Principatus cauſa inter homines pag. 179. Hunc Deus permiſit *ibid.*
Proceſſus quando annullatur in favorem partis pag. 35. (2).
Procurationes quid ſint pag. 59. (2) & pag. 67. (1).
Provenienſes ſolidi pag. 65. (12) & pag. 144. (11) & pag. 145. (12).
Proviſini nummi pag. 34. (2) & pag. 44. (2).
Ptolemais V. Accon.

Q

Quareſmius Franciſcus citat. pag. 222. (4) & pag. 223. (2) & (4).

R

RAptores, & complices qua pœna puniuntur pag. 198.
Ratihabitio pag. 199. & *ibid.* (36).
Raymundus ſcriptor pro fide Catholica occiſus fuit pag. 89. (11).
Raynaldus Aſculanus Epiſcopus ditat privilegiis Monaſterium S. Angeli ejuſdem Civitatis p. 68. (1).
Raynaldus Odoricus citat. p. 33. (1) p. 32. (9) p. 42. (2) & (3) p. 43. (4) p. 140. (3) p. 147. (20) p. 166. (3) p. 180. (7) p. 182. (15) p. 185. (5) p. 189. (4) p. 194. (16) p. 203. (1) p. 208. (2) & (3) & p. 215. (1). Errat circa annum, quo celebratum fuit primum Lugdunenſe Generale Concilium p. 30. (6). Falſo ſcribit, Civitatem Caſtellanam, ad quam ſe contulit Innocentius IV. pacem initurus cum Friderico Imperatore, eſſe Tifernum in Umbria p. 32. (9). Deceptus eſt cum Krantzio p. 184. (5).
Raynaldus Oſtienſis Epiſcopus Minorum, & Clariſſarum Protector p. 13. (1). Clariſſarum cura ipſi demandatur *ibidem*, & p. 14. (3), & alibi. Ejus litteræ p. 23. (4). Monaſterium S. Silveſtri de Pireto pro Clariſſis extrui, & ditari curavit pag. 50. (4). Hujus Eccleſiam cum aliis duobus Epiſcopis conſecravit *ibidem*, & p. 64. (10). Induxit Fratres Minores in poſſeſſionem Eccleſiæ, & Monaſterii S. Mariæ de Capitolio p. 132.
Raynerius Archiepiſcopus Ravennæ pag. 95. (1).
Raynerius Sacconus citat. p. 117. (1).
Reatina Civitas 157. (16). Eſt caput Cuſtodiæ ſui nominis Romanæ Provinciæ Fratrum Minorum *ibid.* Quot Conventus hæc Cuſtodia habuerit *ibid.* Hi fere omnes S. P. Franciſci præſentia illuſtrati fuerunt *ib.*
Reginaldus II. Epiſcopus Pariſienſis p. 69. (1) p. 71. (1) p. 74. (1) p. 81. (3) & p. 85. Executionem mandati Pontificis retardat p. 85. De eodem p. 86. & 97. Mandatum accipit abſolvendi a cenſuris Accademicos Pariſienſes p. 109.
Reginaldus Ord. Minorum Lector Sacri Palatii Apoſtolici, & Cardinalis p. 97. (2).
Reginaldus Rigault V. Odo Rigaldi.
Regnerus Epiſcopus Othonienſis Ord. Minorum pag. 188. Noſtratibus hactenus ignotus *ib.* (3). Romam citatus venit p. 189. Laudatur a Pontifice *ib.* Ad ſuam Eccleſiam abſolutus revertitur *ib.* A quo Pontifice Romam vocatus fuerit p. 89. (5).
Richardus de Annibalis, ſive Annibaldenſis, Cardinalis, Vicarius in Urbe p. 28. Litteras accipit Innocentii IV. *ib.* Comes fuit Campaniæ, & Maritimæ *ibid.* (2). Mandatum accipit inducendi Fratres Minores in poſſeſſionem Eccleſiæ, & Monaſterii S. Mariæ de Capitolio p. 132. (4).
Richardus in Romanorum Imperatorem electus pag. 200. Aquiſgrani cum uxore coronatur p. 201. (41).
Richerius citat. p. 79. in nota.
Ringhini Franciſcus Antonius falſo ſcribit, Sbaraleam diverſimode a Waddingo ſentire circa originem Conventus Bettonæ pag. 17. (14). Citat. p. 217. (1).
Romana Fratrum Minorum Provincia pag. 12. (3). Ejus Cuſtodiæ, & Conventus *ibidem*. Omnes ejus partes, & confinia p. 156. & ſeq. In his omnibus Fratres Minores Inquiſitionis munus exercuerunt *ibid.*
Romani arguuntur ab Innocentio IV. p. 31.
Romaniæ Fratrum Minorum Provincia p. 208. Ejus Cuſtodiæ *ibid.*
Romaniola, vulgo *Romagna* p. 111.
Romanum Monaſterium SS. Coſmæ & Damiani pag. 10. & ſeqq., pag. 14. & ſeqq., & p. 120. & ſeq. Olim Ordinis S. Benedicti, deinde devenit ad Camaldulenſes, & ab iſtis ad Clariſſas p. 14. (2) & p. 121. (3), & alibi. Juris hujus Monaſterii erat Eccleſia, & Hoſpitale S. Blaſii, nunc Conventus S. Franciſci ad Ripam *ibid.* (5). Aliæ Eccleſiæ in Diœceſibus Portuenſi, & Sutrina ad idem Monaſterium pertinentes pag. 135. & ſeqq., & p. 203. Clariſſarum Romæ exiſtentium eſt omnium antiquiſſimum *ibidem*. (4) Ex hoc exierunt aliquando Moniales ad alia Monaſteria condenda *ibid.* De eodem Monaſterio etiam p. 216.
Romanus Conventus olim S. Blaſii, nunc Sancti Franciſci ad Ripam Tyberis p. 121. (5). S. P. Franciſcus locum ibi obtinet *ibid.* A PP. Benedictinis totus Minoritis conceditur *ibid.* Cella S. P. Franciſci adhuc in eo aſſervatur *ibid.* Vetuſtior eſt omnibus Conventibus, quos Romæ incolunt Franciſcani *ibid.* De eodem Conventu etiam p. 218. Ad Cœnobii dignitatem erigitur *ibid.* Augetur, & inſtauratur *ibid.*
Romanus Conventus SS. Criſpini & Criſpiniani p. 121. (5).
Romanus Conventus S. Mariæ de Capitolio V. Aracœli.
S. Romualdus incoluit Montem Carſolium pag. 107. in nota.
Romualdus Salernitanus citat. p. 107. in nota.
Roricus Ord. Minorum p. 161. & 165. (35) pag. 177. & 168. (7) & (8) p. 169. & 170. (8) & (10) & p. 194.
Rugeria Abbatiſſa Monaſterii S. Coſmæ de Urbe p. 14. (1).
Ruthenenſis Galliæ Provincia p. 173. (5).

S

SAlimbene de Adam citat. p. 78. & 79. in nota. Concivis, & Socius fuit B. Joannis a Parma *ibid.* Ejus aſſertio præferenda eſt Mariani, & aliorum teſtimonio *ibid.* B. Joannem Parmenſem Taraſcone ſe inveniſſe ſcribit *ibid.* Citat. p. 91. (18) p. 93. (15) pag. 114. (1).
Sanctagathenſis Civitas p. 46. (2) & p. 47. (1) & (2).
Sandinius Antonius citat. pag. 107. in nota, & p. 186. (10).

Sba-

Digitized by Google

Sbaralea deceptus eſt dum aſſeruit, Mabillonium a Waddingo accepiſſe, tempus, quo Monaſterium S. Coſmæ de Urbe a Benedictinis tranſivit ad Clariſſas p. 11. (9). Agens de Conventu Bettonæ concordat cum Waddingo p. 17. (14). Decipitur quoque dum paupertatem FF. Prædicatorum parem facit paupertati Fratrum Minorum p. 74. & 75. (4). Diploma Pii II. falſo attribuit Calixto III. p. 190. (1). De eo alibi paſſim.
Scandia illuſtrata citat. p.188. (2) & (3).
Scotiæ Fratrum Minorum Cuſtodiam in Provinciam reduci petunt p. 140. De ingreſſu Fratrum Minorum in Scotiam variæ ſententiæ *ibid.* Diu poſtmodum audivit ſub nomine Vicariæ *ibid.* Erat Cuſtodia Novicaſtri Provinciæ Angliæ, & ejus Conventus numerantur *ibidem*.
Sententiæ latæ ab excommunicatis irritæ ſunt, & nullæ p.162. (9).
Sezaniæ Fratrum Minorum Conventus p.166.
Sicilia occupatur a Conrado filio Friderici II. Imperatoris p.29. (6). Invaditur a Manfredo p. 46. (3).
Signoretti Domini aliquando Caſtri Gaſtellani p.20. (1).
Silvanectenſis Epiſcopus deputatus executor pro Studio Pariſienſi p. 86. (3) & p.87. (6).
Speculum Vitæ B. Franciſci, & Sociorum ejus citat. p.2. (3).
Spicilegium d'Achery citat. p.79. in nota.
Spirenſis Civitas p.194. (8).
Spondanus citat. p.30. (6) p.42. (3) pag. 140. (3) p.179. (1) p.184. (5) p.189. (4) & p.208. (3).
Stephanus de Burbone citat. p.117. (1).
Stephanus Ord. Minorum trucidatus pro fide Catholica p. 89. (11).
Stephanus Peruſinus Vicarius Pontificis in Urbe p. 10. (1), & pag. 28. (2). Inducit Fratres Minores in poſſeſſionem Eccleſiæ, & Monaſterii S. Mariæ de Capitolio p.132.
Stero Hiſtor. citat. p. 42. (2) & p.179. (1).
Strabo citat. p.83. (5).
Symon Paltinerius Legatus Pontificis in Umbria p. 140. (1). Ejus Epiſtola *ibid.*
Synibaldus Cuſtos Fratrum Minorum p.112.
Synibaldus de Lacu Peruſino Ord. Minorum, Inquiſitor Romæ, & in Romana Provincia p. 206.
Suana Civitas in Etruria p.157. (15).
Sutrina Eccleſia unitur Nepeſinæ pag. 135. (2).

T

TArafco Galliarum Civitas in Provincia pag. 79. in nota.
Tarlatus de Petramala ædificat Eccleſiam Sacri Montis Alvernæ p. 24. (2).
Tarracona Hiſpaniarum Civitas in Catalaunia pag.79. in nota.
Teſtes in cauſa hæreticorum quinam admitti, & quinam excludi debeant p.116.
Theobaldus Cantor Eccleſiæ Metenſis contendit de Epiſcopatu p.195. (18).
Theobaldus Rex Navarræ p.166. (3).
Theodinus Epiſcopus Aſculanus p. 6. (1).
Theodoricus Abbas Monaſterii Trevirenſis Sancti Matthiæ p.162. (22) p.163. (26) p. 168. (8) pag. 169. & ſeqq. In carcerem cum aliis Monachis coniicitur p. 196. (27).
Theulius Bonaventura citat. p.50. (4).
S. Thomas Aquinas confutat libellum ab Academicis Pariſienſibus conſcriptum p. 53. (5). Facultatem obtinet legendi in Unverſitate Pariſienſi, quam exequi non poteſt *ibid.* (8) & p.90. In Italiam revertitur, & Prædicatorum, & Minorum cauſam apud Pontificem agit *ibid.* Ejus Vita citat. pag. 55. (7). Tria ſcripſit contra doctrinam Guillelmitarum Opuſcula p. 74. (3).
B. Thomas de Florentia ex Obſervantibus de Familia requieſcit Reate apud Conventuales p.157. (16). Immerito proinde Conventualis & ipſe aſſeritur *ibidem*.
Thomaſſinus citat. p.47. (4) p.48. (6) p. 193. (4) p.195. (19) (20) & (21).
Tiburtina Cuſtodia Romanæ Provinciæ Fratrum Minorum p.156. (8) & pag.212. (10). Romania quandoque appellatur *ibid.* Quot Conventus babuerit *ibid.*
Tiburtina Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ a Fratribus Minoribus ædificatur pag. 211. (1).
Tiburtina S. Mariæ Majoris Eccleſia pag. 211., & ſeqq. Ejus bona aliis applicantur p. 212. (6). Ejectis Conventualibus, confertur Obſervantibus p.213. (16).
Timotheus Epiſcopus Zagabrienſis deſpicitur a Bela Ungariæ Rege, & quare pag. 179. & ſeqq. Fuit Subdiaconus Eccleſiæ Spirenſis, & Cappellanus Urbani IV. p. 180. (3). Deputat ſuum procuratorem Fr. Gualterium Ord. Minorum *ibid.* (9).
Trecenſis Civitas in Gallia pag. 166. (2).
Trevirenſis Civitas p. 193. (2). Ejus Archiepiſcopus primus ſuffragatur in electione Imperatoris *ibid.* Gaudet titulo Cancellarii Imperii pro Galliis *ibid.*
Trevirenſis Eccleſiæ taxa olim ſolvenda Fiſco Apoſtolico a promoto ad eamdem Eccleſiam pag. 168. (10) & p.196. (24).
Turoſius Chronographus Ungarus citat. p. 42. (3).
Tuſcanellæ Civitas pag. 39. (1). In hac Urbe S. Franciſcus puerum ſanavit a nativitate contractum *ibid.* (2). Ejus Eccleſia unitur Viterbienſi p. 156. (11). Epiſcopos habuit ſub initio Religionis Chriſtianæ *ibid.* Eorum Series jam edita, nunc denuo illuſtrata fuit *ibid.*
Tuſcanellæ primævum Fratrum Minorum Cœnobium ædificatur pag. 39. Poſt hoc acquirunt, Minores Eccleſiam S. Jacobi ejuſdem Civitatis *ib.* Quod nunc inhabitant Conventuales non eſt illud tempore S. Franciſci inchoatum *ibid.* Hoc ipſum ab Obſervantibus inhabitatum fuit *ibid.*
Tuſciæ Fratrum Minorum Provincia quot Cuſtodias habuerit pag. 137. (1).

Va-

Digitized by Google

V

VAleria Provincia pag. 61. (1).
Vallis Stratiæ S. Antimi Monaſterium Ord. S. Benedicti pag. 220. (2).
Velaſcus Ord. Minorum Pœnitentiarius Papæ, Nuntius ab eodem mittitur ad Reges Ungariæ, & Bohemiæ pag. 42., & 43. (7) & (9). Legatus Apoſtolicus ſub variis Pontificibus *ibid.* Ab Urbano IV. mittitur Peruſium pag. 175., & 177. Ejus patria, & familia *ibid.* Poſt varias legationes fit Epiſcopus Famauguſtanus, deinde Egitanienſis *ibid.* Diverſimode ejus nomen inſcribitur *ibid.* Ejus legationes recenſentur pag. 176. (2).
Velitrarum Civitas Caput Cuſtodiæ Maritimæ Fratrum Minorum pag. 156. (5). Ejus Eccleſia unitur Oſtienſi *ibid.* (6).
Ughellus citat. pag. 1. (1) pag. 4. (4) pag. 6. (1) pag. 12. (1) pag. 34. (1) pag. 46. (1) & (5) pag. 47. (2) & (5) pag. 61. (1) pag. 68. (1) pag. 111. (1) pag. 135. (1) & (2) pag. 156. (6) (9) (10) & (11) & pag. 157. (16). Corrigitur pag. 68. (1).
Venetiarum S. Spiritus Fratrum Minorum Conventus pag. 208. (1).
S. Victorinus Martyr Amiterni ſepultus dirutæ huic Civitati S. Victorini nomen nunc tribuit pag. 157. (17).
Viterbienſis Fratrum Minorum Cuſtodia pag. 157. (12). Quot habuerit Conventus *ibid.*
Viterbium obſeditur a Friderico Imperatore pag. 31. (9). Civitatis nomen, & Cathedram Epiſcopalem obtinet pag. 156. (11). Ejus Eccleſia unitur Tuſcanenſi *ib.*
Vivianus Ord. Minorum Epiſcopus Ruthenen. pag. 173.
Ulpianus Juriſconſultus pag. 199. (34).
Umbria erat ſub Friderici Imperatoris dominio pag. 32. (9). Umbriæ Fratrum Minorum Provincia pag. 118. Quot Cuſtodias habuerit *ibid.* (3).
Uncia auri cujus valoris erat pag. 110. (2).
Votum Crucis excipitur, & quid ſit pag. 33.
Urbanus IV. cummendat ſe orationibus Fratrum Prædicatorum pag. 3. (4). Omnes Clariſſas ad unam Regulam adſtringit ſub uno nomine pag. 5. (2) pag. 14. (3) & alibi paſſim. Regula ab ipſo præſcripta in omnibus fere Monaſteriis admittitur *ibid.* Ab hac Regula earum aliquæ dicuntur Urbaniſtæ *ibid.* Diſpenſat eaſdem Clariſſas a lectus aſperitate pag. 8. (5). Declarat, Fratres Minores ad Clariſſarum curam teneri ex charitate, non ex debito pag. 36. (1). Revocat Conſtitutiones in contrarium ſuorum Prædeceſſorum *ibid.* Urbeveteri conſecrat Eccleſiam Fratrum Prædicatorum pag. 196. (22).
Urbſvetus Civitas pag. 157. (14). Urbevetana Fratrum Minorum Cuſtodia, ejuſque Conventus *ibid.*
Urſula Formicini citat. pag. 11. (9) pag. 14. (1) & (2) pag. 15. (10) pag. 16. (12) pag. 41. (1) pag. 120. (1) pag. 121. (3) pag. 135. (3) & (5) pag. 203. (1) & (3) pag. 204. (9) & pag. 216. (1).
Waddingus fatetur, Monaſterium S. Coſmæ de Urbe tranſiiſſe ad Clariſſas anno 1233., non 1234. ut falſo inquit Sbaralea pag. 11. (9). Falſo ſcribit, Corpus B. Joannis a Parma aliunde ad Conventum Camerinenſem Sancti Franciſci translatum fuiſſe pag. 44. (3). Provinciam Salernitanam cum Aprutina confundit p. 50. (2) & p 61. (1). Mox unam ab alia diſtinguit pag. 57. (2). De tempore ingreſſus Fratrum Minorum in Scotiam ſe retractat pag. 140. (4). Pluries citatur.
Weilacenſe Concilium pag. 184. (1) & pag. 189. (4).
Wenceslaus Bohemiæ Rex bellum agit cum Ungariæ Rege pag. 42. Quo anno obierit *ibid.* (2). Hortatur a Pontifice, ut a bello deſiſtat *ibid.*, & pag. 43. (5) & (6).
Wilhelmus Monachus Monaſterii S. Maximini pag. 162. & ſeqq. pag. 168., & pag. 169. (11).
Wilhelmus Ord. Minorum pag. 161. 165. (35) pag. 167. 168., (7) & (8) pag. 170. (8) & (10) pag. 171. & ſeq. & pag. 194.
Wormacienſis Civitas pag. 194. (7).

Y

YEulaha Epiſcopus Orientalis pag. 211. (3) & (4).
Ymilla Abbatiſſa Monaſterii S. Silveſtri de Pireto pag. 57. (2) & pag. 64. (9).

Z

ZAgabrienſis Civitas in Ungaria pag. 180 (4).

Digitized by Google

No 318

Digitized by Google

Digitized by Google

OC.

Digitized by Google

Digitized by Google